
STEPHANI VINANDI PIGHIJ ... ANNALES ROMANORUM; QUI COMMENTARIJ...

Stephanus Vinandus Pighius, Andreas Schott, ...




37
27 E
16





I

STEPHANI VINANDI PIGHII

V. R. ET CL.

ANNALES ROMANORVM;

QVI

COMMENTARII vicem ſupplent in omnes veteres HISTORIAE ROMANAE Scriptores.

TOMVS TERTIVS, POSTVMVS;

Operâ & ſtudio

ANDREAE SCHOTTI Antuerp. è Societate IESV recenſitus, auctus, & illuſtratus.

Cum INDICIBVS *in tres* ANNALIVM *Tomos, ſummâ induſtriâ concinnatis.*



ANTVERPIÆ,

EX OFFICINA PLANTINIANA,

Apud Viduam & Filios Ioannis Moreti.

M. DC. XV.

STEPHANI VINANDI PIGHII
LIBER XIII.
ANNALIVM ROMANORVM.

ANNI P. R. C. DCXX.

Consules.

P. MVCIUS. P. f. Q. n. Scæuula. L. CALPVRNIVS * L. f. C. n * Piso FRVGI



HABENTVR Consules in Cassiodoro & Mariano P. Mucius & L. Calpurnius. Sic autem corrigenda sunt exemplaria, in quibus mendosè vel Q. vel C. Mucius legitur. Tabulæ Græcæ Scæuulam & Calpurnium produnt: Velleius P. Mucium Scæuulam & L. Calpurnium. Meminit item Pędianus in Verrinarum secundam succinctè Consulum, dicens „Scæuulam iuris peritissimum, qui cum L. Pisone „Cos. fuit, quo anno Ti. Gracchus occisus est. Sic Cicero. Valerius Max. Plutarchus in Gracchis, & alij frequenter horum Coss. mentionem faciunt.

L. Pisoni Cos. Sicilia & bellum cum fugitiuis obuenit; P. Mucio Italia, qui Romæ mansit. Prorogata sunt imperia P. Scipioni Æmiliano in Hispania citeriore, D. Bruto in vlteriore, donec cum Numantinis debellatum esset.

Prouinciæ Consulares.

Prodigiis & variis rerum euentibus annus hic infelix & funestus reip. Romanæ fuit. Nam Ti. Sempronio Graccho Tribuno plebis legibus agrariis nouis plebem ac optimates committente, deuentum eò furoris est, vt non maiorum more secessione discordia sedata, sed (quod anteà numquam) ciuili sanguine, Graccho ipso cum multis aliis occiso, magis obruta quàm extincta fuerit seditio. Quæ posteà sæpius recrudescens, totius Romanæ reip. faciem immutauit, ac iure legibusque pessumdatis, omne imperium arbitrio paucorum, & tandem vnius omnino subiecit, quemadmodum nostri Annales ordinatim clarè demonstrabunt. Originem huius mali narrant diffusius Plutarchus in Gracchis, Appianus ciuilium bellorum libro primo, & Liuius libro historiarum LVIII. cuius Epitomen dumtaxat habemus. Item Orosius, Eutropius, L. Florus, Velleius, Cicero, Valerius Max. Plinius, Pædianus, & alij diuersi mentioné faciunt. Interim Attalus Eumenis f. Asiæ Pergamenæ rex moriens, heredem populum Romanum testamento reliquerat, cuius occasione seditioni Gracchus haud modicam in vrbe flammam adiecit, sicut ex iam adductis Auctoribus Lector cognoscere poteris. Meminit eius testamenti Plinius libro XXXIII. cap. XI.

Tumultus Gracchanus sanguinarius.

Caduca libertas ciuitatis Romanæ.

Asiæ regnum Attalus moriens populo Rom. legauit.

L. Piso Cos. in Sicilia C. Flacco succedens Mamertium expugnauit, octo milia fugitiuorum occidit, quos passim capere potuit, crucibus affixit. Disciplinam militarem acerrimè procurans, * C. Titium Præfectum cohortis, quòd loco fugitiuis cesserat, cinctu togæ præciso, soluta tunica, nudis pedibus, in principiis quotidie stare dum vigiles venirent iussit, conuiuiis item & balneo abstinere; quemadmodum hæc inter exempla disciplinæ militaris Iulius Frontinus Strategematum libro IIII. cap. I. recenset. Discrepat aliquantulùm Valerius Max. lib. II. cap. VII. & latiùs rem explicat, vbi etiam Titij prænomen à librariis prætermissum est in multis exemplaribus, quem Præfectum equitum fuisse scribit, & non solùm loco cessisse, sed fugitiuorum multitudine circumuentum arma cum suis tradidisse. Iussit igitur eum Piso Cos. toga laciniis abscisis, discinctaque tunica indutum nudis pedibus à manè in noctem vsque ad principia per omne tempus militiæ adesse. Interdixit etiam ei conuictum hominum, vsumque balinearum: turmasque equitum, quibus præfuerat, ademptis equis, in funditorum alas transcripsit. Cùm autem Piso Cos. multa fortiter prudenterque bello gereret in Sicilia, eos etiam, quorum præcipua opera vsus fuerat, imperatorio * more pro tribunali donis prosequebatur. Inter quos filium

L. Pisonis Cos. res Siculæ.

** cum Titiú in vulgatis mendosè, prænomen ipsum ex veteri manuscripto valdè correcto restitui.*

Laciniis togæ cinctum Romano fecisse, ex his Frontini & Valerij locis discimus.

** nomine perperàm in vulgatis plerisque Valerij codicibus.*

lium suum locis aliquot prælia tum fortissimè, non ipsa corona, sed titulo tantùm aureæ coronæ trium librarum in concione decorauit; præfatus, non oportere à magistratu e publica pecunia erogari, quod in ipsius domum rediturum esset: tantumque ponderis auri se testamento adolescenti legaturum promisit, vt honorem publicè à duce, pretium à patre priuatim acciperet. Hæc item pulcherrime de laudatissima L. Pisonis Cos. abstinentia Valerius Max. libro IV. cap. III. qui ob hasce similesque virtutes Frugi cognomen est adeptus.

L. Piso cur Frugi sit appellatus.

Prætores.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
Vrban. &. inter. ciueis. &. peregrin. iurisdict. &
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuêre.

T. Annius *. T. f. T. n * Luscus. Rufus. Cuius Prætura ex ordine Consulatus in hunc quasi annum incidit. Hic inter aduersarios & dissuasores legum Ti. Gracchi fuit, vt Plutarchus indicat; qui eum non tam eloquentem, quàm in rogando respondendoque promptum & argutum fuisse scribit. Cumque contra Gracchum diceret, eumque palàm culparet, quòd collegam sacrosanctum, Tribuniciamque in eo potestatem violasset; ab eodem irato mox reus ad populum factus, vt pauca tantùm eius verba priùs audirentur, à populo petiit. Quod vbi concessum, Si tu, inquit, Tiberi, damnare me velis ac in exilium pellere, egoque ex tuis aliquem collegis appellem, an huic auxiliari oppresso volenti magistratum etiam abrogabis? Obmutuit ad hanc interrogationem Gracchus, quamquam disertissimus esset; atque concionem, quam Annij damnandi caussa vocauerat, re infecta dimisit. Et hæc ferè Plutarchus in Gracchorum vita. Ceterùm orationis Annianæ tunc in Gracchum habitæ verba quędam nobis adhuc residua sunt inter fragmenta Verrij Flacci, vel Sex. Pompeij Festi de verborum significationibus, inter exempla vocis Saturæ, quæ talia sunt: T. Annius Luscus, in ea quam dixit aduersus Ti. Gracchum: Imperium, quod plebes per Saturam dederat, id abrogatum est. Salsè quidem videtur Annius potestatem illam variis plebiscitis armatam, quam Tribuni plebis sibi tum vsurpabant, imperium vocare: quod ipsum per Saturam legem à plebe Tribunis datum esse, contemptim nec minùs salsè dicit. Iustæ namque legis vim obtinere vix videbatur, cùm vno rogatu varia temerè congesta ferebantur: & talem rogationem idcircò Saturam legem appellabant, à similitudine Saturæ lancis onustæ ciborum diuersitate. Quidquid igitur collectim, confusè, raptimque transigebatur, vulgari prouerbio per Saturam fieri dicebant Romani. His atque similibus T. Annij verbis, tamquam contumeliis irritatus Ti. Gracchus, quia potestatem Tribuniciam M. Octauio suo collegæ abrogarat, amicum reum læsæ maiestatis facere voluit.

Ti. Gracchus aduersarios suos omnes damnare molitur.

Leges per Saturam latæ quales.

C. Octauius Cn. f. Cn. nepos. T. Annij iam dicti in Consulatu collega, cuius item annus Præturæ hic erat.

C. Antonius * M. f. C * nepos * A * Gabinius * A. f * //. nepos.
T. Claudius * Ti. f. Ti. n * Asellus. L. Memmius * C. f. L. n * Gallus.

Prætores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. Galliam. //. //. //. f. //. n. //. Sardiniam
//. //. //. f. //. n. //. Africam. //. //. //. f. //. n. //. Achaiam
//. //. //. f. //. n. //. Macedoniam. //. //. //. f. //. n. //. Illuricum
Prouincias. sortiti. obtinuêre.

C. Hostilius A. f. L. n. Mancinus. M. Aquillius M. f. M. nepos.
C. Persius * C. f. C. n. Flaccus * [Q. Marcius Q. f. Q. n. Ralla]
C. Memmius * C. f. L. n * Gallus [C. Claudius Ap. f. C. n. Centho]

Ædiles curules.

Q. Lucretius. //. f. //. n * Flauus * Qui. in. hoc. mag. Vespillo. appellatus. est. Quia, cùm per seditionem occisorum in Capitolio cadauera, tamquam damnatorum, in Tiberim insepulta protraherentur, Lucretius Ædilis ipse sua manu Ti. Gracchi cadauer deie-

Vespillo cur fuerit appellatus Lucretius.

deieciſſet,ſicut Auctor de viris illuſtrib. in Ti. Gracchi vita ſcribit. Nec puduit Lucretium cognominis,quod & liberis reliquit,& in ſtirpe diu poſteà remanſit.

//. //. //. f. //. n. //.

Cn. Cornelius L. f. / . n. Siſenna. Ex argenteis cum eius nomine cuſis denariis affabrè factis colligere forſan poterimus, Q. Lucretij collegam hunc fuiſſe. Ædilium etenim erat,munditias in vrbe curare,loca ſcilicet publica quæque purgata & lauta tenere.Horum igitur iuſſu cadauera cæſorum in Capitolio per ſeruos publicos in Tiberim protracta fuiſſe,veriſimile eſt.Cumque Senatus ac optimates Ti.Gracchum,qui immani plebeia ſeditione concitata,ſibi Tribunatum plebis velut regnum quoddam vſurpare & continuare conabatur,perduellem declaraſſent,atque per tumultum cum factionis ſuæ capitibus occidiſſent; in diuerſum ſciſſa ciuitate,plebs in mœrorem & faſtidia extrema delabitur,nobilitas autem in gaudium atque gloriam ſemet erexit,quaſi Gigantico quodam bello confecto,quemadmodum Plutarchus in Gracchorum vita, & Appian. Alexandrinus bellorum ciuilium libro primo diffuſiùs declarant. Cùm igitur iam eſſet in vſu apud Romanos,præclaræ alicuius rei memoria magiſtratum quemque ſuum celebrare,atque eamdem vel propria vel publica impenſa nummorũ in monumentis expreſſam poſteritati relinquere,Cn. Siſennam Ædilem ſuſpicor ob periculoſam ſeditionem in ſuo magiſtratu oppreſſam,in decreta ſibi ad ſumptus Ædilitatis pecunia notare voluiſſe Iouem fulminantem è quadriga ſua ſub Solis capite radiis coronato, Gigantemque magnis repugnantium anguium ſpiris extentum conterere. Quo ſignificare velle videtur, Ti. Gracchum cum ſuis coniuratis in templi Capitolini limine, non tenebroſis obſcuriſque inſidiis, ſed claro Iuſtitiæ in ſole, Senatus auſpiciis ac maieſtate tamquam Iouis Capitolini fulmine perculſum & proſtratum occubuiſſe. Sub Gigante equorum vngulis ſubiecto ſcriptum nomen, CN. CORNEL. L. F. in altero nummi latere, vbi Romæ caput,& denarij ſolita nota X. cognomen, SISENNA. ROMA.

Ædilium curulium munus. *Ti.Gracchus perduellis cur declaratus.* *Ti. Gracchus Gigas.* *Cn. Siſennæ Ædilis nummus elegans.*

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

C. Aurelius * L. f. L. n * Oreſtes. L. Tremellius * C. f. C. n * Scrofa.

Tribuni plebis.

T. Sempronius Ti. f. P. n. Gracchus. In. poteſtate. occiſus eſt. Legem agrariam tulit, qua ditiorum hominum, Liciniam legem defraudantium, auaritiæ conatus eſt occurrere, quæ talis ferè fuit:

Lex agraria Ti.Gracchi.

Ne. quis. vltra. quingenta. agri. iugera. poſſideret. Filij. familias. emancipati. non vltra. dimidium. Nève. quis. ex. publico. plus. quàm. * centum. iugera. haberet. Tres. viri. quotannis. crearentur. à. populo. qui. agrum. priuatum. à. publico. ſecernerent. Quodq. ſupereſſet. agrorũ. pauperibus. diuiderent. Vtiqu e. his. qui. lege. Sempronia. agrum. accipere. deberent. pecunia. quæ. ex. Attali. regis. hæreditate. populo. Rom. obueniſſet. diuideretur. ad. agrum. colendum. inſtrumentumq. ruſticum. comparandum.

** Sic in v. c. Suſiano: in vulgatis malè, decem. Flaccus Siculus de conditionibus agrorum libello ducenta iugera nominat, vt habet eius exemplaria, neſcio, an ſatis fida.*

Promulgatâ in hunc modum lege, diſcordem Gracchus mox ciuitatem reddidit, in præruptum ancepſque periculum rempublicam omnem adducens. Sicut enim multitudinem inopem in amplam melioris fortunæ ſpem erexerat, ita non minùs animos locupletum ira atque odio truci accenderat, qui ſe diuturna agrorum poſſeſſione depelli minimè paſſuros non diſſimulabant. Mox ingens in vrbe tumultus diuerſis partium ſtudiis eſt conſecutus, vt lex primis diebus perferre non potuerit. Tandem abrogato collegæ M. Octauio, quem interceſſorem legis ſubornarunt optimates, Tribunatu, lex ſummo plebis ſtudio, nec minore cum dolore locupletum perlata eſt. Itaque III. viri ex lege creati ſunt Legiſlator ipſe Ti. Gracchus cum Caio fratre ſuo, & Ap. Claudio ſocero ſuo, viro Conſulari & Cenſorio. Legiſlator Gracchus autem ſibi ab inimicorum multitudine atque Senatus inuidia metuens, ne poteſtate depoſita reus fieret, Tribunus plebis iterùm creari in annum ſequentem petiit, aſſiduiſque concionibus plebem aduerſus optimàtes concitans, comitia denique rei eiuſdem exequendæ cauſſa vt indicerentur, curauit. Senatus hoc non ſine ſummo reip. detrimento futurum iudicans, eius conatus via quacumque impediendos eſſe cenſuit. Cumque Gracchus die comitiorum aduerſis auſpiciis per forum magna ſuorum caterua ſtipatus ad congregatam in Capitolio plebem ſcanderet,

Scinditur in diuerſum diſcors ciuitas. *Treſviri agrarij.* *Ti. Gracchus Tribunatum plebis alterũ poſtulat.*

ret,& salutem suam huic commendare volens, dexteram capiti imponeret: aduersa nobilitas in foro præsens diadema poscere ipsum, & regnum petere clamitans, vt P. Mucium Cos. appellans postulat, vt hostem vi compesceret. Qui dum tergiuersaretur, & ciuem indemnatum auctore se morti dandum esse negaret: P. Scipio Nasica Pontifex Max. quando Consul, inquit, rempublicam deserit, qui eam saluam volunt, me sequantur. Quem mox sequuta nobilitas in Capitolium pergit, plebis cœtus ibidem discutit, & Ti. Gracchum cum multis aliis seditionis principibus, subselliorum fragmentis & fustibus occidit ad ducentos. Occisorum cadauera non sepulturæ data, sed in Tiberim proiecta sunt. Et hæc quidem prima fuit origo ciuilis sanguinis violentur in vrbe profusi, cuius scaturigines sensim prorumpentes ampliùs, breui totam Italiam, omnesque Romani imperij prouincias passim inundarunt, vti Annales subsequentes declarabunt. Sed præsentis anni cladem multò latiùs scribunt Plutarchus in Gracchis, Appianus ciuilium libro primo, Liuius LVIII. Velleius, Orosius, L. Florus, Auctor de viris illustrib. & alij plures. Meminere legis huius funestæ Semproniæ Cicero & Pædianus variis locis. Seruatum ex S. C. posteà ad tempus, refert Plutarchus, vt plebis ira molliretur.

P. Nasica duce Ti. Gracchus cum suis assectis occiditur.

Sanguinis ciuilis primæ scaturigines.

Intercessor legis agrariæ.

M. Octauius. //. f. //. n. Cæcina. Legi Semproniæ constanter per plures dies intercessit. Et cùm incœpto dimoueri nequiret, collega legislator Gracchus ei nouo exéplo comitiis habitis Tribunatũ populi suffragiis abrogauit. In eius locũ factus est

Q. Mummius * Q. f. Q. * nepos. Ti. Gracchi clientulus, Plutarcho teste. Sed nescio an rectè Mucius legatur in eius exemplaribus, & in Orosio Minucius: varietatem istam librariorum culpa tamen prouenisse suspicor. Nouorum Tribunorum plebis in annum sequentem comitia habuit, quibus Gracchus iterum designari cupiens, dum suffragia colligerentur, occisus est, vt scribunt Plutarchus, Appianus, Liuius, & alij iam adducti. Comperimus itaque verum esse, quod Iulius Obsequens inter prodigia de hac re memorat notatu dignum: » Constat, inquit, neminem, qui magistratum collegæ abstulerat, annum superuixisse. » Abrogauerunt autem hi, L. Iunius Brutus Cos. Tarquinio » Collatino, Ti. Gracchus M. Octauio Cæcinæ. Nominat etiam plures, de quibus nos posteà suis in locis. Hîc vides, Lector, M. Octauium ab ipso Cæcinam appellari.

Comitia nouorum plebis Tribunorum funesta.

L. Rubrius. //. f. //. n * Varro * Gracchi item collega, qui Tribunorum plebis in annum insequentem habenda comitia sortitus erat; sed inuidiosam hanc sortem in tanta dissensione sibi periculosam arbitratus, Q. Mummio collegæ petenti lubenter concessit: Appianus.

Sortem suam deserit Varro, Ti. Gracchi postulatis aduersus.

P * Appuleius C. f. L. n * Saturninus. Fragmento subsellij Ti. Grachum in fuga prolapsum primus vulnerauit: L. Rubrius alteram claua plagam, de qua gloriari solitus erat, resurgenti inflixit: Plutarchus, Orosius.

Gracchum primus vulnerat.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

Q. Ælius Q. f. P. n. Tubero. Constantem ciuem & fortem fuisse, & in primis Ti. Graccho molestum, Cicero testatur in Bruto, vt dixi superiùs: & orationibus etiam inter se contendisse, quæ Ciceronis tempore adhuc extabant. Hinc ferè colligimus, Tuberonem inter collegas aduersarios Gracchi tum fuisse, & eius Tribunatum plebis ad hunc annum respicere, quamuis hoc Cicero verbis non exprimat.

Tuberonis laudes.

[Q. Sicinius Cn. f. C. n. nepos]   [C. Tarquitius C. f. L. n. Flaccus]
[M. Aufidius M. f. //. nepos.]   [Sp. Mummius Sp. f. L. nepos.]

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Questores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. L. Pisonis. Cos. in. Silicia.
//. //. //. f. //. n. //. Pr. in Gallia.
//. //. //. f. //. n. //. Pr. in Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. Pr. in Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. Pr. in. Sardinia.
//. //. //. f. //. n. //. Ostiensis.

Q. Mu-

Q. Mucius Q. f. Q. n. Scæuola. Augur. Q. Scæuolæ filius anno DLXXIX. Consulis. C. Lælij gener, L. Crassi oratoris socer, Stoica disciplina, iurisque scientia & omni genere litterarum atque prudentiæ præstans. Ad quem senem audiendum M. Cicero, sumpta virili toga, à patre deductus est, vt ipse testatur in præfatione dialogi de amicitia ad T. Pomponium Atticum, in quo C. Lælium socerum cum duobus suis generis, hoc Q. Mucio scilicet & C. Fannio M. f. de amicitia disputantem inducit, anno vrbis DCXXIV. paucis diebus post mortem P. Africani Æmiliani. Frequens eius laudata fit mentio apud Auctores, & in primis Ciceronem, qui Augurem plerumque vocat, ad differentiam alterius Q. Mucij Pontificis, ætate paulò inferioris, vt indicat ibidem, dicens, hoc Q. Mucio Augure mortuo, se ad Pontificem Scæuolam audiendum contulisse. Atque hæc eò diligentiùs affero, quòd videam plures scriptores istorum duorum Scæuolarum acta & magistratus temere confudisse, nominum similitudine deceptos.

Q. Q. Mucij Scæuolæ duo.

L. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Collega Q. Mucij iam dicti in Consulatu, & ex quatuor Q. Metelli Macedonici filiis, quorum humeris ad sepulturam elatus est, hic secundus fuit. Hunc quidem, eò quòd vlcus in fronte fascia obligatum occultare solebat, Diadematum appellabant, vt Plutarchus testatur in Coriolani vita: eodemque insignitur agnomine à Plinio libro VII. cap. XLIIII. Falluntur itaque non parum, qui hunc eumdem cum L. Metello Delmatico putant, quem L. Metelli Calui filium (vt hunc Q. Metelli Macedonici) & patrueles fuisse, produnt antiqua marmora, velut ex sequentibus constabit apertius.

L. Metellus, cur Diadematus sit dictus vulgo.

Error de hoc Metello multorum.

C. Scribonius * C. f. C. n * Curio. Domo Prætoria, ni fallor: auus enim huius videtur fuisse C. Scribonius Curio Maximus, quem Liuius libro XXXIII. Ædilem plebis anno DLVII. & libro sequenti Prætorem affert anno DLX. Eius autem filius C. Scribonius, pater (vt ex interuallo temporis apparet) huius anno deinde XIX. creatus est Curio Maximus, vt idem Liuius auctor est lib. XLI. Recenset inter rara felicitatis exempla Plinius libro VII. cap. XII. quòd in vna Curionum familia tres continua serie oratores extiterint, quorum hic primus; fuitque pater C. Curionis Consularis ac Triumphalis, atque auus illius C. Curionis, qui Tribunus plebis, muneribus Cæsaris corruptus, rempublicam turbauit. Hic autem auus Curio, Cicerone in Bruto teste, fuit orator sanè illustris, cuius orationes aliquot nobiles eius tempore extiterunt, fuitque in numero patronorum habitus. Itaque mirari se dicit, cùm & vita ei suppeditauerit, & splendor non defuerit, Consulem ipsum non fuisse. Ex Tullij igitur his verbis colligimus, Præturam ceterosq; minores magistratus huic Curioni non defuisse.

Tres oratores celeberrimi in Curionum familia.

L. Iulius Sex. f. Sex. n. Cæsar. Cuius pater reperitur Cos. in Capitolinis Fastis notatus in anno DXCVI. & huius duo filij sequentur in Annalibus magistratibus suis celebres; L. Cæsar Cos. & Censor, item C. Cæsar Strabo insignis orator Ædilis curulis: qui ambo postea bello ciuili a Marianis sunt occisi.

[C. Sergius Cn. f. Cn. n. Plancus.] Familia Prætoria natus: auus enim Plancus Prætor vrbanus fuerat anno DLIII. vt Liuius libro XXX.

[Q. Cotius Q. f. . nepos.] Cuius pater Achilles ob fortitudinem appellatus fuit, bis duello victor bello Celtiberico, cùm esset Q. Metelli Macedonici legatus; quod apud Valerium Max. lib. III. cap. II. latiùs narratur.

[L. Sergius M. f. L. n. Silus] Pater huius legatus atque Præfectus in prælio contra Persen Macedoniæ regem anno DXXCV. sicut Liuius lib. XLIV.

L. Postumius L. f. Sp. n. Albinus] Pater in Consulatu anno DXCIX. mortuus erat veneno vxoris extinctus, quemadmodum ex Valerio Max. tum diximus.

Prouinciæ prorogatæ.

D. Iunius M. f. M. n. Brutus. Callaicus. Hispaniam. vlteriorem. prorogato. imperio. obtinuit. Ductis per Bracaras ac Lusitanos longè lateque legionibus, oppida quæ defecerant denuò subegit. Talabricam vrbem sæpiùs rebellantem aggressus, deditione voluntaria recepit. A quibus transfugas omnes atque obsides primum postulauit, deinde pecuniam, frumentum, equos, armorumque genus omne, quod penes ipsos esset. Quibus acceptis, vrbem ac munitiones vt relinquerent imperauit. Quod cùm trepidè ac obedienter fecissent, circumseptam copiis suis multitudinem ad concionem vocauit, & quotiens iusiurandum ac fidem rupissent, rebellionemque fecissent, acerbis verbis in memoriam ipsis reuocauit, quasque pœnas mererentur exposuit. Atque ita minis perter-

Obedientia clementiam excitauit.

refactos, cùm grauiora supplicia metuerent Talabricenses, præter ipsorum exspectationem eos dimisit, domumque redire iussit. Hæc apud Appianum in Iberica.

P. Cornelius P. f. P. n. Scipio. African. Æmilianus. Hispaniam. citeriorem. prorogato. imperio. obtinuit. Cùm hieme tota populationibus hostium vastaret omnia, cohortes quasdam Numantinorum impetu in fugam compulsos, redire in prælium iussit, minatus palam, se pro hostibus habiturum omnes, qui victi ac non victores in castra redissent. Quibus minis perterrefacti Romani, ac Imperatoris præsentia erecti, conuersis signis acriores in pugnam redeunt, atque hostes ipsos in fugam multis occisis vertunt. Eodem tempore Scipio missa ab Antiocho Syriæ rege munera amplissima non sibi priuatim, sed publicè pro tribunali accipere voluit, atque omnia Quæstorem suum in tabulas publicas referre iussit, ex iisque se fortissimum quemque virum dona palam daturum esse pronuntiauit. Bina dehinc ad Numantium castra posuit, vrbem fossa, muro, turribus, ac vallo clausam ita pressit fame & omnium rerum inopia, vti tandem desperatione compulsi ciues plurimi mortem sibi consciuerint; reliqui, traditis armis, sese hostium potestati dedidere. Qui omnes, paucis ad triumphum reseruatis, sub hasta venière. vrbem ipsam funditus euerti Scipio iussit, vt Appianus scribit. alij ciues ipsos vrbem atque omnia sua flammis, seque vxores ac liberos ferro absumpsisse scribunt. Sed hæc latius apud Appianum, Orosium, L. Florum, Liuium, Velleium, Frontinum, & alios.

Res gesta P. Scipionis ad Numantiam. *Eius abstinentia & liberalitas.* *Numantia capta.*

Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Macedonicus. Cn. Seruilius. Cn. f. Cn. n. Cæpio. Procoss. extra. ordinem. in. Campania. fuisse videntur, ad seruorum nouos motus exorientes comprimendos. Eos etenim Sinuessæ quatuor seruorum milia oppressisse refert Orosius libro quinto cap. IX. Item Minturnis quadringentos quinquaginta seruos in crucem actos. Sic etiam Iulius Obsequens tradit in Italia seruorum multa milia, quæ coniurauerant, ægre comprehensa, & supplicio consumpta fuisse.

Seruorum in Campania motus.

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

// // // f. // n. // P. Africani. Procos. in. Hisp. citeriore. Missa ab Antiocho Suriæ rege Scipioni Procos. munera eius iussu in tabulas rationum publicas retulit. Deditos Numantinos sub hasta vendidit, pecuniamque in tabulas rationum retulit: Liuius lib. LVII. Appianus in Iberica.

C. Fundanius * M. f. M. n. Fundulus *

// // // f. // n. // D. Bruti Procos. in Hisp. vlteriore.

// // // f. // n. // // Pr. in. Africa.

// // // f. // n. // // Pr. in. Illurico.

// // // f. // n. // Lucerin. // // // f. // n. // Calenus.

Cn. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarb. [A. Antonius A. f. C. nepos]

[M. Tuccius M. f. M. nepos] [L. Tuccius L. f. M. nepos]

[P. Silius L. f. P. nepos.]

ANNI P. R. C. DCXXI.

Consules.

P. POPILLIVS. C. F. P. N. Lænas. P. RVPILIVS. P. F. P. N.

HABVIT Consules hic annus P. Popillium C. f. & P. Rupilium, vt ex fragmentis Fastorum Capitolinis apparet: igitur mendosè in Cassiodoro & Mariano Sulpicius pro Rupilio suppositus legitur. Velleius Paterculus historiarum lib. II. Rupilium Popilliumq. ie Coss. nominat: tabulæ Græcæ & Cuspiniani Lænatem & Rupilium produnt. Sic Cicero in Lælio, & Valerius Max. lib. IV. cap. VII. Sed in his & in aliis aliquot Auctorum locis perperàm ferè Rutilius Consulum alter appellatur. Rectiùs autem nominantur in Ciceronis epistolarum libro XIII. ad Atticum, cuius paullò pòst adducam verba: item actione in C. Verrem sexta, scribens P. Popillio & P. Rupilio Consulibus fugitiuos seruos Ennam in Sicilia tenuisse.

Prouinciæ Consulares. P. Popillio Italia, & P. Rupilio Sicilia prouinciæ obuenerunt: P. Scipioni & D. Bruto in Hispaniis prorogantur imperia donec successores eorum aduenissent: missique in eas prouincias decem legati, ex quorum consilio hi imperatores prouincias constituerent ac ordinarent. Romæ interim Ti. Gracchi seditione superioris anni potius obruta quam extincta,

tincta, cùm Senatus ipsum hostem iudicasset, Consulibus huius anni initio mandatũ, vti cum consilio iudicum inquirerent in eos, qui cum Ti. Graccho contra remp. coniurarant consenserántve, atque in criminis noxios more maiorum animaduerterent. Acerba quæstione multi vel exilio vel morte puniti. C. Villius in culeo cum anguibus insutus atque necatus est, vt Plutarchus refert. At inter alios reos C. Blosius Cumanus amicitia ac fide in Gracchum omnibus admirationi fuit. Cùm enim ad C. Lælium, qui Consulibus in ista quæstione præcipuus aderat in consilio, pro se deprecatum venisset, excusationis suæ caussam vnicam adferebat, quòd tanti Ti. Gracchum fecisset, vt quidquid ille vellet, sibi faciundum putaret. Etiamne, mox Lælius ait, si te in Capitolium faces ferre vellet? Numquam, respõdit Blosius, voluisset: sed si voluisset, paruissem; persuasus, ipsum pro populi vtilitate, nec aliter vmquam, hoc iussurũ. Sed infelix atque cæcus hic in Gracchum amor tunc Blosium perdidit. Nam, vt Lælius idem refert apud Ciceronem in dialogo de amicitia, non solùm paruerat ille Ti. Gracchi temeritati, sed præfuerat: nec se comitem illius furoris, sed ducem præbuerat. Itaque noua hac quæstione perterritus, reus caussam deseruit, in Asiam profugit, ad hostes se contulit, pœnasque reipublicæ graues & iustas persoluit. Hæc ita quidem apud Ciceronem pulcherrimè Lælius, cui congruit omnino Valerius Max. lib. IIII. cap. VII. Quare miror, in Plutarchi Gracchis pro C. Lælio, Nasicam esse suppositum: vbi narrat hoc idem & declarat, C. Blosium profugisse ad Aristonicum regem in Asia, Romanis tunc rebellem; atque deinde rebus Aristonici deploratis, ne in manus veniret, sibimet mortem consciuisse.

Quæstio acerba in socios Gracchanos tumultus.

C. Blosius Cumanus Ti. Graccho fidus socius.

P. Rupilius Cos. in Siciliam veniens, L. Pisoni successit. Is Taurominium Q. Fabij generi sui negligentia amissum, vt Valerius Max. lib. II. cap. VII. scribit; & Ennam firmissima fugitiuorum præsidia vi recepit, vbi amplius quàm viginti seruorum milia trucidauit, belloque tandem cruentissimo finem imposuit, vt Orosius lib. V. cap. IX. refert. Item L. Florus lib. III. cap. XIX. Tandem, inquit, P. Rupilio imperatore supplicium de seruis sumptum. Hos enim victos, & apud Ennam nouissime obsessos, cùm fame quasi pestilentia quadam consumpsisset, reliquias latronum compedibus catenisque religauit, crucibusque puniuit. Liuius, vt in Epitoma lib. LIX. notatur, ipsum in Consulatu cum fugitiuis in Sicilia debellasse tradidit. Meminere Pædianus, Eusebius in chronico, & alij.

Res gesta in Sicilia.

Bellum seruile confectũ.

Prætores.

.. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. ..

Vrbanam. &. inter. ciueis. &. peregrinos. iurisdict.

.. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. ..

.. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. ..

Quæst. publicas. sortiti. obtinuêre.

C. Sempronius C. f. C. n. Tuditanus. De hoc ex Cicerone nos plura superiùs in eius Quæstura contulimus. De hac autem illius Prætura certum quid nobis ex Libonis Annalibus prodit Cicero ad Atticum libro XIII. epistola XXXII. cuius verba correctiùs aliquantò, pleniúsque quàm in vulgatis habentur, adferre lubet. Et quod ad te » de X. legatis scripsi, parum intellexti. Credo, quia διὰ σημείων scripseram. De C. Tuditano » enim quærebam, quem ex Hortensio audieram fuisse in decem. Eum video in Libonis » *annali Prætorem P. Popillio, P. Rupilio Coss. annis XIV. antequam Prætor factus est, » legatus esse potuisset? * Nisi admodum serò * Quæstor est factus. Quod non arbitror. » video enim Curuleis magistratus eum legitimis annis perfacilè cepisse. Hæc quidem ita recte Tullius. Sed perperàm intellexerat, hunc Tuditanum fuisse inter X. legatos ad Corinthum ante Quæsturam, & XIV. annis ante Præturam. Quo interuallo distare L. Mummij Consulatum ab hac Tuditani Prætura reperies. Sed legatus in.. er X. L. Mummij Cos. tunc fuerat C. Tuditanus proauus, non auus maternus Q. Hortensij oratoris.

** Sic in v. c. Granuellani patroni mei.*

** Videtur quid deesse, fortè* Non videtur.

*** Prætor *hic legendum, vt indicant sequentia verba: non enim est magistratus Curulis, Quæstura.*

C. Marcius C. f. C. n. Figulus. Iurisconsultus insignis, quem per honorum gradus ad Consulatus vsque petitionem adscendisse, in eaque repulsam passum fuisse, docet Valerius Max. lib. IX. cap. III. Refert enim, vt accensus dolore illius repulsæ, atque eò quidem magis, quòd Consulatum bis patri suo datum meminerat, multos ex ciuibus, cum ad eum postero comitiorum die consulendi caussa frequentes venissent, acerbe re» pulerit atque dimiserit omnes, præfatus his verbis: An vos quidem consulere scitis, Cósu» lem facere nescitis? Dictum grauiter & meritò, sed tamen aliquanto melius non dictum. » nam quis populo Rom. irasci sapienter potest? Hæc fere Valerius: neque quid amplius de hoc legere mihi contigit; atque etiam non videtur posteà campi temeritatem experiri voluisse;

Iurisconsultus eximius.

voluisse,in Consulum enim Catalogo scriptus non reperitur, nec eius apud Auctores alios,quod sciam,mentio. Præturam verò non præteriisse,dubio procul est; cùm anno suo Consulatum petierit.

L. Cornelius * L. f * //. n. Cinna. * C * Liuius * C. f. C. n * Salinator.
L. Aurelius. L. f. L. n. Orestes. P. Furius. Cn. f * P. n * Philus.

Prætores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. Hisp. cit. //. //. //. f. //. n. //. Hisp. vlter.
//. //. //. f. //. n. //. Africam. //. //. //. f. //. n. //. Achaiam
//. //. //. f. //. n. //. Maced. //. //. //. f. //. n. //. Illuricum
Prouincias. sortiti. obtinuêre.

Cn. Octauius Cn. f. Cn. nepos. C. Antonius * M. f. C * nepos.
* A * Gabinius * A. f * //. nepos. L. Memmius * C. f. L. n * Gallus.
Ti. Claudius * Ti. f. Ti. n * Asellus. T. Annius * T. f. T. n * Luscus. Rufus

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Iuno Lanuuina.

M. Plautius L. f * P. n * Hupsæus. Extant eius denarij cum titulo Ædilitatis curulis, cusi, vt videtur verisimile, ad vsum sacrorum atque annonæ publicæ procurandæ, sicut ex eorum typis colligimus. Ostendunt enim in vno latere Iunonis Sospitæ Lanuuinæ caput caprina pelle vestitum, in cuius templo quotannis Consules omnes populi Rom. solemne pro republica sacrificium ipsi obire solent: & in altero latere videtur mensa Iunonis sacra cum imposita corona, stans inter duas spicas erectas, quibus frumenti copia per Ædiles curanda notatur: adscriptum nomen, M. PLAVTI. L. F. HVPSÆVS. ÆD. CVR.

C. Cassius * f. C. n. * Longinus. M. Antius. //. f. //. n. Briso.
M. Fuluius. M. f. Q. n. Flaccus.

Tribuni plebis.

Cur Ti. Gracchus secundum Tribunatum ambierit.

* Q * Pompeius * Q. f. A. n. Rufus * Anno superiore designatus spopondit se Ti. Gracchum, cùm primùm abiisset magistratu, accusaturum, vt Orosius lib. v. cap. VIII. Et his minis, eiusque generis aliis impulsum autumant Gracchum, vt iterùm Tribunus plebis creari vellet, eumque in finem magnis promissis plebem inflammarit, & seditiosis concionibus aduersus optimates concitarit.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

L. Cælius //. f. //. n. Antipater [M. Ræcius M. f. M. nepos]
[M. Acilius M. f. M. n. Glabrio] [C. Ræcius C. f. M. nepos]
[T. Iuuentius M. f. T. n. Thalna] [L. Stertinius L. f. L. nepos]
[T. Numisius T. f. //. n. Tarquiniensis] [Sex. Potitius Sex. f. //. nepos]
Ti. Pandusius //. f. //. nepos

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstores Prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. P. Rupilij Cos. in. Sicilia.

//. //.

//. //. //. f. //. n. //. Pr. in. Hisp. citeriore.
//. //. //. f. //. n. //. Pr. in Hisp. vlteriore.
//. //. //. f. //. n. //. Pr. in. Africa.
//. //. //. f. //. n. //. * Pr. in Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. Calenus.

C. Licinius P. f. //. n. Geta. Obscuri quidem, vt apparet, generis: populari tamen gratia summos etiam honores adeptus est, Consul & Censor factus; quamuis anteà fuisset à Censoribus notatus, & Senatu motus. Extant eius denarij, in quibus P. F. appellatur, vt in eius Consulatu dicam latiùs.

Sex. Pompeius Cn. f. //. n. Strabo. Hic auus Cn. Pompeij Magni, & pater Cn. Pompeij Strabonis Consularis atq; Triumphalis, vt indicant Capitolina marmora. Hunc verò C. Lucilij poëtæ sororem habuisse vxorem, ex Porphyrione Horatij commentatore discimus, qui poëtam Cn. Pompeij Magni maiorem auunculum fuisse vult.

[T. Quinctius T. f. L. n. Crispinus] [M. Porcius M. f. M. n. Læca]
[L. Cornelius L. f. Cn. n. Blasio] [P. Rutilius P. f. P. n. Rufus]
[P. Porcius P. f. P. n. Læca] [P. Rutilius P. f. //. n. Caluus.]

Prouinciæ prorogatæ.

D. Iunius M. f. M. n. Brutus. Callaicus. Procos. Hispaniam. vlteriorem. prorogato. in. aduentum. successoris. vsque. imperio. obtinuit. Confecto diuturno bello, ex decem legatorum, quos Senatus in Hispaniam miserat, consilio prouinciam ordinauit, atque Prætori postea exercitu tradito, Romam ad triumphum decessit: Appianus in Iberica.

P. Cornelius P. f. P. n. Scipio. African. Æmilianus. Procos. Hispaniam. citeriorem. prorogato. donec. successorem. accepisset. imperio. obtinuit. Excisa Numantia, cùm ceteras quæ defecerant ciuitates prouinciæ suæ partim vi, partim deditione in potestatem redegisset; ex decem legatorum consilio, quos Senatus, accepto victoriæ nuntio, ad res Hispaniarum cōstituendas miserat, prouinciam ordinauit. Agros Numantinorum sociis vicinis ac fidelibus colendos distribuit, reliquis suspectis ciuitatibus tributum imposuit: traditaque demum successori prouincia, Romam cum legatis & exercitu ad triumphum profectus est. Vide Appianum, & alios iam adductos.

Hispaniam vtramque Procoss. Brutus & Scipio, deuictis rebellibus, ordinauerunt.

Numantia excisa & deleta.

//. //. //. f. //. n. //. Galliam. //. //. //. f. //. n. //. Sardiniam

Pro. Prætorib. prorogato. imperio. obtinuêre.

C. Hostilius A. f. L. n. Mancinus. M. Aquillius M. f. M. nepos

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. P. Africani Procos. in Hisp. citeriore.
C. Fundanius * M. f. M. n. Fundulus *
//. //. //. f. //. n. //. D. Bruti Procos. in. Hisp. vlter.
//. //. //. f. //. n. //. Propr. in Gallia. Gallicus.
//. //. //. f. //. n. //. Propr. in Sardinia.
//. //. //. f. //. n. //. Pr. in Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. Pr. in. Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. Ostiens. P. Popilli. Cos. //. //. //. f. //. n. //. Lucerinus.
Cn. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarb. L. Iulius Sex. f. Sex. n. Cæsar.

[L. Sergius M. f. L. n. Silus] [C. Sergius Cn. f. Cn. //. Plancus]
[M. Tuccius M. f. M. nepos.] [L. Postumius L. f. Sp. n. Albinus.
[L. Tuccius L. f. M. nepos]

D. Iunius M. f. M. n. Brutus. Callaicus. Procos. ann. DCXXI.
de. Lusitaneis. &. Callaiceis. ex. Hisp. vlteriore. //. //. //.

Post pacatam vndique Hispaniam vlteriorem, vsque ad Oceanum subactis gentibus, & locis penetratis quæ vix erant audita, quemadmodum Strabo & Velleius tradunt, D. Brutus Callaici cognomen obtinuit. Verùm in Velleij Lipsianis exemplaribus A. Bru-

Velleij Paterculi locus.

STEPHANI VINANDI PIGHII
LIBER XIII.
ANNALIVM ROMANORVM.

ANNI P. R. C. DCXX.

Consules.

P. MVCIUS. P. f. Q. n. Scæuula. L. CALPVRNIVS * L. f. C. n * Piso FRVGI



ABENTVR Consules in Cassiodoro & Mariano P. Mucius & L. Calpurnius. Sic autem corrigenda sunt exemplaria, in quibus mendosè vel Q. vel C. Mucius legitur. Tabulæ Græcæ Scæuulam & Calpurnium produnt: Velleius P. Mucium Scæuulam & L. Calpurnium. Meminit item Pędianus in Verrinarum secundam succinctè Consulum, dicens » Scæuulam iuris peritissimum, qui cum L. Pisone » Cos. fuit, quo anno Ti. Gracchus occisus est. Sic Cicero. Valerius Max. Plutarchus in Gracchis, & alij frequenter horum Coss. mentionem faciunt.

L. Pisoni Cos. Sicilia & bellum cum fugitiuis obuenit; P. Mucio Italia, qui Romæ mansit. Prorogata sunt imperia P. Scipioni Æmiliano in Hispania citeriore, D. Bruto in vlteriore, donec cum Numantinis debellatum esset. *Prouinciæ Consulares.*

Prodigiis & varijs rerum euentibus annus hic infelix & funestus reip. Romanæ fuit. Nam Ti. Sempronio Graccho Tribuno plebis legibus agrariis nouis plebem ac optimates committente, deuentum eò furoris est, vt non maiorum more secessione discordia sedata, sed (quod antea numquam) ciuili sanguine, Graccho ipso cum multis alijs occiso, magis obruta quàm extincta fuerit seditio. Quæ postea sæpius recrudescens, totius Romanæ reip. faciem immutauit, ac iure legibusque pessumdatis, omne imperium arbitrio paucorum, & tandem vnius omnino subiecit, quemadmodum nostri Annales ordinatim clarè demonstrabunt. Originem huius mali narrant diffusius Plutarchus in Gracchis, Appianus ciuilium bellorum libro primo, & Liuius libro historiarum LVIII. cuius Epitomen dumtaxat habemus. Item Orosius, Eutropius, L. Florus, Velleius, Cicero, Valerius Max. Plinius, Pædianus, & alij diuersi mentionē faciunt. Interim Attalus Eumenis f. Asiæ Pergamenæ rex moriens, heredem populum Romanum testamento reliquerat, cuius occatione seditioni Gracchus haud modicam in vrbe flammam adiecit, sicut ex iam adductis Auctoribus Lector cognoscere poteris. Meminit eius testamenti Plinius libro XXXIII. cap. XI. *Tumultus Gracchanus sanguinarius. Caduca libertas ciuitatis Romanæ. Asiæ regnum Attalus moriens populo Rom. legauit.*

L. Piso Cos. in Sicilia C. Flacco succedens Mamertium expugnauit, octo milia fugitiuorum occidit, quos passim capere potuit, crucibus affixit. Disciplinam militarem acerrime procurans, * C. Titium Præfectum cohortis, quòd loco fugitiuis cesserat, cinctu togæ præciso, soluta tunica, nudis pedibus, in principijs quotidie stare dum vigiles venirent iussit, conuiuiis item & balneo abstinere; quemadmodum hæc inter exempla disciplinæ militaris Iulius Frontinus Stratagematum libro IIII. cap. I. recenset. Discrepat aliquantulùm Valerius Max. lib. II. cap. VII. & latiùs rem explicat, vbi etiam Titij prænomen à librariis prætermissum est in multis exemplaribus, quem Præfectum equitum fuisse scribit, & non solùm loco cessisse, sed fugitiuorum multitudine circumuentum arma cum suis tradidisse. Iussit igitur eum Piso Cos. toga lacinijs abscisis, discinctaque tunica indutum nudis pedibus à mane in noctem vsque ad principia per omne tempus militiæ adesse. Interdixit etiam ei conuictum hominum, vsumque balnearum; turmasque equitum, quibus præfuerat, ademptis equis, in funditorum alas transcripsit. Cùm autem Piso Cos. multa fortiter prudenterque bello gereret in Sicilia, eos etiam, quorum præcipua opera vsus fuerat, imperatorio * more pro tribunali donis prosequebatur. Inter quos filium *L. Pisonis Cos. res Siciliæ. * cum Titiū in vulgatis mendosè, prænomen ipsum ex veteri manuscripto valdè correcto restitui. Lacinias togæ cinctum Romano fecisse, ex his Frontini & Valerij locis discimus. * nomine perperàm in vulgatis plerisque Valerij codicibus.*

lium suum locis aliquot prælia tum fortissimè, non ipsa corona, sed titulo tantùm aureæ coronæ trium librarum in concione decorauit; præfatus, non oportere a magistratu e publica pecunia erogari, quod in ipsius domum rediturum esset: tantumque ponderis auri se testamento adolescenti legaturum promisit, vt honorem publice a duce, pretium à patre priuatim acciperet. Hæc item pulcherrime de laudatissima L. Pisonis Cos. abstinentia Valerius Max. libro IV. cap. III. qui ob hasce similesque virtutes Frugi cognomen est adeptus.

L. Piso cur Frugi sit appellatus.

Prætores.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Vrban. &. inter. ciueis. &. peregrin. iurisdict. &

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuêre.

T. Annius *. T. f. T. n * Luscus. Rufus. Cuius Prætura ex ordine Consulatus in hunc quasi annum incidit. Hic inter aduersarios & dissuasores legum Ti. Gracchi fuit, vt Plutarchus indicat; qui eum non tam eloquentem, quam in rogando respondendoque promptum & argutum fuisse scribit. Cumque contra Gracchum diceret, eumque palam culparet, quòd collegam sacrosanctum, Tribuniciamque in eo potestatem violasset; ab eodem irato mox reus ad populum factus, vt pauca tantùm eius verba priùs audirentur, à populo petijt. Quod vbi concessum, Si tu, inquit, Tiberi, damnare me velis ac in exilium pellere, egoque ex tuis aliquem collegis appellem, an huic auxiliari oppresso volenti magistratum etiam abrogabis? Obmutuit ad hanc interrogationem Gracchus, quamquam disertissimus esset; atque concionem, quam Annij damnandi caussa vocauerat, re infecta dimisit. Et hæc fere Plutarchus in Gracchorum vita. Ceterùm orationis Annianæ tunc in Gracchum habitæ verba quędam nobis adhuc residua sunt inter fragmenta Verrij Flacci, vel Sex. Pompeij Festi de verborum significationibus, inter exempla vocis Saturæ, quæ talia sunt: T. Annius Luscus, in ea quam dixit aduersus Ti. Gracchum: Imperium, quod plebes per Saturam dederat, id abrogatum est. Salse quidem videtur Annius potestatem illam varijs plebiscitis armatam, quam Tribuni plebis sibi tum vsurpabant, imperium vocare: quod ipsum per Saturam legem à plebe Tribunis datum esse, contemptim nec minus salse dicit. Iustæ namque legis vim obtinere vix videbatur, cum vno rogatu varia temere congesta ferebantur: & talem rogationem idcircò Saturam legem appellabant, à similitudine Saturæ lancis onustæ ciborum diuersitate. Quidquid igitur collectim, confuse, raptimque transigebatur, vulgari prouerbio per Saturam fieri dicebant Romani. His atque similibus T. Annij verbis, tamquam contumelijs irritatus Ti. Gracchus, quia potestatem Tribuniciam M. Octauio suo collegæ abrogarat, amicum reum læsæ maiestatis facere voluit.

Ti Gracchus aduersarios suos omnes damnare molitur.

Leges per Saturam latæ quales.

C. Octauius Cn. f. Cn. nepos. T. Annij iam dicti in Consulatu collega, cuius item annus Præturæ hic erat.

C. Antonius * M. f. C * nepos * A * Gabinius * A. f * // . nepos.

T. Claudius * Ti. f. Ti. n * Asellus. L. Memmius * C. f. L. n * Gallus.

Prætores prouinciarum.

// . // . // . f. // . n. // . Galliam. // . // . // . f. // . n. // . Sardiniam

// . // . // . f. // . n. // . Africam. // . // . // . f. // . n. // . Achaiam

// . // . // . f. // . n. // . Macedoniam. // . // . // . f. // . n. // . Illuricum

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

C. Hostilius A. f. L. n. Mancinus. M. Aquillius M. f. M. nepos.

C. Persius * C. f. C. n. Flaccus * [Q. Marcius Q. f. Q. n. Ralla]

C. Memmius * C. f. L. n * Gallus [C. Claudius Ap. f. C. n. Centho]

Ædiles curules.

Q. Lucretius. // . f. // . n * Flauus * Qui. in. hoc. mag. Vespillo. appellatus. est. Quia, cùm per seditionem occisorum in Capitolio cadauera, tamquam damnatorum, in Tiberim insepulta protraherentur, Lucretius Ædilis ipse sua manu Ti. Gracchi cadauer deie-

Vespillo cur fuerit appellatus Lucretius.

deiecisset, sicut Auctor de viris illustrib. in Ti. Gracchi vita scribit. Nec puduit Lucretium cognominis, quod & liberis reliquit, & in stirpe diu posteà remansit.

Cn. Cornelius L. f. . n. Sisenna. Ex argenteis cum eius nomine cusis denariis affabrè factis colligere forsan poterimus, Q. Lucretij collegam hunc fuisse. Ædilium etenim erat, munditias in vrbe curare, loca scilicet publica quæque purgata & lauta tenere. Horum igitur iussu cadauera cæsorum in Capitolio per seruos publicos in Tiberim protracta fuisse, verisimile est. Cumque Senatus ac optimates Ti. Gracchum, qui immani plebeia seditione concitata, sibi Tribunatum plebis velut regnum quoddam vsurpare & continuare conabatur, perduellem declarassent, atque per tumultum cum factionis suæ capitibus occidissent; in diuersum scissa ciuitate, plebs in mœrorem & fastidia extrema delabitur, nobilitas autem in gaudium atque gloriam semet erexit, quasi Gigantico quodam bello confecto, quemadmodum Plutarchus in Gracchorum vita, & Appian. Alexandrinus bellorum ciuilium libro primo diffusius declarant. Cùm igitur iam esset in vsu apud Romanos, præclaræ alicuius rei memoria magistratum quemque suum celebrare, atque eamdem vel propria vel publica impensa nummorũ in monumentis expressam posteritati relinquere, Cn. Sisennam Ædilem suspicor ob periculosam seditionem in suo magistratu oppressam, in decreta sibi ad sumptus Ædilitatis pecunia notare voluisse Iouem fulminantem è quadriga sua sub Solis capite radiis coronato, Gigantemque magnis repugnantium anguium spiris extentum conterere. Quo significare velle videtur, Ti. Gracchum cum suis coniuratis in templi Capitolini limine, non tenebrosis obscurisque insidiis, sed claro Iustitiæ in sole, Senatus auspiciis ac maiestate tamquam Iouis Capitolini fulmine perculsum & prostratum occubuisse. Sub Gigante equorum vngulis subiecto scriptum nomen, CN. CORNEL. L. F. in altero nummi latere, vbi Romæ caput, & denarij solita nota X. cognomen, SISENNA. ROMA.

Ædilium curulium munus.

Ti. Gracchus perduellis est declaratus.

Ti Gracchus Gigas.

Cn. Sisennæ Ædilis nummus elegans.

Ædiles plebis.

C. Aurelius * L. f. L. n * Orestes. L. Tremellius * C. f. C. n * Scrofa.

Tribuni plebis.

T. Sempronius Ti. f. P. n. Gracchus. In potestate. occisus est. Legem agrariam tulit, qua ditiorum hominum, Liciniam legem defraudantium, auaritiæ conatus est occurrere, quæ talis ferè fuit:

Lex agraria Ti. Gracchi.

Ne. quis. vltra. quingenta. agri. iugera. possideret. Filij. familias. emancipati. non vltra. dimidium. Neve. quis. ex. publico. plus. quàm. * centum. iugera. haberet. Tres. viri. quotannis. crearentur. à. populo. qui. agrum. priuatum. à. publico. secernerent. Quodq. superesset. agrorũ. pauperibus. diuiderent. Vtiqu e. his. qui. lege. Sempronia. agrum. accipere. deberent. pecunia. quæ. ex. Attali. regis. hæreditate. populo. Rom. obuenisset. diuideretur. ad. agrum. colendum. instrumentumq. rusticum. comparandum.

** Sic in v. c. Susiano: in vulgatis malè, decem. Flaccus Siculus de conditionibus agrorum libello ducenta iugera nominat, vt habent eius exemplaria, nescio, an satis fida.*

Promulgatâ in hunc modum lege, discordem Gracchus mox ciuitatem reddidit, in præruptum ancepsque periculum rempublicam omnem adducens. Sicut enim multitudinem inopem in amplam melioris fortunæ spem erexerat, ita non minùs animos locupletum ira atque odio truci accenderat, qui se diuturna agrorum possessione depelli minime passuros non dissimulabant. Mox ingens in vrbe tumultus diuersis partium studiis est consecutus, vt lex primis diebus perferre non potuerit. Tandem abrogato collegæ M. Octauio, quem intercessorem legis subornarunt optimates, Tribunatu, lex summo plebis studio, nec minore cum dolore locupletum perlata est. Itaque III. viri ex lege creati sunt Legislator ipse Ti. Gracchus cum Caio fratre suo, & Ap. Claudio socero suo, viro Consulari & Censorio. Legislator Gracchus autem sibi ab inimicorum multitudine atque Senatus inuidia metuens, ne potestate deposita reus fieret, Tribunus plebis iterùm creari in annum sequentem petit, assiduisque concionibus plebem aduersus optimates concitans, comitia denique rei eiusdem exequendæ caussa vt indicerentur, curauit. Senatus hoc non sine summo reip. detrimento futurum iudicans, eius conatus via quacumque impediendos esse censuit. Cumque Gracchus die comitiorum aduersis auspiciis per forum magna suorum caterua stipatus ad congregatam in Capitolio plebem scanderet,

Scinditur in diuersum discors ciuitas.

Treuiri agrarij.

Ti. Gracchus Tribunatum plebis alterũ postulat.

ret,& salutem suam huic commendare volens, dexteram capiti imponeret: aduersa nobilitas in foro præsens diadema poscere ipsum, & regnum petere clamitans, vt P. Mucium Cos. appellans postulat, vt hostem vi compesceret. Qui dum tergiuersaretur, & ciuem indemnatum auctore se morti dandum esse negaret: P. Scipio Nasica Pontifex Max. quando Consul, inquit, rempublicam deserit, qui eam saluam volunt, me sequantur. Quem mox sequuta nobilitas in Capitolium pergit, plebis cœtus ibidem discutit, & Ti. Gracchum cum multis alijs seditionis principibus, subselliorum fragmentis & fustibus occidit ad ducentos. Occisorum cadauera non sepulturæ data, sed in Tiberim proiecta sunt. Et hæc quidem prima fuit origo ciuilis sanguinis violenter in vrbe profusi, cuius scaturigines sensim prorumpentes amplius, breui totam Italiam, omnesque Romani imperij prouincias passim inundarunt, vti Annales subsequentes declarabunt. Sed præsentis anni cladem multò latiùs scribunt Plutarchus in Gracchis, Appianus ciuilium libro primo, Liuius LVIII. Velleius, Orosius, L. Florus, Auctor de viris illustrib. & alij plures. Meminere legis huius funestæ Semproniæ Cicero & Pædianus varijs locis. Seruatum ex S. C. postea ad tempus, refert Plutarchus, vt plebis ira molliretur.

P. Nasica duce Ti. Gracchus cum suis asseclis occiditur.

Sanguinis ciuilis prima scaturigines.

M. Octauius. //. f. //. n. Cæcina. Legi Semproniæ constanter per plures dies intercessit. Et cùm incœpto dimoueri nequiret, collega legislator Gracchus ei nouo exẽplo comitijs habitis Tribunatũ populi suffragijs abrogauit. In eius locũ factus est

Intercessor legis agrariæ.

Q. Mummius * Q. f. Q. * nepos. Ti. Gracchi clientulus, Plutarcho teste. Sed nescio an rectè Mucius legatur in eius exemplaribus, & in Orosio Minucius: varietatem istam librariorum culpa tamen prouenisse suspicor. Nouorum Tribunorum plebis in annum sequentem comitia habuit, quibus Gracchus iterum designari cupiens, dum suffragia colligerentur, occisus est, vt scribunt Plutarchus, Appianus, Liuius, & alij iam adducti. Comperimus itaque verum esse, quod Iulius Obsequens inter prodigia de hac re memorat notatu dignum: Constat, inquit, neminem, qui magistratum collegæ abstulerat, annum superuixisse. Abrogauerunt autem hi, L. Iunius Brutus Cos. Tarquinio Collatino, Ti. Gracchus M. Octauio Cæcinæ. Nominat etiam plures, de quibus nos posteà suis in locis. Hic vides, Lector, M. Octauium ab ipso Cæcinam appellari.

Comitia nouorum plebis Tribunorum funesta.

L. Rubrius. //. f. //. n * Varro * Gracchi item collega, qui Tribunorum plebis in annum insequentem habenda comitia sortitus erat; sed inuidiosam hanc sortem in tanta dissentione sibi periculosam arbitratus, Q. Mummio collegæ petenti lubenter concessit: Appianus.

Sortem suam deserit Varro, Ti. Gracchi postulatis aduersus.

P * Appuleius C. f. L. n * Saturninus. Fragmento subsellij Ti. Grachum in fuga prolapsum primus vulnerauit: L. Rubrius alteram claua plagam, de qua gloriari solitus erat, resurgenti inflixit: Plutarchus, Orosius.

Gracchum primus vulnerat.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

Q. Ælius Q. f. P. n. Tubero. Constantem ciuem & fortem fuisse, & in primis Ti. Graccho molestum, Cicero testatur in Bruto, vt dixi superiùs: & orationibus etiam inter se contendisse, quæ Ciceronis tempore adhuc extabant. Hinc ferè colligimus, Tuberonem inter collegas aduersarios Gracchi tum fuisse, & eius Tribunatum plebis ad hunc annum respicere, quamuis hoc Cicero verbis non exprimat.

Tuberonis laudes.

[Q. Sicinius Cn. f. C. n. nepos] [C. Tarquitius C. f. L. n. Flaccus]
[M. Aufidius M. f. //. nepos.] [Sp. Mummius Sp. f. L. nepos.]

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Questores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. L. Pisonis. Cos. in. Silicia.
//. //. //. f. //. n. //. Pr. in. Gallia.
//. //. //. f. //. n. //. Pr. in Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. Pr. in Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. Pr. in. Sardinia.
//. //. //. f. //. n. //. Ostiensis.

Q. Mu-

Q. Mucius Q. f. Q. n. Scæuula. Augur. Q. Scæuulæ filius anno DLXXIX. Consulis. C. Lælij gener, L. Crassi oratoris socer, Stoica disciplina, iurisque scientia & omni genere litterarum atque prudentiæ præstans. Ad quem senem audiendum M. Cicero, sumpta virili toga, à patre deductus est, vt ipse testatur in præfatione dialogi de amicitia ad T. Pomponium Atticum, in quo C. Lælium socerum cum duobus suis generis, hoc Q. Mucio scilicet & C. Fannio M. f. de amicitia disputantem inducit, anno vrbis DCXXIV. paucis diebus post mortem P. Africani Æmiliani. Frequens eius laudata fit mentio apud Auctores, & in primis Ciceronem, qui Augurem plerumque vocat, ad differentiam alterius Q. Mucij Pontificis, ætate paulò inferioris, vt indicat ibidem, dicens, hoc Q. Mucio Augure mortuo, se ad Pontificem Scæuulam audiendum contulisse. Atque hæc eò diligentiùs adfero, quòd videam plures scriptores istorum duorum Scæuularum acta & magistratus temere confudisse, nominum similitudine deceptos. *Q. Q. Mucij Scæuulæ duo.*

L. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Collega Q. Mucij iam dicti in Consulatu, & ex quatuor Q. Metelli Macedonici filiis, quorum humeris ad sepulturam elatus est, hic secundus fuit. Hunc quidem, eò quod vlcus in fronte fascia obligatum occultare solebat, Diadematum appellabant, vt Plutarchus testatur in Coriolani vita: eodemque insignitur agnomine à Plinio libro VII. cap. XLIIII. Falluntur itaque non parum, qui hunc eumdem cum L. Metello Delmatico putant, quem L. Metelli Calui filium (vt hunc Q. Metelli Macedonici) & patrueles fuisse, produnt antiqua marmora, velut ex sequentibus constabit apertius. *L. Metellus, cur Diadematus sit dictus vulgo. Error de hoc Metello multorum.*

C. Scribonius * C. f. C. n * Curio. Domo Prætoria, ni fallor: auus enim huius videtur fuisse C. Scribonius Curio Maximus, quem Liuius libro XXXIII. Ædilem plebis anno DLVII. & libro sequenti Prætorem adfert anno DLX. Eius autem filius C. Scribonius, pater (vt ex interuallo temporis apparet) huius anno deinde XIX. creatus est Curio Maximus, vt idem Liuius auctor est lib. XLI. Recenset inter rara felicitatis exempla Plinius libro VII. cap. XII. quòd in vna Curionum familia tres continua serie oratores extiterint, quorum hic primus; fuitque pater C. Curionis Consularis ac Triumphalis, atque auus illius C. Curionis, qui Tribunus plebis, muneribus Cæsaris corruptus, rempublicam turbauit. Hic autem auus Curio, Cicerone in Bruto teste, fuit orator sanè illustris, cuius orationes aliquot nobiles eius tempore extiterunt, fuitque in numero patronorum habitus. Itaque mirari se dicit, cùm & vita ei suppeditauerit, & splendor non defuerit, Consulem ipsum non fuisse. Ex Tullij igitur his verbis colligimus, Præturam cæterosq; minores magistratus huic Curioni non defuisse. *Tres oratores celeberrimi in Curionum familia.*

L. Iulius Sex. f. Sex. n. Cæsar. Cuius pater reperitur Cos. in Capitolinis Fastis notatus in anno DXCVI. & huius duo filij sequentur in Annalibus magistratibus suis celebres; L. Cæsar Cos. & Censor, item C. Cæsar Strabo insignis orator Ædilis curulis: qui ambo posteà bello ciuili à Marianis sunt occisi.

[C. Sergius Cn. f. Cn. n. Plancus.] Familia Prætoria natus: auus enim Plancus Prætor vrbanus fuerat anno DLIII. vt Liuius libro XXX.

[Q. Cotius Q. f. . nepos.] Cuius pater Achilles ob fortitudinem appellatus fuit, bis duello victor bello Celtiberico, cùm esset Q. Metelli Macedonici legatus; quod apud Valerium Max. lib. III. cap. II. latiùs narratur.

[L. Sergius M. f. L. n. Silus] Pater huius legatus atque Præfectus in prælio contra Persen Macedoniæ regem anno DXXCV. sicut Liuius lib. XLIV.

L. Postumius L. f. Sp. n. Albinus] Pater in Consulatu anno DXCIX. mortuus erat veneno vxoris extinctus, quemadmodum ex Valerio Max. tum diximus.

Prouinciæ prorogatæ.

D. Iunius M. f. M. n. Brutus. Callaicus. Hispaniam. vlteriorem. prorogato. imperio. obtinuit. Ductis per Bracaras ac Lusitanos longè lateque legionibus, oppida quæ defecerant denuò subegit. Talabricam vrbem sæpiùs rebellantem aggressus, deditione voluntaria recepit. A quibus transfugas omnes atque obsides primum postulauit, deinde pecuniam, frumentum, equos, armorumque genus omne, quod penes ipsos esset. Quibus acceptis, vrbem ac munitiones vt relinquerent imperauit. Quod cùm trepidè ac obedienter fecissent, circumseptam copiis suis multitudinem ad concionem vocauit, & quotiens iusiurandum ac fidem rupissent, rebellionemque fecissent, acerbis verbis in memoriam ipsis reuocauit, quasque pœnas mererentur exposuit. Atque ita minis perterrefactos, *Obedientia clementiam excitauit.*

 refactos,

refactos, cùm grauiora supplicia metuerent Talabricenses, præter ipsorum exspectationem eos dimisit, domumque redire iussit. Hæc apud Appianum in Iberica.

P. Cornelius P. f. P. n. Scipio. African. Æmilianus. Hispaniam. citeriorem. prorogato. imperio. obtinuit. *Res gestæ P. Scipionis ad Numantiam.* Cùm hieme tota populationibus hostium vastaret omnia, cohortes quasdam Numantinorum impetu in fugam compulsos, redire in prælium iussit, minatus palàm, se pro hostibus habiturum omnes, qui victi ac non victores in castra redissent. Quibus minis perterrefacti Romani, ac Imperatoris præsentia erecti, conuersis signis acriores in pugnam redeunt, atque hostes ipsos in fugam multis occisis vertunt. *Eius abstinentia & liberalitas.* Eodem tempore Scipio missa ab Antiocho Syriæ rege munera amplissima non sibi priuatim, sed publicè pro tribunali accipere voluit, atque omnia Quæstorem suum in tabulas publicas referre iussit, ex iisque se fortissimum quemque virum dona palam daturum esse pronuntiauit. *Numantia capta.* Bina dehinc ad Numantiam castra posuit, vrbem fossa, muro, turribus, ac vallo clausam ita pressit fame & omnium rerum inopia, vti tandem desperatione compulsi ciues plurimi mortem sibi consciuerint; reliqui, traditis armis, sese hostium potestati dedidère. Qui omnes, paucis ad triumphum reseruatis, sub hasta venière. vrbem ipsam funditus euerti Scipio iussit, vt Appianus scribit. alij ciues ipsos vrbem atque omnia sua flammis, seque vxores ac liberos ferro absumpsisse scribunt. Sed hæc latius apud Appianum, Orosium, L. Florum, Liuium, Velleium, Frontinum, & alios.

Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Macedonicus. Cn. Seruilius. Cn. f. Cn. n. *Seruorum in Campania motus.* Cæpio. Procoss. extra. ordinem. in. Campania. fuisse videntur, ad seruorum nouos motus exorientes comprimendos. Eos etenim Sinuessæ quatuor seruorum milia oppressisse refert Orosius libro quinto cap. IX. Item Minturnis quadringentos quinquaginta seruos in crucem actos. Sic etiam Iulius Obsequens tradit in Italia seruorum multa milia, quæ coniurauerant, ægre comprehensa, & supplicio consumpta fuisse.

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

// // // f. // n. // P. Africani. Procos. in. Hisp. citeriore. Missa ab Antiocho Suriæ rege Scipioni Procos. munera eius iussu in tabulas rationum publicas retulit. Deditos Numantinos sub hasta vendidit, pecuniamque in tabulas rationum retulit: Liuius lib. LVII. Appianus in Iberica.

C. Fundanius * M. f. M. n. Fundulus *

// // // f. // n. // D. Bruti Procos. in Hisp. vlteriore.

// // // f. // n. // // Pr. in. Africa.

// // // f. // n. // // Pr. in. Illurico.

// // // f. // n. // Lucerin. // // // f. // n. // Calenus.

Cn. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarb. [A. Antonius A. f. C. nepos]

[M. Tuccius M. f. M. nepos] [L. Tuccius L. f. M. nepos]

[P. Silius L. f. P. nepos.]

ANNI P. R. C. DCXXI.

Consules.

P. POPILLIVS. C. F. P. n. Lænas. P. RVPILIVS. P. F. P. N.

HABVIT Consules hic annus P. Popillium C. f. & P. Rupilium, vt ex fragmentis Fastorum Capitolinis apparet: igitur mendosè in Cassiodoro & Mariano Sulpicius pro Rupilio suppositus legitur. Velleius Paterculus historiarum lib. II. Rupilium Popilliumque Coss. nominat: tabulæ Græcæ & Cuspiniani Lænatem & Rupilium produnt. Sic Cicero in Lælio, & Valerius Max. lib. IV. cap. VII. Sed in his & in aliis aliquot Auctorum locis perperàm ferè Rutilius Consulum alter appellatur. Rectiùs autem nominantur in Ciceronis epistolarum libro XIII. ad Atticum, cuius paullò pòst adducam verba: item actione in C. Verrem sexta, scribens P. Popillio & P. Rupilio Consulibus fugitiuos seruos Ennam in Sicilia tenuisse.

Prouinciæ Consulares. P. Popillio Italia, & P. Rupilio Sicilia prouinciæ obuenerunt: P. Scipioni & D. Bruto in Hispaniis prorogantur imperia donec successores eorum aduenissent: missique in eas prouincias decem legati, ex quorum consilio hi imperatores prouincias constituerent ac ordinarent. Romæ interim Ti. Gracchi seditione superioris anni potius obruta quam extincta,

tincta, cùm Senatus ipsum hostem iudicasset, Consulibus huius anni initio mandatū, vti cum consilio iudicum inquirerent in eos, qui cum Ti. Graccho contra remp. coniurarant consenserántve, atque in criminis noxios more maiorum animaduerterent. Acerba quæstione multi vel exilio vel morte puniti. C. Villius in culeo cum anguibus insutus atque necatus est, vt Plutarchus refert. At inter alios reos C. Blosius Cumanus amicitia ac fide in Gracchum omnibus admirationi fuit. Cùm enim ad C. Lælium, qui Consulibus in ista quæstione præcipuus aderat in consilio, pro se deprecatum venisset, excusationis suæ caussam vnicam adferebat, quòd tanti Ti. Gracchum fecisset, vt quidquid ille vellet, sibi faciundum putaret. Etiamne, mox Lælius ait, si te in Capitolium faces ferre vellet? Numquam, respōdit Blosius, voluisset: sed si voluisset, paruissem; persuasus, ipsum pro populi vtilitate, nec aliter vmquam, hoc iussurū. Sed infelix atque cæcus hic in Gracchum amor tunc Blosium perdidit. Nam, vt Lælius idem refert apud Ciceronem in dialogo de amicitia, non solùm paruerat ille Ti. Gracchi temeritati, sed præfuerat: nec se comitem illius furoris, sed ducem præbuerat. Itaque noua hac quæstione perterritus, reus caussam deseruit, in Asiam profugit, ad hostes se contulit, pœnasque reipublicæ graues & iustas persoluit. Hæc ita quidem apud Ciceronem pulcherrimè Lælius, cui congruit omnino Valerius Max. lib. IIII. cap. VII. Quare miror, in Plutarchi Gracchis pro C. Lælio, Nasicam esse suppositum: vbi narrat hoc idem & declarat, C. Blosium profugisse ad Aristonicum regem in Asia, Romanis tunc rebellem; atque deinde rebus Aristonici deploratis, ne in manus veniret, sibimet mortem consciuisse.

Quæstio acerba in socios Gracchanos immodica. *C. Blosius Cumanus Ti. Graccho fidus socius.*

P. Rupilius Cos. in Siciliam veniens, L. Pisoni successit. Is Taurominium Q. Fabij generi sui negligentia amissum, vt Valerius Max. lib. II. cap. VII. scribit; & Ennam firmissima fugitiuorum præsidia vi recepit, vbi amplius quàm viginti seruorum milia trucidauit, belloque tandem cruentissimo finem imposuit, vt Orosius lib. V. cap. IX. refert. Item L. Florus lib. III. cap. XIX. Tandem, inquit, P. Rupilio imperatore supplicium de seruis sumptum. Hos enim victos, & apud Ennam nouissime obsessos, cum fame quasi pestilentia quadam consumpsisset, reliquias latronum compedibus catenisque religauit, crucibusque puniuit. Liuius, vt in Epitoma lib. LIX. notatur, ipsum in Consulatu cum fugitiuis in Sicilia debellasse tradidit. Meminere Pædianus, Eusebius in chronico, & alij.

Res gestæ in Sicilia. *Bellum seruile confectū.*

Prætores.

ll. ll. ll. f. ll. n. ll. ll. ll. ll. f. ll. n. ll.

Vrbanam. &. inter. ciueis. &. peregrinos. iurisdict.

ll. ll. ll. f. ll. n. ll. ll. ll. ll. f. ll. n. ll.

ll. ll. ll. f. ll. n. ll. ll. ll. ll. f. ll. n. ll.

Quæst. publicas. sortiti. obtinuêre.

1. C. Sempronius C. f. C. n. Tuditanus. De hoc ex Cicerone nos plura superiùs in eius Quæstura contulimus. De hac autem illius Prætura certum quid nobis ex Libonis Annalibus prodit Cicero ad Atticum libro XIII. epistola XXXII. cuius verba correctiùs aliquantò, pleniusque quàm in vulgatis habentur, adferre lubet. "Et quod ad te de X. legatis scripsi, parum intellexti. Credo, quia διὰ σημείων scripseram. De C. Tuditano enim quærebam, quem ex Hortensio audieram fuisse in decem. Eum video in Libonis *annali Prætorem P. Popillio, P. Rupilio Coss. annis XIV. antequam Prætor factus est, legatus esse potuisset? *Nisi admodum serò *Quæstor est factus. Quod non arbitror. Non video enim Curuleis magistratus eum legitimis annis perfacilè cepisse." Hæc quidem ita recte Tullius. Sed perperàm intellexerat, hunc Tuditanum fuisse inter X. legatos ad Corinthum ante Quæsturam, & XIV. annis ante Præturam. Quo interuallo distare L. Mummij Consulatum ab hac Tuditani Prætura reperies. Sed legatus inter X. L. Mummij Cos. tunc fuerat C. Tuditanus proauus, non auus maternus Q. Hortensij oratoris.

• Sic in v. c. Granuellani patroni mei. *• Videtur quid deesse, fortè Non videtur.* *• Prætor hic legendum, vt indicant sequentia verba: non enim est magistratus Curulis, Quæstura.*

C. Marcius C. f. C. n. Figulus. Iurisconsultus insignis, quem per honorum gradus ad Consulatus vsque petitionem adscendisse, in eaque repulsam passum fuisse, docet Valerius Max. lib. IX. cap. III. Refert enim, vt accensus dolore illius repulsæ, atque eò quidem magis, quòd Consulatum bis patri suo datum meminerat, multos ex ciuibus, cum ad eum postero comitiorum die consulendi caussa frequentes venissent, acerbe repulerit atque dimiserit omnes, præfatus his verbis: "An vos quidem consulere scitis, Cōsulem facere nescitis? Dictum grauiter & meritò; sed tamen aliquanto melius non dictum. nam quis populo Rom. irasci sapienter potest?" Hæc ferè Valerius: neque quid amplius de hoc legere mihi contigit; atque etiam non videtur posteà campi temeritatem experiri voluisse;

Iurisconsultus eximius.

//. //. //. f. //. n. //. Pr. in Hisp. citeriore.
//. //. //. f. //. n. //. Pr. in Hisp. vlteriore.
//. //. //. f. //. n. //. Pr. in Africa.
//. //. //. f. //. n. //. * Pr. in Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. Calenus.

C. Licinius P. f. //. n. Geta. Obscuri quidem, vt apparet, generis: populari tamen gratia summos etiam honores adeptus est, Consul & Censor factus; quamuis anteà fuisset à Censoribus notatus, & Senatu motus. Extant eius denarij, in quibus P. F. appellatur, vt in eius Consulatu dicam latius.

Sex. Pompeius Cn. f. //. n. Strabo. Hic auus Cn. Pompeij Magni, & pater Cn. Pompeij Strabonis Consularis atq; Triumphalis, vt indicant Capitolina marmora. Hunc verò C. Lucilij poëtæ sororem habuisse vxorem, ex Porphyrione Horatij commentatore discimus, qui poëtam Cn. Pompeij Magni maiorem auunculum fuisse vult.

[T. Quinctius T. f. L. n. Crispinus] [M. Porcius M. f. M. n. Læca]
[L. Cornelius L. f. Cn. n. Blasio] [P. Rutilius P. f. P. n. Rufus]
[P. Porcius P. f. P. n. Læca] [P. Rutilius P. f. //. n. Caluus.]

Prouinciæ prorogatæ.

D. Iunius M. f. M. n. Brutus. Callaicus. Procos. Hispaniam. vlteriorem. prorogato. in. aduentum. successoris. vsque. imperio. obtinuit. Confecto diuturno bello, ex decem legatorum, quos Senatus in Hispaniam miserat, consilio prouinciam ordinauit, atque Prætori posteà exercitu tradito, Romam ad triumphum decessit: Appianus in Iberica. *Hispaniam vtramque Procoss. Brutus & Scipio, deuictis rebellibus, ordinarunt.*

P. Cornelius P. f. P. n. Scipio. African. Æmilianus. Procos. Hispaniam. citeriorem. prorogato. donec. successorem. accepisset. imperio. obtinuit. Excisa Numantia, cùm ceteras quæ defecerant ciuitates prouinciæ suæ partim vi, partim deditione in potestatem redegisset; ex decem legatorum consilio, quos Senatus, accepto victoriæ nuntio, ad res Hispaniarum cōstituendas miserat, prouinciam ordinauit. Agros Numantinorum sociis vicinis ac fidelibus colendos distribuit, reliquis suspectis ciuitatibus tributum imposuit: traditaque demum successori prouincia, Romam cum legatis & exercitu ad triumphum profectus est. Vide Appianum, & alios iam adductos. *Numantia excisa & deleta.*

//. //. //. f. //. n. //. Galliam. //. //. //. f. //. n. //. Sardiniam

Pro. Protorib. prorogato. imperio. obtinuêre.

C. Hostilius A. f. L. n. Mancinus. M. Aquillius M. f. M. nepos

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. P. Africani Procos. in Hisp. citeriore.
C. Fundanius * M. f. M. n. Fundulus *
//. //. //. f. //. n. //. D. Bruti Procos. in. Hisp. vlter.
//. //. //. f. //. n. //. Propr. in Gallia. Gallicus.
//. //. //. f. //. n. //. Propr. in Sardinia.
//. //. //. f. //. n. //. Pr. in Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. Pr. in. Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. Ostiens. P. Popilli. Cos. //. //. //. f. //. n. //. Lucerinus.
Cn. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarb. L. Iulius Sex. f. Sex. n. Cæsar.
[L. Sergius M. f. L. n. Silus] [C. Sergius Cn. f. Cn. //. Plancus]
[M. Tuccius M. f. M. nepos.] [L. Postumius L. f. Sp. n. Albinus.
[L. Tuccius L. f. M. nepos]

D. Iunius M. f. M. n. Brutus. Callaicus. Procos. ann. DCXXI.
de. Lusitaneis. &. Callaiceis. ex. Hisp. vlteriore. //. //. //.

Post pacatam vndique Hispaniam vlteriorem, vsque ad Oceanum subactis gentibus, & locis penetratis quæ vix erant audita, quemadmodum Strabo & Velleius tradunt, D. Brutus Callaici cognomen obtinuit. Verùm in Velleij Lipsianis exemplaribus A. Bru- *Velleij Paterculi locus.*

tus mendosè vocatur. Qui Romam reuersus triumphauit de Lusitanis & Callaicis populis, non diu antequam P. Scipio de Numantinis triumpharet, sicut ex Eutropio colligimus. Ait enim: ° Eodem (quo Scipio scilicet Numantiam euertit) tempore Attalus rex Asiæ frater Eumenis mortuus est, heredemque populum Romanum reliquit; ita imperio Romano per testamentum Asia accessit. Mox etiam D. Iunius Brutus de ° Gallicis & Lusitanis triumphauit magna gloria; & P. Scipio Africanus de Numantinis secundum triumphum egit decimo quarto anno, postquam priorem ° de Africa egerat. Meminit triumphi Plutarchus in Gracchis, scribens ex Cornelio Nepote, C. Gracchum vxorem habuisse filiam D. Bruti, qui de Lusitanis triumphauerat. Ex manubiis verò D. Brutum consecrasse templa, & eorum aditus Attij Poëtæ familiaris sui versibus adornasse, testatur Cicero in Bruto, atque in oratione pro Archia poëta. Annotauit idem Valerius Max. lib. VIII. cap. XIV. Atqui templum Bruti Callaici dictum, inter vetusta vrbis Romæ ædificia recenset in regione nona Circi Flaminij P. Victor, qui de regionibus vrbis Romæ tabulas scripsit.

° Sic. v. c. Sanctensis.

° Callæcis v. c. rectius tamen Callaicis. vt antiqua habent marmora.

° ex v. c. melius.

Attius poëta D. Bruto familiaris.

P. Cornelius P. f. P. n. Scipio. Africanus. ann. DCXXI.
Æmilianus /. Procos. de. Numantineis. ex
Hispania. citeriore. //. Kal. Ianuar.

P. Scipio Æmilianus Procos. deleta Numantia, rebusque in Hispania citeriore ex decem legatorum consilio compositis, Romam reuersus de Numantinis triumphum egit alterum suum, decimo quarto anno postquam de Carthagine deleta triumphauerat, vt auctores habemus Ciceronem in Scipionis ipsius Somnio, & libro de rep. VI. Valerium Maximum, Liuium, & Eutropium. Numantini inde cognomen retinuisse Scipionem, referunt Appianus in Iberica, & Auctor de viris illustribus. Testatur idem Ouidius in Fastis libro primo, sic dicens:

Ille Numantina traxit ab vrbe notam.

Ipse tamen Scipio cognomen hoc à populo sibi tributum non videtur acceptasse, cùm inter honorum eius titulos nusquam in antiquis marmorum epigraphis illud, quod sciam, reperiatur. Cicero Philippica XI. clare demonstrat, P. Africanum anno ante L. Valerium & P. Licinium Coss. qui sequuntur, triumphasse. L. Florus lib. II. cap. XVIII. & Orosius lib. V. cap. VII. scribunt, Numantinos nullum de se hosti gaudium reliquisse, ne virum quidem vnum repperisse victores, qui in catenis duceretur: prædam omnem cum vrbe, quam ipsi ciues incenderant, flamma consumptam fuisse. Igitur, vnde triumphum dederit, præterquam de solo nomine, Romam ignorasse; quæ nihil (vt addit Eutropius noster Sanctensis, quod in vulgatis non reperitur) ex victis aliud quàm securitatem adepta fuit, seque magis euasisse Numantinos, quàm vicisse dixit. Sed aliter alij scribunt. Appianus ex ciuium reliquiis multos fuisse captos, & sub hasta venumdatos, cùm priùs imperator Scipio quædam ex his eximia corpora selecta reseruasset ad vsum triumphi. Plinius libro XXXIII. cap. XI. septemdecim milia pondo argenti in hoc triumpho Scipionis post Numantiam victam & deletam translata fuisse indicat: sed quantum ex præda militibus distribuerit, non facile est ex eo Plinij loco colligere, qui mancus haud dubiè & correptus videtur. Verba quidem sic extant in exemplaribus: Posteà victa Numantia & deleta, idem Africanus in triumpho militibus XVII. milia pondo dedit. O viros illo Imperatore dignos, quibus hoc satis fuit! Tu vide locum Lector. Equidem ex eius verbis colligo, militibus exiguum quid dedisse, cuius notas librarij scriptores supinè transilierunt, & XVII. milia pondo transtulisse in ærarium, & XVII. pondo dedisse militibus. Quare conicio, sic potiùs suppleri locum debere, si quid diuinare licebit: In triumpho transtulit XVII. milia pondo, militibus XVII. pondo dedit. Idem Plinius addit, libras argenti XXXII. tantùm heredi post mortem reliquisse. Valerius item Maximus lib. IIII. cap. III. inter abstinentiæ & continentiæ exempla recensuit, Scipionem Æmilianum post duos inclytos Consulatus, totidemque præcipuæ gloriæ triumphos, septèm tantùm seruis sequentibus officio legationis functum; qui multo plures Carthaginis & Numantiæ spoliis comparare potuerat, nisi operum laudem ad se, manubias ad patriam redundare maluisset. Sed quod ad eiusdem Æmiliani magistratus & honores attinet, eos titulus zophoro marmoreo insculptus recenset breuiter & accurate satis: qui, cùm essem Romæ, me vidente fuit extractus è ruinis Basilicæ Pauli ad forum Romanum, & in Capitolio positus, in quo hæc leguntur:

Numantini cognomen P. Scipio non acceptauit.

Numantini se perdunt.

Victoria inutilis.

Plinij locus mutilus & corruptus.

P. Scipionis Æmiliani laudatissima continentia.

P. CORNELIVS. PAVLI. F. SCIPIO.
AFRICANVS. COS. II. CENS.
AVGVR. TRIVMPHAVIT. II.

Ex

Ex hac quidem inscriptione videtur A. Gellius de axiomate differens libro XVI. cap. VIII. συμπεπλεγμένον ἀξίωμα exempli caussa fingere voluisse, eamdem fere copulis insertis ita » recensens: P. Scipio Paulli filius & bis Consul fuit, & * triumphauit, & Censura functus » est, & collega in Censura L. Mummij fuit. Mense quidem Decembri triumphasse Scipionem, inde colligo, quòd scribat Valerius Max. lib. VI. cap. II. ipsum ab Numantiæ ruinis venientem ab ipsa pæne porta productum in Rostra fuisse à C. Carbone Tribuno plebis, qui huius anni extremo mense, quarto scilicet Idus Decembris, Tribunatum inierat, & vt apparet, vel ante vel paullò post triumphum vocari à viatore Scipionem iusserat.

* *Vide num desit vox vlla, bis re. ex lapidibus.*

ANNI P. R. C. DCXXII.

Consules.

P. LICINIVS. P. F. P. N. CRASSUS. Mucian. Pont. Max.   L. VALERIUS * C. f. P. n * Flaccus. Flamen. Mart.

CONSVLES adferunt tabulæ Græcæ Crassum & Flaccum; Cassidorus & Marianus P. Crassum & L. Valerium Flaccum; Cicero Philippica XI. L. Valerium, P. Licinium, tabulæ verò Cuspiniani Mucianum & Flaccum: & rectè. Nam P. Crassum Mucianum etiam appellant Velleius & A. Gellius. Fratrem enim fuisse P. Mucij Scæuulæ Consulis ante biennium diximus; idemque testatur Cicero in Bruto, & in libris de oratore sæpiùs.

Attalus Philometor, Eumenis filius, Pergamenorum rex, à Romanis priùs auctum regnum suum moriens ante biennium testamento, sicut diximus, populo Romano reliquerat: quod Aristonicus, Eumenis item filius, non iusto matrimonio, sed ex pellice natus, cùm libera esse deberet, partim vi partim deditione occupauerat. Igitur ex S. C. inter se sortiri vel comparare iussi sunt, vter eorum Asiam prouinciam obtineret, & bellum cum Aristonico gereret. Magnis contentionibus inter Consules res acta cùm in Senatu, tum apud populum. P. Crassus Cos. & Pont. Max. Flacco collegæ Flamini Martiali multam dixit, si a sacris discessisset: quam multam populus Flamini remisit, Pontifici tamen ipsum parère iussit. De qua re Cicero Philippica XI. Crassus igitur obtinuit Asiam, L. Flacco prouincia remansit Italia. P. Crassus autem primus eorum qui Pontifices Max Consulatum obtinuerunt, extra Italiam cum exercitu profectus, in Asia ab Aristonico victus occubuit, vt anno sequenti latius dicemus.

Aristonicus Asiam vi fere hereditariam occupat.

Prouinciæ Consulares.

Ambitiosa contentio Consulum.

Primus Pontifex Max. armatus extra Italiam.

CENSS. Q. CAECILIUS. Q. f. L. n. Metell. Maced.   Q. Pompeius. A. f. //. nepos.
Ambo. primi. de. p'ebe. Lustr. fec. LIX.

Hoc anno Censores etiam fuisse, ex paruis Fastorum Capitolinorum reliquiis noscimus. Fuisse autem Q. Cæcilium Metellum Macedonicum & Q. Pompeium, constat nobis item ex Compendio Liuiano lib. LIX. vbi hos primùm duos plebeios Censores simul creatos esse dicit, cùm tamen ex lege Publilia per ducentos amplius annos Censorum alter patricius semper fuisset. Q. Metellus verò Censor edicto censuit, & populum oratione grauissima hortatus est, vt ducere vxores omnino cogerentur ciues omnes, liberorum procreandorum caussa. Orationem eius, vt refert Liuius, postea Augustus Cæsar, cùm de maritandis ordinibus ageret, velut eo tempore scriptam, in Senatu recitauit. Nec præterit hoc Suetonius in Augusti vita, scribens ipsum etiam libros totos & Senatui recitasse, & populo notos per edictum sæpe fecisse, vt orationes Q. Metelli de prole augenda, & Rutilij de modo ædificiorum; quò magis persuadere, vtramque rem non à se primò animaduersam, sed antiquis iam tunc curæ fuisse. Et hæc quidem de Augusto Suetonius. Lustrum autem ab hisce Censoribus conditum est anno insequenti LIX. vrbis, de quo in Liuiana LIX. libri Epitoma sic legimus, cuius verba cum numerorum notis aliquantò correctiùs, quàm in exemplaribus vulgatis habentur, ex manuscripto Susiano codice lubet hic studiosorum in gratiam adscribere: Q. Pompeius & Q. Metellus » tunc primùm ex plebe Censores facti Lustrum condiderunt, censa sunt ciuium capita » CCCXVII. milia, DCCCXXIII. præter pupillos & viduas.

Q. Macedonici orationes de maritandis ordinibus, & prole augenda.

Prætores.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
Vrbanam. &. Peregrinam. iurisdictiones. &

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstiones. publ. sort. obtinuêre.

M. Æmilius * M. f. M. n * Lepidus. L. Tremellius * C. f. C. n * Scrofa. Quorum Præturæ ad hunc annum collimant. Scrofam verò Prætorium fuisse, in eius Quæstura, quam anno DCXI. gessit, probaui ex M. Varrone.

L. Cassius Q. f. L. n. Longinus. De cuius Tribunatu plebis & lege tabellaria suo loco locutus sum. Is iusti atque seueri hominis opinionem & famam, tam in iudicijs quàm in hoc magistratu adeptus est; adeò vt eius tribunal ob nimiam seueritatem Reorum scopulus vulgò vocaretur, vt auctor est Valerius Max. lib. III. cap. VII. Vnde colligimus ipsum Quæstionem publicam obtinuisse, fortassis latrocinij vel inter sicarios. De hoc etenim L. Cassio sic scribit commẽtator in Milonianam Ciceronis Asconius Pædianus, ad oratoris ista verba, (Itaque Cassianum illud iudicium in his personis valeat:) L. Cassius (inquit Pædianus) fuit, sicut iam sæpè diximus, summæ vir seueritatis: qui, » quoties quæsitor iudicij alicuius esset, in quo quæreretur de homine occiso, suadebat, at- » que etiam præibat iudicibus hoc quod Cicero nunc admonet; vt quæreretur, Cui bono » fuisset perire eum, de cuius morte quæreretur. Idem repetit in suis orationibus aliquoties » Cicero, vt pro Sex. Roscio, Verrinis, & in secunda Cassiam familiam ad iudicandum dicit seuerissimam, in quinta iudices seueros Cassianos appellat.

Scopulus reorum iudicij seueritas.

Quæstio Cassiana, Cui bono?

C. Iulius Sex. f. Sex. n. Cæsar. Cuius pater Cos. fuerat anno DXXCVI. &, nisi fallor, auus erat C. Cæsaris Dictatoris. Hunc fuisse opinor, quem Plinius lib. VII. cap. LIII. scribit in Prætura Romæ subito mane, dum calcearetur, obiisse. Quem vitæ finem posteà quoque filium eius, Cæsaris Dictatoris patrem, sortitum esse post Præturam, ex eodem auctore dicemus suo loco. Igitur

In. magistratu. mortuus. est. In. eius. locum. factus. est

//. //. //. f. //. n. //.

L. Valerius L. f. L. n. Flaccus.

L. Furius * C. f. Cn. n * Brocchus * Sex. Atilius * A. f. Cn. Serranus * Reus factus, vt opinor, his Coss. ad Prætorum aliquem quæstione publica L. Aurelius Cotta. Accusauit hunc namque Scipio Æmilianus post Censuram & secundum Consulatum. At Cotta quidem difficulter absolutus est, quem accusatoris amplitudo magis subleuauit quam pressit. Auctores sunt Cicero in diuinatione contra C. Verrem, & ibidem Pædianus, item Cicero in oratione pro L. Murena, & Valerius Max. lib. VIII. cap. I. Appianus ciuilium bellorum libro primo, corrupto iudicio iniquè absolutum tradit crimine repetundarum.

L. Cotta reus, & prauo iudicio absolutus.

Prætores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n //. Siciliam. //. //. //. f. //. n. //. Galliam
//. //. //. f. //. n. //. Sardiniam. //. //. //. f. //. n. //. Achaiam
//. //. //. f. //. n. //. Macedoniam. //. //. //. f. //. n. //. Illuricum

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

L. Aurelius L. f. L. n. Orestes. Sardiniam. sortitus. obtinuisse videtur, quantum ex Auctore de viris illustribus colligere est cap. LXXII. scribentis M. Æmilium Scaurum postea Senatus principem primo in Hispania corniculo meruisse, & in Sardinia sub Oreste stipendia fecisse, priusquam ad remp. magistratusque petendos accederet. Cùm verò M. Scauri Consulatus monstrat ipsum anno DCXXV. Quæstorem esse potuisse, verisimilius est, hoc potius tempore sub Oreste Sardiniam ex Prætura cum imperio & exercitu obtinente, Scaurum stipendia fecisse, cùm in vicina Sicilia seruile flagraret bellum, quàm sub Oreste Consule, cùm peractis stipendiis esset in honorum cursu, & ad Ædilitatis petitionem se parabat.

P. Furius Cn. f * P. n * Philus. * C * Liuius * C. f. C. n * Salinator.
L. Cornelius * L. f * //. n. Cinna. C. Sempronius C. f. C. n. Tuditanus.
C. Marcius C. f. C. n. Figulus.

Ædiles curules

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Ædi-

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. /.

Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Qui. posteà. Balearicus. appellatus. est. Extant eius elegantissimi denarij cum Fidei & Copiæ simulachris, in Ædilitatis laudabiliter gestæ gloriam, vt apparet, à filio posteà publicati, cùm Ædilitatem & ipse petiturus, paternarum virtutum ac meritorum memoriam populo refricare cuperet. Nam eius magistratus onus ac officium ex parte repræsentant, cuius est, fidem inter ciues tutari, fraudes in actionibus Ædilitiis auertere & punire, & annonæ copiam procurare. Hinc in vno nummismatis latere videtur Fidei pulcherrimum caput oleagino serto coronatum, quia fides pacis est conseruatrix. Adscriptum est nomen, FIDES.

Ædilium officia. Fidei simulachrum.

In auerso quidem nummi latere stat Copia dea, tenens dextera papauer & spicas, sinistra lancem variis fructibus plenam: quibus significatur, quòd rerum vbertas & copia bona fide parta, quietem ac securitatem vitæ præstat. Papauer enim somnum & malorum obliuionem inducere putatur. Hinc soporiferum ab Ouidio vocatur libro Tristium v. Nec dissentit Virgilius, qui *Lethco perfusa papauera somno*, dixit. Inscriptus ibidem titulus talis, Q. METEL. Q. F. BALEARICVS. Ex quo fit verisimile, nummos istos non Ædilitatis suç tempore, cùm nondum vocaretur Balearicus, sed multò posteà caussas ob dictas à filio publicatos esse, cùm ob victoriam ac triumphum Balearicus iam appellaretur.

Copia dea.

C. Sextius C. f. C. n. Caluinus. L. Rubrius /. f. //. n * Varro *
C. Mamilius * C. f. Q. n * Limetanus.

Tribuni plebis.

C. Papirius C. f. / . n. Carbo. Legem tabellariam de suffragiis tertiam tulit, Vti populo in iubendis vel vetandis legibus, per tabellam suffragium esset. Auctor est Cicero de legibus libro tertio. Improbum ciuem, atque Tribunum plebis valde seditiosum fuisse, & idem Cicero, & alij Auctores tradunt. A Valerio Maximo quidem non minus verè quàm facundè nuper sepultæ Gracchanæ seditionis turbulentissimus vindex, & orientium ciuilium malorum fax ardentissima vocatur. Et hic quidem sui Tribunatus diebus primis Ti. Gracchi mortem vlcisci plebeio tumultu cupiens, P. Africanum Æmilianum ab excisa Numantia recèns reuersum in Rostra vocari iussit, eumque coram plebe procaciter interrogauit, quidnam de Ti. Gracchi, (cuius sororem is matrimonio sibi iunctam habebat) cæde sentiret; vt scilicet auctoritate clarissimi viri inchoato iam incendio incrementum adijceret: quia non dubitabat, quin propter affinitatem aliquid pro interfecti memoria miserabiliter esset locuturus. At ille, audiente populo, mox respondit, iure eum cæsum videri, si reip. occupādæ habuerit animum. Cui dicto cum plebs, Tribunicio incitata furore, violenter obstreperet, Taceant, inquit, quibus Italia nouerca est. Hostium armatorum totiens clamore non territus, qui possim vestro moueri? Non cessante idcircò murmure, Non efficietis, ait, vt solutos metuam, quos vinctos adduxi, vel sub hasta vendidi. Quantus honos virtutis? Tacuit actutùm populus, licet bis contumeliosè correptus. Summa namque viri auctoritas, & insignes cùm ipsius, tum patris auique victoriæ, totius fori frementis ora clauserunt. Hæc quidem ex Velleio Paterculo, Valerij Max. lib. VI. cap. II. Ciceronis Miloniana, & de oratore lib. II. Auctore de viris illustrib. & Plutarchi Gracchis, & Apophthegmatibus Romanis: vbi mendosè C. Gracchum pro C. Carbone suppositum reperimus.

Tabellaria lex tertia P. pirsa. Seditiosus Tribunus. P. Æmiliani eximia in virtute constantia. Bonum publicum, priuato prælatum. Magni pectoris imperatoria vox, increpans alienigenam libertinorum ciuium fact.

Legem quoque hic C. Carbo promulgauit de Tribunis plebis reficiendis, Vti Tribunum plebis eumdem, quoties quidem visum, creari liceret. De lege certatum est magnis contentionibus, summoque tumultu. Dissuasere principes ciuitatis, & inter hos C. Lælius & P. Africanus oratione grauissima; in qua denuò, teste Liuio, dixit, Ti. Gracchum iure cæsum videri. C. Gracchus contrà suasit rogationem; sed Scipio Africanus, ne perferretur, tenuit. Hinc apud Ciceronem de amicitia disserens C. Lælius idem anno deinde tertio, paucis post mortem Africani præterlapsis diebus, sic ait: Quibus blanditiis C. Papirius nuper influebat in aures concionis, cum ferret legem de Tribunis plebis reficiendis? Dissuasimus nos. Sed nihil de me, de Scipione dicam lubentiùs. Quanta illi, dij immortales, fuit grauitas? quanta in oratione maiestas? vt facilè ducem populi Romani, non comitem diceres. Sed adfuistis, & est in manibus oratio. Itaque lex popularis suffragiis populi repudiata est. Ex C. Gracchi legem hanc suadentis oratione quædam extant apud Sosipatrem Charisium Grammaticum verba hæc proterua & stomacho plena, vbi sic legimus:

Papiria lex de Tribunis plebis reficiendis, impeditur à P. Æmiliano. P. Scipio & C. Lælius dissuasores legis.

C. Gracchus suasor. gimus: C. Gracchus, vti lex Papiria accipiatur. Pessumi fratrem meum optumum interfecerunt; hem, videte, quàm par pari sint! Transegit autem Carbo Tribunatum hunc suum per continuas dissensiones atque tumultus, adeò vt cum Tribunatu abisset anni exitu, C. Claudius Cos. anni sequentis de eius seditione ad Senatum retulerit; quemadmodum Cicero de legibus libro tertio memorat, cuius verba sunt hæc: Id totum dixi ex Crassi sapientissimi hominis sententia, quam sequutus est Senatus, cùm decreuisset C. Claudio Cos. de C. Carbonis seditione referente, eo inuito, qui cum populo ageret, seditionem non posse fieri; quippe cui liceat consilium, simulatque intercessum turbarique cœptum sit, dimittere. Quod qui * permouet, cùm agi nihil potest, vim quærit. Scio quædam exemplaria vulgata prodere, C. Claudium Consulem designatum de Carbone retulisse: quod si ita est, hoc anno relatum fuit. Sed hæc varietas ex notis temerè mutatis librariorum negligentia, qui pro (de c.) (des) scripserunt, promanasse videtur. Sed hæc de C. Carbone satis.

** permoratur f. rectiùs. Inscitia librarij vocem mutasse videtur breuius ac obscurè scriptam.*

//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	

Pinaria lex annalis. M. Pinarius //. f. //. n. Rusca. Legem annalem hunc Ruscam tulisse, demonstrat Tullius de oratore libro II. sed qualis hæc fuerit, quidve iusserit, ex eius verbis colligere non est, quæ hæc fere sunt, vbi de verborum immutatione: Vt olim Rusca, cùm legem ferret annalem. Dissuasor M. Seruilius, Dic mihi, inquit, M. Pinari, num si contra te dixero, mihi male dicturus es, vt ceteris fecisti? Vt sementem feceris, ita metes, inquit. Aliud de lege Pinaria nil hactenus apud Auctores me legisse memini. At legem non sine magna contentione latam, verba Ciceronis ostendunt.

Cn. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus.	P. Manilius * M. f. P * nepos.
L. Opimius Q. f. Q. nepos	C. Fannius M. f * M. n * Strabo.
C. Poblicius Q. f * C. n * Bibulus *	[C. Vrsanius C. f. C. nepos]
[M. Curius M. f. M. n. Dentatus]	[T. Roscius Sex. f. Sex. nepos]

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. P. Crassi Cos. in. Asia.
//. //. //. f. //. n. //. //. f. Pr. in. Gallia. Gallicus.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Sicilia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Sardinia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. * Lucerinus *

C. Porcius M. f. M. n. Cato. Magni illius M. Catonis Censorij nepos ex maiore filio M. Catone Prætorio, & Æmilia filia L. Paulli, qui regem Persen deuicerat; fuitque frater M. Catonis, qui Consul sequetur. Testis est M. Tullius in Bruto, qui hunc C. Catonem filium fuisse sororis P. Scipionis Æmiliani, & inter mediocres sui temporis oratores habitum tradit. Astipulatur A. Gellius lib. XIII. cap. XVIII. Ad Consulatum *Prætor Macedoniæ.* peruenit, & ex Macedonia repetundarum damnatus fuit, vti suo loco dicetur. Extant eius argentei denarij cum Romæ capite, & eius nomine, C. CATO.

M. Iunius M. f. M. n. Pennus. M. Iunij Penni filius, qui Cos. anno DXXCVI. fuit cum Q. Ælio, sicut Tullius in Bruto testatur, quem & eloquentia C. Graccho non imparem fuisse indicat.

M. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Tertius Q. Macedonici filius, qui Cos. item fuit, & de Sardis triumphauit. Eius extant argentei denarij plures elegantissimè facti, cum sonto Romæ armato capite quidam, alij cum heroë cincinnis longis pulchre compto. *Caculus Cæcilia gentis princeps ac genius.* Cæculi, qui Præneste condidit, esse conijcimus: à quo Cæcilia gens originem suam traxit, vt ex multorum opinione Verrius Flaccus prodidit, Festo Pompeio teste. Hunc Cæculum igitur gentis suæ principem pro numine quodam familiari coluisse Cæcilios, testantur

tur hæc numiſmata, necnon inſinuat agniculus, in frontis capillitio ſerpens, tamquam heroici genij quoddam inſigne. Quod alio loco latiùs declarare magis opportunum erit. In auerſa nummi parte clypeus pulcherrimis nauiũ primis ornatus, & laurea corona cinctus eſt expreſſus, in cuius vmbilico medio caput extat elephantis. Quo ſigno columen atque præcipuum familiæ ſuæ decus oſtentare voluit, triumphum ſpecioſum, atque præclaram victoriam proaui ſui L. Metelli Pontificis Maximi in memoriam reuocando: qui bello Punico primo captiuos elephãtes, Aſdrubale victo, Romam è Sicilia vectos primus in triumpho duxit, quemadmodum in Annali ſexto diffuſiùs expoſui. Circumſcriptum eſt clypeo nomen hoc, M. METVLLVS. Q. F. *Caput elephantis in vmbilico clupei quid notet.*

Sex. Iulius * Sex. f. Sex. n * Cæſar. Hunc Prætorem vrbanum fuiſſe, docebo poſteà.

[M. Æbutius M. f. //. n. Elna] Cuius patrem fuiſſe Prætorem Siciliæ anno DXXCV. retulimus ex Liuij libro XLIV. & antiquiſſimi Romani diarij cuiuſdam fragmento.

[A. Tullius A. f. //. n. Decula] Patruus M. Tullij Deculæ, quem Cos. anno DCLXXII. producit Capitolini Faſti, vt ſuo loco oſtendetur. Hos Tullios plebeios fuiſſe, conſtat ex ſequentibus.

[Q. Fuluius Cn. f. Q. n. Gillo] Pater atque auus Prætores fuere, ſicut anteà ex Liuio demonſtraui: pater anno DXXCVI. auus autem anno DXLVIII.

[L. Marcius L. f. C. n. Cenſorinus] Conſularis viri filius, cuius in Conſulatu bellum tertium initum eſt, ſicut huius libri exordio demonſtratur.

Prouinciæ prorogatæ.

P. Rupilius P. f. P. nepos. Procos. Siciliam. prorogato. in. aduentum. ſucceſſoris. vſque. imperio. obtinuit. Debellatis fugitiuis, ex decem legatorum ſententia, quos Senatus in Siciliam miſerat, prouinciam ordinauit, & leges Siculis dedit, ex quibus ius diceretur in ciuitatibus. Quarum meminere Cicero contra Verrem actione quarta, & eius commentator Pædianus: item Valerius Max. lib. VI. cap. IX. Deinde, tradita ſucceſſori prouincia, Romam rediit. *Sicilia prouincia restaurata legibus nouis Rupilijs.*

//. //. //. f. //. n. //. Propr. Hiſp. citeriorem
//. //. //. f. //. n. //. Propr. Hiſp. vlteriorem
//. //. //. f. //. n. //. Propr. Africam

Prorogato. imperio. obtinuêre.

Cn. Octauius Cn. f Cn. nepos. C. Antonius * M. f. C * nepos
* A * Gabinius * A. f * //. nepos.

Pro. Quæſtorib. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. P. Rupilij Procos. in. Sicilia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Hiſp. citer.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Hiſp. vlter.
//. //. //. f. // n. // //. //. Propr. in. Africa.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. Calenus. //. //. //. f. //. n. //. Oſtiens. L. Flacci. Cos.

[T. Quinctius T. f. L. n. Criſpinus] [M. Porcius M. f. M. n. Læca]
[L. Cornelius L. f. Cn. n. Blaſio] [P. Rutilius P. f. P. n. Rufus]
[P. Porcius P. f. P. n. Laca] [M. Tuccius M. f. M. nepos]
[P. Rutilius P. f. //. n. Caluus] [L. Poſtumius L. f. Sp. n. Albinus]

P. Rupilius P. f. P. nepos. Procos. ann. DCXXII.
ouans. de ſerueis. fugitiueis. ex. Sicilia. //. //. //.

De bello fugitiuorum tandem non ſine magna Siciliæ atque Italiæ calamitate confecto, ſuprà ſuo ordine locuti ſumus. Atqui de ſeruis ſubactis P. Rupilium Procos. dumtaxat ouationem retuliſſe, L. Florum auctorem habemus, cuius verba ſunt hæc: » Fuitque de ſeruis ouatione contentus, ne dignitatem triumphi ſeruili inſcriptione violaret. Hæc

autem Florum Romanæ historiæ callentissimum non de M. Perperna, qui paullò pòst cum Aristonico debellauit; sed de P. Rupilio scripsisse, mihi persuadeo, qui omnium Auctorum consensu hoc bellum seruile confecit. Ceterùm in Flori vulgatis exemplaribus librariorum culpa lata perperàm Perpernæ nomen pro Rupilio ibidem irrepsisse videtur: sicut etiam Sigonium, aliosque historiæ Romanæ peritos opinari intelligo.

ANNI P.R.C. DCXXIII.

Consules.

C. Claudius C. f. Ap. n. Pulcher. M. *. M. f. *. n. Perperna.

TABVLÆ Græcæ Lentulum & Perpernam Consules huius anni nominant; Cuspiniani verò, Lentulum & Nepotem, paradoxum quid & alienum à Fastis Consularibus aliis adferentes. Nec suspicor ordinariis aliis hos suffectos fuisse, sed errorem esse: cùm appareat, concinnatorem tabularum Cuspiniani, qui Consulum cognomina dumtaxat colligere voluit, omnino credidisse, quòd Nepos esset cognomen Perpernæ, quasi hoc cognomen non esset: cum in antiquis Fastis scriptum reperiret M. Perperna M. f. M. nepos. Sed cur illi Lentulus addatur collega, non intelligo. Cassidorus autem, Marianus, & Obsequens Ap. Claudium, M. Perpernam Coss. huic anno adsignant. Ex Ciceronis tamen de legibus tertio satis euidenter constat, non Ap. sed C. Claudium vocari debere, cuius verba superius adduxi. Consentit & ille locus in Planciana eiusdem, vbi dicit huius filium Ap. Claudium in Ædilitatis petitione repulsam passum fuisse, C. Claudio patre adhuc viuo. M. Perpernæ Cos. nomen apud omnes extat, qui Asiatici belli cum Aristonico, & horum temporum historiam attingunt. Hic autem primus peregrinæ sortis, non ciuis Romanus Consulatum adeptus est, quemadmodum disertè testatur Valerius Max. libro III. cap. IIII. cuius verba non pigebit hîc adscribere ad argumentum præsens facientia: Non paruus (inquit) Consulatus rubor M. Perperna; vtpote qui Consul antequam ciuis: sed in bello gerendo vtilior aliquantò reipublicæ Varrone imperatore. Regem enim Aristonicum cepit, Crassianæq; stragis punitor extitit: cùm interim, cuius vita triumphauit, mors * Papia lege damnata est. Namque patrem illius, nihil ad se pertinentia ciuis Romani iura complexum, Sabelli iudicio petitum, redire in pristinas sedes coëgerunt. Itaque M. Perpernæ nomen adumbratum, falsus Consulatus, caliginis simile imperium, caducus triumphus, aliena in vrbe improbe peregrinatus est. Ex his Valerij verbis colligere possumus, Perpernam patrem peregrinitatis Romæ damnatum fuisse mortuo iam filio Consulari. Quem triumphasse tradit Valerius aliter quàm alij omnes historici produnt, qui Consulem Perpernam Aristonico capto Pergami mortuum scribunt. Vel igitur triumphasse priùs Prætorem Perpernam ex Prætoria quapiam prouincia opinandum erit, cuius tamen non extat memoria: vel de merito destinatoque propter Asiaticam Perpernæ victoriam triumpho, si Romam illi redire datum fuisset, Valerium loqui, existimare debemus. Porrò repulsam huius anni in petitione Consulatus passum opinor L. Rupilium P. Rupilij Consularis ac triumphalis fratrem, de quo sic apud Ciceronem de amicitia Lælius: Scipio P. Rupilium potuit Consulem facere, fratrem eius Lucium non potuit. Varia eius anni narrantur prodigia ab Obsequente, qui tamen res gestas duorum annorum videtur contraxisse. Sed quam turpiter quædam deprauata leguntur ibidem? & hæc inter alia: Terracinæ sereno nauis velum fulmine exanimatum in aquas deiectum, & impensas omneis, quæ ibi erant, ignis absumpsit. Palàm est velum non vixisse, vt exanimari potuerit. Quare lego lubentius (inflammatum) pro (exanimatum) & deinde pro (impensas omneis, quæ ibi erant) vt verum gustum istius prodigij sentiamus, legendum puto, (in ea pisceis omneis, qui inibi erant.)

M. Perperna Cos. nondum ciuis Romanus.

** Penni fortè rectiùs: vide meas annotationes in hunc locum Valerij.*

Vita triumphauit Perperna, non quadriga L. Rupilij repulsa.

Prouinciæ Consulibus Italia atque Asia decretæ videntur, & M. Perperna Cos. Asiam sortitus, audita P. Crassi morte & exercitus Romani clade, raptim in prouinciam festinauit. Aristonicum recenti victoria * furentem improuiso bello adornatus, prælio victum, ac nudatum omnibus copiis in fugam vertit: Stratonicem vrbem, ad quam ille confugerat, obsessam fame ad deditionem compulit, & Aristonicum captum, Attalicasque gazas hereditarias populi Romani nauibus impositas Romam misit. Aristonicus verò iussu Senatus, vt quidam volunt, in carcere strangulatus est. Ipse Consul Perperna priusquam belli reliquias conficere, & ad debitum triumphum redire posset, Pergami morbo correptus anno sequenti moritur. Hæc ferè Orosius lib. v. cap. x. Eutropius libro IIII. Velleius

Prouinciæ Consulares, & res gestæ in Asia.

** aliàs ferientem v. c. fe... natum melius.*

leius lib. II. Iustinus lib. XXXVI. L. Florus lib. II. fine, & Strabo lib. XIV. Orosius insuper refert, qui eodem anno motus in Ægypto sint exorti, pulso propter incestos atque parricidia ab Alexandrinis Ptolomæo Euergete rege: & vt Antiochus rex Suriæ a Phraatte Parthorum rege bello oppressus interierit. Quorum etiam mentio est in Liuij LIX. Epitoma, & in Iulio Obsequente; item in Iustini libro XXXIX. ex quo colligimus eodem tempore P. Scipionem Æmilianum cum Sp. Mummio & L. Metello in legationem à Senatu missum, Ægyptum atque Orientem peragrasse ad inspicienda Regum sociorum regna. Et dum Scipio vrbem Alexandrinam inspicit, spectaculo vir tantus ciuibus omnibus fuit; vt Ptolomæus eorum rex Romanis ridiculus, vultu deformis, statura breuis, sagina ventris non homini, sed beluæ similis. Quam fœditatem nimia subtilitas perlucidæ vestis augebat, quasi astu inspicienda præberet, quæ omni studio occultanda pudibundo deberent esse. Valerius Max. libro IIII. cap. III. Scipionem post duos Consulatus totidemque triumphos septem tantùm seruis comitantibus hanc obiuisse legationem scribit. Et hanc tertiam Scipionis legationem fuisse tradit Plutarchus in Apophthegmatibus, comitemque habuisse Panætium philosophum, familiamque quinque seruorum. Alterius verò post Censuram, & ante secundum Consulatum obitæ meminit Cicero in Scipionis somnio.

Noui motus in Ægypto & Suria. *Legati Romanorum ad socios Orientis reges.* *P. Scipio Æmilianus pulcher & excellens.* *Ptolemæus rex fœdus & ridiculus.*

Prætores.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Vtramque. iurisdictionem. &

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Quæstiones. public. sortiti. obtinuêre.

C. Aurelius * L. f. L. n * Orestes. M. Plautius L. f. * P. n * Hupsæus.
M. Fuluius M. f. Q. n. Flaccus. Q. Lucretius //. f. //. n * Flauus * Vespillo.
P. Rutilius M. f * P. n. Rufus * Cn. Cornelius L. f. / . n. Sisenna.

Reus, vt apparet, ex prouincia reuersus hoc anno * C * Salinator, & prauo iudicio Senatorum absolutus post L. Cottam, vt auctor Appianus ciuilium primo. Atque de hac re conquestum C. Gracchum in concione, cùm legem de iudiciis transferendis ferret. Itaque prouinciam, non secùs atque alij quos ibidem nominat Appianus, Salinatorem administrasse, verisimile est, si non ex Consulatu, ad minus, vt videtur, ex Prætura. Consulem enim fuisse non reperimus.

Iudicium corruptum absoluit C. Salinatorem.

Prætores prouinciarum.

// // // f. // n. // Sardiniam. // // // f. // n. // Hisp. citer.
// // // f. // n. // Hisp. vlt. // // // f. // n. // Africam
// // // f. // n. // Achaiam. // // // f. // n. // Macedoniam

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

L. Cassius Q. f. L. n. Longinus. L. Tremellius * C. f. C. n * Scrofa *
M. Æmilius * M. f. M. n * Lepidus. L. Furius * C. f. Cn. n. Brocchus *
[L. Valerius L. f. L. n. Flaccus] Sex. Atilius * A. f. C. n. Serranus *

Ædiles curules.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Ædiles plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Cn. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus. Eius inueniuntur elegantes denarij, cusi cum Iouis laureati capite & mensa eius sacra, in qua iacet trisulcum fulmen. Additus est titulus, CN. DOMIT. CN. F. AHENOBARB. S. C. Apparet autem, denarios factos esse ex argento ad impendia ludorum Romanorum decreto, qui Ioui Opt. Max. quotannis edebantur ab Ædilibus curulibus.

C. Fannius C. f. C. n. Strabo. Q. Ælius Q. f. P. n. Tubero.
M. Octauius //. f. //. n. Cæcina.

Tribuni plebis.

C. Atinius * C. f. C. n * Labeo. Q. Cæcilium Metellum Macedonicum Censorem, à quo in Senatu legendo præteritus erat, de saxo deiici iussit: quod ne fieret, ceteri Tribuni plebis auxilio quàm maximè fuerunt. Sic Epitome Liuiana de hoc Macedonici casu breuiter, quem exactiùs nobis memoriæ prodidit Plinius historiæ naturalis lib. VII. cap. XLIV. inter felicitatis & infelicitatis exempla: cuius verba hic adferre ad maiorem historiæ lucem studiosis vtilem, operæ pretium erit. Macedonicus, inquit, in ipso tamen flore dignationis suæ ab * C. Atinio Labeone, cui cognomen fuit Macerioni, Tribuno plebis, quem è Senatu Censor eiecerat, reuertens è campo, meridiano tempore, vacuo foro & Capitolio, ad Tarpeium raptus vt præcipitaretur, conuolante quidem tam numerosa illa cohorte, quæ patrem eum appellabat; sed (vt necesse erat in subito) tardè, & tamquam in exequias: cùm resistendi, sacroque sanctum repellendi, ius non esset. Virtutis suæ opera & Censuræ periturus, ægrè Tribuno qui intercederet reperto, à limine ipso mortis reuocatus, alieno beneficio posteà vixit. Bonis inde etiam consecratis à damnatu suo, tamquam parum esset; faucium * certè intortarum, expressiq; per + aures sanguinis pœnam exactam esse. Hæc quidem Plinius, sed valdè contaminatus. Quid autem si legamus, pro (certe) (rectè,) & pro (aures;) (nares) sententiáne, Lector candide, verior ac dilucidior apparebit? Addit posteà Plinius de eodem hoc Macedonici casu, scelus hoc Tribuni plebis (cuius nomen & ibi mendosè, Catinij, exprimitur) impunitum mansisse. Quod superest, inquit, nescio, morum, gloriæ, an indignationis dolori accedat, inter tot Metellos tam sceleratam C. Atinij audaciam semper fuisse inultam. En vides, Lector, ciuilium discordiarum exordia, vt vanæ plebis temeraria audacia Tribunorum suorum furore concita cōtra leges ac magistratuum auctoritatem increscat. Quomodo autem C. Atinius erepti mortis periculo inimici sui bona Cereri consecrarit, adstipulatur Plinio M. Tullius in oratione pro domo sua. Atqui, inquit, C. Atinius patrum memoria bona Q. Metelli, qui eum ex Senatu Censor eiecerat, aui tui, Q. Metelle; & tui, P. Seruili; & proaui tui, P. Scipio, consecrauit foculo posito in Rostris, adhibitoque tibicine. Quid tum? num ille furor Tribuni plebis ductus ex nonnullis perueterum temporum exemplis fraudi Metello fuit? summo illi & clarissimo viro? Certè, non fuit. Hæc ibi pulchrè Cicero.

Tyrannicum ac impium facinus.

Q. Metelli Macedonici casus indignissimus.

* Catinio perperàm in vulgatis.

Plinij locus notandus.

Tribuni furor inultus.

Q. Metelli Macedonici bona Cereri consecrata.

Legem quoque tulisse hunc C. Atinium opinantur quidam de Tribunorum plebis Senatorio iure, Vti quem Tribunum plebis creasset populus, is hoc ipso in posterum Senator esset, sententiæque dicendæ ius haberet. De qua lege mentionem facit A. Gellius lib. XIV. cap. VIII. ex M. Varrone, & Atteij Capitonis coniectaneis, scribens, Tribunis plebis Senatus habendi ius fuisse, quamquam Senatores non essent, ante Atinium plebiscitum.

Atinia lex de Tribunorum plebis iure Senatorio.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

L. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus. Qui. posteà. Delmaticus. appell. est.
M. Iunius * C. f. C. n * Silanus L. Aurelius * L. f. L. n * Cotta.
P. Ælius Q. f. P. n. Tubero. Q. Curtius //. f. //. nepos.
[P. Silius L. f. P. n. Nerua] [Sex. Digitius Sex. f. Sex. nepos]
[Q. Publilius L. f. Q. n. Philo] [Q. Lutatius C. f. C. n. Catulus]

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. M. Perpernæ. Cos. in. Asia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Sardinia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Hisp. citeriore.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Hisp. vlteriore.

//. //.

//. //. //. f. //. n. //. //.//. Pr. in Africa.
//. //. //. f. //. n. //. //.//. Ostiensis. C. Claudi. Cos.

Q. Minucius Q. f * M. n * Rufus. Cum fratre M. Minucio, qui Cos. posteà fuit, nominatur in antiquissima Genuatum ænea tabula, cuius quædam verba quarto ab hinc anno adducam in fratris Quæstura. Et huius opinor denarios extare cum Romæ capite, in quibus item Castores in equis decurrentes videmus: quo symbolo duorum fratrum laudatam ac fidam concordiam notare solent. Exprimitur in his nomen, Q. MINVC. RVF.

C. Liuius C. f. Mamiliani. n. Drusus. Claudianus. E Claudia Pulchrorum familia adoptatus in Liuiam, Suetonio teste: qui in Tiberij Cæsaris vita scribit, ipsum Tiberium è Claudia stirpe patricia genus vtrumque traxisse: paternum à Ti. Claudio Nerone, maternum ab Ap. Pulchro, qui ambo Ap. Cæci filij fuere. Sic habent exemplaria. Sed in his prænomen Appius mihi suspectum est, quod auctori generis materni datur; nam Publius esse debere, mihi videtur. Constat etenim ex Romana historia, Ap. Claudium Cęcum quatuor filios robustos, vt ait Cato apud Ciceronem de senectute, habuisse prænominibus & cognominibus distinctos: quorũ natu maximus, Ap. Claudius paterno vel etiam auito cognomine Crassus dictus, an prolem masculam reliquerit, obscurum nobis est: vt ex Liuij XXIII. discimus, eius filiam Campanorum principi viro Pacuuio Calauio nuptam fuisse, Crassi verò cognomen Claudiæ gentis patriciæ in eo defecisse videtur, cùm deinceps in illa gente non reperiatur. Reliqui tres fratres P. Claudius Pulcher, C. Claudius Centho, & Ti. Claudius Nero cognomina sua posteris in tres nobilissimas familias propagarunt: Pulchrorum scilicet, Centhonum, atque Neronum. Itaque Tiberius Cæsar, vt Suetonius auctor est, genus suum paternum à dicto Ti. Nerone, maternum autem à P. Pulchro duxit Ap. Cæci secundo filio: cuius pronepos C. Claudius Pulcher Consul huius anni ex filiis suis vnum C. Liuio Druso, quem Cos. anno DCVI. recensuimus, in adoptionem dedisse colligimus, qui auus Liuiæ matris Ti. Cæsaris fuit, vt Suetonius. Sic enim mox addit: Insertus est & Liuiorum familiæ, adoptato in eam materno auo. Atqui Liuiam Ti. Cæsaris matrem C. Drusi Claudiani, de quo nunc agimus, neptem fuisse, posteà suis locis apparebit. Hic autem Drusus iurisconsultus fuit insignis, & miror eum à Pomponio præteriri, Romani iuris interpretes antiquos recensente. Nam M. Tullius in Bruto C. Drusum hunc orationis grauitate atque auctoritate fratri M. Druso C. f. (de quo posteà suo loco latiùs) proxime adiunctum fuisse testatur: cuius ob senium posteà cæci domus consultoribus compleri solebat, vt Tusculana quinta scribit idem. Immò viribus ætatis & acie oculorum defectum ius ciuile populo benignissimè interpretatum, vtilissimaque id discere cupientibus monumenta composuisse, Valerius Max. tradit lib. VIII. cap. VII. Non igitur videtur vir ille nobilis & magnæ auctoritatis à reipublicæ administratione se prorsus abstinuisse, vitamque longæuam sine honoribus transegisse.

Suetonij locus. *Ap. Claudij Cæci genealogia.* *C. Liuius Drusus hic Iurisconsultus.*

M. Acilius * M. f. L. n * Balbus. Quem filium autumant M. Balbi anno DCIII. Consulis, nec reclamat annorum interstitium.


C. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Caprarius. Q. Macedonici quartus filius, quem moriens pater Prætorium, atque candidatum Consulatus reliquit. Caprarius autem agnomine fuit hic appellatus per contumeliam in adolescentia, vt apparet: rusticos etenim & inconditos eius mores fuisse, colligimus ex Cicerone: qui de oratore libro II. refert, quomodo hic idem C. Metellus, cùm ad Numantiam sub P. Scipione Æmiliano militaret, ab eodem imperatore stomachabundo palàm increpitus fuit, his ferè verbis: Si quintùm pareret mater eius, asinum esse parituram. Itaque non tam ob virtutes suas quàm ob suorum nobilitatem, atque patris Macedonici merita peruenisse ad summos honores videtur.

C. Metelli indoles rudis in adolescentia.

[C. Papirius * P. f. Q. n * Carbo. M. Perpernæ Cos. Quæstor videtur fuisse. Argumento est argenteus denarius cum Herculis clauigeri capite in vna facie, & litteris, C. PERPERNA. COS. in altera nomen Quæstoris cum tripode votiuo, C. PAPIRI. CARBO.

[M. Aburius M. f. M. n. Geminus] Domo Prætoria, cuius auum in Liuij XXXIX. reperimus Prætorem anno DLXXVII.

[Ti. Veturius Ti. f. Ti. n. Philo] [C. Sempronius L. f. A. n. Atratinus.



Pro-

Prouinciæ prorogatæ.

P. Licinius P. f. P. n. Crassus. Mucianus. Procos. Asiam. prorogato. in. aduentum. successoris. imperio. obtinuit. Ingentem exercitum, & auxilia Regum Asiæ quatuor secum trahēs, cùm extremo anni tempore inordinata acie ad Leucas cum Aristonico prælium conseruisset, victus est. Deinde fugiens inter Eleam & Smyrnam à Thracibus Aristonici præsidiariis exceptus atque captus est. Verùm non diu pòst dum captiuus Aristonico tradendus ducitur, virga, qua equum regebat, vnius ex custodibus suis oculum studio, vt iram eius excitaret, perfodit. Atque eo modo captiuitatis dedecus vltrò quæsita morte Crassus effugit. Caput eius Aristonico oblatum, Smyrnæ corpus sepulturæ mandatum est. Ceterùm Strabo Crassum in acie fortiter occubuisse scribit. Velleius decedentem ex Asia Procos. & Iulius Obsequens his Coss. interemptum fuisse tradunt. Inuenies harum rerum latiorem historiam apud Iustinum lib. XXXVI. L. Florum lib. II. fine, Orosium lib. V. cap. X. Eutropium lib. IV. Liuium LIX. Meminit Gellius lib. I. cap. XIII.

Victus & captus P. Crassus Procos. Eius magnanimitas. Qui doloris vi impulsus, mox Crassi latus sica confodit.

// . // . // . f. // . n. // . Propr. Siciliam
// . // . // . f. // . n. // Propr. in. Galliam
// . // . // . f. // . n. // . Propr. in Illuricum

Prorogato. imp. obtinuêre.

P. Furius Cn. f * P. n * Philus. L. Aurelius L. f. L. n. Orestes.
C. Marcius C. f. C. n. Figulus.

Pro. Quæstoribus. f. fuêre.

// . // . // . f. // . n. // . P. Crassi Procos. in Asia.
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Propr. in. Sicilia.
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Propr. in Gallia. Gallicus.
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Propr. in Illurico.
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Achaia.
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Macedonia.
// . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus * // . // . // . f. // . n. // . Calenus.

M. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus	M. Æbutius M. f. // . n. Elna.
Sex. Iulius Sex. f. Sex. n. Cæsar.	[M. Tuccius M. f. M. nepos]
[P. Porcius P. f. P. n. Læca.]	[Q. Fuluius Cn. f. Q. n. Gillo]
[L. Marcius L. f. C. n. Censorinus]	[P. Rutilius P. f. // . n. Caluus.]

ANNI P. R. C. DCXXIV.

Consules.

C. Sempronius C. f. C. n. Tuditanus. M. Aquillius M. f. M. nepos.

CONSVLES adferunt tabulæ Græcæ & Cuspiniani Tuditanum & Aquillium mendosè: Orosius autem & Cassiodorus rectè M. Aquillium & C. Sempronium. Sic etiam nominat eosdem Velleius Paterculus historiarum libro II. Scipionem Æmilianum M. Aquillio, C. Sempronio Coss. post duos Consulatus, duosque triumphos, & bis excisos terrores reipublicæ, manè in lectulo mortuum repertum esse scribens. Itaque de eodem casu Cicero de natura deorum II. libro sic ait: Sed geminatus Tuditano & Aquillio Coss. quo quidem anno P. Africanus sol alter extinctus est. Ita quoque citat hos Consules libro III. Epistolarum ad Quinctum fratrem ep. V. Nouendiales fuisse ferias dicens Tuditano & Aquillio Coss. paullò ante mortem P. Africani; quarum occasione fingit Africanum totidem diebus feriatum cum amicis C. Lælio, & eius generis Fannio & Scæuula; item Manilio, Philo, & Q. Tuberone de optimo statu ciuitatis & optimo ciue differere in libris suis de Republica. Sic etiam alias induxit C. Lælium eundem de amicitiæ fructu domi disserentem cum generis iam dictis Q. Scæuula & C. Fannio suis eodem hoc anno, paucis diebus post mortem Africani: cum omnes mirarentur, quo modo

Nouendiales ferarum ac feriæ propter prodigia. P. Africanus de Rep. disputat hoc anno.

modo mortem istam summi viri, atque amicissimi sui Africani Lælius ferre tam moderate posset. Ex quo quidem doctissimo dialogo, Lector, multa de huius anni vrbanis actis & statu ciuitatis caduco discere potes. Sed nomina Consulum ex columnis triumphalibus hic suppleui, in his autem M. Aquilio cognomen nullum additur. *C. Lælius de amicitia.*

Seditiones denuò graues à III. viris agrariis ex lege Sempronia creatis M. Fuluio Flacco, C. Graccho, & C. Carboni, dum agros diuidunt, excitatæ sunt; infinitis iniuriarum controuersiis ex noua illa diuisione inter ciues atque socios Italos non minus quàm inter optimates & plebem exorientibus. Et cùm ex sententia P. Africani Senatus iudicia caussarum agrariarum à III. viris tamquam suspectis, ad Consulem Sempronium aliosque iudices transferre vellet; & Africanus sociorum Latinorum, de iniuriis item conquerentium, aduersus III. viros & plebem suscepisset patrocinium, odium & inuidiam magnam is sibi conflauit: adeò vt ipsi insidiæ tenderentur plures à seditionis capitibus, qui metuebant, ne Dictator ex auctoritate Senatus seditionis sedandæ, reipublicæque constituendæ caussa diceretur, & ipsorum conatus consiliaque subuerteret. Itaque cùm hoc moliri Senatus videretur, & Africanus pridie quàm excessit e vita, publicè pro concione, & in Senatu de patriæ periculis contestatus, & de inimicorum suorum insidiis conquestus esset; Senatu ad vesperum dimisso, magna cum frequentia Patrum conscriptorum, populique Romani, necnon sociûm ac Latini nominis honorificentissimè domum deducitur sanus ac validus, annum agens LVI. vt Velleius adfirmat. Ceterùm postridie manè mortuus in cubiculo inuentus est sine vulnere decumbens in lectulo. Hunc quidem suum finem Africanus ipse, quasi præsagiret, narratur à Cicerone de rep. lib. VI. prędicere C. Lælio & amicis præsentibus; cum perpaucis ante mortem diebus triduum in hortis suis de republica disserens, de animorum immortalitate multa doctissimè disputaret. Quem Lælius idem in dialogo de amicitia testatur tum dixisse, quòd tale quid in quiete per visum ex auo suo P. Africano Maiore audisset, vt refert idem Cicero. Verba ipsa Maioris Africani nobis extant in Somnio Scipionis, residuo inter præclarissimi operis Tulliani fragmenta. Et quia non parum huic historiæ lucis adferent, eadem hîc adscribere non pigebit. Sed eius temporis (inquit Africanus Maior) ancipitem video quasi fatorum viam. Nam cùm ætas tua septenos octies Solis anfractus reditusque conuerterit, duoque hi numeri, quorum vterque plenus alter altera de caussa habetur, circuitu naturali summam tibi fatalem confecerint: in te vnum, atque tuum nomen se tota conuertet ciuitas. Te Senatus, te omnes boni, te socij, te Latini intuebuntur: tu eris vnus, in quo nitatur ciuitatis salus. Ac, ne multa, Dictator rempublicam constituas oportet, si impias propinquorum manus effugeris. Hæc apud Tullium in Scipionis Somnio: quæ suffragari historiæ, & iam antea de Scipione narratis, Lector amice vides nec parum lucis adferre, sicut & vicissim historiam Tullianis verbis, quæ ex Lælio & Scipionis Somnio retulimus. Dictator igitur reipublicæ constituendæ dictus hoc anno fuisset P. Africanus Æmilianus, nisi inimicorum insidiæ ipsum è vita sustulissent. Quod scelus non temerè inter maxima Romanæ reipublicæ mala recenset Paullus Orosius; præsertim cùm tantum eo tempore P. Africani virtus, maiestas, atque auctoritas valeret; vt facilè, eo viuo, neque sociale neque ciuile bellum exoriri potuisse crederetur. De mortis auctoribus varij sermones sparsi sunt, quamuis inimici voluntaria morte extinctum iactitarent: quòd ea, quæ pollicitus sociis erat, quæque cupiebat, exequi non posset. Suspectæ item erant Cornelia eius amita, mater Gracchorum, & horum soror Sempronia, Scipionis Africani ipsius vxor, quasi quæ venenum illi propinassent. Alij noctu quosdam per tenebras in domum ac cubiculum introductos ferebant, qui dormientem suffocarunt, vt Appianus Alexandrinus scribit. Velleius autem notas elisarum faucium in ceruice illius repertas fuisse dicit. C. Carbonis scelere interemptum, opinio bonorum ciuium haud ambigua quoque fuit. Hinc apud Ciceronem de Oratore libro II. legimus Carbonem posteà reum factum, & accusatum à L. Crasso oratore, necis Africani socium appellatum fuisse. De M. Fuluio Flacco III. viro suspicionem quoque magnam fuisse, Plutarchus in Gracchis adfirmat. De tanti tamen viri morte, quod mirum, nulla quæstio est habita. Corpus eius elatum obuelato capite, ne liuor appareret. Funus duxere propinqui & amici. Fratris filius Q. Fabius Maximus, qui posteà Allobrogicus est dictus, epulum populo dedit, rogauitque Q. Tuberonem amitæ suæ filium, vt triclinium quoque sterneret. Is lectulos Punicanos pellibus hœdinis strauit, & pro argenteis vasis Samia exposuit. Qua tam peruersa frugalitate sic omnem populum offendit, vt licet esset ciuis optimus, & integerrimus homo L. Paulli ex filia nepos, & P. Africani sororis filius, comitiis deinde Prætoriis cádidatus repulsum tulerit. Quod inter exempla de repulsis refert Valerius Max. lib. VII. cap. V. meminit Cicero in oratione pro L. Murena, Seneca epistola. XCVI.

Agrarium malum turbat.

P. Africanus vel capitis periculo iniustitia patronus.

Fœdum ac impium parricidium.

Varij de morte sermones.

Occiso iniustitia patrono, nullius sceleris vindex exoritur.

Exequiæ funebres.

Importuna Q. Tuberonis frugalitas.

Consu-

Prouinciæ Consulares. Consulum hoc anno prouincias fuisse comperimus, C. Sempronij Illuricum, vt Iapudum exortam rebellionem compesceret: & M. Aquillij Asiam, vt eius belli reliquias conficeret. Sempronius Illurici belli prætextu, vt Appianus Alexandrinus bellorum ciuilium libro primo scribit, maturauit in prouinciam, declinans agrariarum litium inuidiam ac difficultates, quarum iudicia Senatus a III. viris ad Consules transferre volebat, vt anteà diximus. M. Aquillium nuntiata Perpernæ victoria properare in prouinciam Asiam fecit, vt ex Iustino dicemus. De horum rebus gestis, quæ pauca memoriæ prodita reperimus, in eorum triumphis adferemus.

Prætores.

// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .

Vrban. & inter. ciueis. ac peregrin. iurisdict.

// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .

// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .

Quæstiones. publ. sortiti. obtinuêre.

C. Cassius * C. f. C. n * Longinus. L. Hortensius L. f * M * nepos.
C. Sextius C. f. C. n. Caluinus. M. Antius // . f. // . n. Briso.
[Q. Manilius Q. f. M. nepos] [L. Cincius L. f. M. n. Alimentus]

Prætores. prouinciarum.

// . // . // . f. // . n. // . Galliam. // . // . // . f. // . n. // . Siciliam
// . // . // . f. // . n. // . Sardiniam. // . // . // . f. // . n. // . Africam
// . // . // . f. // . n. // . Hisp. citer // . // . // . f. // . n. // . Hisp. vlter.

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

M. Plautius L. f * P. n * Hupsæus. C. Aurelius * f. L. n * Orestes.
M. Fuluius M. f. Q. n. Flaccus. Cn. Cornelius L. f. // . n. Sisenna.
Q. Lucretius // . f. // . n * Flaccus * Vespillo. P. Rutilius M. f * P. n. Rufus *

Ædiles curules.

M. Pacuuij poëtæ Dulorestes primum acta Romæ. Citatur hac eius tragœdia à Nonio & Festo. Horum ludis Scenicis, sicut ex Ciceronis dialogo de amicitia cognoscimus, Orestes noua tragœdia M. Pacuuij poëtæ, Q. Ennij ex filia nepotis, magno cum spectatorum applausu est acta. C. Lælij autem verba demonstrant, non diu antequam cum Fannio & Scæuula generis post mortem P. Africani de amicitia dissereret, hoc contigisse, ludis, vt apparet, Megalensibus. Sic enim ait: Qui clamores tota cauea nuper in hospitis mei » & amici M. Pacuuij noua fabula, cum ignorante Rege, vter esset Orestes, Pylades Ore- » stem se esse diceret, vt pro illo necaretur, Orestes autem, ita vt erat, Orestem se esse per- » seueraret? Stantes plaudebant in re ficta, quid arbitremur in vera facturos fuisse? »

// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .

Q. Fabius Q. Æmiliani f. Q. n. Max. T. Quinctius * T. f. T. n * Flamininus.
Qui. posteà. Allobrogicus. ap. est.

Ædiles plebis.

// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .

P * Appuleius C. f. L. n * Saturninus. Q. Mummius * Q. f. Q * nepos.

Tribuni plebis.

// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .

M. Porcius M. f. M. n. Cato. C. Fundanius * M. f. M. n. Fundulus *
Q. Marcius Q. f. n. Rex. [Cn. Tremellius Cn. f. C. n. Flaccus]
[A. Antonius A. f. C. nepos] [L. Tuccius L. f. M. nepos]

[C. Afra-

[C. Afranius C. f. C. n. Stellio] [A. Bæbius A. f. Q. n. Sulca]
[C. Centenius C. f. M. n. Penula] [L. Rufrius L. f. L. n. Purpureo]

Quæstores vrbani.

// //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. C. Tuditani Cos. in. Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. M. Aquillij Cos. in. Asia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Gallia. Gallicus.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Hisp. citeriore.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Hisp. vlteriore.
//. //. //. f. //. n. //. Calenus.

Q. Fabius * Q. Æmiliani f. Q. n * Maximus. Eburnus. Frater Q. Allobrogici fuisse videtur, distinctus agnomine non prænomine, sicut in Maximorum Fabiæ gentis domo tunc familiare fuit. Eburnus agnomine vocabatur propter insignem candorem. Item pullus Iouis dicebatur, eò quòd natis eius fulmine innoxio tacta fuerat, vt apud Sex. Pompeium legimus. Peruenisse Q. Fabium hunc ad Præturam atque Consulatum demonstrabo posteà. *Pullus Iouis cur dictus.*

Cn. Papirius C. f. //. n. Carbo. Seditiosi illius iam antè relati C. Carbonis, Tribuni plebis fratrem fuisse, Cicero Familiarium libro IX. in epistola ad Papirium Pætum indicat. Equidem opinor hunc patrem fuisse Cn. Carbonis ter Cos. qui bello ciuili Sullano periit, quemadmodum constabit posteà, & qui in Capitolinis marmoribus CN. F. C. N. est scriptus.

L. Furius * L. f. P. n * Philus. Eruditione celebris, atque litterarum valdè studiosus, atque patri non dissimilis, qui M. Catoni Censorio coæuus & litterarum scientia comparatus fuit, vt Cicero in oratione pro Archia. Hic item orator, iurisconsultus, atque poëta P. Africano Æmiliano, C. Lælio, & Q. Scæuulæ coæuus atque amicissimus, vt & Q. Allobrogico, sicut in Bruto Ciceronis, atque eiusdem Balbiana, atque variis locis aliis, item in vita Terentij apud Donatum memoriæ proditum est. Meminit & Valerius Max. lib. VIII. cap. XII.

L. Mummius * L. f. L. n * Achaicus. Primi Achaici, qui Corinthum euerterat, filius, vt opinor. Quem inter illustres Senatores lege Varia damnatum, atque Delum relegatum fuisse per equites Romanos in dissensione ciuili illa, ex qua bellum sociale est ortum, legimus apud Appianum Alexandrinum libro bellorum ciuilium primo.

M. Tullius A. f. //. n. Decula. Pater M. Tullij Deculæ, qui postea sequetur Consul, & Capitolinis Fastis M. F. A. N. descriptus legitur.

C. Memmius * T. f. T * nepos. Huius forte patrem nominat Liuius libro XLIII. legatum in Galliam anno DXXCIII. Et hic quidem Caius Tribunus militum ad Numantiam anno DCXVIII. & posteà sub P. Africano minore militauerat, vt ex Iulij Frontini Stratagematum libri quarti capite primo discimus; verum mendosè C. Menius vel Meuius, in vulgatis exemplaribus nomen hoc exprimitur, quod ex correctissimo manuscripto codice restituimus.

[C. Vetilius C. f. . nepos] Domo Prætoria: patrem enim illius Prætorem anno DCIV. fuisse, diximus ex Appiano & aliis.

[L. Hostilius L. f. A. n. Mancinus] Caius pater Consul fuerat anno DCVIII.

Prouinciæ prorogatæ.

M. //. * M. f * //. n. Perperna. Procos. Asiam. in. aduentum. successoris. vsque. prorogato. imperio. obtinuit. Asiam Consularem denuò prouinciam sortitus est M. Aquillius Cos. Romæ nondum accepto nuntio, quòd Aristonicus captus esset: quemadmodum Iustinus libri XXXVI. historiarum Trogi fine demonstrat. Vnde etiam colligere est, M. Perpernam hoc primum anno captum Aristonicum cum Attalicis gazis Romam misisse: & Pergami deinde, priusquam prouincia decedere posset, morbo correptum, & mortuum esse: M. Aquillium verò, tamquam suo Consulatui atque pro- *Res gestæ in Asia. M. Perpernæ mors.*

uinciæ debitam prædam Aristonicum captum sibi adscripsisse, & triumpho reseruasse. Verba Iustini sunt hæc: Perperna Cos. prima congressione Aristonicum superatum in „ potestatem suam redegit, Attalicasque gazas hereditarias populi Rom. nauibus imposi- „ tas Romam deportauit. Quod ægre ferens successor M. Aquillius Cos. ad eripiendum „ Aristonicum Perpernæ, veluti sui potius triumphi munus esse deberet, festinata veloci- „ tate contendit. Sed contentionem Consulum mors Perpernæ diremit. Sic Asia facta „ Romanorum, cum opibus suis vitia quoq; Romam transmisit. M. Aquillium vero Con- „ sulem in Asia deinceps graue bellum reppertisse, ex L. Floro discimus, sicut in anni sequentis historia dicetur.

M. Aquillius Cos. in prouinciam venit.

// // // f. // n. //. Achaiam. // // // f. // n. //. Macedoniam

Proprr. prorogato. imperio. obtinuêre.

[L. Valerius L. f. L. n. Flaccus.] Sex. Atilius * A. f C. n. Serranus *

Proquæstores f. fuêre.

// // // f. // n. //. M. Perpernæ Procos. in. Asia.
// // // f. // n. // // //. Propr. in Achaia.
// // // f. // n. // // //. Propr. in Macedonia.
// // // f. // n. // // //. Pr. in Sicilia.
// // // f. // n. // // //. Pr. in Sardinia.
// // // f. // n. // // //. Pr. in Africa.
// // // f. // n. //. Ostiensis. // // // f. // n. // * Lucerinus *

M. Acilius * M. f. L. n * Balbus.	P. Porcius P. f. P. n. Læca]
Q. Fuluius Cn. f. Q. n. Gillo.	[M. Æbutius M. f. // . n. Elna]
C. Cæcilius Q. f. Q. n. Metell. Caprarius	[Ti. Veturius Ti. f. Ti. n. Philo.
[C. Sempronius L. f. A. n. Atratinus]	[L. Marcius L. f. C. n. Censorinus]

C. SEMPRONIVS. C. F. C. N. TVDITAN. A. DCXXIV.
COS. DE. IAPVDIBVS. K. OCT.

C. Sempronium Tuditanum in Consulatu de Iapudibus triumphasse, marmora sola Capitolina demonstrant. De successu quidem bellico parum est reliqui, quod ad memoriam temporum nostrorum peruenit. Historiam nihilominus non prætermisse Liuium, ex Epitoma lib. LIX. cognoscimus: vbi legimus, C. Sempronium Cos. contra Iapudes primò male rem gessisse; sed mox virtute legati D. Bruti Callaici, qui Lusitanos subegerat, cladem acceptam emendasse. Meminit item belli huius obiter Appianus in Illurica, Iapodes intra Alpes incolentes a Sempronio Tuditano, & à Ti. Pandusio pugna superatos fuisse scribens. Plinius item libro III. cap. XIX. in Istriæ descriptione; Tuditanus, inquit, qui domuit Istros, in statua sua ibi inscripsit, Ab Aquileia ad Titium flumen stadia CC. Videtur igitur Iapudes Plinius inter Istriæ populos numerare. Memoriam istius suæ victoriæ & triumphi denariis argenteis Sempronius euulgauit, in quibus Iouem in quadriga triumphantem videmus in vno latere: in altero Iunonis diadematæ & obuelatæ caput, vt Iuno Regina depingi solet, iuxta quod est Victoriæ sacra corona laurea. Adscriptum eius nomen est ita:

D. Brutus Callaicus rē restituit.

Denarij triūphales C. Tuditani Cos.

C. SEMPRONI. C. F. C. N. TVDITAN.

Voti, fortasse in prælij periculo concepti religione tactus Sempronius, victoriæ atque triumphi sui gloriam omnem Ioui atque Iunoni adscribere voluit.

Iapudes appellantur in Romanis antiquis marmoribus, quos in Ciceronis Balbiana, Plinio, & aliis Latinis Iapydes vocari videmus, & in Liuij LIX. magis mendose Iapyges. Sed hæc variatio librariis imputanda potius, quam ipsis Auctoribus. Appianus Alexandrinus & alij Græci Iapodas nominant. Stephanus de Vrbibus ex Dionysij XVI. gentem Celticam esse dicit in Illyrico sitam. Cui suffragatur Cornelius Strabo, qui Gallis Illuricisque commixtam fuisse gentem affirmat libro Geographiæ quarto, virorum robore florentem antea, sed ab Augusto tandem Cæsare subiugatam ac domitam, cùm latè latrociniis inualesceret. Oppida eorum nominat Metulum, Arupenum, Monettium, Vendum. Idem Auctor libro VII. vbi regionis fines describit, Iapodes positos tradit in Albio monte, qui Alpibus posterior adhæret excelsus admodum. Sed videat eiusdem Auctoris loca nunc adducta, qui plura de Iapudum moribus & regionis situ cupit intelligere. Iapydiam appellat Plinius loco prius citato, & Istris Liburnisque coniunctam indicat, quem vide libri eiusdem capitibus XVIII. XIX. & XXI.

Iapudes populi, non Iapydes, vel Iapyges.

Bellicosi.

Oppida.

Iapudia.

ANNI

ANNI P. R. C. DCXXV.

Consules.

Cn. Octauius Cn. f. Cn. nepos. T. Annius * T. f. T. n * Luscus. Rufus.

SEQVVNTVR Consules in Cassiodoro & Mariano Cn. Octauius, T. Annius: in tabulis Græcis & Cuspiniani Octauius & Rufus: in Iulij autem Obsequentis exemplaribus per Conradum Lycosthenem editis atque suppletis, reperio Cn. Octauium & T. Annium Rufum. Vt igitur Octauio Consuli cognomen nullum fuit, sic T. Annium duplex habuisse, dictis ex auctoribus colligimus.

Parum aut ferè nihil ex huius anni historia, tantò minùs de prouinciis Consularibus, nobis est reliquum; præter prodigia, quæ hisce Consulibus obuenisse scribit Iulius Obsequens. De cælo scilicet multa loca fuisse tacta, Reate mulam peperisse, Frusinone puerum bicipitem natum, facem ardentem in cælo visam, & bubonis vocem in vrbe auditam; item Cære sanguine pluisse, ac gallum gallinaceum cum quinque pedibus natum. Adiicit deinde, bella inter Antiochum Suriæ regem & Phraartem Parthum gesta fuisse; res item turbidas Ægypti de Ptolemæi Euergetis regis exilio & paricidio. Quæ tamen apparent ad verbum quasi desumpta esse ex libri LIX. Epitoma T. Liuij. Ceterùm hoc caput Iulij Obsequentis in quibusdam aliis exemplaribus euulgatis non reperitur, quod haud dubiè Lycosthenes vel ex antiquo codice manuscripto, vel aliunde suo loco inseruit: Consulum etenim nomina atque prodigia non opinor ipsum effinxisse. In nulla autem belli noui materia prouincias Consulum fuisse Italiam & Galliam suspicor, vti tunc ordinarium ferè fuit.

Prodigiorum copia.

Bella in Oriente.

De prouinciis.

Prætores.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Vrbanam. &. Peregrinam. iurisdiction.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Quæstiones. public. sortiti. obtinuère.

Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus Qui. posteà. Balearicus. app. est.

L. Rubrius //. f. //. n * Varro   C. Mamilius * C. f. Q. n * Limetanus.

[Q. Sicinius Cn. f. Cn. nepos]   M. Aufidius M. f. //. nepos.

[Sp. Mummius Sp. f. L. nepos]

Pretores prouinciarum.

// // // f. // n. // Siciliam. // // // f. // n. // Sardiniam

// // // f. // n. // Africam. // // // f. // n. // Macedoniam

// // // f. // n. // Achaiam. // // // f. // n. // Illuricum

Prouincias. sortiti. obtinuère.

C. Sextius C. f. C. n. Caluinus.   M. Antius //. f. //. n. Briso.

C. Cassius * C. f. C. n * Longinus   [L. Hortensius L. f * M * nepos]

[Q. Manilius Q. f. M. nepos]   [L. Cincius L. f. M. n. Alimentus]

Ædiles curules.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Ædiles plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

L. Opimius Q. f. Q. nepos.   P. Manilius * M. f. P * nepos.

C. Fannius M. f * M. n * Strabo *   Q * Pompeius * Q. f. An. Rufus *

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
L. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus Diadematus.	Q. Mucius Q. f. Q. n. Scæuula. Augur.
C. Scribonius * C. f. C. n * Curio.	[L. Tullius A. f. //. n. Decula]
[Q. Cotius Q. f. //. nepos.]	[M. Minucius M. f. Q. n. Thermus.
[C. Aquilius M. f. M. n. Florus]	[C. Terentius C. f. Q. n. Culeo.
[Sp. Oppius C. f. C. n. Cornicinus]	[P. Numitorius C. f. P. n. Pullus]

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstores Prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Sicilia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Sardinia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. * Lucerinus *

L. Calpurnius * L. f. C. n * Piso. Cæsoninus. Filius, vt verisimile, L. Pisonis anno DCV. Consulis; atque auus L. Pisonis soceri C. Cæsaris Dictatoris, vt ipse in commentariis belli Gallici libro primo testatur. Nam hic idem post Consulatum legatus sub L. Cassio Cos. anno DCXLVI. bello Gallico à Tigurinis occisus est, vt suo loco demonstrabimus.

Nobilis pauper ex imo in sublime, quomodo.

M. Æmilius M. f. L. n. Scaurus. Nobili quidem genere, & patricius; sed cuius domus propter paupertatem tribus ætatibus ferè iacuerat Pædiano teste, & pater Marcus ob nullam vitæ industriam carbonarium negotium exercuerat. Ipse tamen impiger, factiosus, auidus potentiæ, honoris, atque diuitiarum, sicut Sallustius in Iugurthina de illo iudicat, non dubitauit magistratus petere; & ingenij virtute præstans, memoriam generis propè intermortuam renouauit, princepsque in ciuitate factus summos honores adeptus est. Tres libros de vita sua scripsit, vt apud Ciceronem in Bruto legimus, qui hominem sapientem & tectum vocat grauitate summa, & naturali quadam auctoritate pollentem. De eodem multa passim inuenies in libris de oratore, & in orationibus: sic apud Valerium Max. lib. IV. cap. IV. & aliis in locis, quæ per occasionem adferentur. Apud Auctorem de viris illustribus cap. LXXII. vitam eius ex Cornelio Nepote, vt plures opinantur, exceptam succinctè legimus, quem nunc doctissimus Andreas Schottus Sex Aurelio Victori vindicauit, posteà Corn. Nepoti restituit.

Cælia / Cœlia } gentis origo { fabulosa, historica.

C. Cœlius * L. f. L. n * Caldus. Indifferenter per AE. vel OE. diphthongos hoc nomen in antiquis nummis atque marmoribus scriptum inuenio. In caussa, ni fallor, est de origine gentis diuersa opinio. Nam qui per AE. scribunt, ab antiquissimo deorum Cælo gentem deducunt: alij, qui per OE. principem gentis fuisse volunt Cœlium Vibennam Etruscum, qui Romulo regi primo contra Sabinos cum suis auxilio venit, & in vrbe monti Cœlio nomen dedit, vt auctores habemus M. Varronem, Festum, Tacitum, & Dionysium Halicarnasseum. Denarios vidi plures cum Romæ capite, & Victoria bigam regente: in quibus hoc nomen sic legitur, C. COEL. CALDVS. L.

Cn. Manlius Cn. f. //. n. Maximus. Hunc hominem ignobilem, sine virtute, sine ingenio, vita etiam contempta fuisse dicit Cicero in oratione pro Cn. Plancio: meminit & in oratione pro L. Murena. Quare diu iacuit, & ægre honores adeptus est: peruenit tamen ad Consulatum, repulso Q. Catulo nobilissimo & sapientissimo, vt idem Cicero testatur, & deinde suo loco dicetur.

M. Cor-

M. Cornelius * M. f. C. n * Cethegus. Patrem huius fuisse suspicor M. Cethegum, qui Cos. anno DXCIII. Fastis Capitolinis, C. F. C. N. inscribitur.

[C. Aurelius C. f. C. n. Scaurus] Domo Prætoria: nominat enim eius auum Sardiniæ Prætorem Liuius lib. XXXIX.

[C. Terentius Cn. f. Cn. n. Lucanus] [M. Decius. M. f. Q. n. Mus]

Prouinciæ prorogatæ.

M. Aquillius M. f. M. nepos. Procos. Asiam. prorogato. imperio. obtinuit. Reliquias belli Asiatici conficere iussus, obstacula & defectiones plures repperit. Porrò cùm quasdam vrbes, mixtis veneno fontibus, ad deditionem compulisset, vti securam, ita infamem fecit victoriam: quippe, cùm contra fas deûm, moresque maiorum medicaminibus impuris in id tempus sacrosancta Romana arma violasset. Sic L. Florus libri secundi fine.

Res gestæ in Asia. Stratagema non adeo infame apud posteros.

// // // f. // n. // Hisp. cit. // // // f. // n. // Hisp. vlt.

Pro. Prætoribus. prorogato. imp. obtinuêre.

Q. Lucretius //. f. //. n * Flauus * Vespillo P. Rutilius M. f * P. n. Rufus *

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

// // // f. // n. // Cn. Octaui. Cos. in. Gallia. Gallicus

// // // f. // n. // M. Aquilli. Procos. in. Asia.

// // // f. // n. // // // Propr. in. Hisp. citeriore.

// // // f. // n. // // // Propr. in Hisp. vlteriore.

// // // f. // n. // // // Pr. in. Africa.

// // // f. // n. // Calenus. // // // f. // n. // Ostiensis. T. Anni. Cos. in. Italia.

C. Cælius * L. f. L. n * Caldus. L. Mummius * L. f. L. n * Achaicus.

C. Memmius * T. f. T * nepos [C. Vetilius C. f. / . nepos]

[Ti. Veturius Ti. f. Ti. n. Philo] [L. Hostilius L. f. A. n. Mancinus]

[C. Sempronius L. f. A. n. Atratinus]

ANNI P. R. C. DCXXVI.

Consules.

L. Cassius Q. f. L. n. Longinus. L. Cornelius * L. f * //. n. Cinna.

HABEMVS Consules huius anni L. Cassium & L. Cinnam in Cassiodoro & Mariano; in tabulis Græcis cognomina Longinum & Cinnam: in his tamen errore librarij, Κίκναν mendosè scriptum. Similis error est in antiquis tabulis, quas Io. Cuspinianus frequenter citat; nam Rullam & Cinnam edunt, sed Rullam mendose pro Rauullam, quod alterum Cassij cognomen, vel agnomē potiùs, à rauis oculis fuit, sicut ex Frontino de aquæductibus, & Festo probaui. Ceterùm in exemplaribus iam dictorum vox ista prodigiosè corrupta est, vt in Longini Quæstura diximus.

Rerum tam vrbanarum quàm prouincialium hic magnæ rursus sunt tenebræ: nihil enim nobis omnia diligenter inquirentibus apud antiquos Auctores occurrit, quod ad hunc annum peculiariter referri potest, præterquam quod apud Iustinum legimus: qui ex Sex. Pompeij Trogi XXXVII. historiarum libro scribit, vt Senatus Romanus Aristonico capto, rebellionis istius sociis & asseclis pœnas, suis verò fœderatis fidis præmia decreuerit: inter illos Phocensium vrbem ac omne nomen deleri vt iusserit, quia pertinacius Aristonicum iuuissent, necnon anteà Antiochi bello infesta contra populum Romanum arma tulissent. Tam atroci S. C. territi Phocenses, colonos suos Massilienses sollicitarunt, vt pro ipsis intercederent; qui fœdere antiquo, fidaque iuncti Romanis amicitia, legatos Romam misêre deprecatum pro Phocensibus conditoribus suis, veniamque iis à Senatu obtinuere. Et hæc fere Iustinus. His autem Consulibus, vt anni superioris, prouincias fuisse Galliam atque Italiam decretas opinari possumus, donec aliud quid certius reperiatur. M. Aquillio Procos. in Asia prorogatum fuit imperium.

Phocenses vt perduelles damnati S. C. Massiliensiũ erga suos conditores pietas, & apud Romanos fauor. De præmiis nihil certi.

Prætores.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Vtramque. iurisdictionem.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstiones. publ. sortiti. obtinuêre.

C. Fannius C. f. C. n. Strabo. M. Octauius //. f. //. n. Cæcinna.
Cn. Domitius Cn. f. Cn. Ahenobarbus. Ti. Pandusius //. f. //. nepos.
Ti. Quinctius * T. f. T. n * Flamininus. [T. Iuuentius M. f. T. n. Thalna]

Prætores prouinciarum.

// . // . // . f. // . n. // . Hisp. citer. // . // . // . f. // . n. // . Hisp. vlter.
// . // . // . f. // . n. // . Africam. // . // . // . f. // . n. // . Achaiam
// . // . // . f. // . n. // . Macedoniam. // . // . // . f. // . n. // . Illuricum

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Qui. posteà. Balearicus. appell. est.
L. Rubrius //. f. //. n * Varro * [Sp. Mummius Sp. f. L. nepos]
[Q. Sicinius Cn. f. Cn. nepos] [M. Aufidius M. f. //. nepos]

Ædiles curules.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
L. Iulius Sex. f. Sex. n. Cæsar. [T. Quinctius T. f. L. n. Crispinus]

Ædiles plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
L. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus. Qui. posteà. Delmaticus. appell. est.
L. Aurelius * L. f. L. n * Cotta.

Tribuni plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
C. Licinius P. f. //. n. Geta. Sex. Pompeius Cn. f. //. n. Strabo.
[M. Porcius M. f. M. n. Læca] [P. Rutilius P. f. P. n. Rufus]
[P. Rutilius P. f. //. n. Caluus] [P. Porcius P. f. P. n. Læca]
[M. Tuccius M. f. M. nepos] [M. Vrbinius M. f. //. nepos]
[L. Cæcilius L. f. L. n. Denter] [Cn. Lollius Cn. f. //. nepos]

Quæstores vrbani

Massiliensium legatis maiorum more præbuisse hospitium in vrbe, lautia & munera dedisse verisimile est.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciarum.

// . // . // . f. // . n. // . L. Cassi. Cos. in. Italia. Ostiensis.
// . // . // . f. // . n. // . L. Cinnæ. Cos. in. Gallia. Gallicus.
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Hisp. citer.
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Hisp. vlteriore.

// . // .

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Macedonia.

C. Lucilius //. f. //. nepos. Poëta nobilis, qui primus Romæ Nasi stylum condidit, vt Plinij verbis dicam. Huic enim Latina lingua Saturam debet, in qua primus insignem laudem adeptus est Fabij Quinctiliani probatissimo iudicio. Natus erat Auruncorum Suessa Pometia colonia Romana, & hinc Auruncæ magnum alumnum Iuuenalis poëta nuncupat Satura prima. Igitur propter ingenium atque eruditionem fuit Romę principibus ciuitatis gratus & familiaris, vt P. Africano minori, C. Persio, C. Lælio, & eius sæculi doctis, cùm esset iuuenis, & senex etiam Q. Scæuulæ Iurifcos. L. Crasso & M. Antonio oratoribus, vti ex Cicerone & aliis constat. Equidem verò sub P. Africano minore iterùm Consule ad Numantiam militasse, Velleius Paterculus auctor est historiarum libro secundo; vnde colligimus ipsum hoc ferè tempore magistratus occepisse. Nec possum non Sebasthiano Corrado suffragari, qui existimat, per ipsum Luciliorum familiam Romæ nobilitari cœpisse: nam mox Senatoria facta est, vt idem Velleius ostendit, scribens Cn. Pompeium Magnum genitum matre Lucilia stirpis Senatoriæ. Quin & antiqui commentatores in Eclogam primam libri secundi Saturarum Horatij poëtæ produnt C. Lucilium poëtam auunculum maiorem, & Luciliam eius sororem auiam fuisse Cn. Pompeij Magni: cuius maternum genus ex Lucilia domo iam dicta profluxit, cum eiusdem mater etiam Lucilia vocaretur. Non abiectam igitur aut humilem familiam hanc fuisse verisimile est; sed peramplam & locupletem, sicut ex iam dictis Auctoribus fit palàm. Hinc est, quòd intra Lucilij censum ingeniumque poëta Horatius se esse fatetur. Ceterùm hic adferre plura de Lucilio non est nostri instituti, nec operæ pretium videtur: cùm huius poëtæ celeberrimi vitã Petrus Crinitus & Lilius Giraldus luculẽter ediderint;

Luciliæ gẽtis prima nobilitas à Poeta. *Ingenio ac eruditioni honos habitus.* *Materna nobilitas Cn. Pompeij Magni a Poeta.* *Horatius poeta Lucilio se ingenio ac opibus impa-rem fatetur.*

M. Liuius C. f. Mamiliani. n. Drusus. Frater hic fuit C. Drusi Claudiani Iurisconsulti celeberrimi, quem auum maternum Tiberij Cæsaris fuisse diximus anteà suo loco. Hunc verò M. Drusum abnepotem primi Drusi fuisse, in Suetonij Tiberio legimus: sed temporis longum interuallum flagitare videtur vt (adnepos) ibidem reponatur, » capite tertio, vbi in vulgatis sic habetur: Eius abnepos ob eximiam aduersus Gracchos » operam, patronus Senatus dictus. Plutarchus in Gracchorum vita hunc virum loco claro natum, ingenio, eloquentia, diuitiisque valdè pollentem fuisse scribit. Et M. Tullius in Bruto de claris oratoribus, M. Drusum C. f. oratione & auctoritate grauem fuisse indicat. Eius magistratus & res gestæ cum triumpho subsequentur ad Censuram vsque. Extant argentei denarij artis exquisitæ in hac eius Quæstura fortasse cusi cum Romę capite, & Castorum in equis simul decurrentium simulachris, adscripto tali titulo, M. LIVIVS. C. F. DRVSVS. Castores faterni amoris symbolum quoddam repræsentant. Non dissimiles vidimus etiam sui fratris, in quibus titulus, C. DRVSI. C. F. ROMA. X.

Suetonij locus. *Drusi laudes.*

L. Calpurnius * L. f. C. n. Piso * Bestea. Vir acer, & non indisertus, vt testatur idẽ Tullius in Bruto: cui suffragatur & Sallusthius in Iugurthina, vbi de huius Cõsulatu sic » disserit: Nam in Consule nostro multæ bonæq; artes animi & corporis erant: quas omnes » auaritia præpediebat: patiens laborum, acri ingenio, satis prouidẽs, belli haud ignarus, fir» missimus contra pericula & insidias. Hic bonis initiis Tribunatus plebis sui rempublicam orsus, tristeis exitus habuit Consulatus, vt adfirmat Cicero, & suis locis apparebit. Poterit videri frater L. Pisonis Cæsonini, tantùm Bestiæ agnomine distinctus ab eodem; quod ipsum secunda vocali, non tertia, proferunt in media syllaba correctissimi Fasti Capitolini. Moueor ad suspicandum natura vel adoptione fratres fuisse, quòd in magistratuum cursu mox alter alterum sequutus est, vti declarant eorum Consulatus in Fastis. Insuper fraternum symbolum Castorem & Pollucem expressit item argenteis nummis L. Calpurnius Bestea. Sed hæc, vti notata sunt, suo loco, candide Lector, habeantur.

Vitium virtutes suffocans. *Bestia in marmoribus Capitolinis, non Bestea.*

Q. Rubrius //. f. //. n. Varro. Acer & vehemens accusator, vt de illo iudicat M. Tullius in Bruto de claris orat. Fuit enim factione semper plebeius ac seditiosus: ideoque tandem a Senatu hostis cum C. Mario iudicatus est, vt ibidem testatur Tullius. Plebeiæ quidem atque Gracchanæ factionis fuisse, constabit etiam ex magistratibus eius qui subsequentur.

Ex seditiosa factione vnus.

D. Lælius //. f. //. n * Balbus * Homo doctus & studiosus litterarum, P. Æmiliano, C. Lælio, C. Persio, ceterisque tunc eruditione præclaris ciuitatis proceribus amicus & familiaris, sicut ex Ciceronis secundo de oratore cognoscimus, vbi de hoc D. Lælio C. Lucilij poëtæ verba citat hæc:

Doctus & probus.

Persium non volo legere, Lælium Decimum volo.

 Sua

Sua verò scripta Lucilius legi ab exactissimè doctis, vt C. Persius erat, non volebat, nimis acutas censuras metuens; neque ab indoctis, horum cæca iudicia reijciens: probos quidem & bene doctos lectores admittebat, vt erat hic D. Lælius. Quem nouimus, inquit ibidem » Q. Catulus apud Ciceronem, virum bonum, & non illiteratum: sed nihil ad Persium. Ab » hoc autem D. Lælio plures profluxisse D. Lælij videntur cognomine Balbi, quorum suis locis mentio fiet.

[L. Iulius L. f. L. n. Cæsar] Cuius auum Prætorem fuisse anno vrbis DLXX. probauimus ex Liuij XXXIX.

[M. Titius M. f. Sex. nepos] Domo Prætoria: patrem enim Prætorem inter ciueis & peregrinos anno vrbis DCIX. fuisse, reperimus apud Frontinum de aquæductibus.

[C. Valerius C. f. C. n. Læuinus] Auo Consulari, qui deinde in petitione Censuræ repulsam tulerat anno DXXCIV. quemadmodum Liuius lib. XLIII. memorat.

Prouinciæ prorogatæ.

M. Aquillius M. f. M. nepos. Procos. Asiam. prorogato. imperio. obtinuit. Ex decem legatorum consilio, vti à Senatu decretum erat, prouinciam ordinauit legibus, institutis, atque conuentibus. Hanc Attali testamento relictam sibi populus Romanus priùs esse iusserat liberam: verùm non diu pòst desciscens, Aristonico duce, rebellisque facta, quemadmodum retulimus, his annis vi subigitur, atque leges Romanas accipere, Prætori parêre, necnon vectigalia pendere iubetur. Auctor est Strabo libro XIII. rursus libro XIV. Meminere item Velleius, Sex. Rufus, & Iornandes Alanus: qui duo produnt, eadem fere tempestate Lydiam, Cariam, Hellespontum, ac Phrygias duas in potestatem populi Romani iuncta deditione venisse. Non tamen omnes istos populos eamdem mox prouinciæ formulam accepisse constat. Iustinus enim libro XXXVII. scribit, quòd populus Romanus post victoriam Regibus socijs, qui aduersus Aristonicum auxilia tulerant, & cum Crasso, Perperna, & Aquillio bellum hoc confecerant, præmia persoluerit, Mithradati Pontico Phrygiam maiorem, Ariarathis Cappadociæ regis, qui in eodem bello ceciderat, filiis Lycaoniam & Ciliciam donando. Appianus Alexandrinus autem ciuilium bellorum libro primo, & in Mithradatica, non à Senatu populoque Romano Phrygiam maiorem, sed a M. Aquillio Procos. regia pecunia corrupto concessam fuisse, & Senatum posteà Phrygiam liberam esse iussisse docet. Hanc verò non adeò diu posteà, necnon alias quasdam regiones Asiaticæ prouinciæ copulatas constat ex Liuio, Plinio, Strabone, & aliis: adeò vt sub vnius prouinciæ istius formula comprehensę fuerint Ionia, Æolis, Doris, Caria, Lydia, Lycaonia, Pisidia, & Phrygiæ duæ.

Asia noua prouincia ordinatia. Vi subacta libertatem perdidit.

Reges Asiæ belli contra Aristonicum socij remunerantur.

// // // f. // n. //. Siciliam. // // // f. // n. //. Sardiniam

Pro. Prætorib. prorogato. imp. obtinuêre.

C. Sextius C. f. C. n. Caluinus. M. Antius // f. // n. Briso.

Pro. Quæstoribus. f. fuêre.

// // // f. // n. // M. Aquillij Procos. in. Asia.
// // // f. // n. // // // Propr. in. Sicilia.
// // // f. // n. // // // Propr. in. Sardinia.
// // // f. // n. // // // Propr. in. Africa.
// // // f. // n. // // // Pr. in. Illurico.
// // // f. // n. // * Lucerin. // // // f. // n. // Calenus.

L. Mummius * L. f. L. n * Achaicus * C * Cælius // f. // n * Caldus *
Cn. Manlius Cn. f. // n. Maximus. [M. Cornelius M. f. C. n. Cethegus]
[C. Terentius Cn. f. Cn. n. Lucanus] [M. Decius M. f. Q. n. Mus]
[L. Hostilius L. f. A. n. Mancinus]

ANNI

ANNI P. R. C. DCXXVII.

Consules.

M. Æmilius * M. f. M. n * Lepidus. L. Aurelius L. f. L. n. Orestes.

M. Æmilium, L. Aurelium Consules nominant Cassiodorus, & Marianus, & Iulius Obsequens. Tabulæ Græcæ & Cuspiniani Latinæ proferunt horum cognomina Lepidum & Orestem. M. Tullius in Bruto his addit prænomina, M. Lepidum & L. Orestem. Paullus Orosius autem M. Æmilium & L. Orestem; Censorinus de die natali Æmilium Lepidum & L. Aurelium Orestem Consules adferunt.

Nocturna tempestate in Capitolio templa quædam concussa sunt Romæ, & circà pleraque fulmine deiecta. Mons Ætna Siciliæ vasto tremore quassata, latè per verticem ignes effudit. Nec diu pòst ad Liparas insulam vicinū mare intantùm efferbuit, vt adustas rupes ac naues adustas dissoluerit, nauales socios plerosque vapore feruido suffocarit, piscium vim ingentem excoxerit, & per littora diffuderit: qui cum à Liparensibus, alijsque Insularibus auidiùs comederentur, nouæ pestis exordium ventris contaminatione in circumuicinis locis dedere. Quod prodigium Aruspicum responso seditionem, quæ post ea tempora patuit, prænuntiare dicebatur. Vide de his Obsequentem, & Orosium libro v. cap. x. *Prodigia, & Ætnæ motis incendium.* *Vulcani fornax ac cacalus ad Liparas.*

Consulibus ex more decretas fuisse prouincias opinor Italiam atque Sardiniam. Sardos enim rebellasse, eamque prouinciam L. Aurelio Consuli obuenisse constat; & ab eodem Sardos subiugatos fuisse, scriptum est in Epitoma libri LX. historiæ Liuianæ, in cuius exordio sic in vulgatis habetur correctis à Carulo Sigonio; L. Aurelius Cos. Sardos subegit. Verùm in manuscripto Iacobi Susij codice habetur (bellantes Sardos) mallem nihilominùs adiecta syllaba (rebellantes) legere. Non vno tamen anno bellum illud confectum fuisse, constabit ex sequentibus. *Prouincia Coss.* *Sardi rebellant.* *Liuiani breuiary locus.*

Ludi. Sæculares. quartùm.

n. n. n. f. n. n. n. Mag. x. virûm.
n. n. n. f. n. n. n.

A. Manlio A. f. T. n. Torquato. L. Mummio L. f. L. nepote.

Anno. P. R. C. DCXXVII.

Ex. S. C. facti. sunt.

Ex commentariis xv. virûm quartos ludos Sæculares hisce Coss. M. Æmilio Lepido, L. Aurelio Oreste celebratos fuisse Censorinus refert, anno vrbis DCXXVII. vt ipse supputat, anno vno fere discrepans à Capitolinis Fastis, vt & anteà diximus. Sic etiam tertios ludos anno vrbis quingentesimo duodeuigesimo factos ex iisdem commentariis xv. virûm memorat, videlicet ante hos quartos centesimo decimo anno: quemadmodum quintos D. Augustus ex iisdem quoque suo tempore ludos fecit Sæculares; vt & in Capitolinis, quos sequimur, Fastis annotatos videmus. De quartis autem istis Censorinus diuersas aliorum Auctorum opiniones non præterit, scribens quòd M. Varro, Valerius Antias, & T. Liuius, qui centesimo quoque anno Sæculares factos volunt, quartos relatos esse prodiderint exordio belli Punici tertij, L. Marcio Censorino & M. Manilio » Coss. post Romam conditam anno DCV. At L. Piso Censorius, inquit, & Cn. Gellius, & » Cassius Hemina, qui illo tempore viuebat, post annum dein factos tertiùm affirmant, » Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio Achaico Coss. id est, vt Censorinus supputat, vr» bis DCVIII. anno. Sed vide, quæ de his Onufrius Panuinus singulari libello annotauit. *Ludi Sæculares quarti.* *Duplex ludorum Sæcularium interstitium.*

Cens. Q. Fabius Q. f. Q. n. L. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus
Max. Seruilianus. Caluus.

Abdicarunt.

Cùm aliquot occurrant apud Auctores huius temporis viri Censorij, quinquennij spatium à proximo Lustro nunc interueniens exigere videtur, vt hoc loco interserantur duo Censores, quos per hæc tempora Censuram gessisse Valerius Maximus indicat. Sed eos pariter, & hoc adamussim anno Censuram gessisse, non ausim plane asserere, licet collegæ in Consulatu fuerint. De Q. Fabio Seruiliano refert Valerius lib. VI. cap. I. ipsum honoribus Censuræ grauitate consummatis a filio pœnas dubiæ castitatis exegisse. *Censores frustra etiam.*

Idem

Idem auctor lib. VIII. cap. V. fratres Q. & L. Metellos Consulares & Censorios in Q. Pompeium repetundarum reum acerrimè testimonium dixisse memorat, Q. Macedonicum & hunc L. Caluum intelligens; ex quibus Macedonicum iam antea Censorem habuimus. Lustrum autem non condidisse videntur, anno enim insequenti Censores alij fuère creati, vt tum dicetur.

Prætores.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Vrbanam. &. Peregrinam. iurisdictiones.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæst. publicas. sortiti. obtinuère.

Q. Fabius Q. Æmiliani f. Q. n. Max. Qui posteà. Allobrogicus . app. est.

P * Appuleius C.f.L.n * Saturninus. Q. Mummius * Q. f. Q * nepos.

M. Pinarius //. f. //. n. Rusca. C. Poblicius Q. f * C. n. Bibulus *

C. Vrsanius C. f. C. nepos]

Prætores prouinciarum.

T. Quinctius * T. f. T. n * Flamininus . Siciliam. sortitus. obtinuit. Hoc anno Siciliam obtinuisse quo Ætnæ & in Liparæorum insulis maris vastum illud incendium fuit, nos docet Strabo libro Geographiæ sexto; vbi multa pulchrè de septem illis insulis. Prætoris tamen cognomen mendosum in Græcis non minùs, quàm in Latinis exemplaribus extare, prænomen Titus arguit, Flaminiis vsitatum, vt frequens librariorum in his Romanorum propriis lapsus est. Strabo pulchrè quidem scribit circa iam dictas Liparæorum insulas in maris superficie visum fuisse flammas discurrere; cùm cauernarum, in quibus ignis sub fundo maris continetur, meatu aliquo recluso, foras ignis vi prorumpit. Addit Posidonium memoriæ prodidisse, ibidem inter Hieram & Euonymum insulas æstiuo quodam Solstitio suæ ætatis mare visum fuisse ad monstrosam altitudinem excrescere, & aliquamdiu sic continuo flatu elatum permansisse, atque tandem subsedisse. Eos verò qui nauigiis accedere ausi fuerant, propter pisces in supremo maris fluitantes, calore & fœtore perculsos, partim periisse, partim fuga Liparam peruenisse non sine valetudinis summo damno atque periculo. Post multos deinde dies limum apparuisse in superficie maris natantem, multisque locis flammas & fumos erupisse, nec non fuligines: limum istum tandem concreuisse, & muralibus saxis similes fuisse concretas eas missas. Qua de re, cùm certior esset factus Romæ Senatus à T. Flaminino Siciliæ Prætore, missos fuisse legatos, qui sacrificiis factis prodigia procurantes tam in Hiera, quàm Liparæ deos inferos atque marinos placarent. Hæc quidem Strabo latè satis.

Ti. Pandusius //. f. //. nepos. Illuricum. sortitus. obtinuit. Tale quid ex Appiani Illyrico colligi posse videtur, quamuis is liber imperitissimè in compendium à librariis scriptoribus contractus appareat. Hunc enim Ti. Pandusium Iapudes à C. Sempronio Tuditano Cos. priùs superatos debellasse scribit; quod hoc ferè tempore contigisse verisimile est.

// . // . // . f. // . n. // . Hisp. cit. // . // . // . f. // . n. // . Hisp. vlter.

// . // . // . f. // . n. // . Africam // . // . // . f. // . n. // . Asiam

Prouincias. sortiti. obtinuère.

M. Octauius //. f. // n. Cæcina. C. Fannius C. f. C. n. Strabo.

Cn. Domitius Cn.f.Cn.n. Ahenobarb. [T. Iuuentius M.f. T.n. Thalna]

Ædiles curules.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Sex. Iulius * Sex. f. Sex. n * Cæsar [M. Æbutius M. f. //. n. Elua]

Ædiles plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Q. Marcius Q. f. Q. n. Rex. M. Porcius M. f. M. n. Cato.

Tri-

Tribuni plebis.

M. Iunius M. f. M. n. Pennus. Constat ex Ciceronis Bruto, M. Iunium Pennum isto anno Tribunum plebis fuisse. Qui claros oratores Romanos recensens, apud amicos familiares M. Iunium Brutum & T. Pomponium Atticum, in hunc modum de hoc M. Penno verba facit, ad M. Brutum eiusdem gentis virum sermonem dirigens: » Tuus etiam gentilis, Brute, M. Pennus facile agitauit in Tribunatu C. Gracchum, Paul- » lum ætate antecedens. Fuit enim M. Lepido & L. Oreste Coss. Quæstor Gracchus, Tri- » bunus Pennus, illius Marci filius, qui cum Q. Ælio Consul fuit. Sed is omnia summa » sperans, Ædilitius est mortuus. Et quidem hæc de magistratibus istorum diserte Tullius ex Attici sui Annalibus, quorum ductu tempora oratorum in eo opere ordinasse cõstat.

Legem de peregrinis vrbe prohibendis tulit; contra quam dixit C. Gracchus tunc Quæstor, priusquam, ni fallor, in prouinciam iret: à quo sociis ac Latini nominis, vt à Tiberio fratre prius, spes ciuitatis inflammabatur, adeò, vti eorũ magna multitudo continuam fere moram in vrbe traherent. Penni legem appellat Sex. Pompeius Festus in voce Respublicas, cùm ait: „ C. Gracchus in ea, quam conscripsit de lege Penni & pere- „ grinis. Dissuasit itaque legem C. Gracchus sociorum in gratiam, contendens eos tantùm vrbe prohibendos esse, qui per auaritiam atque stultitiam respublicas suas amiserunt: exules, vel fore cedentes intelligens, vt reor, atque noxios. Dissuasit tamen frustrà, sicut apparet ex M. Tullij verbis ante adductis: qui ait, M. Pennum Tribunum facundum eloquentia sua facile C. Gracchum agitauisse, id est, vexasse & perculisse. Satis igitur indicat Cicero perlatam fuisse, quemadmodum & Officiorum libro tertio, disserens „ propter vtile peccari sæpissimè in republica: Tale etiam, inquit, qui peregrinos vrbibus „ vti prohibent; vt Pennus apud patres nostros, Papius nuper. Citat item Carolus Langius meus iam adductum Ciceronis locum, eruditè corrigens & illustrans alia eiusdem verba „ ex Corneliana, quæ caussam nobis detegunt, cur perlata fuerit: De vrbe, inquit Cicero, „ etiam peregrinos Lucurgus eiecit, vt refert Thucydides. Cautè, ne aliena vitia populus „ imbiberit, id quod & Pennum mouisse opinor illo sæculo; vel certè ob pericula factio- „ num, tot intra mœnia receptis, quibus susque deque esset, bene an male res irent. Seditionum igitur vrbanarum metus legem hanc Iuniam in primis protulit, cuius tamen ipsa capita in obscuro remanent, cum aliud nil certi de illa reperiam apud Auctores. Opinor tamen, peregrinis hac tempus præscriptum, intra quod Roma demigrarent: sociis insuper fœderatisque populis mandatum fuisse, vti suos quæque ciuitas domum reuocaret, iudicioque repeterent etiam inuitos, qui relicta patria, clanculùm Romæ in censum irrepsissent, iusque ciuitatis Romanæ prauè contra leges vsurparent. Hoc enim fere tempore contigisse verisimile est, quod Valerius Max. libro III. cap. IV. de M. Perpernæ Consularis patre scribit, quem ciuem suum Sabelli iudicio petitum, ac lege damnatum in pristinas sedes redire coëgerunt. Sed qua lege? Non Papia de peregrinis, vt habent Valeriana exemplaria, quæ tunc nondum erat: sed, vt apparet, hac lege Penni. Qui error non tam Auctoris, quam scioli alicuius esse videtur. Sed vide Notas meas in eum Valerij locum. Si tamen quis credere malit, legem Papiam aliam de peregrinis pellendis latam annis hisce vel superioribus fuisse, qua Perperna damnatus est; non refragabor, si proferat: sed equidem eius nullam mentionem apud alios Auctores inuenio.

Lex Iunia de peregrinis.

C. Gracchus Quæstor contra Iuniam hanc dixit, socios spe ciuitatum incendit.

Penni lex à Graccho per contemptum dicta.

Sociis hac lege mãdatum videtur, vti suos domum ab vrbe reuocarent.

M. Perperna pater hac lege damnatus.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	
M. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus	C. Porcius M. f. M. n. Cato.
[A. Tullius A. f. //. n. Decula]	[Q. Fuluius Cn. f. Q. n. Gillo]
[L. Marcius L. f. C. n. Censorinus]	[L. Statius Sex. f. L. nepos]
[C. Fossius M. f. C. nepos]	[Cn. Domitius Cn. f. Cn. n. Caluinus]
[L. Rutilius L. f. //. n. Flaccus.]	

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.

Quæ-

Quæstores prouinciarum.

C. Sempronius Ti. f. P. n. Gracchus. L. Aurelij. Cos. in. Sardinia. Hic fuit Ti. Gracchi ante paucos annos in Tribunatu plebis occisi frater, ingenio eloquentiaque longe præstantior, Velleij Paterculi iudicio. De cuius eruditione, doctrina, & aliis animi dotibus in Bruto de claris oratoribus, atque alibi passim multa memorat Cicero. Hanc verò Quæsturam anno superiore petenti frater Tiberius in somnis visus dicere, quàm vellet cunctaretur, tamen eodem sibi leto, quo ipse interisset, pereundum esse. Quod antequam Tribunus plebis Gracchus factus esset, & se audiuisse & multis dixisse Gracchum, scripsit L. Cælius Antipater certus auctor Romanæ historiæ; vt ex eodem referunt Cicero de diuinatione libro primo, & Valerius Max. lib. primo, cap. VII. Meminit ex Cicerone Plutarchus in Gracchi vita, sed narrat aliter, C. Gracchum à fratre in somnis ad magistratus capessendos impulsum, ac moras rumpere iussum fuisse: quòd fata vitæ mortisque sortem vnam vtrique statuissent. Hoc somnio tamquam fato quodam persuasus Gracchus, spretis matris Corneliæ & amicorum consiliis, ad plebis Tribunatum atque mortem properauit.

Fatale malum, quod ineuitabile.

// . // . // . f. // . n. // . // . //. Pr. in. Sicilia.

// . // . // . f. // . n. // . // . //. Pr. in. Hisp. citeriore.

// . // . // . f. // n. // . // . //. Pr. in. Africa.

// . // . // . f. // . n. . // . //. //. Pr. in Asia.

// . // . // . f. // . n. // . Calenus.

M. Minucius Q. f * M. n * Rufus. Qui posteà de Scordiscis Procos. triumphauit ex Macedonia. Fratrem habuisse Q. Minucium, atque ætate maiorem, ex antiquissima Genuensium ænea tabula discimus: in qua scriptum est, hos II. viros finium regundorum ex S.C. constitutos anno DCXXXVI. limitum controuersias inter Genuates & Viturios cognouisse. Quo sane tempore Senatores fuisse, magistratusque gessisse, certum: & Q. Rufum maiorē natu Prætorium, & ideò fortasse lectum, quòd Galliam obtinuerat ex Prætura, fratremque Ædilitium in ea functione collegam datum, suspicari possumus. Ex duobus enim hisce M. Rufum peruenisse ad Consulatum constat. Eius adhuc extant elegantissimi denarij cum Solis, Lunæ, & Septemtrionum simulachris, atque eius nomine, M. MINVCI. Q. F. RVFVS. Quid autem obstaculi Q. Rufo fuerit, vt honores non consummarit, non liquet. Verba quædam ex antiquissima tabula ad rem præsentem pertinentia pro studiosis adducere, non inutile videtur, vt eius sæculi stylum & characterem Romanum ex iis obseruent: cetera verò quæ in hac continentur omnia adscribere, nimis longum foret; nec operæpretium, quando iam prælis non semel sit euulgata tabula.

Q. MINVCIEIS. Q. F. RVFEIS. DE. CONTROVORSIEIS. INTER. GENVATEIS. ET. VEITVRIOS. IN. RE. PRAESENTE. COGNOVERVNT. ET. CORAM. INTER. EOS. CONTROVORSIAS. COMPOSEIVERVNT. ET. QVA. LEGE. AGRVM. POSSIDERENT. ET. QVA. FINEIS. FIERENT. DIXSERVNT. EOS. FINEIS. FACERE. TERMINOS. STATVI. IOVSERVNT. VBEI. EA. FACTA. ESSENT. ROMAM. CORAM. VENIRE. IOVSERVNT. ROMAE. CORAM. SENTENTIAM. EX. SENATI. CONSVLTO. DIXSERVNT. EIDIB. DECEMB. L. CAECILIO. Q. F. Q. MVVTIO. Q. F. Q. COS.

Coss. fuêre anno V. C. DCXXXVI.

Linearum ordinem ac longitudinem in hac paginarum angustia non potuimus obseruare; si tamen hunc Lector desideres, in Smetij & Gruterij inscriptionibus antiquis cognoscere poteris.

M. Porcius M. f. M. n. Cato. Sallonianus. Iunior filius M. Catonis Censorij, natus illi iam octogenario, circa annum vrbis DXCIX. ex Sallonia clientis sui filia: vnde huic agnomen Sallonianus inditum, ad differentiam maioris filij, cum ambo prænomine cognomineque paterno Marci Catones vocarentur. Hinc & maiorem à matre Licinia Licinianum, teste Plinio dixere: qui sic ait libro VII. cap. XIV. Clarum est, & Catonem » Censorium, octogesimo exacto, è filia Sallonij clientis sui generasse filium; qua de caussa » aliorum eius liberorum propago Liciniani sunt cognominati; hi Salloniani, ex quibus » Vticensis fuit. Astipulatur Plinio Solinus in Polyhistore, affirmans etiam hunc Sallonia- »

Duplex Catonū in Porcia gente propago.

num

num M. Catonis Vticensis auum fuisse: sicut & A. Gellius libro Noctium Atticarũ XIII. cap. XIIX. pulchrè duas istas Catonum propagines explicans ex Sulpicio Apollinari. Hic autem M. Cato Sallonianus annorum iam circiter XXIIX. magistratus isto tempore proculdubiò gerere cœpit. In Prætura namque mortuum fuisse tradit Plutarchus in vita patris.

P. Decius * M. f. Q. n. Mus * M. Fuluij Flacci in concionibus æmulus, non infans ille quidem; sed vt vita, sic oratione etiam turbulentus, vt Cicero indicat in Bruto. Hic L. Opimium Consularem Tribunus plebis ob Gracchanorum cædem reum fecit, vt suo loco dicemus.

T. Didius T. f. Sex. nepos. Qui posteà bis triumphauit, post Præturam & post Consulatum. Eius autem Quæstura respicere hunc annum videtur. Patre Prætorio natum opinamur, quem Siciliam obtinuisse, & fugitiuos seruos castigasse, ex nummis eius demonstraui.

C. Licinius * A. f. A. n * Nerua. Ciuem non indisertum, sed improbum fuisse dicit Tullius in Bruto: qui & ipsum Tribunum plebis fuisse ostendit, vt posteà suo loco.

//. Cassius //. f. //. n. Sabaco. Quem anno DCXXXIIX. Senatu motum fuisse demonstrabo. Cùm igitur tunc Senator fuerit, hoc ferè tempore magistratus aggressum fuisse verisimile fit.

[Sp. Postumius Sp. f. A. n. Albinus] Cuius patrem habuimus Consulem anno DCV.

Prouinciæ prorogatæ.

//. //. //. f. //. n. //. Galliam. //. //. //. f. //. n. //. Achaiam

//. //. //. f. //. n. //. Macedoniam. //. //. //. f. //. n. //. Hisp. vlt.

Pro. Prætorib. prorogato. imp. obtinuêre.

[Sp. Mummius Sp. f. L. nepos] C. Mamilius * C. f. Q. n * Limetanus

[Q. Sicinius Cn. f. Cn. nepos] L. Rubrius //. f. //. n * Varro.

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. M. Lepidi Cos. in Italia. Ostiensis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Gallia. Gallicus.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Achaia.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Macedonia.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Hisp. vlteriore.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Illurico.

//. //. //. f. //. n. //. * Lucerinus *

D. Lælius //. f. //. n * Balbus * [L. Iulius L. f. L. n. Cæsar]

[M. Titius M. f. Sex. nepos] Q. Rubrius //. f. //. n. Varro.

[C. Terentius Cn. f. Cn. n. Lucanus] [C. Valerius C. f. C. n. Læuinus]

[M. Decius M. f. Q. n. Mus]

M. AQUILLIVS. M. F. M. N. PROCOS. AN. DCXXVII.
ex. ASIA. III. IDVS. NOVEMBR.

De M'. Aquillij Procos. rebus gestis in Asia superiùs retulimus, quæ reperire apud Scriptores veteres potuimus. Eum verò tardiùs atque ægrè triumphum huius anni exitu primùm obtinuisse, fragmentum Capitolinum demonstrat, tertio scilicet Idus Nouembres ipsum ex Asia triumphasse. Ex Velleij Paterculi verbis quidem colligimus, Aristonicum à Perperna captum & in vinculis habitum, à successore M'. Aquillio ductum in triumpho fuisse; & posteà in carcere iussu Senatus strangulatum. Sic enim ait: » Is victus à » M. Perperna, ductusque in triumpho, sed à M'. Aquillio; capiteque pœnas dedit, cùm » initio belli Crassum Mucianum iuris scientissimum decedentem ex Asia Procos. intere» misset. Quòd ductus in triumpho fuerit, stomachatur etiam Mithradates Ponti rex in » epistola quadam apud Sallustium extante: Romani, inquit, simulato impio testamento, » filium Eumenis Aristonicum, quia patrium regnum petiuerat, hostium more per trium» phum duxêre.

M'. Aquillij tardius atque difficulter triumphus ex intercepta victoria.

ANNI P.R.C. DCXXVIII.

Consules.

M. Plautius L. f * M. n * Hupsæus. M. Fuluius M. f. Q. n. Flaccus.

ADFERVNT Coss. Cassiodorus, Marianus, & Obsequens M. Plautium & M. Fuluium: tabulæ Græcæ & Cuspiniani Hupsæum & Flaccum, quæ Consulum sunt cognomina. Frontinus autem in libello de aquæductibus, item Paullus Orosius, & Valerius Maximus lib. IX. cap. V. plenè horum nomina citant M. Plautium Hupsæum & M. Fuluium Flaccum. Nominat eosdem Phlegon Trallianus in commentariolo suo de mirabilibus & longæuis; vbi scribit androgynum Romæ fuisse, Præfecto Athenis Iasone, & Romæ M. Platio & Sex. Carminio, Hyiæo & M. Fuluio Flacco Consulibus. Libros autem Sibullinos eam ob caussam Senatus iussu à X. viris inspectos fuisse: & addit, ab iisdem repertos Sibullæ versus, quibus prolixè docet ritus & sacrificia, per quæ prodigium tale posset expiari & procurari, quod magna ciuitati atque imperio pericula per dubios atque incertos bellorum motus videbatur minitari. Sed nos potiùs Consulum prodigiosa nomina, monstrosumque collegium istud, quod errore Græculorum ex bicipite triceps prodit in exemplaribus, procurare conemur. Quod ritè, ni fallor, fiet, si spurium caput vnum, quod nescio qua fronte in Romanæ ciuitatis tabulas, & ad Consulatus fastigium irrepsit, Sex. Carminius, è medio tollamus, & vera Consulum nomina sic à mendis expurgemus: Romæ M. Plautio Hypsæo ac M. Fuluio Flacco Consulibus. »

Androgynus Romæ natus.

Phlegontis Trallian locus prodigiosus.

Prodigia eius anni varia narrat Iulius Obsequens; in arboribus fruges natas, oleo & lacte pluisse in agro Veiente, & lapideum imbrem triduo in Arpinati apparuisse: locustarum agmina immensa frondibus & herbis Africam penitus denudasse, atque deinde repentino correptas vento in mare deportatas fuisse, fluctibusque postmodum ad vicina littora reiectas computruisse, tetroque odore suo grauissimam pecorum atque hominum vndequaque pestilentiam excitasse. In Numidiæ Micipsæ regno octingenta hominum milia, in Carthaginiensi verò plusquam ducenta milia periisse; & ad Vticam Africæ præsidium Romanum triginta ferè milia militum extincta fuisse memorant Orosius lib. V. cap. XI. & ex eodem D. Augustinus & Eutropius. Meminere tantæ cladis etiam Obsequens, & Liuij Epitome libri sexagesimi. Romæ denuò noui motus seditionum exorti sunt M. Fuluij Cos. culpa; qui lege Sempronia III. vir agris dandis, vt antè diximus, cum C. C. Graccho & Carbone eiusdem omnino factionis hominis suffectus in hoc collegium fuerat. Is igitur optimatibus aduersus, cùm Consul factus esset, augendæ potentiæ caussa palàm Italicos & socios ad ciuitatem petendam animauit, cuius spem aliquam Ti. Gracchus antea dederat. Nam leges reip. perniciosissimas non sine magna seditione perferendas promulgare non dubitauit, de ciuitate sociis danda, quibus agri non poterant assignari; item de sociorum prouocatione ad populum, qui ciuitatem mutare vellent. Cuius conatibus cùm Senatus acriter obsisteret, atque leges ne ferrentur, impediret; clancularie confestim defectiones inter socios agitari cœptæ sunt. Non enim diu pòst Asculanorum & Fregellanorum coniurationes contra Romanos detectæ sunt, quas L. Opimius Prętor oppressit, vt dicemus. Hanc ciuium discordiam opportune excepit bellum Gallicum, quod eodem anno cum Transalpinis exortum est, Salluuiis auctoribus, cùm fines Massiliensium sociorum populi Romani inuasissent, atque de eorum iniuriis fidissima amicissimaque ciuitas conquereretur. Igitur Massiliensibus in auxilium missus est M. Fuluius Consul, vt vrbanarum seditionum caput istud abesset longiùs. Hinc Appianus ciuilium bellorum libro primo refert, M. Fuluium Cos. cùm Italos palàm instigaret vt ciuitatem peterent, in eaque sententia pertinacius persisteret, à Senatu in expeditionem missum fuisse. Atqui pulchre declarat Valerius Max. lib. IX. cap. V. de superbia his verbis: M. Fuluius Cos. M. Plautij Hypsæi collega, cum perniciosissimas reipublicæ leges introduceret de ciuitate danda, de prouocatione ad populum eorum qui ciuitatem mutare voluissent, ægre compulsus est, vt in curiam veniret: deinde partim monenti, partim oranti Senatui, vt incepto desisteret, responsum non dedit. Tyrannici spiritus Consul haberetur, si aduersus vnum Senatorem hoc modo se gessisset, quo Flaccus in totius amplissimi ordinis contemnenda maiestate versatus est. Sic quidem de Flacco Valerius. Verùm is obiecto nouæ prouinciæ bolo triumphum ambiens, & maiora sperans, vrbanas istas actiones suas tunc deseruit, atque in prouinciam abiit.

Locustarum immensa copia, pestis ac tabes vastant Africam.

Noua seditiones vrbanæ.

Fuluia leges.

Coniurationes.

Bellum Gallicum Transalpinum.

M. Fuluius Cos. Massiliensibus auxilium ferre iubetur.

Censs.

Censs. Cn. Seruilius Cn. f. Cn. n. Cæpio. L. Cassius Q. f. L. n. Longinus. Lustr. fec. LX.

Eodem anno Censores fuisse, ex Iulij Frontini libello de aquæductibus probare possumus. Is enim scribit, quòd Cn. Seruilius Cæpio & L. Cassius Longinus, qui Rauula appellatus est, Censores anno p. v. c. DCXXVII. M. Plautio Hypsæo & M. Fuluio Flacco Coss. aquam, quæ vocatur Tepula, ex agro Lucullano, quem quidam Tusculanum credunt, Romam & in Capitolium adducendam curauerunt. Nominat & hos Censores „ Cicero Verrinarum tertia, leges quasdam Censorias ab iis correctas fuisse dicens: Cor- „ riguntur, inquit, leges Censoriæ. Quod enim video in multis veteribus legibus, Cn. Domitius, L. Metellus, L. Cassius, Cn. Seruilius Censores addiderunt. Reperimus eosdem apud Velleium Paterculum, qui libro historiarum secundo L. Cassij Longini Cæpionisque seueritatem celebrat, quòd Æmilium Lepidum Augurem, ob ædes sex milibus conductas, adesse iussissent. Lustrum conditum ex T. Liuij Epitoma cognoscere est, quo censa sunt ciuium capita CCCXC. ∞. DCCXXXVI. Quod anno sequenti contigisse colligimus ex Plutarcho, qui C. Gracchum deserta prouinciæ suæ Proquæstura Romam è Sardinia tunc reuersum ad Censores accusatum tunc causam dixisse scribit. *Leges Censoria correcta.*

Prætores.

C. Fannius M. f. * M. n. Strabo. Vrbanam. iurisd. sortitus. obtinuit. Quod ex Iosephi Iudaicarum antiquitatum lib. XIII. cap. XVII. colligere possumus; qui Fannium M. f. Prætorem Iudæorum legatis à Ioanne Hyrcano Pontifice Max. & gentis tunc principe missis Senatum dedisse scribit. Nam erat moris, quòd vrbanus Prætor legatis exterarum gentium, absentibus vel impeditis Consulibus maxime, Senatum daret, & Februario plerumque mense. Quare non probo interpretum huius Auctoris translationem, in qua hic Fannius M. f. Consul nominatur: quia Consul non reperitur fuisse. Sunt item corruptissime prodita Romana tribuum & Senatorum, qui scribundo S. C. tunc adfuerunt, nomina in exemplaribus omnibus: quæ quidem in hunc fere modum „ restituenda puto, & ita legenda esse: Tum verò Pontifex Hyrcanus cupiens renouare „ cum Romanis amicitiam, misit Romam legatos ad Senatum: vbi lectis eius litteris, „ amicitia conditionibus istis est impetrata: Fannius M. f. Prætor Senatum adesse iussit „ a. d. VIII. Id. Febr. in campo, præsentibus L. Manlio L. f. Menenia, & C. Sempronio „ C. f. Falerina. S. C. factum est: Propter eas res, quas legati retulerunt, &c. *Iudæorum legati Romã missi ad renouandum fœdus. Iosephus locus corruptissimus.*

.. .. .. f. .. n. .. inter. ciueis. & peregrinos. iurisdictionem. sortitus. obtinuit.

L. Opimius Q. f. Q. nepos. Quæstionem. de. maiestate. sortitus. obtinuit. Suspectis iamdudum animis sociorum ciuitatem flagitantium, maximè Fregellanorum, qui palam desciscere velle videbantur, ex S. C. L. Opimius Prætor de coniurationis istius capitibus quæsiuit. In primis iussus est dicere caussam Q. Numitorius Pullus Fregellanorum princeps, qui sociorum consilia, sibi salutem pactus, detexit, patriamque Prætori prodidit. Damnati Fregellani maiestatis, quòd socij populi Rom. cum essent, contra rempublicam cœtus & consilia iniissent. Missus cum exercitu Prætor Opimius vt de noxiis supplicium sumeret, rebellantes Fregellanos obsidione subdita cinxit, & Q. Numitorij opera ad deditionem compulit, eorumque mox oppidum excidit, vt auctores sunt Liuius LX. Velleius, & Obsequens. Itaque Fregellis captis ac dirutis, visus est Prætor Opimius ceteris quoque Latini nominis sociis ad defectionem inclinatis metum incussisse, exorientisque noui belli intestini flammam extinxisse. Meminit istius motus „ sparsim diuersis locis Cicero, velut libro II. de inuentione: De Q. Numitorio Pullo, „ inquit, apud L. Opimium & eius consilium diu dictum est, & magis in hoc quidem „ ignoscendi quàm cognoscendi postulatio valuit. Nam semper animo bono se in popu- „ lum Romanum fuisse, non tam facile probabat, cùm coniecturali constitutione vteretur; „ quàm, vt propter posterius beneficium sibi ignosceretur, cùm deprecationis partes ad- „ iungeret * petebat. Rursus de finibus libro V. Quis Pullum Numitorium Fregellanum „ proditorem, quamquam reip. nostræ profuit, non odit? Item in Pisoniana: L. Opimius, „ inquit, eiectus patria est, is qui & Prætor & Consul maximis periculis remp. liberarat. „ Vbi sic Asconius commentator: Notum est Opimium in Prætura Fregellas cepisse: quo „ pacto visus est ceteros quoque nominis Latini socios male animatos repressisse. Vide quę rhetorices ad C. Herennium Auctor exempla adducit libro quarto ex orationibus aduersus Fragellanos aliosque coniuratos habitis, ex quibus non pauca ad hanc historiam pertinentia possunt elici. *Quæstio de Fregellanorum coniuratione. Q. Numitorius Pullus Fregellanorũ princeps. Fregella excisa. * Desideratur hoc verbum in vulgatis exemplaribus multis, quod addidit ex manuscriptis Dionysius Lambinus.*

n. n. n. f. n. n. n. n. n. n. f. n. n. n.
n. n. n. f. n. n. n.

Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuêre.

P. Manilius * M'. f. P * nepos * Q * Pompeius * Q. f. A. n. Rufus *
C. Papirius C. f. n. Carbo . [M'. Acilius M'. f. M'. n. Glabrio]

M'. Aquillius triumphalis repetundarum reus. Repetundarum hoc vel sequenti anno postulatum opinor M'. Aquillium ex Asia, quòd pecunia accepta Phrygiam Mithradati regi Pontico vendidisset: sed corruptis iudicibus fuit absolutus. Ait enim Appianus ciuilium libro primo, C. Sempronium Gracchum Trib. plebis, cùm legem de iudiciis transferendis altero vel tertio pòst anno ferret, ob infames deprehensas corruptelas, grauiter increpando Senatoriis iudicibus obiecisse recentissima quæque exempla: nempe Aurelij Cottæ, Liuij Salinatoris, & M. Aquillij, qui Asiam deuicerat. Hos enim repetendarum reos corruptis iudicibus absolutos, & pœnam elapsos attestabantur etiam prouinciarum legati quidam tunc in vrbe præsentes. Easque tum querelas Senatui pudorem iniecisse dicit, quo minùs legi Semproniæ de transferendis ad equites iudiciis pertinaciter aduersaretur. *Accusator eius. P. Lentulus princeps Senatus.* Accusauit autem M'. Aquillium P. Lentulus, vt auctor est Cicero in diuinatione contra C. Verrem, clarissimos etiam ciuitatis viros optimis temporibus peramplum ac honorificum sibi duxisse dicens, exterarum nationum iniurias vindicare & propulsare. Igitur inter alia exempla sic addit: Cuius consuetudinis atque instituti patres maioresque nostros non pœnitebat tum, cùm P. Lentulus, is qui princeps Senatus fuit, accusabat M'. Aquillium, subscriptore C. Rutilio Rufo. In cuius hæc verba sic Pædianus commentatur: Hic M'. Aquillius de pecuniis repetundis accusatus est *. Hic est igitur Lentuli Suræ pater in carcere strangulati. Non *Pædiani locus suspectus.* potest non nobis esse suspectus hic Pædiani locus, vbi legimus M'. Aquillij accusatorem Lentuli Suræ patrem fuisse: nam temporis interpositi longum interuallum reclamat. *Vasta in Pædiano lacuna fortassis.* Vel igitur falli Pædianum, vel in eius exemplaribus eò loci quædam deesse, cogimur suspicari. P. P. Lentulos autem huius temporis plures fuisse constat, sicut etiam ex Tullij verbis apparet, qui hunc accusatorem P. Lentulum ex multis illum adfert, qui princeps Senatus fuit. Videtur igitur Pædianus, locum illum more suo diligentiùs explicando, quinam eo tempore P. Lentuli eiusdem nominis claruerint in republica, obiter annotasse; & inter eos etiam P. Lentuli Suræ in carcere strangulati maiores, auum scilicet atque patrem, quemadmodum residua in exemplaribus verba videntur indicare. Hunc verò P. Lentulum, de quo nunc agimus, non semel alibi Cicero principem appellat, obiter adiecto hoc honoris eius, nisi fallor, titulo; vt ab aliis Lentulis eiusdem prænominis atq. temporis faciliùs dignosceretur, qui principes Senatus non fuêre. Sic enim in Bru- *Multa Ciceronis loca de hoc P. Lentulo.* to de claris eum inter huius temporis oratores recensens: Tum etiam, inquit, P. Lentulus ille princeps ad remp. dumtaxat, quod opus esset, satis habuisse eloquentiæ dicitur. Sic iterum de oratore libro primo superioris atque huius ætatis prudentissimos quosdam ciuitatis moderatores enumerans his verbis: Prædicaremque P. Lentulum principem illum, & Ti. Gracchum patrem, & Q. Metellum, & P. Africanum, & C. Lælium, & innumerabiles alios, cùm ex nostra ciuitate, tum ex ceteris. Si igitur Ti. Graccho patri, Q. Metello Macedonico, P. Africano minori, & C. Lælio ætate & honoribus par fuit, quemadmodum ex Ciceronis colligere est scriptis; videtur is P. Lentulus L. f. L. n. fuisse, quem suffectum Consulem anno DXCI. reperimus in Fastis Capitolinis. Quod si ita, septuagenario non minor fuit, cùm M'. Aquillium hoc anno vel sequenti reum ageret. Censor quando sit factus, aut quonam Lustro Senatus princeps lectus, non planè liquet. Ausim tamen opinari, hoc etiam Lustro cùm Aquillium accusaret, Senatus principem fuisse, eodemque cum honoris titulo in exilium deinde abiisse post Gracchanam seditionem oppressam, vt suo loco posteà constabit. Apparet igitur ex annorum interposito spatio longo, hunc P. Lentuli Suræ M. Cicerone Cos. anno DCXC. in carcere necati (sicut in Pædiani exemplaribus legimus) non fuisse patrem, sed auum, vel proauum potiùs. Cui opinioni nostræ M. Tullius ipse videtur adstipulari, sicut ex duobus locis colligimus. Etenim in L. Catilinam inuectiua quarta, Gracchanæ seditionis per L. Opimium Cos. opressæ mentionem faciens, de auo P. Lentuli Suræ dicit sic scribit: *Auus P. Lentuli Suræ.* Atque illo tempore huius auus Lentuli clarissimus vir armatus Gracchum est persequutus, & graue tum vulnus accepit, ne quid de summa dignitate reip. minueretur. Eumdem hunc fuisse principem Senatus M'. Aquillij accusatorem, apertiùs indicat Philippica in M. Antonium octaua, de eadem re verba faciens, L. Opimium Cos. scilicet, atque optimates remp. tunc aduersus seditiosos armis defendisse. Num igitur, inquit, eum temerarium ciuem, aut crudelem putares? aut Q. Metellum, cuius quatuor filij Consulareis?

» lareis? aut P. Lentulum principem * Senatorem? compluresis alios summos viros, qui
» cum L. Opimio Cos. armati Gracchum in Auentinum persequuti sunt, quo in prælio
» Lentulus graue vulnus accepit. De eodem hoc Lentulo non minus diserte scribit Vale-
» rius Maximus lib. v. cap. III. his verbis: Nam P. Lentulus clarissimus & amantissimus
» reip. ciuis, cùm in Auentino C. Gracchi nefarios conatus & aciem, pia ac forti pugna,
» magnis vulneribus exceptis, fugasset: prælij illius, quo leges, pacem, libertatemque in
» suo statu retinuerat, hanc mercedem tulit, ne in vrbe nostra moreretur. Siquidem inui-
» dia & obtrectatione compulsus, legatione à Senatu libera impetrata, habitaq; concione,
» qua à diis immortalibus petiit, ne vmquam ad ingratum populum reuerteretur, in Sici-
» liam profectus est, ibique perseueranter morando compotem se voti fecit. Cum hæc
autem ita se haberent, & auum P. Suræ fuisse M'. Aquillij accusatorem ex iam adductis pateat; Pædiani certe locus ante citatus corrigi debet, vel vt suspectus aut mutilus asterisco notandus videtur.

* Fortè Senatus, & melius.

Vulneratus in prælio contra Gracchanos.

Sponte in exilium abijt.

Prætores. prouinciarum.

Q. Fabius Q. Æmiliani f. Q. n. Maximus. Qui. postea. Allobrogicus. appellatus. est. Hispaniam * citeriorem * sortitus. obtinuit. Plutarchus in Gracchorum historia obiter aliud adferens nobis indicat, Q. Fabium Prætorem obtinuisse Hispaniam; & quia prouincialis Præturæ ipsius hic annus est legitimus, & C. Graccho Tribuno plebis anno abhinc secundo Hispaniam ipsum adhuc obtinuisse demonstret Plutarchus; verisimile fit, eamdem illi prorogatam per biennium fuisse, vt posteà suo loco patebit.

// // // f. // n. // Hisp. vlt. // // // f. // n. // Achaiam *
// // // f. // n. // Macedoniam. // // // f. // n. // Illuricum
// // // f. // n. // Africam

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

M. Pinarius // f. // n. Rusca. P * Appuleius C. f. L. n * Saturninus.
Q. Mummius * Q. f. Q * nepos. C. Poblicius Q. f * C. n. Bibulus *
[C. Vrsanius C. f. C. nepos]

In Africa verò Prætoris exercitum omnem ad xxx. ferè milia militum eodem hoc anno pestilentia absumptum fuisse Vticæ, tradit Orosius lib. v. cap. XI. quæ ad præsidium totius Africæ ordinata fuerant: cladem que illam adeò repentinam ac violentam fuisse scribit, vt vno die per portam vnam Vtica mille quingenti mortui elati fuerint.

Magna clades.

Ædiles curules.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Ædiles plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
Q. Mucius Q. f. Q. n. Scæuula. Augur. L. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Diadematus.
C. Scribonius * C. f. C. n * Curio [Q. Cotius Q. f. // nepos]

Tribuni plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
C. Liuius C. f. Mamiliani n. Drusus. Claudianus. C. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus Caprarius.
M'. Acilius * M'. f. L. n * Balbus Q. Minucius Q. f * M. n * Rufus.
[L. Marcius L. f. Q. n. Philippus] [M. Aburius M. f. M. n. Geminus]
[C. Aburius C. f. C. n. Geminus] [Ti. Veturius Ti. f. Sp. n. Caluinus]
[C. Cosconius C. f. C. nepos] [Q. Pomponius Sex. f. Sex. nepos]

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. M. Fuluij Cos. in. Gallia.
//. //. //. f. //. n. //. Q. Fabij Pr. in. Hisp * citeriore *
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Hisp. vlteriore.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. * Lucerinus *

Primus Silanorum hic Consul factus.

M. Iunius * M. f. M. n * Silanus. Ex familia antiqua Prætoria primus hic ad Consulatum peruenit, sicut Fasti demonstrant.

P. Licinius * P. f * //. n. Murena. Hic auus L. Murenæ, quem ambitus reum defendit anno DCXC. M. Cicero Cos. oratione facundissima adhuc extante; in qua testatur eiusdem sui rei patrem, auum, proauumque Prætores fuisse.

Q. Numidicus & L. Delmaticus fratres.

Studiosus ac doctus orator Q. Numidicus.

Q. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus. Q. n. posteà. Numidicus. appellatus. est. L. Metelli Calui Cos. anno DCXI. filius, atque L. Metelli Delmatici Pontificis Max. frater, quemadmodum ex Ciceronis Sextiana, Balbiana, Velleio Paterculo, & Capitolinis triumphis colligimus. Non possum igitur illorum opinioni subscribere, qui hunc L. Delmatici filium fuisse volunt, decepti fortasse Pædiani quodam loco, qui in Scaurianam Ciceronis scribens, L. Delmaticum Pontificem Maximum patris cognomine L. Caluum Pont. Max. appellat. Q. Metellum Numidicum virum clarissimum & familiarem suum vocat L. Crassus apud Ciceronem de oratore lib. tertio, & Carneadis oratoris atque philosophi auditorem Athenis ipsum adolescentem fuisse dicit. Et Velleius eumdem ob eloquentiam inter eius sæculi eximios oratores enumerat. Huius autem res atque magistratus ordine suo subsequentur.

[C. Marcius L. f. C. n. Censorinus] Patre Consulari atque Censorio, qui Cos. anno DCIV. belli Punici tertij exordio, Censor biennio pòst fuerat.

[Q. Bæbius Q. f. M. n. Tamphilus] Cuius auus Procos. triumphauerat de Liguribus anno DLXXIII.

[Ser. Fabius Ser. f. Q. n. Pictor] Eius patrem iuris, litterarum, & antiquitatis benè peritum Tullius in Bruto iudicat.

[A. Postumius Sp. f. A. n. Albinus] Sp. Albini Magni filius, qui Cos. fuit anno DCV.

M. Octauius Cn. f * Cn * nepos. Sic etiam illum Tullius M. Octauium Cn. f. vocat in Bruto, vt vix dubitare possim, quin pater hic fuerit Cn. Octauij, quem Cos. nobis adferunt Capitolini Fasti in anno DCLXXVII. & M. F. CN. N. notarunt. Recenset illum Tullius cum M. Druso & alijs eiusdem fere temporis, inter illos, qui in præsidiis reip. magis, quàm in iudiciis eloquentiæ satis habebant: vbi etiam huius filium nominat Cn. Octauium M. f. Plura de hoc Marco dicam in eius Tribunatu plebis.

Prouinciæ prorogatæ.

L. Aurelius L. f. L. n. Orestes. Procos. Sardiniam. prorogato. imperio. obtinuit. Auctores sunt Plutarchus in Gracchis, & alij.

//. //. //. f. //. n. //. Siciliam. //. //. //. f. //. n. //. Asiam

Pro. Prætorib. prorogato. imp. obtinuêre.

M. Octauius //. f. //. n. Cæcina. [T. Iuuentius M'. f. T. n. Thalna]

Pro. Quæstoribus. f. fuêre.

C. Sempronius Ti. f. P. n. Gracchus. L. Aurelij. Procos. in. Sardinia. Cùm anni superioris exitu hiems aspera & contagione morbi pestifera vehementer exercitum vexaret, Consul a fidis & amicis insulæ ciuitatibus vestimenta militibus petiit. Ceterum dum illæ, missis Romam legatis, qui se excusarent, impensas istas detrectarent, atque interim magno milites afficerentur incommodo, morbusque inualesceret in exercitu;

C. Grac-

C. Gracchus singulas ciuitates ambiens suo fauore propter gratam patris memoriam effecit, vt sua sponte vestem exercitui largirentur. Quo quidem beneficio multum popularis gratiæ cùm in exercitu, tum Romæ sibi comparauit. Vide Plutarchum in eius vita. *Ambitio C. Gracchi Quæstoris.*

// // //. f. //. n. //. Plautij Cos. in. Italia. Ostiensis.
// // //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Sicilia.
// // //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Asia.
// // //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Africa.
// // //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Macedonia.
// // //. f. //. n. //. Calenus.

[C. Valerius C. f. C. n. Læuinus]	P. Decius * M. f. Q. n. Mus.
//. Cassius //. f. //. n. Sabaco.	C. Licinius * A. f. A. n * Nerua.
[M. Titius M. f. Sex. nepos]	[Sp. Postumius Sp. f. A. n. Albin.]

ANNI P. R. C. DCXXIX.

Consules.

C. Cassius * C. f. C. n * Longinus. C. Sextius C. f. C. n. Caluinus.

LONGINVM & Caluinum Consules pronuntiant tabulæ Græcæ; C. Cassium Longinum, C. Sextium Cassiodorus & Obsequens. Ex mendosis Eutropij & Mariani codicibus nonnulli recentiores hoc anno Coss. C. Cassium Longinum & Sex. Domitium Caluinum ediderunt, non rectè: nam C. Sextium Caluinum appellari debere Consulem alterum, triumphus illius Capitolinus, qui sequetur; item Liuius, Cicero, alijque testari poterunt. Et hoc etiam argumento est, quòd Aquas Sextias Gallicam coloniam, Salluuiorum gente deuicta, Procos. deduxerit, atque Sextias appellauerit à suo gentilitio nomine, non prænomine. Velleius Paterculus etiam suffragatur: » Cassio, inquit, Longino » & Sextio Caluino, qui Sallyes apud Aquas quæ ab eo Sextiæ appellantur, deuicit, Con» sulibus, Frabateria deducta est. *Error quorumdam recentiorum.* *Frabateria colonia.*

Prodigia eius anni quædam enarrat Iulius Obsequens; in Græcostasi Romę lacte pluisse, Crotone gregem ouium cum cane & tribus pastoribus fulmine exanimatum, Saturæ vitulum bicipitem natum. Addit deinde, tumultum in vrbe fuisse, Graccho leges * ferente: sed hæc addit perperàm. Non enim leges hoc anno nondum Tribunus plebis tulit C. Gracchus, vt suo loco demonstrabitur: verùm recens è Sardinia reuersus, cùm desertæ prouinciæ caussam apud Censores dixisset, & à crimine coniurationis Fregellanæ, cuius item insimulabatur, egregiè, Plutarcho teste, se purgasset, vindictæ cupidus Tribunatum plebis denique in annum sequentem ambire cœpit. Itaque fratris Tiberij exemplo plebis ac sociûm fauore nixus potentiam sibi aduersus optimates quærens, plures perniciosas reip. leges, sed plebi atque socijs pergratas palàm fabricare cœpit. Quare perculsus Senatus, atque ingens denuò seditionis incendium instare videns, maximopere Tribunatui atque conatibus illius aduersari cœpit: sed frustrà, cùm tanta multitudo ciuium ac sociûm ex agris & oppidis Italiæ in vrbem conflueret, Plutarcho teste, vt domus tectaque deessent; nec turbam capere comitij campus posset, sed ex fenestris atque tegulis suffragiorum tabellæ porrigerentur. Inuitis igitur optimatibus Tribunus plebis est creatus, nec sine tumultu, vt apparet ex Plutarcho, Appiano, Orosio, & Eutropio, qui in hoc Obsequenti conueniunt: sed leges ferre Tribunus plebis anno sequenti primum cœpit. Interim afflictissima Gracchorum mater Cornelia, quæ post cædem maioris filij Tiberij Roma secesserat, ad Misenum Campaniæ in prædiis suis vitam agens solitariam in luctu; & pericula haud dubia sui superstitis huius filij Caij præuidens, flagrantissimis litteris ipsum ab incœpto deterrere conata est; hortarique non cessauit, vt inimicorum iniurias Reip. condonaret, & Tribunatum magistratúsve, se viua, non peteret capessere tve, quam maxime contendit. Sed incassùm infelix laborauit. Extant iam epistolarum eius quædam reliquiæ inter Cornelij Nepotis fragmenta ab And. Schotto collecta & edita cum reliquis Nepotis scriptis: quas litteras in isto tumultu pauida mater ad Caium filium dedit, cum Tribunatum plebis peteret, & nouas excitare turbas aggrederetur. In quibus elucent materni amoris flammulæ, necnon trepidi pectoris æstus luculenter *Prodigia.* ** fabricante forte melius.* *C. Gracchus prouinciam suam relinquit.* *Nouus in vrbe motus excitatur.* *Turba multa Romam ad Tribunitia comitia confluit.* *Cornelia Gracchorum mater vidua tamquam viuitur in solitudine ad Misenum.* *Eius epistola ad filium C. Gracchū.*

ter exprimuntur, pro sæculi illius Latinæ linguæ facundia; quam aduertere pensitareque doctos & studiosos Antiquitatis velim. Cùm igitur Corneliæ istius prudentiam, pietatem, atque eruditionem mirificè laudarint veteres; eiusque epistolas tamquam eloquentia & doctrina plenas immortaliter celebrarint M. Tullius in Bruto, & Fabius oratoriarum institutionum libro primo: has, etsi typis euulgatas, studiosorum in gratiam hîc adscribere non piguit, cùm quòd ad anni præsentis historiam faciant, tum quia vicissim quid ab historia lucis accipiant. Sunt autem tales:

EPISTOLARVM FRAGMENTA DVO CORNELIÆ P. F. GRACCHORVM MATRIS AD C. SEMPRONIVM FILIVM TRIBVNATVS PLEBIS CANDIDATVM.

Ex Cornelij Nepotis libro de Latinis historicis.

Dices, pulchrum esse inimicos vlcisci: id neque maius neque pulchrius cuiquam atque mihi videtur; sed si liceat republica salua * *ea persequi. Sed quatenus id fieri non potest, multo tempore, multisque partibus inimici nostri non peribunt: atque vti nunc sunt erunt potiùs, quàm respubl. profligetur atque pereat.* Reliqua desiderantur.

* eos, fortè.

Ad eumdem.

Verbis conceptis deierare ausim, præterquam illos qui Ti. filium necarunt, neminem inimicum tantum molestiæ, tantumque laboris, quantum * *te, ob has res mihi tradidisse; quem oportebat omnium eorum quos ante hac habui liberos, in primeis* * *partis tolerare, atque curare vti quàm minimum sollicitudinis in senecta haberem: vtique, quæcumque ageres, ea velles maximè mihi placere; atque vti nefas haberes, rerum maiorum aduersum meam sententiam quidquam facere* *, *præsertim mihi, cui parua pars vitæ restat. Ne id quidem breue spatium* * *eam potest opitulari, quin & mihi aduersere, atque rempubl. profliges. Denique quæ pausa erit? & quando desinet familia nostra insanire? & quando modus ei rei haberi poterit? quando desinemus & habentes & præbentes molestijs desistere? & quando perpudescet miscenda atque perturbanda republica? Sed si omnino id fieri non potest, vbi ego mortua ero, petito Tribunatum. Per me facito quod lubebit, cùm ego non sentiam, vbi non ero. Parentabis mihi, & inuocabis deum parentem. In eo tempore non* * *pudet te eorum deûm preces expetere, quos viuos atque præsentes, relictos atque desertos habueris. Ne ille sirit Iupiter, te ea perseuerare, nec tibi tantam dementiam venire in animum. Et si perseueras, vereor ne in omnem vitam tantum laboris tua culpa recipias, vt in nullo tempore tute tibi placere possis.*

* tu fortè.
* pro partes.
* deest verbum resistere vel simile quid.
* tam fortè.
* pudebis fortè.

Consulum prouinciæ.

Consulibus autem huius anni eædem prouinciæ, quæ superiorum fuerant, decretæ videntur. M. Fuluio superioris anni Cos. nihilominùs in Gallia prorogatum fuit imperium; ne seditionibus in vrbe gliscentibus sua præsentia vires adiiceret. C. Sextius Cos. cui eadem prouincia obuenerat, & succedere Fuluio debebat, idcircò retentus Romæ diutiùs, vt alter tardiùs decederet. Nec enim quidquam in Consulatu C. Sextium gessisse in prouincia comperio, & M. Fuluium anno primum sequenti Romam reuersum obtinuisse triumphum, Capitolina marmora demonstrant.

Prætores.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Vrbanam. ac. inter. ciueis. & peregrinos. iurisdictiones. &

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstiones. publ. sortiti. obtinuère.

L. Aurelius * L. f. L. n * Cotta   C. Atinius * C. f. C. n * Labeo.

L. Cæ-

L. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus. Qui. posteà. Delmaticus. ap. est.
M. Iunius * C. f. C. n * Silanus. Q. Curtius //. f. //. nepos.
P. Ælius Q. f. P. n. Tubero.

Prætores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. Siciliam. //. //. //. f. //. n. //. Africam
//. //. //. f. //. n. //. Achaiam. //. //. //. f. //. n. //. Macedoniam
//. //. //. f. //. n. //. Asiam

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

P. Manilius * M'. f. P * nepos. C. Papirius C. f. //. n. Carbo.
C. Fannius M. f * M. n * Strabo * Q * Pompeius * Q. f. A. n. Rufus *
[M. Acilius M'. f. M'. n. Glabrio]

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
Q. Fabius * Q. Æmiliani f. Q. n. * L. Furius * L. f. P. n * Philus.
Maxim. Eburnus.

Extant Q. Fabij perelegantes denarij cum inscripto nomine, Q. MAX. cusi, vt apparet ex signis, in ipsius Ædilitate ad annonæ copiam vrbi Romæ procurandam. Repræsentant etenim in vna facie fulmini annexum Copiæ deæ cornu variis fructibus plenum & exuberans, foliis vestitum pulchrè, necnon striatum & fasciis exornatum. Fulmen addidit Fabius, ni fallor, in prosperi casus sui memoriam; quòd tamquam Ioui charus, innoxius fulmine puer tactus fuisset, vt in eius Quæstura retuli latiùs ex Festo Pompeio. Positum videmus hoc fulmen in corona pancarpia, compacta scilicet ex frugum foliorumque varietate decenti. Nam visuntur in eadem spicæ farris, siliquæ fabales, & poma. Quæ quidem rerum terra nascentium felicem prouentum & copiam notare volunt. In altera nummorum istorum facie caput est muliebre viuida vegetaque forma, cuius comam incomptam à fronte facieque reiectam premit corona ex fabarum foliis atque folliculis aptè contexta, cincinnis sub eadem per collum defluentibus. Citharam appositam respicit, vt vatem noscas καὶ θεσπιῳδόν, quasi diuina canentem. Sic nympham hanc appellat Dionysius Halycarnasseus Antiquitatum primo, quæ Romanis Carmenta dicta fuit à carminibus. Auctores sunt, atque inter hos Liuius historiarum primo, ipsam cum filio Euandro ex Arcadia profugo venisse in Italiam, atque diuinitatis opinione, populis istis propter vaticinia fuisse venerandam. Iulius Hyginus in fabulis addit, Carmentam hanc litteras Græcas à filio in Italiam translatas primùm in Latinas commutasse numero XV. & Apollinem in cithara ceteras adiecisse. Ad hanc porrò primordia suæ nobilitatis refert gens Fabia non minùs, quàm ad Herculem: quò posteros excitet ad heroica tam animi quàm corporis virtutum studia, principum gentis exemplo. Carmentam verò proauiam primi Fabij fuisse volunt ex Hercule & Euandri filia Vinduna nati, sicut eam appellat Silius Italicus Punicorum libro VI. quam canit ab Hercule Euandri hospite imprægnatam, & ex ea natum fuisse primum Fabium magnæ gentis auctorem. Plutarchus in Fabio Cunctatore non hanc nominat, sed Nympham, vel mulierem indigenam ab Hercule imprægnatam in ripa Tiberis primi Fabij matrem, atque stirpem præclarissimæ gentis fuisse memorat: cuius maiores primùm Fodios, quòd fossis feras capere solerent; deinde binis mutatis litteris, Fabios appellatos esse docet. In Sex. Pompeij Festi fragmentis ex Verrio Flacco collectis annotatum videmus ita: Fouij, qui nunc Fabij dicuntur, priùs dicti, quòd princeps gentis eius ex ea natus sit, cum qua Hercules in fouea concubuit. Alij putant eum primùm ostendisse, quemadmodum vrsi & lupi foueis caperentur. De nominis igitur ratione & caussa variant Auctorum scripta. Sunt etiam, qui à fabis Fabios nominatos esse volunt, quòd primi leguminis istius culturam diligenter exercuerint inter Aborigines. Cuius item opinionis Plinius esse videtur, qui libro XVIII. cap. III. differens de laudato veterum Romanorum in agris colendis studio, tale quid indicat, si modò locus est correctus: vbi docet exemplis, illustres & antiquas familias ab hoc studio sua cepisse cognomina prima. Pilumni, inquit, qui pilum pistrinis inuenerat; Pisonis, à pisendo. Iam Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum, vt quisque aliquod optimè genus sereret. Sic ibi Plinius. Quarum autem gentium sint cognomina Piso, Lentulus, Cicero, notum est: sed Fabius, cuius nam sit gentis aut familiæ cognomen, nescio. Fabati tamen

Denarius Ædilitius Q. Fabij. *Fulmine tactus Fabius Eburnus.* *Pancarpia.* *Carmenta dea fatua.* *Θεσπιῳδός.* *Materna origo Fabiæ gentis.* *Fabij à fabis dicti.* *Plinij locus.*

tamen in antiqua gente Roscia reperio cognomen in denariis. Quare videndum, anne potiùs (Fabatorum) quàm (Fabiorum) Plinius scripserit, & eius exemplaria sic corrigi debeant: cùm Fabius non sit cognomen, sed gentis celeberrimæ nomen ipsum, quæ fabas pro gentilitij nominis glyphica nota videtur vsurpasse, propter appellationis affinitatem & vocum allusionem aptissimam. Idem nobis indicat & testatur Q. Fabij Maximi Eburni hic nummus, in quo Carmentam gentis suæ maternam stirpem fabis coronatam cum vaticina cithara sua figurauit: vti ex his nosceremus, Fabiorum gentile numen esse, & Fabio quodam auctore nummos istos publicatos esse. Quare satis illi visum, quatuor tantùm characteribus, Q. MAX. suum nomen monetæ huic inscribere.

Ædiles plebis.

// // // f. // n. //   // // // f. // n. //

C. Licinius P. f. // n. Geta.   Sex. Pompeius Cn. f. // n Strabo.

Tribuni plebis.

// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
// // // f. // n. //   // // // f. // n. //

Cn. Papirius C. f. // n. Carbo.   L. Mummius * L. f. L. n * Achaicus.
M. Tullius A. f. // n. Decula.   M. Iunius L. f * M. n * Silanus.
C. Memmius * T. f. T * nepos.   [C. Vetilius C. f. // . nepos]
[L. Hostilius L. f. A. n. Mancinus]   [L. Postumius L. f. L. n. Tumpanus]
[Cn. Pomponius // f. // . nepos]   [M. Trebellius C. f. C. n. Calca]

Quæstores vrbani.

// // // f. // n. //   // // // f. // n. //

Quæstores prouinciarum.

// // // f. // n. // C. Cassi. Cos. in Italia. Ostiensis.
// // // f. // n. // C. Sextij Cos. in Gallia. Gallicus.
// // // f. // n. // // // Pr. in Sicilia.
// // // f. // n. // // // Pr. in Africa.
// // // f. // n. // // // Pr. in Achaia.
// // // f. // n. // // // Pr. in Macedonia.

P. Cornelius P. f. P. n. Scipio. Nasica. P. Nasicæ Serapionis filius, quem Cicero mortuum esse in Consulatu, testatur in Bruto, de illius ingenio & eloquentia disserens: P. Scipio, inquit, qui in Consulatu mortuus, non multùm ille quidem, nec sæpè dicebat: » sed & Latinè loquendo cuiuis erat par, & omnes sale facetiisque superabat. »

M. Aurelius * M. f. C. n * Scaurus. Huius item meminit in Bruto Tullius, ipsum inter oratores recensens, non sæpè quidem dixisse, sed politè; Latinè verò in primis eleganter locutum esse. Consul sequetur anno DCXLV. tertio pòst legatus Cn. Manlij Cos. à Cimbris captus & occisus est, vt suo loco latiùs.

Q. Æmilius M. f * M'. n * Lepidus. Vt indicant Capitolina marmora, fuit hic pater M. Lepidi, qui Consul anno DCLXXV. bellum ciuile denuò suscitare volens, à collega suo Q. Catulo pulsus vrbe atque Italia fuit, quemadmodum constabit ex sequentibus.

C. Marius C. f. // nepos. Arpinas patria; municipio scilicet eodem quo M. Tullius in Volscis natus. Itaque Romæ nouus homo natalium nulla commendatione, sed bellica tantùm virtute semet ad honores excitans, ad septimum vsque Consulatum peruenit. Eius vitam latiùs descriptam habemus apud Plutarchum. De eius item moribus pulchrè Velleius Paterculus historiarum libro secundo refert, vbi de bello Iugurthino,

C. Marij abiecta pudendaq; humilitas.

» thino, Q. Metelli Numidici, inquit, legatus fuit C. Marius natus *equestri loco, hirtus atq; » horridus, vitaque sanctus: quantum bello optimus, tantum pace pessimus; immodicus » gloriæ, insatiabilis, impotens, semperque inquietus. Hæc quidem de Mario Velleius. Sed miror, quod natum equestri loco Marium dicat, quem alij omnes obscuro loco & humili prognatum tradunt. Sed quid de illo Satyra VIII. Iuuenalis? *siluestri forte.* *Velleij Paterculi locus suspectus.*

—— Volscorum in monte solebat
Poscere mercedes, alieno lassus aratro.

Immò Plutarchus, qui Marij huius vitam nobis quàm accuratissimè descriptam reliquit, eius parentes prorsus obscuros, inopes, atque operarios fuisse adfirmat: ipsum adolescentiam ferè ruri in agri Arpinatis viculo quodam Cirræatone dicto transegisse: serius vrbem Romam vidisse, & vrbanos induisse mores; ideoque vita fuisse incomptum & austerum, prisca tamen frugalitate atque abstinentia sanctum. Non igitur equestri loco, censu, aut fortuna fuit C. Marius: quem natum *siluestri loco, hirtum atque horridum si diceret Velleius, vitium in exemplaribus eius latere non suspicarer. Huius autem Quæsturæ C. Marij mentionem facit Valerius Maximus libro VI. cap. IX. his verbis: Arpini » honoribus iudicatus inferior, Quæsturam Romæ petere ausus est: patientia deinde re» pulsarum irrupit magis in Curiam, quàm venit. Itaque non vnam repulsam passus fuerat cum Arpini, tum Romæ, priusquam ad honorum primos gradus pertingere potuit. De eius prouincia Quęstoria nihil expresse scriptum reperio: Siciliam fuisse tamen, coniectura ducor ad suspicandum; quando C. Marium hunc in primis nominet Cicero Verrinarum quarta inter magistratus Romanos, qui in Sicilia Sthenij Thermitani, principis inter Siculos viri, à C. Verre per iniuriam adflicti hospitio vsi fuerant. Verisimile est igitur, C. Marium cum magistratu etiam in Sicilia fuisse, non minus quàm ceteri, quos ibidem recenset: & cùm eius prouincias alias, Prætoriam scilicet atque Consulares, nobis prodant Auctores; Quæstoria ipsius fuisse hæc Siciliensis videtur. Atqui priuata quadam religione propter adfinitatem, vt apparet, sui nominis gentilitij, coluisse Neptunum maris deum, testantur plures antiquæ formæ denarij, cusi post eius exilium: cum postliminiò reuersus, in vrbe atque Italia dominaretur. Habent in fronte Neptuni caput, capillis ac barba prolixis, vndarumque fluentium modo compositis: item eius insignia delphinum atque tridentem: adscriptum sic eius nomen, C. MARIVS. C. F. A tergo vides eumdem in biga regentem habenis suos hippo campos, sub quibus delphin anchoram circumplexam custodiens in nonnullis nummis expressus est; in aliis scorpius arcuata cauda vibrans aculeum. Quid hæc significent, videmur ex Appiano, Plutarcho, Velleio, & aliis colligere, qui C. Marij post sextum Consulatum vrbe pulsi atque proscripti fugam & pericula nobis exactiùs descripsere: quemadmodum à Sullanæ partis equitibus per totam Italiam omniaque littora quæsitus ad mortem, nusquam tutiores latebras fugiendo reperiebat, quàm nauibus inter marinos fluctus; persuasus etiam ostentis, Neptunum sibi propitium fore, & mari salutem Mario quærendam esse. Tale quid etiam indicant dictorum nummorum imagines & notæ tacitæ. Quid enim aliud delphin ille sub hippocampis sacram eius anchoram circumuolutus seruans? postremam scilicet spem suam Neptuni beneficio, marisque via se saluam tenuisse non semel, in extremis etiam periculis: cùm persecutorum gladios non solùm ex Italiæ, verùm etiam ex Siciliæ, Africæ, atque Numidiæ finibus nauigio per mare fugere cogebatur. Anchora namque nauis est in vehementi tempestate (cùm veli & remorum nullus vsus) stabilimentum, & vnicum præsidium; nec minùs in calamitatum periculis, & iratæ fortunæ fluctibus animi robur inconcussum, atque firma diuini auxilij spes anchoræ sacræ cuidam similis est. Iam verò quod anchora naui præstat subsidium, hoc idem hominibus quam sæpissime delphinum in naufragij, aliisque maris periculis promptè suppeditasse, fluctuantesque in vndis dorso sustulisse plures variis locis, atque in proximum littus incolumes exposuisse, legimus apud Aristotelem, Ælianum, Athenæum, Plinium, & alios, quorum hîc adferre narrata longum esset. Admodum etiam delphinus est φιλάνθρωπος, & rationis non impos: hominum intelligit verba, delectatur musica symphonia, necnon συμπαθείᾳ quadam secreta humano generi coniunctus est. quod & rerum experientia docet indies. In Hadriatico mari me vidisse memini, delphines nauigantium per longa spatia sæpius comites atque custodes esse: qui extra fluctus exiliendo, sese raptim ante naues supremis in vndis vibrando futuras tempestates prænuntiare; vtque in tutum sese recipiant, nautas tali gestu hortari solent. Cùm igitur maris perfectissimum sit animal, immò prudentissimum, vt Athenæus ait; cumque natura sua, sicut Oceanus, sit in perpetuo motu, sacer esse Neptuno putabatur, vt Ælianus auctor est. Quem deum Sunij, pluresque populi vel sub delphini specie, vel cum delphino colere soliti sunt. Quin etiam in antiquis picturis

Mercenarius arator Marius. *Quæstor Siciliensis.* *Eius denarij cum Neptuni effigie.* *Marius in mari salutem.* *Eius sacra anchora.* *Delphinus.* *φιλάνθρωπος.* *Neptuno sacer.*

cturis, marmoribus, atque nummis, vbique ferè Neptuno comites delphini visuntur. Ceterùm ne sim in hoc argumento nimius, videmur sane ex dictis C. Marij minus colligere propitium numen maris delphina non semel inter maxima pericula ipsius anchoram firmæ spei sacram, qua fatalem sibi septimum Consulatum conceperat, seruasse.

Scorpius. Idem ferè notat scorpius sub hippocampis in plerisque eiusdem argumenti nummis expressus, respicitque singulatim ad C. Marij pericula Africana, cùm populi Romani hostis declaratus, ab Africæ prouinciæ limitibus per Prætorem pulsus in Numidiæ littoribus inter montes hiemem ageret. Vbi plures suæ partis exules ex præcipuis confluxère atque inter alios ipsius filius C. Marius iunior, elapsus potestate Numidarũ regis Hiempsalis, ad quem frustra profectus erat auxilij implorandi caussa contra Sullam. Cum igitur ibidem in littore quodam die deambulantes, de rebus suis inter se consultarent, vt Plutarchus auctor est, vident ante se scorpiones pugnantes. Quod ostentum cùm Mario seniori videretur pessimi ominis esse, eius hortatu nauem ingressi traiecère in proximam insulam Cercinam. Vixque paululùm in mare progressi, vident approperantes à longè Numidas equites ab Hiempsale missos, qui eos caperent, atque Regi sisterent. Et hoc quidem suum periculum inter maxima, quæ euaserat, Marium numerasse, testatur Plutarchus: cuius etiam promulgare memoriam, more Romano suis in nummis voluisse videtur, scorpione sub hippocampis Neptuni posito, Afrorum scilicet atque Numidarum dolosos conatus atque perniciem mari, atque Neptuni beneficio se euasisse insinuans, cùm Hiempsal rex eius filium ipsumque prætextu amicitiæ & hospitalitatis detinere & inimicis prodere conaretur. Scorpium vero notam Africæ peculiarem fuisse Romanis, constat ex Hadriani Aug. nummis antiquis, qui muliebre signum, prouinciæ cum scorpione in dextra repræsentant, cui subscriptum, AFRICA. Scorpionum enim est valde ferax illa regio, Strabone teste. Et habent eius orbis populi quippiam simile tam in colore fusco corporis, quam in obliquis animi dolis, quibus incautos facilè circumuentos lædere solent; non secus ac scorpiones ex occulto & improuiso suos arcuata cauda vibrant aculeos.

Scorpij pugnantes Mario periculi indices.

Scorpius dolosus.

Africa nota.

[C. Nigidius C. f. *. n * Figulus *] Huius patrem Prætorem in Hispania vlteriore contra Viriathum & Lusitanos malè pugnasse retulimus ex Auctore de viris illustribus.

[M. Lucretius M. f. M. n. Gallus] Plebeia quidem, sed Prætoria familia; cuius aliquot Curules magistratus iamdudum recensuimus.

* Q * Hortensius * Q. f. Q. nepos. Hortensium posteà ad Consulatus honorem ascendisse, sed non gessisse, suo loco docebimus.

[P. Sulpicius Ser. f. Q. n. Camerinus.]

Prouinciæ prorogatæ.

M. Fuluius M. f. Q. n. Flaccus. Procos. Galliam. prorogato. in. annum. imperio. obtinuit. Cum Liguribus, Vocontiis, & Salluuis Massiliensium hostibus bellum continuasse, demonstrat eius triumphus Capitolinus, qui mox anno proximo sequetur. Meminere belli istius L. Florus & Liuij Epitoma libri LX. vbi hæc habentur: Fuluius „ Flaccus primus omnium Transalpinos Ligures bello domuit, missus in auxilium Massi- „ liensibus aduersus Salluuos Gallos, qui populabantur fines Massiliensium. „

L. Aurelius L. f. L. n. Orestes. Procos. Sardiniam. prorogato. in. annum. imperio. obtinuit. Quod ex columnarum triumphalium fragmentis, Plutarcho, A. Gellio, & aliis colligere est.

L. Opimius Q. f. Q. nepos. Prouinciam. quam. ex. Prætura. sortitus. erat. non. obtinuit. sed. Fregellas. cum. imperio. &. quæstionem. de. coniuratis. extra. ordinem. ex. S. C. persequi. iussus. est. Sicut ex Plutarcho colligi potest, quæstionem de coniuratis hoc etiam anno continuatam à Prætore fuisse. Nam C. Gracchum refert è Sardinia reuersum contra morem maiorum, cùm caussam relictæ prouinciæ apud Censores dixisset, mox etiam accusatum, quòd socios sollicitaret, & coniurationis Fregellanæ particeps esset. A quo quidem crimine cùm se insigniter purgasset Gracchus, confestim Tribunatum plebis ipsum petiisse, atque inuitis optimatibus obtinuisse dicit. Quod hoc quidem anno contigisse constat, quo & coniurationis dictæ quæstio ab Opimio Prętore continuata est. Hinc Auctor de viris illustribus eius rei mentionem faciens, ait, C. Gracchum post Quæsturam Asculanæ & Fregellanæ defectionis inuidiam sustinuisse. Peracta quæstione, Fregellisque captis ac dirutis, triumphum petiisse L. Opimium Prætorem, Valerius Max. lib. II. cap. VIII. memoriæ prodidit, non tamen

C. Gracchus Fregellanæ coniurationis reus se purgat.

men impetrasse: quia Fregellas capiendo imperium non auxerat, sed perditas recuperarat.

Q. Fabius Q. Æmiliani f. Q. n. Maximus. Qui. posteà. Allobrogicus. appellatus est. Propr. Hisp. * citeriorem * prorogato. imperio. obtinuit. sicut ex Plutarchi Gracchorum historia discimus, & proximo Annali latiùs exponemus.

// // // f. // n. // Hisp. vlter. // // // f. // n. //. Illuricum
Proprr. prorogato. imperio. obtinuêre.

M. Pinarius //. f. / . n. Rusca. C. Poblicius Q. f * C. n. Bibulus *

Pro. Quæstoribus. fuêre.

// // // f. // n. // M. Fuluij Procos. i. Gallia.

C. Sempronius Ti. f. P. n. Gracchus. L. Aureli. Procos. in. Sardinia. Verùm is (quòd inimicorum optimatum opera in eum finem Aurelio Procos. prorogatum, misso supplemento, imperium fuisse existimaret, vt ipse cogeretur etiam diutiùs in prouincia manere Proquęstore, & ab vrbe abesse) sua sponte relicto Procos. nec expectato successore, contra morem maiorum prouincia decessit, atque Romam ad Tribunatum plebis petendum perrexit. Itaque præter expectationem Romæ conspectus, amicis pariter ac inimicis materiam reprehensionis aduersum se præbuit. Cùm denique hanc ob caussam apud Censores accusaretur, oratione graui non solùm apud ipsos, verùm etiam apud populum in concione semet excusauit, se nil contra leges fecisse contendens. Duodecim se annos militasse dixit, cùm lex præter decem in necessitatibus non definiat; Quæsturam triennio se gessisse, cùm lex, anno finito, reditum Quæstori permittat. Se vnum plenos loculos pecuniarum in prouinciam extulisse, vacuos reportasse: cùm alij non solùm loculos, sed etiam epoto quod extulerant vino, plenas auro atque argento amphoras domum reportarint. Hæc & alia multa iactanter & gloriosè tunc Gracchus, vt apud Plutarchum in eius vita legimus. Item apud A. Gellium orationis, quam ad populũ tum habuit, ipsa verba quædam recitantur lectu digna libro XV. Noctium Atticarum cap. XI. vbi Gracchus dicit, se biennium in prouincia fuisse: id quod omnino verum esse demonstrant Annales; sed Plutarchus triennio Quæstorem ipsum fuisse tradens, hunc etiam annum DCXXIX. quo prouinciam reliquit, & Tribunatum petiit, eius Quæsturæ videtur adiicere. Citat orationem C. Gracchi ad Censores habitam Charisius Sosipater libro primo Grammatices.

C. Gracchus cupidine Tribunatus plebis deserit prouinciam suam Quæstoriam.

Reus apud Censores.

// // // f. // n. // Q. Fabij Max. Propr. in Hisp. * citer. *
// // // f. // n. // // // Propr. in. Hisp. vlteriore.
// // // f. // n. // // // Propr. in. Illurico.
// // // f. // n. // // / Propr. in. Asia.
// // // f. // n. // * Lucerinus * // // // f. // n. //. Calenus.
Q. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus. Qui. posteà. Numidicus. appell. est.
[C. Marcius L. f. C. n. Censorinus] [Q. Bæbius Q. f. M. n. Tamphilus]
[A. Postumius Sp. f. A. n. Albinus] C. Licinius * A. f. A. n * Nerua.
M. Octauius Cn. f * Cn * nepos [Sp. Postumius Sp. f. A. n. Albinus.

ANNI P. R. C. DCXXX.

Consules.

Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. T. Quinctius * T. f T. n * Flamininus.
Qui. posteà. Baliaricus. appell. est.

CONSVLES habentur in tabulis Græcis Metellus & Flamininus; in Cassiodoro & Mariano Q. Cæcilius, T. Quinctius; apud Pædianum & Ciceronem in oratione pro domo sua, & in Bruto T. Flamininus, Q. Metellus; in Eutropio autem & Orosio Q. Cæcilius Metellus, T. Quinctius Flamininus. Sed ita sunt corrigenda Consulum nomina, quæ perperàm in iis auctoribus leguntur, maximè in Orosio, vbi & annorum vrbis conditæ numerus est imminutus.

Cum Balearibus eodem hoc anno bellari cœpit, cùm piraticam exercerent, & mare infestum redderent. Igitur classis ac bellum cum piratis Baliaribusque Q. Metello

Baliares barbari piratæ.

Consuli prouincia obuenit. De quo sic pulchrè scribit L. Florus lib. III. cap. VIII. Baleares „ per idem tempus insulæ piratica rabie corruperant maria: homines feros atque siluestres „ mireris ausos à scopulis suis saltem maria prospicere; ascendere etiam inconditas rates, „ & * prænauigantes subinde inopinato impetu terruere. Sed cùm venientem ex alto Ro- „ manam classem prospexissent, prædam putantes, ausi etiam occurrere; & primo impetu „ ingenti lapidum saxorumque nimbo classem operuere. Tribus quisque fundis præliatur. „ Certos esse, quis miretur, ictus? cum hæc sola genti arma sint, id vnum ab infantia stu- „ dium, cibum puer à matre non accipit, nisi quem, ipsa monstrante, percussit. Sed non „ diu lapidatione Romanos terruere, postquam cominus ventum est, expertique rostra & „ pila venientia; pecudum in morem clamore sublato, petierunt fuga littora, dilapsique „ in proximos tumulos quærei fuerunt vt vincerentur. Res autem à Q. Metello Cos. „ aduersus Baleares gestas latius T. Liuium libro historiarum sexagesimo narrasse discimus ex eiusdem libri, quod extat, breuiario. Strabo quidem in Geographicis libro XIII. huius belli sic obiter mentionem facit: Cùm ex Balearibus pauci quidam cum piratis societate facta conspirassent, Metellus, cognomento Baliaricus inde dictus, vniuersos criminatus inuasit, ibidem colonias deduxit. T. Quinctij prouincia Italia fuisse videtur, cuius non aliam reperio mentionem.

Sic Plinius, pro. præter vel vltrà nauigare.

Prætores.

Sex. Iulius * Sex. f. Sex. n * Cæsar. Vrbanam. iurisd. sortitus. obtinuit. M. Cicero in oratione pro domo sua hisce verbis hoc clarissime nobis ostendit: Quid? „ cùm Licinia virgo Vestalis summo loco nata, sanctissimo sacerdotio prædita, T. Flamini- „ no, Q. Metello Coss. aram, & ædiculã, & puluinar sub saxo sacro dedicasset; non eam rem „ ex auctoritate Senatus ad hoc collegium Sex. Iulius Prætor retulit: cùm P. Scæuula Pon- „ tifex Max. pro collegio respondit; quòd in loco publico Licinia C. f. iniussu populi „ dedicasset, sacrum non videri. Quam quidem rem quanta seueritate, quantaque diligen- „ tia Senatus * sustulerit, ex ipso S. C. facile cognoscetis. Recita Senatus consultum. Vide- „ tisne, Prætori vrbano negotium datum, vt curaret, ne id sacrum esset? & vt, si quæ incisæ „ aut inscriptæ litteræ, tollerentur? Ex hisce M Tullij verbis liquet, Sex. Iulium Cæsarem „ iisdem his Consulibus, quos nominat, Prætorem vrbanum fuisse: sed suspicor mendum, vbi asteriscum posui, & aliquid in vulgatis exemplaribus deesse. Anne notæ quædam, vt S. D. id est, suo decreto, sunt à librariis imperitis prætermissæ? qui notas istas perperàm, Senatus decreto, interpretati, superflua verba hæc esse censuere? Considera locum, Lector, & pensita. Verbum (sustulerit) intelligo, improbauerit, vel damnauerit. Sic idem actione quarta pulchrè de Senatu C. Verris acta improbante: Cùm ea, inquit, quæ in magi- „ stratu gessisti, sustulit atque irrita iussit esse. „

Ciceronis locus.

S. D. quid notet.

Q. Marcius Q. f. Q. n. Rex. inter. ciueis. &. peregrinos. iurisdictionem. sortitus. obtinuit. &. extra. ordinem. aquæductuum. restaurand. curam. Auctor est Plinius, qui historiæ naturalis lib. XXXVI. cap. XV. vbi de operum vrbis Romæ miraculis inter alia sic scribit: Sed dicantur vera æstimatione inuicta miracula, quæ Q. Marcius rex „ fecit. Is iussus à Senatu aquarum Appiæ, Anienis, Tepulæ ductus reficere, & nouam à no- „ mine suo appellatam, cuniculis per montes actis, intra Præturæ suæ tempus adduxit. Me- „ minit eiusdem & lib. XXXI. cap. III. vbi aliquantò latiùs agit de huius aquæductus origine: Clarissima, inquit, aquarum omnium in toto orbe frigoris salubritatisq; palma, „ præconio vrbis Marcia est inter reliqua deûm munera vrbi tributa. Vocabatur hæc „ quondam Aufeia, fons autem ipse Piconia. Oritur in vltimis montibus Pelignorum, „ transit Marsos & Fucinum lacum, Romam non dubiè petens. Mox specu mersa in Ti- „ burtino se aperit nouem milia passuum fornicibus structis perducta. Primus eam in vr- „ bem ducere auspicatus est Ancus Marcius vnus è Regibus, posteà Q. Marcius rex in Prætura, rursusque restituit M. Agrippa. Hæc quidem Plinius de aqua Marcia & eius ducto- „ ribus; quos etiam plures animaduertimus fuisse, ex eadem gente Marcia in primis: cùm hæc quammaximè nominis gloriam sibi ex isto opere videatur vsurpasse. Adfert tamen Iulius Frontinus in libello de aquæductibus ex Fenestella, M. Titium Prætorem hanc in Capitolium perduxisse, cui à ductore Marcia nomen est, vt ait: de qua re libro superiore in M. Titij Prætura latiùs sumus loquuti. Quod si ita est, M. Titius hanc aquã a suo prænomine Marciam; non secùs ac Ap. Claudius Cæcus a suo, quã perduxerat, Appiam aquã vocauit. Plutarchus autem in Cn. Marcij Coriolani vita scribit, ex huius & Anci Marcij regis Romanorum stirpe posteà natos fuisse P. & Q. Marcios, qui magnum & celebrem aquæductum Romæ fecerunt: quorum alterum hunc Q. Marcium regem, de quo nunc agimus, fuisse opinor. Sed de Publio nihil inuenio, sicut nec ipsum hoc prænomen

Aqua Marcia Romam deducta.

Eius aquæ laudes.

M. Titius in Capitolium duxit Marciam.

inter

inter Marcios antiquos illos: quod idcirco mendosum videri poterit in Plutarchi exemplaribus extare; & pro Publio Lucium eo loco reponendum esse. Discimus enim ex antiquissimis nummis, etiam L. Marcium Philippum hunc ductum aquæ Marciæ bello Marsico dirutum refecisse, quemadmodum suo loco post in eius Censura latius dicemus. *Plutarchi locus.*

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Quæst. rerum capital. public. sort. obtinuere.

Q. Ælius Q. f. P. n. Tubero. Cur autem prius repulsam passus fuerit, cùm Præturam anno suo post funebres P. Scipionis Æmiliani auunculi sui exequias peteret, suo loco retuli superius in ann. DCXXIV. Vna tamen repulsa non prorsus deterritum à prosequendis reip. consulendæ caussa magistratibus virum prudentem fuisse, colligimus ex Pomponio Iuriscos. qui ipsum testatur Consulem fuisse. Præturam igitur hoc fere tempore repetiisse atque obtinuisse, verisimile est, atque ordinem magistratuum obseruasse. *Repulsa vna non deterritus à petendis magistratib. Q. Tubero.*

L. Iulius Sex. f. Sex. n. Cæsar. Pater (vt dixi in huius Quæstura) duorum nobilium Cæsarum, qui posteà sequentur. Sed cogita Lector, num hic videri poterit vnus è duobus Cæsaribus, qui nulla euidenti de caussa, matutino dum calceantur, subitò mortui sunt: vnus Romæ Prætor, alter post Præturam Pisis, qui pater fuit C. Cæsaris Dictatoris, vt auctor est Plinius lib. VII. cap. LIII. Verùm nil certi de hisce potest statui. Magna mehercle veteris memoriæ iactura est, prænominum siue propriorum nominum omissio in Auctorum scriptis, vel librariorum imperitia, vel ab ipsis Auctoribus per negligentiam facta: dum ad sua potiùs tempora, quam ad futura respiciunt; vt hoc loco Plinius fecisse videtur, nil pensitans, quòd in Annalium atque genealogiarum inopia de duobus istis Cæsaribus certum quid diiudicare, nobis seris posteris difficillimum foret. *Negligentia malum irreparabile.*

M. Porcius M. f. M. n. Cato. [L. Tullius A. f. // n. Decula]

Prætores Prouinciarum.

// // // f. // n. // Hisp. vlt. // // // f. // n. // Illuricum
// // // f. // n. // Siciliam. // // // f. // n. // Africam
// // // f. // n. // Achaiam. // // // f. // n. // Macedoniam

Prouincias. sortiti. obtinuere.

C. Atinius * C. f. C. n * Labeo. L. Aurelius * L. f. L. n * Cotta.
P. Ælius Q. f. P. n. Tubero. Q. Curtius // f. // nepos.
L. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus. Qui. posteà. Delmaticus. appell. est.
M. Iunius * C. f. C. n * Silanus.

Ædiles curules.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

M. Æmilius M. f. L. n. Scaurus. Quem in hoc magistratu magis iuri reddendo, quàm muneri edendo studuisse, testatur Auctor de viris illustribus cap. LXXII. in eius vita. Constat igitur ipsum Ædilem fuisse, & propter paupertatem, ludorum, quos facere ex officio debebat, magnificentiam & splendorem, priuatis sumptibus (vt alij tunc, quo populi fauorem captarent, facere solent) nihil auxisse: sed gratiam potiùs atque auctoritatem sibi iustitia atque æquitate iurisdictionis Ædilitiæ comparasse. *M. Æmilij Scauri laudata Ædilitas.*

M. Cornelius * M. f. C. n * Cethegus.

Ædiles plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

M. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. M. Iunius M. f. M. n. Pennus.

M. Metellum Q. Macedonici tertium filium per magistratuum ordinarios gradus ad Consulatum atque triumphum peruenisse constat. M. Pennus autem omnia summa sperans, iuuenis post Ædilitatem gestam mortuus est, quemadmodum in eius Tribunatu plebis ex Ciceronis Bruto retuli.

Tribuni plebis.

C. Sempronius Ti. f. P. n. Gracchus. Confestim ac anno superiore se à culpa

Fregellanæ coniurationis purgarat, fraternæ mortis vindicandæ cupidine percitus, & prudentiſſimæ matris conſilus atque precibus minimè motus, vt ante demonſtraui, Tribunatum plebis petere cœpit, ac ad exitium fatale properauit. In qua quidem petitione licet ei vniuerſa aduerſaretur nobilitas; maximo tamen plebis Romanæ ſtudio, de cuius commodis acturus credebatur, tertio loco creatus eſt. Attamen mox primus omnium collegarum apparuit eloquentia præclarus, ingenij dotibus & eruditione conſpicuus, nec non ob domeſticam calamitatem apud plebem valdè gratioſus; ideoque non dubitauit audax eſſe, atque in Senatum optimateſque perquam amarulentus. Quo igitur ſibi magis ac magis plebem egenam obligaret, plures republicæ atque ærario damnoſas leges promulgauit; atque in primis Tiberij fratris ſui agrariam renouauit, addiditque plures alias;

Princeps mox Tribunorum C. Gracchus

Eius leges. Agraria. Viaria duæ.

Vti. ex. lege. Sempronia. quotannis. agri. populo. diuiderentur. Vtique. per. Italiam. viæ. munirentur. pontes. extruerentur. miliaria. columneis. lapidibúſve. ſignarentur. Vtique. per. actuarios. limites. populo. ſicut. per. viam. publicam. iter. eſſet. Auctores ſunt Plutarchus in Gracchis, Appianus ciuilium bellorum libro primo, T. Liuius hiſtoriarum lib. LX. Velleius lib. II. & Hyginus de limitibus, Auctor de viris illuſtribus, & alij. Sic addidit & frumentariam:

Frumentaria.

Vti. ſemiſſe. atque. triente. plebi. ex. publico. frumentum. viritim. ſingulis. menſibus. diuideretur. horreaque. in. vrbe. ſtruerentur. in. quibus. annua. frumentorum. pro. plebe. prouiſio. cum. legibus. frumentariis. ſeruaretur. Quæ quidem horrea ab ipſo legiſlatore Semproniana deinde vocata ſunt, vt Sexti Pompeij Feſti fragmenta teſtantur. Huic legi Senatus diu multumque ſummis ſtudiis aduerſatus eſt, cùm propter ærarij incommodum, tum quòd plebi temerariæ criſtas excitaret, ab induſtria ac labore ad deſidiam otiumque ſeditionum fomitem hanc ſeuocando. Lex tamen inuitis Patribus perlata fuit, plebiſque ſuperbia magis magiſque creuit indies. Meminere Liuius, Plutarchus, Appianus, Velleius, & alij locis antè citatis: item M. Cicero Officiorum libro ſecundo, vbi hanc frumentariam largitionem, non legem appellat: atque ærario valde ſumptuoſam fuiſſe, reipublicæque pernicioſam non minùs, ibidem & aliis paſſim locis teſtatur etiam; vt rerum quoque ſucceſſus docuit, & Annales ſequentes demonſtrabunt. Legem prætereà de regis Attali hereditate tulit:

Horrea Semproniana.

De regis Attali hereditate & Aſiæ vectigalibus ad plebis Rom. cõmoda.

Vti. à. Cenſoribus. locarentur. agri. regij. in. Aſia. publicaneis. idq. vectigal. non. in. ærarium. ferretur. ſed. in. alimenta. plebis. expenderetur. Meminere L. Florus lib. III. cap. XV. Cicero in Verrem V. & contra Rullum. Legem inſuper de militum ætate & commodis tulit:

De militum commodis.

Ne. quis. minor. annis. decem. & ſeptem. ad. militiam. cogeretur. Vtique. præter. ſtipendium. veſtes. quoque. gratuitò. militibus. ex. publico. darentur: Plutarchus. Quod alterum vulnus Gracchanis legibus ærarium Romanum tunc accepit. Pertulit & alias leges duas, quibus inimicos adfligere volebat:

Priuilegium.

Vt. cui. magiſtratum. populus. abrogaſſet. huic. deinceps. petendi. magiſtratus. ius. nullum. eſſet. Et hac quidem lege M. Octauium, cui Tiberius frater, vt ſuo loco dictum eſt, abrogarat Tribunatum plebis, ſuggillauit. Sed non diu pòſt Corneliæ matris ſuæ in gratiam, vt ipſe in concione cauſſabatur, pro Octauio deprecantis, populo comprobante legem hanc ſuſtulit, vt Plutarchus memorat. Alteram de libertate ciuium tulit:

De libertate ciuium.

Vti. ſi. quis. magiſtratus. de. capite. ciuis. Rom. iniuſſu. populi. iudicaſſet. de. eius. capite. populi. eſſet. animaduerſio. Meminit legis Cicero in Cluentiana, Rabiriana de perduellione, pro domo ſua, & aliis in locis. Plutarchus in Gracchis eamdem citat, eademque perduellionis diem inimico ſuo P. Popillio Lænati palam paraſſe ſcribit; qui Conſul cùm eſſet, ex S. C. in Ti. Gracchi fratris amicos quæſierat: in quem orationibus inuectus eſt acerbiſſimis tam in Senatu, quam pro Roſtris; è quibus pleraque citantur ab A. Gellio, Sex. Pompeio, & Nonio Marcello. Verùm Popillius, non expectato populi iudicio, vrbe atque Italia ceſſit, ſuaque ſponte in exilium abiit; vt Cicero, Plutarchus, & alij teſtantur. Legem de comitiis item tulit & ciuium ſuffragijs:

P. Popillius Conſularis in exilium abit.

Lex de comitijs & ordine ſuffragiorũ.

Vti. ex. confuſis. quinque. claſſibus. centuriæ. ſorte. vocarentur. ad. ſuffragia. Hac igitur regiam legem Tulliam abrogare voluit, quæ iubebat ex ordine cenſus introuocare centurias, vt magiſtratuum creatio, legumque iuſſio penes optimates, atque prudentio-

dentiores maneret. Gracchus autem Senatui & optimatibus aduersus eum conabatur efficere, vti comitia non minùs in tenuiorum, quàm locupletum ac optimatum essent potestate. Mentio fit huius legis Semproniæ in oratione quadam incerti Auctoris ad Cæsarem Dictatorem de republica ordinanda, quæ fragmentis operum C. Sallustij est annexa.

// //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

//. Aufeius //. f. //. nepos. Tribunus plebis videtur hic fuisse, & legem ex S.C. ad populum hoc anno tulisse; quemadmodum ex Iustini historiarum lib. XXXVIII. & A. Gellij Noctium Atticarum libro XI. cap. X. quasi conijcere possumus. Quæ talis ferè videtur fuisse: *Aufeia lex de Cappadocia Regibus suis restituenda.*

Vti. Nicomedes. Bithyniæ. Mithradates. Ponti. reges. Cappadociam. Ariarathis. socij. regis. occisi. libereis. heredibus. restituant. præsidia. ex locis. occupateis. deducant. ab. armis. abstineant. regnumque. paternum. beneficiaque. populi. Rom. salua. sarta. tecta. pupilleis. maneant. Horum. tutelam. agnati. proximi. gerant. doniquom. queis. sui. iuris. factus. possessor. legitimus. esse. poterit.

Dissuasit legem oratione facunda C. Gracchus eodem tempore, quo Tribunus plebis aliam ipse de vectigalibus Asiæ plebi egenæ in alimenta dandis promulgaret: cupiens (vt ex eius verbis apparet) etiam Cappadociæ, Lycaoniæ, & Ciliciæ vectigalia Regia conditionis eiusdem facere, & Asiaticis in vsum Romanæ plebis adijcere, & populos illos libertate donare. Extat eius orationis caput quoddam apud A. Gellium loco iam citato: quod, quia ad historiæ præsentis intellectum inducit, vicissimque Gracchi verbis historia lucis aliquid videatur allatura; idipsum adscribere, & historiam explicatius adferre non pigebit. *C. Gracchus dissuasor legis pro plebis Romanæ commodo.*

„ Verba autem Gellij sunt ista: Quod in capite superiore à Critolao scriptum
„ esse diximus super Demosthene, id C. Gracchus in oratione, qua legem Aufeiam dis-
„ suasit, in Demadem contulit his verbis: Nam vos Quirites, si velitis sapientia atque vir-
„ tute vti, & si quæritis, neminem nostrûm inuenietis sine pretio huc prodire. Omnes nos,
„ qui verba facimus, aliquid petimus; neque vllius rei caussa quisquam ad vos prodit, nisi
„ vt aliquid auferat. Ego ipse, qui apud vos verba facio, vt vectigalia vestra augeatis, quò
„ facilius vestra commoda & rempublicam administrare possitis, non gratis prodeo, ve-
„ rùm peto à vobis, non pecuniam, sed bonam existimationem atque honorem. Qui pro-
„ deunt dissuasuri ne hanc legem accipiatis, petunt non honorem à vobis, sed à Nicomede
„ pecuniam. Qui suadent vt accipiatis, ij quoque petunt non à vobis bonam existimatio-
„ nem, verùm à Mithradate rei familiaris suæ pretium & præmium. Qui autem ex eo-
„ dem loco atque ordine tacent, ij vel acerrimi sunt: nam ab omnibus pretium accipiunt,
„ & omnes fallunt. Vos cùm putatis eos ab his rebus remotos esse, impartitis bonam exi-
„ stimationem: legationes autem à Regibus cùm putant eos sua caussa reticere, sumptus
„ atque pecunias maximas præbent, vti in terra Græcia. Quo in tempore Tragœdus gloriæ
„ ducebat, talentum magnum sibi ob vnam fabulam datum esse; homo eloquentissimus
„ ciuitatis suæ Demades ei respondisse dicitur: Mirum tibi videtur, si tu loquendo talen-
„ tum quæsisti? ego, vt tacerem, decem talenta à Rege accepi. Itidem nunc isti pretia maxi-
„ ma ob tacendum accipiunt. *Gracchi verba. Romam iam tum venalem esse cœpisse.*

Hæc inter alia Gracchus, legem Aufeiam dissuadens, pro Rostris ad Quirites disseruit. Ceterùm aduerte, quæso Lector, vt Roma iam tum luxu perdita venalis esse cœperat; quemadmodum non adeò diu posteà rex Iugurtha de eadem iudicauit: vt etiam duorum regum Nicomedis atque Mithradatis legati munerum largitionibus magistratus, oratores, & ciuitatis principes corrumpere, necnon ad suas quique partes trahere conabantur. Nam ambo Reges tamquam riuales hanc sponsam Cappadociam, vt sibi commodam atque vicinam, mirum in modum procabantur & ambiebant: sed Mithradates iam diu maiore vi per parricidia & scelera, qui regem ipsum Ariarathem illius filium, qui pro Romanis pugnans contra Aristonicum in bello ceciderat, Laodices sororis suæ maritum per quemdam Gordium Cappadocem insidiis occidi curarat. Nec eo scelere perpetrato contentus, statuit & sororis filios heredes e medio tollere: nihil actum morte patris existimans, si paternum regnum quis adolescens heres obti- *Mithradates & Nicomedes competitores. Mithradates parricida.*

obtinuisset, cuius cupiditate flagrabat ipse; cùm maximè regnum istud, Aristonico capto, populus Romanus Asiam in prouinciæ formam redigens, propter Ariarathis aui, qui in eo bello vt dixi ceciderat, merita, huius patri peramplè liberaliterque Lycaonia & Cilicia Cappadociæ adiectis, locupletasset. Dum igitur in his occupationibus Mithradates versatur, & occasiones qualescumque captat; Nicomedes Bithyniæ rex eius consilia animaduertens, æmuli potentiam vicinã sibi periculosam ratus, de vacua morte regis Cappadocia & ipse cogitat, loca quædam opportuna sibi quæsito titulo præsidiis occupat. Tum Mithradates per simulationem pietatis auxilia sorori viduæ ad pellendum Cappadocia Nicomedem mittit: sed iam Laodice regina promissis pellecta se Nicomedi per pactionem in matrimoniũ tradiderat. Quod ægre ferens Mithradates, aperto bello præsidia Nicomedis Cappadocia expellit, regnumque sororis filio heredi restituere se velle prætexuit. Exoriente in hunc modum inter Reges affines bello, verisimile est Senatum Romanum ex more missis legatis intercessisse, socios Reges ab armis discedere iussisse, de caussis & actis cognoscere voluisse. Rem actã Romæ magnis partium contentionibus ac studiis per Regum legationes, ex adductis C. Gracchi verbis colligere possumus. At verò pro herede iudicatum, & ex S. C. Auferia lege lata, simul à populo iussum fuisse, vt Reges socij à Cappadocia abstinerent, ac Ariarathis occisi regis filius heredibus regnum, populique Romani beneficia salua atque integra manerent: & C. Gracchi verba apud A.Gellium, & Iustini e Sex. Pompeio Trogo compendium locis adductis insinuant, præsertim vbi Trogus narrat, Ariarathem iuniorem occisi per Gordium regis filium maiorem, regni in possessione fuisse, cum auunculo Mithradate bellum gessisse, tandemque ab eodem in simulato per inducias colloquio proditorie propria manu trucidatũ fuisse, exercitu vtroque spectante. Sed hæc quidem de Auferia lege satis, ac fortasse nimis multa. Quas quidem nostras qualescumque coniecturas, candide Lector, tui iudicij tersã spongia vel expurgare, vel prorsus delere mea cum pace licebit.

Auctum Cappadociæ regnum per Romanos.

Bellum inter Reges affines glisc it propter Cappadociã.

Controuersia Romæ versatur.

Auferia lege populi iussu Cappadociæ heredi filio Regis restituitur.

C. Cœlius * L.f.L.n * Caldus.	Cn. Manlius Cn. f. //. n. Maximus.
L. Calpurnius * L.f.C.n * Piso. Cæsonin.	[M. Decius M. f. Q. n. Mus]
[C. Aurelius C. f. C. n. Scaurus.]	[C. Terentius Cn. f. Cn. Lucanus]
[C. Flauius C.f. L.n. Fimbria]	[C. Sempronius C.f.C.n. Rutilus]

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

Ser. Sulpicius Ser.f.Ser.n.Galba. Q. Metelli Cos. in Balearibus. sicut ostendere conabor posteà in triumpho Metelli ex antiquis Galbæ nummis. Fuit Ser. Galbæ oratoris, quem M. Cato propter Lusitanos oppressos accusauerat, maior filius: qui per magistratuum gradus posteà ad Consulatum peruenit.

//. //. //. f. //. n. //. L. Aurelij. Procos. in. Sardinia. C. Graccho successor missus, cùm ille prouinciam reliquisset.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Hisp. vlteriore.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Illurico.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Sicilia.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Africa.

Sp. Postumius Sp. f * Sp. n * Albinus. Cuius videntur exstare denarij cum Romæ capite & corona frondea ab vno latere, & ab altero cum signis Castorum in equis decurrentium Romano more. Quod argumentum est laudatæ fratrum concordiæ. Adscriptum nomen sic, SP. POST. SP. F. ALBINVS. ROMA. Temporis autem spatium poterit forsan innuere, Sp. Albini Paulluli nepotem fuisse, quem Consulem reperimus notatum in Fastis anno vrbis DLXXIX. Et hic Cos. sequetur.

P. Rutilius * L. f. //. n. Flaccus * Rutilios cognomine Flaccos in nummis argenteis reperiri, iam anteà demonstrauimus. Atqui in Iugurthina Sallustius Q. Metelli Numidici Consulis legatum in Africano contra Iugurtham bello fuisse P. Rutilium anno DCXLIV. cum C. Mario Prætorio testatur; & Mario Consulatum atque prouinciam eamdem adepto, demum in Numidia Metelli Procos. sui nomine prouinciam & exercitum tradidisse. Prætorius itaque tunc etiam fuisse Rutilius videtur.

P. Seruilij Isaurici pater.

C. Seruilius M. f. //. n. Vatia. Hic pater fuit P. Seruilij Vatiæ Isaurici, clarissimi posteà

posteà viri, qui C. F. M. N. notatus in Capitolinis legitur. Et hunc post Præturam obtinuisse prouinciam, intelligimus Verrina Ciceronis quinta, vbi sic loquitur de huius filio in „ frumentaria: P. Seruilius, quinquennium exercitui cùm præesset, & ista ratione innu- „ merabilem pecuniam facere cùm posset; non statuit sibi quidquam licere, quod non pa- „ trem suum, non auum Q. Metellum facere vidisset. Patrem P. Isaurici hunc C. Vatiam fuisse, testantur Capitolina marmora: auum verò Q. Metellum Macedonicum intelligit, cuius filiam P. Isaurici matrem fuisse, ex eiusdem Ciceronis oratione pro domo sua colligi potest, cuius adduxi verba in Tribunatu plebis C. Atinij Labeonis, vrbis anno DCXXIII.

L. Calpurnius L. f * L. n. Piso. Frugi. Qui Prætor posteà periit in Hispania: fuit L. Pisonis Frugi, qui de repetundis legem tulerat, filius, vt ostendit Cicero in Verrem sexta de signis, cuius verba in huius Prætura Hispaniensi sum adducturus. Indolis atque fortitudinis præclaræ prima documenta dederat adolescens ante decennium, sub patre Consule in Sicilia bello fugitiuorum, vbi victor à patre propter virtutem coronæ aureæ titulo pro tribunali honoratus fuerat, quemadmodum in Annali illo latiùs ex Valerio Maximo retulimus.

M. Pupius * Cn. f. P * nepos. Qui demum in summa senectute Pisonem quemdam adoptauit, vt Cicero testatur in oratione pro domo sua; vbi de falsa P. Claudij ini- „ mici sui adoptione verba facit: Nam ætas (inquit) eius, qui adoptabat, quæsita est; vt in „ Cn. Aufidio, M. Pupio: quorum vterque nostra memoria summa senectute alter Ore- „ stem, alter Pisonem adoptauit. Quas adoptiones, sicut alias innumerabiles, hereditates nominis, pecuniæ, sacrorum sequutæ sunt. Cùm igitur hi duo sibi filios è clarissimis familiis adoptarint, ipsos obscuros omnino, vel prorsus sine magistratibus abiectos atque viles fuisse, non verisimile est.

L. Fufidius //. f. //. nepos.] Obscuræ quidem originis, sed amicitia propter virtutes arcta continuataq; M. Æmilij Scauri principis Senatus posteà clarus. Ad hunc etiam Scaurus tres libros de vita sua scripsit, qui & Ciceronis extabant tempore, vt in Bruto satis indicat: vbi & hunc L. Fufidium Romæ in aliquo patronorum numero fuisse testatur. *M. Scauri de vita sua libri ad L. Fufidium hunc.*

[C. Papirius C. f. L. n. Maso] Patricius minorum gentium, teste Cicerone in familiaribus ad L. Papirium Pætum; & domo Prætoria, ab auo forsan L. Masone, quem Liuius libro XLI. Prætorem nominat vrbis Annali DLXXVII.

Prouinciæ prorogatæ.

C. Sextius C. f. C. n. Caluinus. Procos. Galliam. prorogato. in. annum. imperio. obtinuit. Cum Salluuiis bellum gessit; quos variis prælus quassatos tandem domuit, atque in potestatem redegit. Itaque Marcellinus Ammianus rerum gestarum libro XV. scribit, Gallorum regiones præcipuas, quæ confines sunt Italicis, paulatim leuiùs odisse sub Romanum venire imperium. Primò tentatas per Fuluium, deinde prælus paruis quassatas per Sextium, ad vltimum per Fabium Maximum domitas fuisse. Horum autem ducum victorias atque triumphos suis locis adferemus. De C. Sextij verò rebus „ gestis hæc etiam T. Liuij Epitome libri LXI. prodit: C. Sextius Procos. victa Saluiorum „ gente coloniam Aquas Sextias condidit, ob aquarum copiam à calidis & frigidis fonti- „ bus, atque nomine suo ita appellatas. Hoc idem ferè Velleius Paterculus attingit libro hi- „ storiarum primo, vbi de Romanis coloniis, dicens, Frabateriam anno superiore, Cassio „ Longino & Sextio Caluino, qui Sallues apud aquas, quæ ab eo Sextiæ appellantur, deui- „ cit, Consulibus coloniam deductam: & post annum Scylacium, Mineruium, Tarentum, „ Neptunium, Carthagoque in Africa prima extra Italiam. Strabo quidem libro Geographiæ quarto, C. Sextium, scribit, domitis Salybus, non longe à Massilia condidisse oppidum, & ab aquis vicinis calidis Aquas Sextias suo nomine vocasse: Cassiodorus item in Consulum Fastus suis meminit, sed anno insequenti, cùm Sextius oppido condito prouincia decederet. *Salluuij domiti atque subacti.* *Aquæ Sextiæ colonia deducta.*

L. Aurelius L. f. L. n. Orestes. Procos. Sardiniam. prorogato. in. annum. imperio. obtinuit. Difficile & graue bellum oppidorum obsidionibus diuturnis anno primùm sequenti confectum fuisse, declarat eius triumphus extans in Capitolinis marmoribus, vt suo loco patebit. *Graue & diuturnum bellum in Sardinia.*

Q. Fabius Q. Æmiliani f. Q. n. Maximus. Propr. Hispaniam * citeriorem * prorogato. in. annum. imperio. obtinuit. Refert in Gracchorum vita Plutarchus,

 C.Grac-

Insimulatus Q. Fabius absens Romæ à C. Graccho.

C. Gracchi Tribuni plebis impulsu Fabium Propr. propter frumentum nimis largiter à ciuitatibus fœderatis acceptum, & Romam ex Hispania missum, S. C. fuisse reprehensum, velut grauem prouincialibus, ac nimis durè imperitantem; pretiumque frumentorum ciuitatibus reddendum esse, Gracchum censuisse. Ex quo constat, Fabium tunc prouinciam adhuc obtinuisse: atque anno primùm sequenti, successore accepto, Romam ad Consulatum petendum rediisse; quem etiam ipsum obtinuisse, Fasti ostendunt.

//. //. //. f. //. n. //. Propr. Asiam. prorogato. in. annum. imperio. obtinuit.

[M'. Acilius M'. f. M'. n. Glabrio]

Proquæstorib. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. T. Quincti. Cos. in. Italia. Ostiensis.
//. //. //. f. //. n. //. C. Sextij. Procos. in. Gallia.
//. //. //. f. //. n. //. Q. Fabij Propr. in. Hisp. citeriore.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Asia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. * Lucerinus * //. //. //. f. //. n. //. Calenus.
Q. Hortensius * Q. f * nepos Q. Æmilius M. f * M'. n * Lepidus.
[C. Marcius L. f. C. n. Censorinus] C. Licinius * A. f. A. n. Nerua.
[M. Lucretius M. f. M. n. Gallus] [P. Sulpicius Ser. f. Q. n. Camerinus]
M. Octauius Cn. f * Cn * nepos [Sp. Postumius Sp. f. A. n. Albinus]

M. FVLVIVS. M. F. Q. N. FLACCVS. PRO. AN. DCXXX.
Cos. de. LIGVRIBVS. VOCONTIEIS. SALLVVEISQ. //. //. //.

M. Fuluium Flaccum, de cuius rebus gestis quædam anteà dixi, hoc primùm anno triumphasse de Liguribus Vocontiis, testatur Fastorum Capitolinorum triumphalis columna: quæ tamen eo loco mutila satis ostendit, verba quædam in eius fragmenti linea extrema deesse, atque in primis triumphi dies. Opinatus est insuper doctissimus Carolus Sigonius, desiderari ibidem populi alicuius deuicti nomen alterum, & (Salluuns) scilicet addendum putauit; quia hic primus bellum Saluiis intulit, vt ex Iulio Obsequente & Ammiano Marcellino colligere est. Nec fefellit eum coniectura sua, sagaci vt valet ingenio atque iudicio. Repertum namque postea fuit fragmentum aliud, eiusdem columnæ membrum diuulsum à superiore; & illi certè connectendum, vt ipsa postulat historia & verba in Fuluij, de quo nunc agimus, triumpho desiderata, atque in huius vertice residua flagitant. Effossum fuit hoc marmoris fragmentum Romæ septennio post meum ab vrbe discessum, anno scilicet salutis nostræ ∞. D. LXIII. mense Februario, ad radices Exquiliarum, in vinea D. Ludouici Matthæi, quæ vicina est Ædi sacræ D. Andreæ in Portugallo, sicut nunc vulgò locum appellant. Repræsentat autem pulchrè triumphos post Fuluianum ordine sequentes. Qui licet in marmore trunco mutili plenè satisfacere nequeant, plurimum tamen lucis, amisso Liuio, in istorum temporum antiqua historia studiosis afferre poterunt. Hos autem diligenter admodum ex ipso marmoris fragmento delineatos, non diu postquam inuentum marmor fuit, Romà ad me Bruxellas misit in Belgium Nicolaus Florentius Batauus, ob probitatem candoremque singularem non minùs, quàm ob eruditionem bonarumque litterarum studium mihi charissimus. Eorumdem igitur exemplar hic oculis subijcere, & Lectori candido communicare, non vanum aut otiosum, sed vtile & opportunum duxi. Nam ex eodem nos deinceps triumphos annis suis adducemus, & pro instituto locis Auctorum collatis explicabimus. Est autem tale:

Carolus Sigonius.

Fragmentum nouum columnarum triumphalium Romæ inuentum.

Nicolaus Florentius Batauus.

SALLVVEIS Q. VI.
C. SEXTIVS. C. F. C. N. CALVIN. PRO. CO
DE. LIGVRIB. VOCONTIEIS. SALLVVEISQ.
L. AVRELIVS. L. F. L. N. ORESTES. PRO. AN. DC.
COS. EX. SARDINIA. VI. IDVS. DEC.
Q. CAECILIVS. Q. F. Q. N. METELLVS. A. DCX.
BALIARIC. PROCOS. DE. BALIARIB. PR.

Q. FA-

Q. FABIVS. Q. AEMILIANI. F. Q. N. AN. DC.
MAXIMVS. PROCOS. DE. ALLOBRO.
ET. REGE. ARVERNORVM. BETVLTO. X. K.
CN. DOMITIVS. CN. F. CN. N. AHENOBARB. A. D.
PROCOS. DE. GALLEIS. ARVERNEIS. XVI. K.
L. CAECILIVS. L. F. Q. N. METELLVS. ANN. DCX.
DELMATIC. PROCOS. DE. DELMATEIS. III. NO.
Q. MARCIVS. Q. F. Q. N. REX. PROCOS. AN. DCX.
DE. LIGVRIBVS. STOENEIS. III. NON. DE.
M. AEMILIVS. M. F. L. N. SCAVRVS. COS. A.
DE. GALLEIS. KARNEIS. V.
M. CAECILIVS. Q. F. Q. N. METEL.
COS. EX. SARDINIA.
LVS. Q. F. Q.

De M. Fuluij quidem triumpho nihil particulatius nobis Auctores qui extant alij, quod sciam, memoriæ produnt; nisi quòd virum Consularem ac Triumphalem hunc filium appellet Velleius Paterculus; & quòd Plutarchus scribat, eumdem in seditione Gracchana, qua periit altero pòst anno, suos armasse Gallorum spoliis, quæ domi suæ ex triumpho supererant.

Vocontios inter Galliæ Narbonensis populos recenset Pomponius Mela de situ orbis libro II. cap. V. & inter vrbes eius prouinciæ opulentissimas Vasionem Vocontiorum: sed antiquitus inter Ligures habitos fuisse, M. Cato putauit, teste Plinio lib. III. cap. XVII. neque Capitolini triumphi, vt vides Lector, refragantur. Ceterùm eiusdem libri capite quarto Plinius Galliam Narbonensem describens, inter eius prouinciæ populos numerat. Et vbi deinde Vocontiorum ciuitatis fœderatæ duo capita nominat, in exemplaribus mendose Vasco legitur, non Vasio: quemadmodum correctè hoc oppidi nomen Pomponius Mela loco dicto, & alij, necnon antiquus militaris monumenti titulus, quem Romæ marmori inscriptum legi in æde sacra S. Potentianæ talem: *Vocontij Galli.* *Priùs Ligures.* *Vasio Vocontiorum, in Plinio mendosè Vasco.*

DIS. MANIBVS.
C. ACILIO. C. F. VOL. MARTIALI.
VASIONE. VETER. EX. COH. VI. PR.
MILITAVIT. ANNIS. XVII.
VIXIT. ANNIS. LVIII.

Cornelius Strabo Geographiæ libro quarto tradit, Vocontios montana Sallybus, Liguribus,, Albœcis, & Quaris vicina coluisse vsque ad Allobrogum fines. Nec dissentiunt Græci, inter quos Dionysius Halicarnassensis Antiquitatum libro primo testatur Ligurum populos antiquissimos, quorum origo, vt ait, incognita fuit & obscura, non solùm Italiæ, verùm etiam vltra Alpes Galliæ magnas regiones habitasse, quas Sallyes, Deceates, Oxobij, & Vocontij Ligures tenebant. Quin etiam Dionysius Alexandrinus de situ orbis canens, & eius commentator Eustathius, affirmant Massiliam antiquissimam Phocæensium coloniam in Ligurum regione deductam fuisse. *Ligurum populi antiquissimi.*

Salluuij qui vocantur in Capitolinis triumphis, Plinius & L. Florus Sallyos; Strabo, Stephanus, & alij Græci Sallyes appellant. Prisci nominis vestigia clara remanent in Liuianis exemplaribus, in quibus Salubij, vel Saluuij, modò Saluij, vel Salui vocantur. Libro historiarum quinto narrans diuersos Gallorum per Alpes in Italiam transitus, non præterit, quomodo post Cenomannos Salluuij transgressi fuerint, & circa Ticinum consederint: quos Plinius libro III. cap. XVIII. Vercellas condidisse memoriæ prodidit. *Salluuei variè scripti in exemplaribus Auctorũ.* *Vercellæ.*

ANNI P.R.C. DCXXXI.

Consules.

Cn. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus. C. Fannius C. f. C. n. Strabo.

In hunc annum Consules producunt Cn. Domitium & C. Fannium Cassiodorus & Iul. Obsequens: sic etiam Plinius libro II. cap. XXXII. hisce Coss. lunas tres visas fuisse

scribens, & soles nocturnos à plerisque appellatos. Ceterùm Iulius Obsequens inter alia eius anni prodigia tres item soles & tres lunas his Coss. in Gallia visas refert. Consulum meminit item Tullius in Bruto de claris, horum alterum proferens C. Fannium C.f. qui Cos. cum Domitio fuit: idque propter differétiam, cùm eiusdem temporis esset item alius fama celebris C. Fannius M. f. gener C. Lælij, Prætorius, vt antè demonstraui. Hunc verò de quo nunc agimus, Consulem esse designatum C. Gracchi Tribuni plebis fauore, Plutarchus auctor est. Ipsum enim candidatum Gracchus temeritatis plebeiæ fiducia fultus & inflatus, comitiis Consularibus in campum deduxit, & populo commendauit, in eum maximè finem, vt L. Oppium competitorem ipsius honore repelleret, cui inimicus erat Gracchus cùm ob Fregellanæ coniurationis quæstionem qua fuerat ambustus, tum quòd Opimium sciebat conatibus suis aduersarium fore grauissimum si Consul fieret. Plebs autem in omnibus Graccho gratificari cupiens, L. Opimio præterito, C. Fannium Cos. in hunc annum cupidè designauit. Vide Plutarchum in Gracchis de hac re latiùs.

Prodigia.
C. C. Fannii duo celebres.
C. Gracchus Fannium Cos. plebeio fauore facit.
L. Opimius repellitur.

Bello cum Salluuijs per C. Sextium Procos. quasi confecto, successit alterum in eodem orbe cum Allobrogibus vicinis, quòd Teutomalium Salluuiorum regem fugientem recepissent, & iuuissent auxiliis: quodque Æduorum populi Romani sociorum agros vastassent, quemadmodum Liuiana Epitome libri XLI. declarat huius belli caussam. Allobroges autem in idem incendium traxere mox vicinos Aruernos cum eorum rege Betulto, sicut etiam astipulatur L. Florus libro de gestis Romanorum tertio cap. secundo: * Primi trans Alpes (inquit) arma nostra sensere * Salyi, cùm de incursionibus eorum fidissima atque amicissima ciuitas Massilia quereretur: Allobroges deinde & Aruerni, cùm aduersus eos similes Æduorum querelæ opem & auxilium nostrum flagitarent. Quæ prouincia Cn. Domitio Cos. obuenit, C. Fannio Italia, qui in vrbe mansit. Itaque Iulius Obsequens item hisce Coss. Sallyes & Allobroges deuictos fuisse, prodigiis enarratis annotauit.

Allobrogicũ bellum.
** Prima in vulgatis, non rectè.*
** Saluyi in v.c.*
Prouincia Consulum.

Prætores.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Vrbanam. ac. Peregrinam. iurisdictiones.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuêre.

Q. Mucius Q. f. Q. n. Scæuula. Augur. — L. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus Diadematus.
C. Scribonius * C. f. C. n * Curio — [Q. Cotius Q. f. //. nepos]
[P. Rutilius P. f * n. Caluus] — [M. Vrbinius M. f. //. nepos]

Pretores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. Sardiniam. — //. //. //. f. //. n. //. Hisp. citeriorẽ
//. //. //. f. //. n. //. Asiam. — //. //. //. f. //. n. //. Hisp. vlteriorẽ
//. //. //. f. //. n. //. Illuricum. — //. //. //. f. //. n. //. Siciliam

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

M. Porcius M. f. M. n. Cato. — Sex. Iulius * Sex. f. Sex. n * Cæsar.
L. Iulius Sex. f. Sex. n. Cæsar. — Q. Marcius Q. f. Q. n. Rex.
Q. Ælius Q. f. P. n. Tubero. — [L. Tullius A. f. //. n. Decula]

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Q. Minucius Q. f * M. n * Rufus. — M'. Acilius * M'. f. L. n * Balbus.
C. Liuius C. f. Mamiliani. n. Drusus. Claudianus. — C. Porcius M. f. M. n. Cato.

Tri-

Tribuni plebis.

C. Sempronius Ti. f. P. n. Gracchus II. Cùm anno superiore C. Gracchus suis legibus maximam equitum plebisque Romanæ multitudinem in partes suas traxisset, summamq́, sibi gratiam conciliasset; & ob diligentiam in obeundis publicis negotiis stupendam, in viis scilicet ex lege sua muniendis, & exstruendis horreis, à populo plurimùm laudaretur, & ipse se ad omnia paratum offerret: tandem in concione dixit, huius anni magistratuum comitiis instantibus se pro meritis gratiam aliquam petere à populo velle: quæ si concederetur, pro summo beneficio se habiturum; si tamen negaretur, non ægrè laturum. Ex quibus verbis cùm omnes ferè coniectarent, ipsum ex Tribunatu petere Consulatum velle; proximè sequentibus comitiis Consularibus C. Fannium candidatú, vt dixi, comitatus populo commendauit, atque Consulem designari curauit; nullam aliam opinor ob caussam, quàm vt inimicum suum Fannij competitorem L. Opimium magistratu isto depelleret. Ipse Gracchus Tribuniciis deinde comitiis, quamuis non petens, magno tamen plebis studio Tribunus iterùm in hunc sequentem annum designatus est. Cui rei priùs ita prouiderat, agrariis, viariis, & frumentariis suis legibus caput inserendo, vt Appianus auctor est,

C. Gracchi diligentia in ambiendo stupenda.

C. Fannium Cos. creat.

De secundo Tribunatu sibi prouiderat.

Si. Tribunus. opus. habeat. ad. præstanda. promissa. eius. potissimùm. rationem. proximis. comitiis. habeto. Vt itaque plebi sociisque promissa posset exoluere, Tribunus plebis iterùm est factus. Leges autem promulgauit deinde atque pertulit has ferè: Iudiciariam in primis, qua nouas inter præcipuos ciuitatis ordines turbas excitauit, & effecit, vt à Senatu iudicia publica, penes quem à Regum tempore fuerant, transferrentur ad equites Romanos; criminatus, non satis integra fide Senatores iam diu iudicare. Legis autem verba cùm non extent, quæ eius sententia fuerit, non planè liquet. Velleius Paterculus hac C. Gracchi lege iudicia à Senatu ad equites translata, non vno loco, narrat. Sic Cicero & Pædianus non semel testantur idem: sic Liuius in Epitomis quæ extant l. LXX. vbi de P. Rutilij Rufi iniqua damnatione; & sequẽti, vbi de lege Liuia M. Drusi hanc Semproniam abrogantis. Nec discrepat Appianus Alexandrinus bellorũ ciuilium libro primo, referens diffusiùs, vt C. Gracchus iterùm Tribunus plebis factus, conciliata sibi plebe, mox equites etiam, qui medium inter Senatum & plebem tenebant ordinem, à Senatu diuulserit, & obnoxios sibi noua lege fecerit: qua iudicia publica propter largitiones acceptas infamia transtulit ad equites Romanos a Senatoribus: exprobrans his nouissima quæque praua iudicia ab ipsis pronuntiata, vt Aurelium Cottam, Salinatorem, & M'. Aquillium qui Asiam subiugarat, muneribus palàm acceptis absoluissent: cùm hæc testarentur prouinciarum spoliatarum legati, querelarum pleni per vrbem discurrentes; adeò vt Senatus pudore victus, legi ferendæ non admodum sit aduersatus. Itaque Gracchum iactitasse tunc, scribit Appianus, se penitus Senatorij ordinis neruos incidisse, breuique se hunc reformare velle. Plebs autem lubenter legem acceptauit, &, VTI. ROGAS. sciuit: in eumq; modum iudicia ad equites à Senatu translata fuere. De hac igitur proculdubiò C. Gracchi lege sunt item M. Varronis verba intelligenda ex libro quarto de vita populi Romani, adducta à Nonio Marcello in Bicipitem facere; quæ talia leguntur: " In spem adducebat, non plus soluturos quàm vellent, iniquus equestri " ordini iudicia tradidit, ac bicipitem ciuitatem fecit, discordiarum ciuilium fontem. Non de alio loquitur M. Varro, quàm de C. Graccho legem hanc ferente: cuius quidem verba cùm librariorum rudium culpa nunc extant admodum trunca, sic vt studiosis vix vsui esse possint; & qua de re intelligi debeant, obscurum sit: tribus tantum vocibus, quæ desiderantur, annexis, vt illa suppleam atque declarem, historia ipsa me inuitat. Voces tamen ipsas, vt faciliùs noscerentur, asteriscis inclusi. Exponit autem Varro disertè quomodo Gracchus vrbanam ac egenam plebem, promittendo frumentarias, agrarias, atq; fœnebres leges, spe diuitiarum ad se traxerit, & equestrem ordinem à Senatu iudiciis translatis diuulserit; vt faciliùs tutiusq; in ista ciuitatis discordia regnaret, & de inimicis se vindicaret. Addamus igitur in initio voculam, in ipso cõtextu alteram, & tertiam in fine; sic plenam habebimus Varronis sententiam, & ea clariùs elucescet hoc modo: " * Obæratos in " spem adducebat, non plus soluturos quàm vellent: * Senatui † iniquus equestri ordini " iudicia tradidit, ac bicipitem ciuitatem fecit, discordiarum ciuilium fontem * produ" cens. Sed hanc coniecturam meam vt non reiicio, ita non ante probabo, quàm à doctioribus probari intellexero, vel asseri vetusti codicis alicuius testimonio. Iam Semproniæ legis huius reliqua prosequamur, qua Senatum antiquissimo iudiciorum priuilegio spoliatum fuisse, constat quidem ex iam adductis; sed quomodo Gracchus id præstiterit, aut quæ legis istius forma fuerit, nondum apparet. Cicero, Velleius, & alij iam citati, nil aliud

Lex eius iudiciaria.

Senatores iudices culpantur à Graccho.

Iudicia largitionibus corrupta.

Aristocratiā tollere conatur Gracchus.

M. Varronis locus mutilus & mancus restauratur.

† inimicus f. meliùs.

Qualegis iudiciaria forma.
Plutarchus multùm discrepat.

aliud videntur prodere, quàm lege dicta iussum fuisse, vti Prætor vrbanus quotannis iudicum decurias non ex Senatu, sed ex equitum primariorum ordine conscriberet. Solus Plutarchus (quod sanè mirum videtur, si modo correcta sunt eius exemplaria) discrepans ab aliis omnibus, scribit, Gracchi legem voluisse, vt trecenti equites cum Senatorum numero pari iudicarent; & ex sexcentis mixtim, iudicum decuriæ quotannis à Prætore conscriberentur. Quod posteà Q. Cæpionem Cos. & deinde M. Liuium Drusum Tribunum plebis tentasse, scribunt alij, vt suis locis dicemus. Restat alius nodus in

Nodus in Liuio perplexus.

Liuio non parum meo iudicio perplexus, vbi de C. Gracchi legibus in Compendio libri LX. sic habetur: « C. Gracchus Tiberij frater, Tribunus plebis, eloquentior quàm frater, perniciosas aliquas leges tulit, inter quas frumentariam, vt semisse & triente frumentum plebi daretur; alteram legem agrariam, quam frater eius tulerat; tertiam, qua equestrem cum Senatu consentientem corrumperet, (trecenti Senatores erant, sexcenti equites) vt trecentis Senatoribus admiscerentur; id est, vt equester ordo bis tantum virium in Senatu haberet. » Mihi quidem Platonicis numeris obscurior lex ista tertia, &

Lex de iudicum decurijs obscurissima.

quonam spectet non intelligo. Plures doctissimi viri iudiciariam Gracchi legem hisce verbis describi volunt, qua dissensiones inter Senatum & equestrem ordinem cócitauit: quibus contradicere non volo, sed iudiciorum in his nulla fit mentio. Locus profectò

Truncus corruptusq; Liuianus locus.

truncus atque mendosus est, sicut etiam testantur libri veteres manuscripti, & à Carulo Sigonio citati; & ille quem olim mihi communicauit Mechliniæ Iacobus Susius, vir eruditione non minùs quàm nobilitate conspicuus: in quo dilucidiùs atque diffusiùs

Suppletur ex veteri codice Susiano.

eadem tertia lex in hunc modum descripta legitur: « Tertiam, qua equestrem ordinem tunc cum Senatu consentientem corrumperet, vt sexcẽti equites in curiam subrogarentur; & quia illis temporibus trecenti tantum Senatores erant, sexcenti equites vt trecentis Senatoribus admiscerentur, id est, vt equester ordo bis tantum virium in Senatu haberet. » Vides Lector, vt integer verborum versus in vulgatis exemplaribus desideretur, ab

Necdum dissolutus nodus.

exscriptoribus librariis negligenter prætermissus. Non tamen adhuc satis hic Liuij locus, licet plenior quàm in vulgatis, iudiciariam C. Gracchi legem nobis explicat: videntur enim plura deesse, nec prætermisse Liuianorum Epitomæ scriptorem legis præcipuum scopum, quomodo Senatum denique Gracchus hac iudiciorum iure priuarit. Atqui Plutarcho nó minùs quàm Ciceroni & aliis Auctoribus aduersatur locus iste; cùm magis

Lex tertia Liuiani breuiarij de Senatu augendo loqui videtur.
Diuinatio.

indicet, legem tertiam non de transferendis iudiciis, sed de Senatu augendo iudiciorum caussa Gracchum protulisse. Ducor igitur ad opinandum, ex tanta narrationis huius varietate quam apud Auctores inuenimus, quòd Gracchus bis terve iudiciariam legem suam, opprimendi Senatus cupidine percitus, diuersimode promulgarit. Primùm, vt ad trecentos qui tunc erant Senatores, sexcenti equites, vt apud Liuium extat, in curiam subrogarentur, quò Prætor vrbanus quotannis iudiciorum caussa ex centuriis singulis iudicum decurias singulas seligere posset. Qua lege Senatus ac optimatum summo studio reiecta, verisimile fit, mox aliam ipsum proposuisse, quam Plutarchus habet, Vti

Ex Plutarcho.
Lex de transferendis à Senatu ad solos equites iudicijs perlata.

trecenti equites simul cum trecentis Senatoribus iudicarent, & ex his mixtim decuriæ iudicum seligerentur. Cui cum non minùs aduersaretur Senatus, tandem ipsum plebis & equitum Rom. auxilio legem pertulisse de transferẽdis a Senatu ad solos equites Rom. iudiciis: & tunc denique gloriari ausum, se penitus Senatorij ordinis neruos incidisse. Atqui simile quid in hac discordia & ordinum contentione, priusquam lex perferri potuit, contigisse, non obscurum est ex tanta historiæ istius diuersitate colligere. Sed quia nihil aliud apud Auctores certius hactenus reperio, litem istam ambiguam sub iudice relinquere cogor, donec Temporis filia Veritas e puteo suo prodeat. Legem deinde

Lex de prouincijs ordinarijs à Senatu.

de prouinciis decernendis tulit, Senatui scilicet, vt videretur aliquid pro iudiciis ereptis reddere. Pertulit igitur:

Vti. prouinciæ. quotannis. à. Senatu. constituerentur. ante. comitia. vel. proroganda. vel. designandis. magistratibus. in. sortem. mittendæ. Néve. deinceps. Senatus. de. Coss. prouincieis. decreto. quis. intercederet.

Qua lege Senatus auctoritatem confirmasse non solùm, sed etiam nonnihil adauxisse videtur: volens omnino, vt constituendarum prouinciarum ius apud hunc solum ordinem permaneret. Hinc L. Florus libro IIII. cap. XIII. Gracchanarum legum speciosos æquitatis prætextus explicans, ait: « Quid ad ius libertatis æquandæ magis efficax, quàm vt, Senatu regente prouincias, equestris auctoritas saltem iudiciorum regno niteretur. Sed hæc ipsa in perniciem redibant, & misera respublica in exitium suum merces erat. » Posteà tamen non semel huic legi derogatum esse, ex sequentibus patebit. Nam pecunia

Legi sæpè derogatum.

corrupti Tribuni plebis ac magistratus quidam, vel factionibus impulsi, maximas sæpè prouin-

prouincias, aduersante Senatu, ambitiosis hominibus plebiscito solo vel decreuerunt, vel prorogarunt: vnde fax ciuilium tandem bellorum, atque libertatis publicæ interitus. Ad monarchiæ nihilominùs vsque tempora legem hanc Semproniam in vsu permansisse, variis Auctorum testimoniis probari potest. Meminit Sallustius in Iugurthina historia, scribens anno vrbis DCXLI. Iugurtha rege bellum mouente, prouincias tunc lege Sempronia futuris Consulibus Numidiam atque Italiam à Senatu decretas fuisse. Meminit item aliquoties Cicero in suis orationibus, vt in ea, qua de prouinciis Consularibus decernendis in Senatu sententiam dixit, anno vrbis DCXCVII. Suriam & Macedoniam futuris Consulibus nominans. Decernendæ nobis, inquit, sunt lege Sempronia duæ. Quid est, quòd possimus de Suria Macedoniaque dubitare? Et hæc quidem dixit, cùm primùm ante comitia de prouinciis ordinandis in Senatu referretur; & antequam designati in annum sequentem Tribuni plebis iniissent: quorum aliquos ad populum de prouinciis contra legem Semproniam relaturos, metus erat, sicut fecit postea C. Trebonius, quem Cicero quasi digito notat posteà, cùm M. Catonis aliorumque sententias recusans, (qui Gallias Cæsari eripere, & Consulibus designandis decernere; Suriam verò & Macedoniam Prætorias facere volebant) ita disserit, verba, ni fallor, Catonis referens: Faciam, inquit, illas Prætorias, vt Pisoni & Gabinio succedatur statim. Si hic sinat: tum enim Tribunus intercedere poterit, nunc non poterit. Addit igitur mox Tullius, declarans, & se quidem Prætorias Suriam Macedoniamque decernere lubenter velle, nisi metus obstaret intercessionis Tribuniciæ potestatis. Eius verba sunt hæc: Itaque ego idem, qui nunc Consulibus iis qui designati erunt, Suriam Macedoniamque decerno, * decernam easdem Prætorias: vt & Prætores annuas prouincias habeant, & eos quàm primum videamus, quos animo æquo videre non possumus. Sed mihi credite. numquam succedetur illis, nisi cum ea lege referetur, qua intercedi de prouinciis non licebit. Itaque hoc tempore amisso, annus est integer vobis exspectandus. Sic ibidem Tullius. Ex cuius etiam verbis colligere est, lege Sempronia solummodo cautum fuisse, ne Senatus decreto de Consularibus prouinciis facto quis intercederet; decreto de Prætoriis vel aliis prouinciis, non item. Igitur de Suria Macedoniaque prouinciis, quæ Proconsulares tum erant, ea lege referendum esse censebat, vt Consulares denuò fierent: nimirum, ex lege Sempronia futuris Coss. decernerentur, ne intercedere liceat. Nam si Prætoriæ fiant, intercessioni Tribuniciæ locum futurum putat: Pisonem verò Gabiniumque ne successores accipiant, Senatus decreto intercedi curaturos, Vti prorogato imperio, populandarum prouinciarum caussa spatium annuum lucrentur. Rursus in oratione pro domo sua stomachatur admodum acerbe in P. Clodium inimicum suum, quòd Tribunus plebis cùm esset anno vrbis DCXCV. iam dictas prouincias à Senatu lege Sempronia decretas, aliis contra legem ac Senatus auctoritatem plebiscito solo Consulibus suæ factionis L. Pisoni & A. Gabinio contulisset. Itane verò, inquit, tu prouincias Consulares, quas C. Gracchus, qui vnus maximè popularis fuit, non modo non abstulit à Senatu; sed etiam, vt necesse esset quotannis constitui per Senatum, * decreta * lege sanxit. Eas lege Sempronia per Senatum decretas rescidisti: extra ordinem sine sorte nominatim dedisti non Consulibus, sed reipublicæ pestibus? In hunc modum sæpiùs P. Clodium & alios inimicos suos exagitat: nec minus P. Vatinium, quòd anno DCXCIV. Tribunus plebis C. Cæsari Cos. prouincias plebiscito suo præter Senatus voluntatem tradidisset. Eripueras, inquit, Senatui prouinciæ decernendæ potestatem, imperatoris deligendi iudicium, ærarij dispensationem; quæ numquam sibi populus Rom. appetiuit, qui numquam hæc a summi consilij gubernatione auferre conatus est. Hæc aliaque Tullius in inuectiua sua, quam dixit in Vatinium. Non diu postea tamen, cùm, vt supra retuli, de prouinciis Consularibus in Senatu sententiam diceret, C. Cæsari Procos. in Galliis victori lege Sempronia non succedendum esse censuit: sed prorogationem imperij, stipendium eius exercitui, & legatos decem, aliosque honores decreuit, vt ipse testatur in oratione pro L. Balbo, & epistolarum familiarium primo ad P. Lentulum Procos. Verum nos hæc fortasse nimis diffusè; quod tamen non alium in finem facimus, quàm vt huius Semproniæ legis ex M. Tullij solis scriptis elicienda sententia clarius eluceseat. Legem insuper de suffragiis sociûm Latini nominis promulgauit,

Plebiscito solo data prouincia.

Notat C. Trebonium.

** malim decernerem.*

Decreto de Consulum facto non intercedendum.

Ciceronis locus.

** Vox otiosa videtur & expungenda, quæ scriptorum negligentia irrepsit ex sequenti verborum contextu.*

Lex de suffragiis sociûm Latini nominis in legibus iubendis.

VTI. HIS. ÆQVÈ. AC. CIVIBVS. ROM. IVS. ROMÆ. SVFFRAGIJ. FERVNDI. ESSET. Hanc puto legem dissuasisse C. Fannium Consulé oratione nobili, quam multum laudat Tullius in Bruto de claris. Non dubitauit tamen Gracchus, quamuis vehementer hæc eius lex oppugnaretur ab optimatibus, inuitare socios Latinos, vt ad ius etiam ciuitatis petendum Romam confluerent: quo potentior ipse sociorum multitudine facilius promulgatas leges eius generis perferret. E quibus etiam memorant Appianus & Plutarchus has:

Lex de coloniis deducendis.

Vti. sociis. Italicis. item. ius. suffragij. in. legibus. iubendis. esset. Vtique. Capuam. atque. Tarentum. alioque. extra. Italiam. Coloniæ. sex. milia. ciuium. totidemque. milia. sociûm. Italicorum. deducerentur. Nec destitit promulgatas eius generis leges apud populum contra dissuasores defendere, vt indicat Sex. Pompeius Festus in voce Ostentum, vbi citat verba quædam ex C. Gracchi oratione de legibus à se promulgatis. Velleius autem auctor est, Gracchum legibus suis dedisse ciuitatem omnibus Italicis, eamdem pænè ad Alpes extendisse. Quapropter Senatus quàm maximè attonitus, & peregrinorum nimios ad vrbem confluxus istarum legum caussa metuens, S. C. mandauit Consulibus, vt edicerent, ne quis, nisi qui ius suffragij haberet, in vrbe, vel intra quintum ab vrbe lapidem maneret comitiorum diebus, quibus leges à Graccho promulgatæ rogarentur. Actum interea diligenter cum M. Liuio collega quodam Gracchi, cui hæc eius impotens arrogantia displicebat; atque a Senatu persuasum est, vt hisce perniciosis legibus intercederet, & alias ipse de ciuium sociorumque commodis non minus placituras ex Senatus auctoritate ferret. Vt autem seditionum pericula auerterentur, satius visum fuit, quædam præter æquum & bonum plebi indulgere, studiaque hominum à Graccho diuertere, atque ipsum suis armis oppugnare. Eius igitur audaciam atque potentiam pæne regiam eo modo frangere, seditionisque ducem istum suo iugulare gladio, prudenter Senatus decreuit. Vide quæ de his Plutarchus in Gracchorum vita, Appianus ciuilium bellorum libro primo, Velleius Paterculus historiarum libro II. & Auctor de viris illustribus, cap. LXV.

Ciuitas Romana ad Alpes vsque extensa.

Edictum Cõsulare.

Senatus decretum de plebis commodis.

M. Liuius C. f. Mamiliani. n. Drusus. Leges ex Senatus auctoritate tulit has:

Liuia lex de tergo sociûm Latini nominis.

Militarem. de. tergo. sociûm. Latini. nominis. Ne. quempiam. ex. socieis. Latini. nominis. in. exercitu. virgeis. cædere. liceat: Plutarchus in Gracchis. Item de coloniis tulit:

Liuia de coloniis.

Vti. duodecim. coloniæ. deducerentur. in. quas. singulas. tria. ciuium. Rom. milia. mitterentur. Auctores sunt Plutarchus & Appianus locis suprà citatis. De vectigalibus tulit:

De agrario vectigali.

Vti. vectigal. agris. lege. Sempronia. diuiseis. diuidundeisve. impositum. plebei. remitteretur: Plutarchus in Gracchis auctor est. Eius quoque rei videtur mentionem aliquam facere velle fragmentum antiquæ legis agrariæ, quod paullò pòst adferemus.

Agraria.

De agris diuidundis quoque tulit. Legis istius Liuiæ mentionem in tabula quadam ænea antiqua fieri, Paullus Manutius in libro de legibus Romanis scribit:

Vti. decem.viri. crearentur. qui. agros. diuiderent. Cuius quidem legis exemplum videre mihi non contigit. Extat tamen fragmentum antiquissimæ legis agrariæ inter epigrammata Romanæ vrbis ante plures annos impressa, titulo decreti cuiusdam: quod vbi sit, ignoratur. Illud autem huius esse M. Drusi, vt adserere non possum, cùm latoris nomen cum magna legis parte temporum iniuria perierit; ita propter idioma & argumenti affinitatem, ipsius ipse non possum non opinari. Etenim, si quod certi ex mendosissimè promulgato Romæ fragmento circumcirca trunco colligi potest; lex ista eodem anno, quo C. Sempronius Ti. f. Gracchus Trib. plebis suam agrariam legem tulit, lata videtur. Nam præsens tempus, annúmve labentem, quo Gracchus eam tulit, Consulum nominibus non notat, de hac verba faciens, quemadmodum rei præteritæ tempus exprimi solet: sed agrariç legis decénio prius ab eius fratre Ti. Graccho latæ mentionem faciens, illam signat P. Mucio, L. Calpurnio Coss. quibus lata fuit. Ceterùm hæc quidem lex, de qua nunc agimus, statuisse videtur, si quid ex fragmento certi colligere est, de agrorum conditionibus, quos populus Rom. tunc in colonias deducendis ciuibus, sociisque diuidere & adsignare volebat: quo iure possiderentur, qui ager locus publicus quive priuatus foret: qui rursus coloniarum municipiorúmve publicus ager locus immunis foret, & qui Romano populo, aut publicano pecuniam, scripturam, vectigalve daret: vtique, qui ager, locus, ædificium, lege rogata dandus, adsignandus ex publico in priuatum commutatus fuit, de eo siremps lex esset, quam si is ager, locus, ædificium P. Mucio, L. Calpurnio Coss. lege Sempronia datus, adsignatus esset. Statuisse similiter de iurisdictione videtur, vti de priuatis possessionum controuersiis coloniæ municipii ve, cuius territorium esset, magistratus iurisdictionem haberet, iudicia constitueret, iudices recuperatores daret: de controuersiis vero finibus publicis, aut si quid de agro loco publico ambigeretur, Consul, Prætor, quicumque erit, id est, Prçses prouinciæ de ea re iurisdictionem haberet. Hæc & eius argumenti plura ex iure Romano iussisse legem istam,

Nota indices de tabula auctore & tempore.

Liuia legis conditiones.

iſtam,veriſimile ſit ex fragmento,ſed velut à longè per nebulam;cùm multa in eo deſiderentur. Cuius exemplum ex inſtituto meo,ſtudioſe Lector, hic attexere non pigebit, in eum maxime finem,quòd ſpes haud dubia ſit, doctiores atque peritiores antiquitatis ex iſtis reliquiis eruere in lucem plura poſſe. Sunt autem hæ tales:

Apertas typographi Romani maculas ex fragmento deterſi paucas, vt DE. PA. RI. deceare PLEBLN. plebeive. SIT. ſei EXTO. eſto. IDVS. ious. & ſimilia.

CAVIT.
DICIQ.ÆVM. QVOIVM.
DE.SEIVE.QVEIS.DE.EA.RE.AD.SE.
BATQVE. QVOVE. POSSESSIO. INVITO. MOR.
M. NON. ABALIENAVERIT. EXTRA. EVM.
fortè agER. LOCVS. ÆDIFICIVM. PRIVATVM. SIET. QVOVE. MA.
ſ. extRA QVE.EVM.AGRVM.QVEM.VETVS POSSESOR.EX.LEGE.PLEBEIVe.ſc.Quod *ſ.*
PASCET. QVÆQVE.EX.EIS.MINVS ANNVM.GNATÆ.ERVNT.POSTEAQ.naſcentur.*ſ.*
ſ. non.abalieNAVIT.ABALIENAVERITVE.NEQVE.HERES.EIVS.ABALIENAVIT.ABALIENauerITve.*ſ.*
Ianuar | ERET.POSSESIONEM.DEDIT.ADSIGNAVIT.REDDIDIT.QVODQVE.EIVS.AGRI.
Kal. | Februar | VOLIS.AGER.VETERE.PROVE.VETERE.POSSESORE.DATVS.ADSIGNATVSVE.QVEIVE.
ſ. ante | Non. | Mart | IAS.QVÆ.POST.H.L.ROG.PRIMÆ.ERVNT.FACITO.VTEI.IS.QVEI.ITA.VI.EIECTVS.E.eſt.*ſ.*
Idus | Ma | PVBLICANO.PEQVN SCRIPTVRAM.VECTIGALVE DET.DAREVE.DEBEAT.NEIVE.QVEIS.
Iun | PASCETVR.POPVLO.AVT.PVBLICANO DARE.DEBEAT.AGER.LOCVS.PVBLICVS.POPVLI.Rom.*ſ.*
VM.PVBLICVM.POPVLI.ROMANEI.DE.SVA.POSSESIONE.VETVS.POSSESOR.PROVE.VETERE.POSSESORE.
AGRVM.LOCVM.QVEI.AGER.LOCVS.EX.LEGE.PLEBEIVE.SC.QVOD.C.SEMPRONI.TI.F.TR.PL.ROG EXSCE.
COLONIAM.DEDVXSIT.ITA.VT.EIS.S.EST.AGRVM.LOCVM.ÆDIFICIVM.DEDIT.REDDIDIT.ADSIGNAuit.*ſ.*
RA.SCREIPTVS.EST.QVOD.EIVS.AGREI.LOCI.POST.H.L.ROG.PVBLICVM.POPVLEI.ROMANEI.ERIT.EXT.
DEBITO.EI.QVEIQVOMQVE.ID.PVBLICVM * FAVENDVM.REDEMPTVM.CONDVCTVMVE.HABEBIT.boues.equi. * fruendum,*ſ.*
ſ. QVEIBVS.VIEIS.LEGE.PVBLICEIS.PASTVM.IMPVLSVM.ITINERIS.CAVSSA ERIT.NEI QVID.POPVLO.NEIVE.PVBlicano.*ſ.*
ſ. puBLICO.IN.PRIVATVM.COMMVTATVS.EST.DE.EO.AGRO.* SIREMPS.LEX.ESTO.QVAM.SEI.IS AGER.P MVCIO.L.Calpurnio.
PER.TERRAM ITALIAM P.MVCIO.L.CALPVRNIO.CO;.;.;MERINT.EAS.FACIVNTO.PATEANT.VACVEQ.SIENT. * Sremps, *ſimilis re ipſa: vide Feſtum.*
ſ. plebiVE.SC.EX.VET.FOEDERE.LICVIT.SED.FRAVDE.SVA FACERE.LICETO.QVOD.EX.H L.ITA.VTEI.SIET.IN.agreis.
ET.IN.EVM.IV. ICIVM IVDIC EM.RECVPERATOREM.EX.H L.DARE.OPORTERET.SEI QVIS DE.EA.RE.IVD.
E.PRO COLONIA.MVNICIPIOQVE.PROVE.MOINICIPIEIS. * FAVENTVB QVIEI.IN.TRIENTALIBVS. * fruentibus,*ſ.*
VE.OPORTEBIT.ID VTEI.QVICQVID QVOIEIQVE.ANTE.H L.R.LICVIT ITA.ET.HABERE,fruiue.liceto.*ſ.*
ſ. quiD DE.EO.AGRO.LOCO.AMBIGETVR.COS.PR.QVEIQVOMQVE.ERIT.DE EA.RE.IVRisdictionem.habeto.*ſ.*
I.CAVSSA DECERNANT.EIVS.H.L.H.R.QVOD.IVDICIVM.IVDEX.RECVPERATOR.
O.AGRO.LOCO.IOVS DEICITO.NEIVE.DECERNITO.NEIVE.IVDICIVM.
EM.FACITO.QVO.QVEIS.PRO.AGRO.MINVS.ALITERVE SCRIPTVRAM,vectigálve.det.daréve.debeat.*ſ.*
VIBVS L. QVEI CLASSIS.PRIMÆ.SIENT.XI.DATO.INDE.ALTERNOS.DVCITO.quos.ſors.dare.volet.*ſ.*
MVE.FACTVM.NON.SIET.SEI.MAIOR.PARS.EORVM RECVPERATORVM.
RIT SEDVLOM.VTEI.IS.QVEI.IVDICATVS.ERIT.DARE.OPORTEat.*ſ.*
POSSIDEBIT * FRVETVR.QVAM.EX.H L LICEBIT.EVM.AGRVM.QVEM.
SI.QVÆ.LEX.PLEBEIVE SC.EST.QVÆ.MAS.QVEM.EX.H L.
DECERNERE.OPORTEBIT.SED FRAVDE.SVA.NEI.IVRATO.NEIVE.
PL.SC.QVOD.M.BÆBIVS.TR.PL.III.VIR.COLONIÆ.DEDVCENDæ.rogauit *ſ.*
EXTRA.EVM.AGRVM.LOCVM.QVEI.AGER.LOCVS.IN.EA.centuria.*ſ.*
OPORTEBITVE.QVOD.EIVS.AGRI.LOCEI.QVOEIQVE.EMPTVM.EST.
ſ. Quæſtor.QVEI.ÆRARIVM.PROVINCIAM.OBTINEBIT.IN.TABLEIS.publiceis.*ſ.*
REM QVOD PRÆS.FACTVS EST POPVLO.OBLIGATVS.EST.
QVEI.AGER.LOCVS.IN.AFRICA.EST.QVEI.ROMÆ.PVBLICE.
TVS ERIT.QVOD.EIVS AGRI.LOCEI.EXTRA.TERRAM.ITALIAM.EST.
VE.AGRVM LOCVM.QVEIQVOMQVE.HABEBIT.POSSIDEBIT.
ER.LOCVS.IN.AFRICA.EST.QVOD.EIVS.AGRI.loci.*ſ.*
FACTVS.CREATVS.ERIT.EIICI.
PROFITEBITVR.COGNITO.
IQVE.IPSE.N.
AG.

Hæ quidem iam memoratæ M. Druſi leges alacriter à plebe Romana ſunt acceptæ, fueruntque idcircò gratiores,cùm quòd ex auctoritate Patrum ſe leges ſuas facere promulgaret,atque Senatum de ſalute commodiſque plebis ſollicitum non minus, quam Gracchus,eſſe diceret: tum etiam,quòd Druſus pauperes ciues, quos ducere in colonias decreuerat,vectigalibus aut penſionibus reipublicæ quotannis pendendis (quemadmodum agrarios ſuos Gracchus) non grauabat. Qua ratione plebem admodum Senatui reconciliauit, ſenſimque benignitas iſta Patrum ingens legum Gracchanarum peperit faſtidium. Hinc itaque M. Druſo creuit auctoritas & gratia apud plebem, maxime quòd non ſibi ſuiſque conſulere videretur, qui ſeipſum inter deducendarum coloniarum Præfectos minimè nominaret, nec pecuniam publicam tractare cuperet; cùm è contrà Gracchus rebus omnibus exequendis ſeipſum principem legibus ſuis decerneret. Ex coloniis autem ferè hoc anno deductis nominat Velleius hiſtoriarum libro primo Minerutum,

Quomodo conciliarit Senatui plebē M. Druſus.

Abſtinentia dedit auctoritatem M. Druſo.

Coloniæ deducta.

Scyllacium, Tarentum, ac Neptuniam. Iulius Frontinus in fragmento de coloniis recensset item quasdam lege Sempronia deductas, & limitibus Gracchanis agros adsignatos. Vide quæ de his scribunt Plutarchus, & Appianus Alexandrinus ciuilium bellorum libro primo. Celebris igitur hic M. Drusi Tribunatus plebis ob egregiè defensas Senatus atq; optimatum partes est habitus, pro quibus collegæ C. Graccho semper est aduersatus: adeò vt propter eximiam in Gracchos operam patronus Senatus dictus fuerit, quemadmodum ait Suetonius in Tiberij Cæsaris vita. Hinc etiam M. Tullius libro de finibus IIII. ad M. Catonem iuniorem ita loquitur: Conferam autem auum tuum Drusum " cum C. Graccho eius fere æquali. Quæ hic reipublicæ vulnera imponebat, eadem ille " sanabat. Rursus in Bruto M. Drusum hunc Gracchi potentiam contudisse significat. " M. Drusus C. f. (inquit) qui in Tribunatu C. Gracchum collegam II. Tribunum fre- " git. & ita quidem legendus hic locus, vt ipsa docet historia: non, vt habēt exemplaria vulgata (fecit) pro (fregit.) Tribunum enim C. Gracchum facere Drusus anno superiore non poterat, tum ipse candidatus, & eius competitor.

M. Drusus patronus Senatus appellatur.

Ciceronis locus.

Q. Rubrius //. f. //. n. Varro. C. Gracchi collegam hunc Rubrium Plutarchus prodit, qui legem tulit,

Vti. Carthago. ante. annos. aliquot. à. P. Scipione. Æmiliano. S. P. Q. R. iussu. excisa. deletaque. in. coloniam. ciuium. Rom. restauraretur. agerque. Pœnicus. in. Africa. ciuium. sex. milibus. viritim. diuideretur. Lex quidem perlata est, Senatu non aduersante, vti pauperum ac seditiosorum hominum onere, & vulgi fæce respublica nonnihil leuaretur. Nominatus eamdē ob caussam III. virúm coloniæ deducendæ princeps C. Gracchus, & additus illi collega M. Fuluius Flaccus; qui post Consulatum atque triumphum hoc etiam muneris sibi deposcebat, vt apud Appianum atque Plutarchum reperio: gaudente Senatu, quò per horum etiam absentiam vrbs aliquantulum à vulgi seditionibus relaxaretur. Tertium è III. viris non nominant Auctores dicti, sed fortassis hunc adijcere poterimus ex antiquo legis agrariæ fragmento iam adducto, sicut paullò pòst latiùs dicam. C. Gracchus, consenescente cum Tribunatu suo fauore plebis, in Africam cum collegis profectus est; & in Carthaginis demolitæ solo ruinisque coloniam designauit, & aduersis auspiciis eam deducens Iunoniam appellauit, quemadmodum Plutarchus & Appianus diffusè referunt. Hanc verò primam Romanorum coloniam extra Italiam deductam fuisse, testatur Velleius Paterculus historiarum primo. Paullus Orosius autem anno superiore deductam vult, Q. Cæcilio Metello & T. Quinctio Flaminino Coss. XXII. scilicet anno, posteaquam à P. Scipione Africano Æmiliano deleta fuerat.

Rubria lex, de Carthaginem colonia deducenda.

Tres viri de ducenda colonia Carthaginem.

Iunonia Carthago.

M. Bæbius * f. M. n. Tamphilus * Citatur in fragmento legis antiquæ superiùs adducto plebiscitum, quod M. Bæbius Tribunus plebis III. vir coloniæ deducendæ rogauerat: quo plebs eodem, vt apparet, tempore sciuit,

Vtei. quei. agri. loci. in. Africa. diuidundi. populus. Romanus. iure. belli. suos. publicos. fecerat. &c. quei. Romæ. venum. publicè. dati. fuerant. eos. Quæstor. quei. ærarium. prouinciam. obtinebit. in. tabulis. publicis. descriptos. teneat. queíve. agri. loci. populi. Rom. in. Africa. publici. per. Censores. prædibus. acceptis. locati. essent. suæ. conditionis. manerent. eorumque. possessores. pecuniam. scripturam. vectigálve. populo. aut. publicano. darent. Tale quid plebiscito Bæbiano cautum fuisse, magis in reipublicæ atque ærarij, quàm plebis aut agrariorum vtilitatem, ex dicto fragmento coniectare poterimus.

Lex agraria Bæbia de agris in Africa diuidundis.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
C. Lucius //. f. //. nepos.	D. Lælius //. f. //. n * Balbus *
[M. Titius M. f. Sex. nepos]	[M. Fundanius M. f. M. n. Fundulus]
[Sex. Cominius P. f. Sex. nepos]	[Q. Cædicius C. f. Q. nepos]

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.

Quæ-

Quæstores prouinciarum.

// // //. f. //. n. //. Cn. Domitij Cos. in. Gallia. Gallicus.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Sardinia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Hisp. citeriore.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Asia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Hisp. vlteriore.
//. //. //. f. //. n. // Calenus.

L. Cassius * Q. f. Q. n * Longinus. Qui Consul posteà belli Cimbrici exordio à Tigurinis victus, & in prælio occisus est. Patruum habuisse suspicamur L. Cassium, qui Trib. plebis legem tabellariam tulerat. Patris nullos reperimus magistratus.

C. Atilius * M. f. M. n * Serranus. Patre Prætorio, qui classem bello Punico tertio obtinuerat, sicut ex annorum interuallo colligere est. Ipsum peruenisse ad Consulatum, suo loco constabit.

A. Postumius * A. f. A. n * Albinus. Cuius pater Consul fuerat anno DCII. Huic, vt opinor, Tullius in Bruto laudem eleganter beneque loquendi Latinè tribuit.

* A * Postumius * C. f. Sp. n * Albinus. Flaminem appellat Tullius ibidem, ad alterius A. Albini iam memorati differentiam; numeratq; inter eius temporis disertos.

Q. Sulpicius C. f. C. n. Gallus. C. Sulpicij Galli, Consulatu, triumpho, nec non eruditione clarissimi viri filius. Quem paruulum puellum pater moriens sub tutela propinqui sui Ser. Sulpicij Galbæ oratoris reliquerat: cùm ante iamdudum maior eius filius C. Sulpicius (ni fallor) esset ipso viuo atque florente mortuus, quemadmodum constat ex Ciceronis quadam epistola Familiarium libro quarto, scripta ad Ser. Sulpicium Rufum Iuriscos. post mortem Tulliolæ. Hunc verò de quo nunc agimus, Quinctum appellat M. Antonius apud Ciceronem de Oratore libro primo, atque Ser. Galbam oratorem reprehensum dicit à P. Rutilio Rufo, quòd reus ad populum abiectus animo, & caussæ suæ diffidens, hunc Quinctum pupillum propinqui sui filium ipse pæne in humeros extulisset, qui patris charissimi recordatione & memoria fletum populo moueret. Quod anno vrbis DCIV. contigit, cùm Galba reus maiestatis, ac repetundarum accusatione graui pressus, M. Catonis maioris periculum damnationis metueret. Qui tragicis hisce gestibus ita populum mouit, vti liberatus fuerit. Quod item M. Cato in suis originibus scriptum reliquit, dicens, nisi puero & lachrymis vsus esset, pœnas eum daturum fuisse. Igitur hoc quasi tempore Q. Sulpicius adultus ad magistratus peruenire potuit. Meminit etiam de hisce Tullius in Bruto, item Valerius Max. lib. VIII. cap. I. de iudiciis Quinctilianus institutionum lib. II. cap. XVII. *Pupillus tutorem suum flendo seruauit.*

Q. Lutatius Q. f * Q. n * Catulus. Qui de Cimbris post Consulatum cum C. Mario collega triumphauit. Laudat eius eruditionem, atque naturæ non solùm, sed orationis etiam comitatem cum incorrupta quadam Latini sermonis integritate Tullius in Bruto. Hanc perspici cùm ex orationibus eius posse dicit, tum facillime ex eo libro, quem de Consulatu & de rebus gestis suis conscriptum molli & Xenophonteio genere sermonis misit ad A. Furium Antiatem poëtam familiarem suum. Citant eius epigrammata quædam Auctores, vt in Roscium puerum Cicero de natura deorum primo, sic & A. Gellius alterum de Theotimo puero in Noctibus Atticis: ex quibus profectò quamdam ingenij elegantiam facile cognoscere est. At verò Plinius Secundus, & Ouidius poëta Q. Catulum connumerant cum iis scriptoribus, qui cùm graues ipsi forent & seueri, iocosa tamen & venusta carmina scripsere. *Eruditus & eloquens Q. Catulus.* *A. Furius Antias poeta.*

Q. Fuluius * Cn. f. Cn. n * Flaccus. Cuius vxor Sulpicia Ser. Paterculi f. inter matronas pudicissima publicè fuit declarata, cùm quæreretur ex oraculo Sibullino matronarum sanctissima, quæ Veneris Verticordiæ simulachrum anno DCXXXIX consecraret. Auctores sunt Valerius Max. Ouidius, Plinius, & Solinus, vt suo loco latius ostédetur.

L. Cornelius L. f. L. n. Merula. Pater L. Merulæ Flaminis Dialis, qui bello ciuili Mariano Consul suffectus L. Cinnæ ex vrbe pulso, sibi posteà sponte venas incidit, vt suo loco. Hic autem filius videtur fuisse L. Merulæ, quem Ædilem curulem reperies in vrbis anno DXCII.

Prouinciæ prorogatæ.

Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Baliaricus. Procos. Baliares. prorogato. in. annum. imperio. obtinuit. Insulas bello peruagatus edomuit, atque colonias in iis condidit, vt auctores sunt Orosius lib. v. & Strabo libro IIII. Atqui colonias à Romanis plures in istas insulas sæpius fuisse deductas, suffragatur etiam Plinius libro historiæ naturalis tertio, cap. v. nominans in Baliarium maiore, ciuium Romanorum oppida Palmam & Pollentiam, Latini iuris Cinium & Cunici, denique fœderatum vnum, Bochri: in minore autem ciuitates Iamnonem, Saniseram, & Magonem. Ptolomæus verò duas tantum in maiore, Palmam & Pollentiam; duas item in minore, Iamnonem & Magonem recenset.

Coloniæ deducta in Baliaribus.

// // // f. // n. // Africam. // // // f. // n. // Achaiam

// // // f. // n. // Macedoniam

Pro. Prætorib. prorogato. imperio. obtinuêre.

Q. Curtius // f. // nepos. L. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus. Qui. posteà. Delmaticus. appell. est.

M. Iunius * C. f. C. n * Silanus.

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

// // // f. // n. // C. Fanni. Cos. in. Italia. Ostiensis.

Ser. Sulpicius Ser. f. Ser. n. Galba. Q. Metelli Procos. in. Baliaribus.

// // // f. // n. // // // Propr. in. Africa.

// // // f. // n. // // // Propr. in. Achaia.

// // // f. // n. // // // Propr. in. Macedonia.

// // // f. // n. // // // Pr. in. Illurico.

// // // f. // n. // // // Pr. in. Sicilia.

// // // f. // n. // * Lucerinus *

* Q * Hortensius * Q. f. Q * nepos. C. Seruilius M. f. // n. Vatia.

[C. Papirius C. f. L. n. Maso] [M. Lucretius M. f. M. n. Gallus[

[P. Sulpicius Ser. f. Q. n. Camerinus] L. Fufidius // f. // nepos.

M. Octauius Cn. f * Cn * nepos.

C. SEXTIVS. C. F. C. N. CALVIN. PROCOS. ann. DCXXXI.
DE. LIGVRIB. VOCONTIEIS. SALLVVEISQ. // // //
L. AVRELIVS. L. F. L. N. ORESTES. PRO. AN. DCXXXI.
COS. EX. SARDINIA. VI. IDVS. DEC.

Sequuntur in fragmento Capitolinis triumphis adiungendo post M. Fuluium Flaccum C. Sextius & L. Aurelius Procoss. triumphantes: de quorum rebus gestis antè retuli ea, quæ apud probatos Auctores reperire potui. Quidnam verò tam diu detinuerit L. Orestem in prouincia Sardinia, vt hoc demum anno post C. Sextium Romam reuersus triumpharit mense Decembri, nobis obscurum est in tanta veteris historiæ penuria, quæ nil quippiam hactenus de illius triumpho nobis suggerit. De C. Sextio videmur aliquid ex Eutropianis exemplaribus truncatis atque mendosis colligere, vbi duorum Consulum, C. Sextij Caluini & Cn. Domitij nomina, resque eorum contra Gallos Transalpinos diuersis temporibus gestæ in vnum miscentur & confunduntur. Denique cùm Consulem vtrumque magna gloria triumphasse dicit, non de C. Cassio Longino (quem ad annum vrbis designandum adiunxisse collegæ Sextio videtur, quique ad prouinciam istam, & ad eius historiæ farinam nihil pertinet) sed de C. Sextio ipso, atque eius successore Cn. Domitio istius anni Consule erit intelligendum. Ad veram igitur historiam ille corruptus Eutropij locus ita commodari forsan deberet: Anno DCXXIX. ab vrbe condita, " C. Cassio Longino & Sextio Caluino Coss. Sextius, & post eum Domitius successor, " Gallis Transalpinis bellum intulerunt, & Aruernorum nobilissimæ tum ciuitati, atque " eorum duci Betulto. Sextianum insuper triumphum istum comprobare videntur argen- " tei nummi cum Iouis capite laureato ab vna parte; & Sextio Procos. in quadriga triumphali, cuius capiti superuolans Victoria coronam imponit, ab altera. Nec abest titulus, C. SEXTIVS. CALVINVS. PROCOS. EX. S. C. sic circumscriptus.

Eutropij locus.

C. Sextij denarius triumphalis.

ANNI

ANNI P.R.C. DCXXXII.

Consules.

L. Opimius Q. f. Q. nepos. Q. Fabius Q. Æmiliani f. Q. n. Maxim. Qui. posteà. Allobrogic. ap. est.

CONSVLES deinde subiiciunt tabulæ Græcæ Opimium & Maximum; Cassiodorus L. Opimium, Q. Maximum; Iul. Obsequens & Marianus L. Opimium, Q. Fabium » Maximum. Meminit eorumdem Plinius libro secundo cap. XXIX. Circa solem, inquit, » arcus apparuit, L. Opimio, Q. Fabio Coss. Addit aliud huius anni prodigium Obsequens, gregem scilicet luporum, limites qui in agrorum diuisione per C. Gracchum positi erant, dissipasse. Quod Appianus, Plutarchus, & Orosius tradunt de terminis agrorum atque pomœrij nouæ Carthaginis coloniæ deducendæ: vbi stipites limitum indices, nocturno tempore lupi dentibus corrosos è terra vulserant, & longe transportarant. Quod prodigium Romano Senatui litteris nuntiatum vt fuit huius anni exordio, dubitatum aliquamdiu, vtrùm Romanæ paci expediret, Carthaginem restaurari. Ideoque ad Aruspices res relata est, & ex eorum responso decretum, Vti ageretur cum Tribunis plebis, ad populum ferrent de colonia Carthaginem non deducenda, vel in alium locum transferenda.

Prodigia. *Carthaginē non esse restaurandam, Aruspices respondent.*

Q. Fabio Coss. Gallia prouincia obuenit: & quia belli Gallici moles ingrauescebat, Cn. Domitio in eadem prouincia prorogatum imperium est. L. Opimius Cos. Italiam sortitus, in vrbe mansit. Annus idem insignis fuit copia & valore vini optimi, quod à Consulis Opimij nomine, sub quo natum erat, Opimianum appellabatur: quod celebrat Plinius libro XIIII. cap. IV. & XIII. vbi annorum vrbis notæ præuaricantur in exemplaribus, librariorum culpa. C. Gracchus superioris anni exitu reuersus ex Africa, ac fauore plebis non parum frustratus, repulsam in petitione tertij Tribunatus plebis tulit. Qui cùm videret, plures leges suas applaudente Senatu abrogandas esse, deque ea re L. Opimium Cos. referre velle: ipse vim parans, cum M. Fuluio Flacco collega in Treuiratu agrario, & seditionis altero capite, concionis disturbandæ caussa venit armata manu in Capitolium. Vbi cùm quidam Consulis minister in turba à Gracchanis occideretur, orto tumultu Gracchani diffugiunt, eoque die de legibus nil actum ampliùs. Interim Consul Opimius nocte Capitolium præsidio firmat, ac medio foro Castorum ædem, in omnem occasionem intentus: indictoque prima luce per viatorem Senatu, de cæde facta, statuque rerum vrbano refert. Senatus grauiter ob instantia pericula motus, iubet Consulem videre, ne quid respublica detrimenti capiat. Eoque Senatus consulto rerum expeditio, & quasi Dictatoria quædam potestas Consuli permittebatur; vt ageret pro arbitrio, quod ei è republica videretur: quale S.C. in extremo dumtaxat periculorum metu fieri solet. L. Opimius igitur cum Senatu atque equitibus armatis in forum descendit, Gracchus & Flaccus cum suis item armatis Auentinum occupant. Citati mox per Consulem seditionis principes ad caussam dicendam, cùm non parérent, & pacis conditionis per legatum Q. Flaccum iuniorem M. Iunij filium frustra tentarent, à Consule atque optimatibus armata manu Auentino pulsi, in fuga trucidati sunt. Gracchus vltra pontem sublicium cum paucis fugiens trans Tiberim, in luco Furinæ Philocrati seruo suo iugulum præbuit, vt quidam scribunt: alij à persecutoribus ibidem cum seruo defensore cæsum volunt. M. Fuluius cum maiore filio è latebris balnei cuiusdam extractus, collum præbuit. Duorum ducum seditionis capita ad Consulem relata sunt, atque, vti proclamatum fuerat, auro compensata sunt. Multis captiuis in carcere gula fracta est. Legato Q. Flacco M. f. qui redire prohibitus, attamen patris iussu denuo rediens, à Consule retentus in custodiamque datus erat, liberum mortis genus permissum fuit. Cæsi in eo furore ciuium circiter tria milia ducenti quinquaginta: corpora omnium in Tiberim tracta, & bona publicata sunt. M. Fuluij Flacci domus insuper diruta, atque in aream redacta est, quæ Flacciana deinde vocabatur. Opimius Consul quæstionem de reliquiis Gracchanæ seditionis à Senatu decretam, acerbissime exercuit. Rem omnium diffusiùs intelliges Lector, a Plutarcho, Appiano, Pædiano, Velleio, L. Floro, Orosio, & Auctore de viris illustribus, ante citatis locis. Meminere varijs locis M. Cicero, Valerius Maximus, Sallustius, aliique veteres scriptores. Et hæc prima discordiarum per Gracchos fratres in vrbe sparsa semina, hic fons ciuilis sanguinis; qui totam mox Italiam, atque demum

Prouincia Consulares. *Vinum Opimianum.* *C. Gracchus in tertij Tribunatus petitione repellitur.* *Vim parat armis.* *Tumultus in Capitolio primus.* *S.C. Consuli Opimio mādatur, Videret, ne quid resp. detrimēti caperet.* *Tumultus alter.* *Capita ducū auro compensata.* *Cæsorum ciuium numerus.* *Area Flacciana.* *Ciuiliū bellorum prima semina.*

mum omnes Imperij Romani prouincias inundauit. Consul deinde ex S. C. lustrata à cædibus vrbe, quam vouerat ædem Concordiæ sacram in foro posuit. Torsit non parum hæc plebem, atque plures alios, qui per ciuium cædes posse concordiam rectè fundari in ciuitate non putabant. Itaque non dubitarunt quidam sub ipsius ædis nouæ titulo versum dicaculum nocte talem scribere:

Ædes Concordiæ ex voto Consulis.

VECORDIAE. OPVS. AEDEM. FACIT. CONCORDIAE.

Vide quæ de his Plutarchus & Appianus scribunt.

Magna Gallorum clades ad Isaram.

Q. Fabius Cos in Gallia cum Betulto rege Aruernorum, qui ingentem denuò post cladem à Domitio Procos. acceptam conflauerat exercitum, ad Isaram flumen congressus, centum viginti Allobrogum, Ruthenorum, Aruernorumque milia in prælio occidit, & bellum confecit Allobrogibus in deditionem acceptis. Betultus rex post amissas copias ad satisfaciendum Senatui Romam profectus, Albæ in custodiam datus est; quia contra pacem videbatur, vt in Galliam remitteretur. Decretum quoque est, vt Congentiacus eius filius comprehensus Romam mitteretur, vt habet Liuius in Epitoma libri LXI. Paullus Orosius prælium atque victoriam expressiùs depingit lib. V. cap. XIV. refertque Q. Fabium adeò cum paruo exercitu occurrisse Gallis, vti paucitatem Romanorum vix ad escam canibus, quos in agmine habebat, sufficere posse Betultus rex iactitaret. Qui ponte ex lintribus facto Rhodanum transiit, Romanum inuasurus. Conserta pugna, & diu grauiter agitata, victi Galli conuersique in fugam, dum quisque sibi timet, coaceruatis inconsulte agminibus, & præpropero transitu pontem onerantes, vincula ruperunt, & mox cum ipsis lintribus mersi sunt. Centum octoginta milia in exercitu Betulti fuisse traduntur, ex quibus centum quinquaginta milia vel cæsa, vel mersa sunt. Sic quidem Orosius. Notabile est etiam quod Plinius addit, ita victoriam recensens lib. VII. cap. L. Q. Fabius Maximus Consul apud flumen Isaram prælio commisso aduersus Allobrogum Aruernorumque gentes, VI. Idus Aug. CXXX. milibus perduellium cæsis, febri quartana liberatus est in acie. Appianus in historia Celtica grauatum recenti vulnere Fabium Consulem hæc perpetrasse scribit, & lectica partim circum ordines latum, partim manu ductum aciem instruxisse, & suos ad prælium animasse, donec centum & viginti hostium milia occidisset: nec tamen in tanto prælio plures quàm quindecim è suis amisisse tradit idem Appianus; in cuius exemplaribus editis hic Cos. Fabius Maximus Æmilianus appellatur mendose, librariorum, ni fallor, errore supino: qui Α'ι-μιλιανὸς υἱὸς breuiùs, vti solet per notas scriptum, in Α'ιμιλιαῖος mutarunt. Idem erroris casus in Strabone notatur, vbi etiam hic Cos. Fabius Æmilianus, non Æmiliani filius vocatus, & patri huius Allobrogica victoria ista, contra historiam omnem adscribitur, simili librariorum lapsu. Sed fœdior est macula in Plinij libro XXXIII. cap. XI. vbi pater Æmilianus in locum filij successit, & Allobrogicus vocatur, & P. Scipionis Africani Æmiliani frater. Scribit enim, Africanum sequẽtem, id est, minorem Æmilianum libras argenti XXXII. heredi reliquisse: additque deinde, quòd frater eius Allobrogicus primus omnium mille pondo habuit. Quo sanè loco non (frater eius) sed (fratris filius) legendum esse videtur. Fuit enim hic Allobrogicus Fabius P. Scipionis Africani Æmiliani nepos ex fratre germano Q. Fabio Æmiliano natus: vt patet ex antiquis Fastorum marmoribus, quæ magnas ex Auctoribus & historia Romana tenebras eximere possunt, si diligenter cum hisce comparentur. Sed ad Strabonem redeamus, qui auget admodum hanc Fabij victoriam Allobrogicam Geographiæ libro quarto, transitum Aëriæ ad Durionem nemorosas habere angustias scribens, eoque in loco Isaram & Rhodanum ad Cemmenum montem confluere: vbi (inquit) Q. Fabius Maximus *Æmilianus triginta vix militum milibus ducenta Gallorum milia ad internecionem prostrata dedit; & de marmore ibidem trophæum & ædes sacras, Marti vnam, Herculique alteram exstruxit. Ex his apparet, Strabonem de toto Betulti regis exercitu loqui, quem Orosius centum octoginta milia in armis habuisse refert; & in Plinij libro VII. loco superiùs adducto numeri vitium esse, sicut in Orosio, vbi cæsos exprimunt.

Betultus rex captus.

Contemnere hostē armatum, temerarij principis est.

Q. Fabij Cos. magnus animus.

Febri liberatus in prælio.

Victoris Cos. nomen vitiatum in Appiano.

Item in Strabone.

In Plinio mēdum turpius.

**Lege Aemiliani filius.*

Prætores.

// // //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Vrbanam. &. Peregrinam. iurisdictiones.

// //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. ///. f. //. n. //.

Quæstiones. rerum. capitalium. sortiti obtinuêre.

C.Lici-

C. Licinius P. f. //. n. Geta — Sex. Pompeius Cn. f. //. n. Strabo.
L. Furius * L. f. P. n * Philus. — [L. Rutilius L. f. //. n. Flaccus.]
[L. Marcius L. f. C. n. Censorinus.] — [Q. Fuluius Cn. f. Q. n. Gillo.]

Prætores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. Africam — //. //. //. f. //. n. //. Achaiam
//. //. //. f. //. n. //. Macedoniam — //. //. //. f. //. n. //. Sardiniam
//. //. //. f. //. n. //. Hisp. citeriorem

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

Q. Mucius. Q. f. Q. n. Scæuula. Augur. Asiam. sortitus. obtinuit. quantum ex Cicerone possumus colligere. Demonstrat enim hunc Q. Mucium Scæuulam cùm Prætor in prouinciam iret, Athenis, ac deinde Rhodi fuisse. Cumque Rhodos sit Lyciæ, atque inter Asiaticas insulas tertia numeretur à Plinio & aliis; verisimile est, Asiam, non Achaiam Prætoris Mucij fuisse prouinciam. Non enim alioquin necesse Prætori fuisset Rhodon venire; nec licitum (vt opinor) erat magistratibus, extra prouinciam latiùs euagari. Athenis quidem fuisse demonstrat Cicero de finibus libro primo, referens ex C. Lucilio poëta, quemadmodum T. Albucius eques Rom. homo vanus ac leuis manens Athenis, & inter Græculos habitu, moribus, & lingua Græcus videri potiùs quàm Romanus cupiens, à Scæuula Prætore illac iter faciente salutatus Græcè contra morem maiorum falsa quadam venustate fuerit; atque etiam à lictoribus, omnique comitatu & cohorte, Prætoris sui ciuilitatem facetam imitante: quia tum Albucius forte vestitu Græco, non Romano comparebat. Verba Ciceronis ad rem facientia sunt hæc fere: » Res verò bonas verbis electis grauiter ornateque dictatas quis non legat? nisi, qui se plane Græ- » cum dici velit: vt à Scæuula est *Prætore salutatus Athenis Albucius. Atque ita quidem legendum esse, non, vt habent vulgò nunc exemplaria (Prætor salutatus;) fit manifestum ex ipsis Lucilianis versibus ibidem à Cicerone recitatis; in quibus multa cum venustate & omni sale, Ciceronis iudicio, Scæuulam ita loquentem Lucius induxit:

Rhodus inter Asiaticas insulas tertia.

Turpis Romano peregrinus habitus atque vestitus.

** Prætor in vulgatis.*

Græcũ te, Albuci, quàm Romanũ, atq; Sabinũ
Municipem Ponti, Tritanni, Centurionum,*
Præclarorũ hominũ, ac primorũ, signiferũq;
Maluisti dici. Græcè ergo Prætor Athenis,
Id quod maluisti, te, quum ad me accedi' saluto:
Χαῖρε, inquam, Tite: lictores, turma omni', cohórsque,
Χαῖρε Tite. hinc Muci iã Albucius est inimicus.

** Ponti Tritanni, vetus & obsoletum nomen municipij quondã in agro Sabino fortè.*

Et hi quidem Lucilij poëtæ versus sunt nobis residui apud Tullium loco iam citato: quos ex vetustis exemplaribus qua potui cum cura correctos studiosorum in gratiam hîc attexere non piguit, cùm huic argumento nostro lucis aliquid adferant. Quod ad T. Albucium attinet, ex temporum ratione colligimus, ipsum, hoc Q. Scæuula Prætore, necdum Quæsturam administrasse: cuius magistratus ordine suo deinceps adferemus. Ad Scæuulam nunc redeamus: qui testatur ipse, quòd Prætor Rhodi fuerit, vbi apud eumdem Ciceronem de oratore libro primo disserens in Tusculano L. Crassi, cuius socer » fuerat, inter alia sic ait: Hæc, cùm ego Prætor Rhodum venissem, & cum summo illo » doctore istius disciplinæ Apollonio ea, quæ à Panætio acceperam, contulissem: irrisit ille » quidem, vt solebat, philosophiam, atque contempsit. Aliud de huius P. Mucij Auguris » prouincia Prætoria non reperio, quàm quòd Asiam magna cum sua laude, prouincialiumque gratia iustissimè rexerit: adeò vt in eius & alterius Q. Mucij Prætoris, qui sequetur, honorem Asiani diem annuum festum MVCIA nominarent, vt auctor est Pædianus in diuinationem Ciceronis. Meminit diei festi istius item Cicero Verrinarum tertia de iurisdictione Siciliensi.

Asiam pacatè iusteq; rexit Q. Mucius Prætor. Mucia Asianorum.

C. Scribonius * C. f. C. n * Curio. — [P. Rutilius P. f. //. n. Caluus]
L. Cæcilius Q. f. Q. n Metellus Diadematus.
[M. Vrbinius M. f. //. nepos] — [Q. Cotius Q. f. //. nepos]

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

Cn. Papirius C. f. //. n. Carbo. — M. Iunius L. f * M. n * Silanus.
Carbonem atque Silanum collegas in Ædilitate fuisse, & annonam frumentariam Romæ

Carbonis et Silani Ædilium denarij elegantes.

Nomius Apollo. mæ largiter ex S. C. procuraſſe,nummi argentei plures inſinuant. In quibus Nomij dei, vt mihi videtur,caput extat cum nota nominis N. Eſt autem cincinnis prolixis decenter comatum,facie iuuenili,pulchra,imberbi,Apollinis in modum;qui Nomius item à Græcis eſt appellatus,non propter Admeticam fabulam,quòd boum paſtor fuerit; ſed quia ſol omne viuens e terra natum calore ſuo ſuſtentat,alit,ac nutrit,vt Macrobius & Phurnutus teſtantur. Quam gloriam & Ædiles iſti captaſſe videntur,qui in altera nummorum parte viſuntur togati ſedentes in ſellis ſuis inter modios duos ſpicis plenos & exuberantes, tanquam ciuitatis paſtores,qui populum & ipſi copioſe paſcerent. Adſcripta ſunt eorum hæc nomina, EX. S. C. CN. CARBO. C. F. M. SILAN. L. F.

L. Mummius * L. f. L. n * Achaicus. C. Memmius * T. f. T * nepos.

Tribuni plebis.

M. Minucius Q. f * M. n * Rufus. Ex S. C. leges C. Gracchi nonnullas abrogandas, legemque de Carthagine non reſtauranda, deque colonia in alium inde locum transferenda promulgauit. *Lex Minucia de nõ reſtauranda colonia, & abrogandis Gracchi legibus.* Diſſuaſere legem hanc magnis contentionibus M. Fuluius Flaccus Conſularis, & C. Gracchus Tribunicius. Et huius oratione tunc dicta citat quędam verba Pompeius Feſtus: Oſi ſunt, inquit, ab odio declinaſſe antiquos: teſtis eſt » C. Gracchus in ea,quæ eſt de lege Minucia,cum ait, Mirum,ſi quid iis iniuriæ fit; ſemper eos oſi ſunt. » De Senatu atque optimatibus loqui videtur, quos odiſſe atque oppreſſiſſe ſemper pauperes ciues vbique clamitabant. » Ceterùm tanto cum furore Fuluius & Gracchus in hoc inuecti ſunt, Appiano teſte, vti Senatum de luporum prodigio Carthagine ſcripto mentiri palam dicerent,ideoque conuocatam ſuffragiorum cauſſa multitudinem armatis coniuratorum incurſibus,atque miniſtri præconis cæde ſic diſturbarunt, vti nil eo die perferri de legibus,Opimio Conſule licet ſatagente,potuerit. Sed vide quæ de his Appianus & Plutarchus, item Oroſius lib. v. cap. XII. L. Florus lib. III. cap. XV. Auctor de viris illuſtrib. cap. LXV. à quibus Minucius Trib. plebis nominatur.

L. Calpurnius * L. f. C. n. Piſo * Beſtia. P. Popillium Lænatem Conſularem lege C. Gracchi, vt dictum eſt, ante biennium ciuitate pulſum rogatione ſua reſtituit, vt teſtatur Tullius in Bruto. *Calpurnia rogatio de P. Popillio reſtituendo.* Meminit ſparſim in orationibus,vti poſt reditum,tam ad Quirites quàm in Senatu;dicens pro Popillio nobiliſſimo homine filios adoleſcentes, multoſq; præterea cognatos atque affines populum Romanum deprecatos eſſe: ipſum non referente Conſule Opimio,non auctoritate Senatus,ſed Tribunicia tantùm rogatione reſtitutum fuiſſe. In oratione verò pro domo ſua Popillio calamitatem gloriæ ac laudi fuiſſe contendit:quia ab improbis expulſus,& à bonis reſtitutus eſſet.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //

M. Porcius M. f. M. n. Cato. Sallonianus. T. Didius T. f. Sex. nepos.

Turbulentus Gracchanæ factionis Tribunus. C. Licinius * A. f. A. n * Nerua. Huius autem Tribunatus plebis confertur quidem tempore, vt apparet, L. Calpurnij Beſtiæ Tribunatui in Bruto Ciceronis; ſed in rebus geſtis minimè, quem ſanè vituperat. Cùm enim L. Beſtiæ Tribunatum laudaſſet propter reſtitutũ P. Popillium à Graccho expulſum,de hoc C. Nerua ſic ſubijcit: Huius » diſſimilis in Tribunatu,reliquaque omni vita ciuis improbus C. Licinius Nerua non in- » diſertus fuit. » Quid autem in Tribunatu geſſerit, non liquet: Gracchanæ tamen factionis turbulentum Tribunum plebis fuiſſe,ſatis apparet.

[L. Valerius L. f. L. n. Tappus] [T. Mænius T. f. T. nepos]
[M. Furius M. f. M. n. Craſſipes] [P. Lætorius C. f. C. n. Mergus]
[Sex. Papirius Q. f. Q. n. Turdus]

Quæſtores vrbani.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Quæſtores prouinciarum.

// // // f. // n. // Q. Fabi. Cos. in. Gallia.

// //

,'. //. ,//. f. //. n. //. //. //. Pr. in Macedonia.
,'. //. /. f. //. n. //. /. //. Pr. in Africa.
,'. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Achaia.

P. Rutilius * Sp. f. Sp. n * Rufus. Q. Mucij. Pr. in. Asia. Vir summæ virtutis, quem M. Tullius appellat exemplum innocentiæ; eoque neminem neque integriorem, neq; sanctiorem in ciuitate fuisse dicit. Qui in iuris disciplina P. Scæuulæ & M'. Manlij Iurisconss. & in Stoicis Panætij auditor fuerat. Philosophus igitur & iurisconsultus, item orator & historicus perfectus euaserat. Historiam sui temporis insignem edidisse constat, quam Velleius Paterculus & Plutarchus admodum probant: quibus & Appianus in Iberica suffragatur, dicens, P. Rutilium Rufum P. Scipionis Æmiliani Tribunum militum ad Numantiam fuisse, atque eius belli historiam postea litteris mandasse. Huius viri laudes passim prædicat M. Cicero, neque tacent Velleius, Valerius Max. Pædianus, Liuius, aliique. Verum mire confundunt huius res gestas nonnulli anistoretia quadam sua cum actis P. Rupilij prorsus alterius gentis atq; nominis, aliorumque Rutiliorum eiusdem temporis. Hic autem noster bis repulsam passus est ante Consulatum, bis reus factus est, semel absolutus; tandem damnatus per iniuriam equestris ordinis qui tum iudicabat, inuidia; quia Quæstor hoc anno cum Q. Mucio Scæuula Prætore consensisset, ne publicani (qui eius ordinis erant præcipui) quid iniquum agerent in Asia prouincia sua, vt est apud Asconium Pædianum in diuinationem Ciceronis, & quod postea legatus alterius Q. Scæuulæ Prætoris in eadem prouincia hoc ipsum denuò constantissime procurasset. Quæ vna caussa fuit, vt P. Rutilius publicanorum factiosa pressus inuidia, sponte sua denique in exilium abiret, quemadmodum postea declarabo. *Laudes P. Rutilij.* *Eius historia.* *Error quorundam ex similitudine nominum.*

;'. //. //. f. //. n. //. * Lucerinus *

Q. Marcius * Q. f. Q. n * Philippus. Hic, vt ex annorum interuallo conijcere possumus, fuit Q. Philippi bis Consulis atq; Censoris nepos; & L. Philippi anno DCLXII. Consulis pater. Fuisse verò Prætorem vrbanum, ostendam ex A. Gellio. Et fortasse is idem videri poterit, quem postea damnatum iuisse in exilium Nuceriam testatur in Balbiana Cicero.

Q. Fabius Q. Seruiliani f. Q. n. Maximus. Stirpis atque familiæ discernendæ caussa sic scripsere veteres in Fastis actisque publicis hæc similiaque coæuorum hominum nomina, quæ prænominibus vel cognominibus distingui non poterant. Hic igitur ad differentiam alterius Q. Fabij Maximi, qui Allobrogicus postea dictus est, & Q. Fabij Æmiliani filius fuit, signari Q. Seruiliani filius debuit. Nam fuit vnicus ille Q. Fabij Seruiliani Consularis atque Censorij filius patri impudicitiæ suspectus, vt auctor est Valerius
» Max. libro. VI. cap. I. vbi de eodem hæc legimus: Q. Fabius Max. Seruilianus hono-
» ribus, quos splendidissime gessit, Censuræ grauitate consummatis, exegit à filio vnico
» pœnas dubiæ castitatis. Is eas pependit, voluntario secessu conspectum patris vitando.
Post Censuram igitur patri Seruiliano contigit illud incommodi. Cui tamen proximorum amicorumque intercessione filium vnicum non diu posteà reconciliatum fuisse, fit verisimile: cum maximè verecundus & obediens adolescens spontaneo secessu patris iram vitare, seseque multare voluerit.

C. Flauius T. f. //. n. Fimbria. Qui temporibus hisce habitus est sanè luculentus patronus, vt Tullius in Bruto iudicat; asper & maledicus, genere toto dicendi paullò seruidior atque commotior: diligentia tamen & virtute animi, atque vita bonus auctor in Senatu. Idem* tolerabilis patronus* nec rudis in iure ciuili, & cum virtute, tum etiam ipso orationis genere liber: cuius orationes, inquit, pueri legebamus, quas iam reperire vix possumus. Senex & iamdudum Consularis occisus fuit Cinnano tumultu in domo sua Romæ, cùm Marius exul à Cinna reuocatus vrbem occupasset. Meminit L. Florus lib. III. cap. XXI. Denarij quidem extant argentei C. Flauij huius in Quæstura, vt apparet, cusi ad stipendia exercitus alicuius; in quibus Titi filius appellatur. Habent autem in vna parte Castorum, more Romano sine pileolis ouatis, laureata capita; in altera legionis aquilam mediam inter duo cohortium signa militaria. Adscriptum est ita nomen eius, C. FLAVIVS. T. F. FIMBRIA. **Glossula videtur à margine introducta.*

L. Papirius C. f. L. n. Maso] Stirpe Prætoria, cuius auum Prætorem vrbanum recensuimus anno DLXXVII. ex Liuij XLI.

[C. Terentius C. f. A. n. Varro] Cuius patrem Quæstorem anno DXCIX. à Lusitanis occisum retulimus ex Appiani Alexandrini historia Iberica.

P. Iuuen-

[P. Iuuentius P. f * L. n. Thalna *] Pater Prætor fuerat anno DCIV. vt suo loco diximus.

M. Pinarius M. f. M. n. Posca] Nobilissimæ & antiquissimæ gentis, familia prisca & Prætoria: cuius auum Prætorem anno DCLXXII. & Sardiniam obtinuisse biennio, retulimus ex Liuij libro XL.

Prouinciæ prorogatæ.

Victoria Domitij de Betulto rege.

Betultus à Domitio euocatus & fraudulenter captus.

Cn. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus. Procos. Galliam. prorogato. imperio. obtinuit. Ad oppidum Vindalium, vbi Sulga Rhodano miscetur, cum Allobrogibus, Aruernorumque rege Betulto congressus grauissimo conflixit prælio, victoriamque obtinuit propter elephantos: quorum insolita species hostium equos conterruit, ordinesque turbauit. Viginti milia Allobrogum ibidem cæsa referuntur, & tria milia capta. Et hæc antequam Q. Fabius Cos. in prouinciam veniret, contigerunt. Betultum regem verò posteà multo maiore prælio victum, cladeque afflictum à Q. Fabio Cos. Domitius per colloquij simulationem (vt auctor est Valerius Max. lib. IX. cap. VI.) euocatum vinxit, & nauigio Romam deportandum curauit. Carpit igitur non immeritò Domitij perfidiam, gloriæque nimiam cupiditatem sic Valerius: Cn. autem Domitium summi generis & maximi animi virum nimiæ gloriæ cupiditas perfidum existere coëgit. Iratus namque Betulto regi Aruernorum, quòd cum suam, tum etiam Allobrogum gentem, se etiam tum in prouincia morante, ad Q. Fabij successoris sui dexteram confugere hortatus esset, per colloquij simulationem accersitum, hospitioque exceptum vinxit, ac Romam naue deportandum curauit. Cuius factum Senatus neque probare potuit, neque rescindere voluit, ne remissus in patriam Betultus bellum renouaret. Igitur eum Albam custodiæ caussa relegauit. Eutropius autem Betultum Domitio se dedidisse, atque ab eo Romam deductum scribit. Liuius Betultum post cladem à Fabio acceptam vltrò ad satisfaciendum Senatui Romam profectum dicit, atque Albam inde in custodiam missum, vt suprà retulimus. Sed hæc Annalium est diuersitas. Vide Orosium libro V. cap. XIII. Strabonem libro IV. Liuium LXI. Velleium, & Eutropium. Meminere Suetonius, L. Florus, & alij.

// // // f. // n. // Siciliam. // // // f. // n. // Illuricum

// // // f. // n. // Hispaniam vlteriorem

Pro. Prætoribus. prorogato. imperio. obtinuêre.

[L. Tullius A. f. // n. Decula] Q. Ælius Q. f. P. n. Tubero.

Q. Marcius Q. f. Q. n. Rex.

Pro. Quæstoribus. f. fuêre.

// // // f. // n. // L. Opimi. Cos. in Italia. Ostiensis.

// // // f. // n. // Cn. Domitij Procos. in Gallia.

// // // f. // n. // // // Propr. in. Sicilia.

// // // f. // n. // // // Propr. in. Illurico.

// // // f. // n. // // // Propr. in. Hisp. vlteriore.

// // // f. // n. // // // Pr. in. Sardinia.

// // // f. // n. // // // Pr. in. Hisp. citeriore.

// // // f. // n. // Calenus.

* Q * Hortensius * Q. f. Q * nepos. A. Postumius * A. f. A. n *

L. Fufidius // f. // nepos. P. Sulpicius Ser. f. Q. n. Camerinus]

Q. Fuluius * Cn. f. Cn. n * Flaccus. A. Postumius * C. f. Sp. n * Albinus

Q. Sulpicius C. f. C. n. Gallus L. Cornelius L. f. L. n. Merula.

Q. CAECILIVS. Q. F. Q. N. METELLVS. A. DCXXXij.

BALIARIC. PRO. COS. DE. BALIARIB. PR. // //.

Post L. Aurelium Orestem sequitur in fragmento triumphorum Capitolinorum paullò antè à me repræsentato Q. Cæcilius Metellus, qui ex victoria Baliarici cognomen adeptus est, L. Floro, & aliis auctoribus marmori huic antiquo consentientibus. Triumphasse quidem hoc anno Metellum, ex Orosio colligere est: qui libro V. cap. XIII. post C. Grac-

„ C. Gracchi seditionem atque cædem enarratam, Iisdem, inquit, temporibus Metellus „ Baleares insulas bello peruagatus edomuit; & piraticam infestationem, quæ ab iisdem „ tunc exercebatur, plurima incolarum cæde compressit. Hic è quatuor Q. Metelli Macedonici filiis, quorum humeris elatus ad sepulturam, quibusque felix æstimatus à populo fuit, natu vt dixi maximus fuit: quem pater adhuc superstes Consulem, triumphantem, atque Censorem viderat; vt referunt Cicero de finibus lib. v. Valerius Max. lib. VII. cap. I. Plinius lib. VII. cap. XLIV. Velleius, & Auctor de viris illustribus cap. LXI. » his verbis de Q. Macedonico: Hic quatuor filiorum pater, supremo tempore humeris » eorum ad sepulchrum latus est: ex quibus tres Consules, vnum triumphantem vidit. Q. Metellus autē victoriæ istius suæ decus trophæis illustrare non dubitauit, quemadmodum testantur argentei antiqui denarij quinariique, in quibus Iouis Victoris caput videtur laurea coronatum cum notis X. vel Q. & arbor in alia parte, ex qua dependent hostium spolia; iuxta quam stat Victoria palmam ferens, quæ coronam huic trophæo imponit: hæc enim sola trophæum perficit & adornat. Adscriptus est Metelli victoris titulus talis, Q. METEL. BALEARIC. Vidi etiam inter multos mei Mæcenatis Antonij Perrenoti Ill. Cardinalis Granuellani nummos antiquos vnum, qui Triumphi dei laureati faciem in vno latere præferebat; in altero trophæum nauale non valde sumptuosum, tamquam ex hoste vili, & paupere regno partum & erectum. Malus est myoparonis piraticæ nauis in medio rectus, in cuius carchesio summo velum expansum sine vinculis volitat hinc inde, ventisque iactatur. Antenna malo transuersim affixa est, ex cuius cornibus extremis sub velo dependent à dextris nauis gubernaculum, à sinistris anchora. In imo ad mali pternam, vt vocant, iacent trochlea, puppisque ornamentum coronis, atque tota nauis prora. Stant vtrimque manibus à tergo vinctis archipiratæ captiui duo, pileolis nautarum more in altum acuminatis capita tecti: quorum vnus à dextris seminudus in tunica curta videtur, quam sisurnam appellat Lycophron in Cassandra, ex depili pelle vel corio factam. Alter totus nudus, vt Gymnesiarum hos incolas esse, ex habitu noscere possis; ideoque funda bifunis in eius extat capite. Tribus quidem Baleares præliari solere fundis, Strabo, Diodorus Siculus, & L. Florus auctores sunt: quarum vnam gestabant in capite, alteram circum lumbos ac ventrem, tertiam in dextera. Titulus autem in iam descripto numismate, quamuis non exprimat Q. Metelli nomen, opinor tamen cusum eius auspiciis fuisse in vsum triumphi à Ser. Galba Proquæstore illius: hoc enim indicant notæ, quæ in eo legebantur tales, SER. GALBA. PR. Q. Similes adfert denarios Hubertus Goltzius in suis Fastis Consularibus cum notis hisce, SER. SVLP. GALBA. in quibus etiam extat eiusmodi trophæum nauale. Et quamuis in his Galbæ non addatur titulus, PRO. QVÆST. non aliò tamen horum numismatum argumenta respicere mihi videntur, quam ad Baliaricam istam victoriam. Nam in belli posterioris piratici Cilicensis historia, quod Cn. Pompeius Magnus tandem confecit, inter plures belli illius duces Ser. Sulpicij Galbæ nullius mentionem reperio.

Filiorum Macedonici natu maximus. — *Denarij triumphales C. Balearici.* — *Rarus cum trophæo nauali denarius.* — *Pterna mali.* — *Coronis.* — *Sisurna.* — *Funda bifunis.* — *Ser. Sulpicius Galba Balearici Quæstor.*

Baliares insulæ duæ sunt, eiusdem appellationis, in mari Sardoo (sicut Eratosthenes hoc appellat, quod inter Hispaniam ac Mauritaniam, ab ostio Oceani, & Sardiniam patet) positæ, Maior & Minor differentiæ caussa nuncupatæ: vnde nunc vulgò Maiorica & Minorica vocantur. Græcis olim Gymnesiæ, quòd maiorem anni partem incolæ nudi soleant exigere sine vestibus ac sine calceis: brumæ verò frigus immodicum tunica, vt dixi, sisyrna induti pellentes. Strabo vocat χιτῶνας πλατυσήμους, tunicas scilicet late prætextas melancranide iunco; quod probat versibus ex Hermeneia Philetæ citatis. Hos igitur primùm inuenisse latum clauum vestem, multa fuit opinio, vt Strabo testatur. Ex eodem iunco, non secùs atque ex crinibus vel neruis, fundarum quoque funes contexere solent; quam etiam horum inuentum esse volunt. Peritissimè namque fundis iaculabantur à puero sic docti: mater etiam filio esurienti panem dare numquam solet, nisi quem ipse baculo erecto infixum, prius fundæ calculo deiecisset. Hinc Baleares Græca voce vocati fuère ἀπὸ τοῦ βάλλειν, à fundæ videlicet iactu: verùm alij nomen à Balleo comite quodam Herculis trahere volunt, ibidem relicto, cùm Hercules ad Geryonem oppugnandum nauigaret. Lucophronis autem commentator Isaacus Tzetzes ex Timæo scribit Baleares istas insulas primum Chœradas appellatas, propter scopulorum sub aquis circumcircà latentium difficultates: Gymnesias deinde vocatas, cùm in eas eiecti naufragio Bœotiorum quidam nudi peruenissent: & tandem Baliares dictas, ex Philetæ Naxicorum tertio & Dione Cocceiano tradit. Admodum igitur festiue Lucophron dictarum insularum populos, sisyrnatos cancros nudipedem trahere vitam cecinit. Plura si de his accuratiùs cognoscere, Lector studiose, cupis; vide iam citatos à me Auctores; item Plinium libro III. cap. V. Zonaram libro Annalium secundo, L. Flo-

Baliarium situs. — *Gymnesiæ cur dictæ Græcis.* — *Tunica iunco prætexta lati claui origo.* — *Fundarum funes ex iunco melancranide.* — *Cur dicti Baliares populi.* — *Balleus Herculis comes.* — *Chœrades insulæ primùm dictæ.* — *Baliares cancri sisyrnati nudipedes à Lucophrone dicti.*

rum lib. III. cap. VIII. Eustathium commentatorem Dionysij Alexandrini de situ orbis, Stephanum Buzantium de vrbibus, & Diodorum Siculum libro Antiquitatum sexto.

ANNI P. R. C. DCXXXIII.

Consules.

P. Manilius * M'. f. P * nepos. C. Papirius C. f. //. n. Carbo.

AD hunc annum Consules adferunt tabulæ Græcæ Siculæ Manilium & Carbonem; Cassiodorus P. Manlium & Carbonem. P. Manlium quidem nescio num correctè proferant Cassiodori codices: Manliorum etenim paucissimi per hæc tempora peruenerunt ad Consulatum. Quapropter Manilium suggerere volui ex tabulis Græcis, vt sit M'. Manilij filius, qui Cos. anno DCIV. fuit Punici tertij belli exordio. Collegæ ipsius C. Papirij Tribunatum plebis aliosque magistratus anteà recensuimus; is falsum Balbi cognomen habet in Mariano Scoto.

Prouinciæ Consulares obscuræ. De Consulum prouinciis nihil certi reliquum nobis est, quod hîc adferam; nisi me suspicari posse, Galliam Inalpinam, licet ex parte subactam Q. Fabij Max. Allobrogici victoria, Consularem permansisse tamen, gliscente semper latius belli illius incendio contra vicinos barbaros; qui, vt Romana necdum senserant arma seria, sic imperium ipsis insuetum ferre non poterant. Constat autem altero anno posteà Consularem denuò prouinciam fuisse, & hoc anno duos Procoss. Q. Fabium & Cn. Domitium ex eadem decessisse Romam ad triumphum. Idcircò neque hoc neque anno sequenti Prætorem habuisse Galliam opinor: neque etiam prius, quàm, Narbone in eadem colonia deducta, hæc in formam prouinciæ redacta fuit, vt posteà suo loco dicemus. Hoc autem anno Galliam P. Manilio Cos. prouinciam obuenisse suspicor, & C. Carbonem collegam Romæ mansisse: qui Consul reum L. Opimium defendit, & anno sequenti reus ipse factus est, quemadmodum suo loco tunc declarabo.

Censs. //. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //. Lustr. fec. LXI.
L. Calpurnius * L. f. C. n. Piso. Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus.
Frugi. Balearicus.

Cùm quinquennale spatium requirat, vt Lustrum hîc interponatur vrbis sexagesimum primum, neque quidquam certi apud Auctores veteres de eo, vel etiam de Censoribus ipsis reperiam: cogor, vt anteà sæpius feci, coniecturis niti, & ex Consularibus accipere L. Pisonem Frugi Annalium scriptorem, qui ante annos XII. Consulatum gesserat. Hunc enim Censorium appellant Dionysius Halicarnasseus Antiquitatum Rom. lib. II. Plinius lib. XIII. cap. XIII. & Censorinus de die natali; a quibus Annales illius crebrò citantur. Addendus huic collega plebeius, quod iam ante factum fuerat, & sæpè posteà, Q. Metellus Balearicus: quem vnum fuisse Censorium, Triumphalem, & Consularem ex quatuor Q. Metelli Macedonici filiis, qui patrem mortuum humeris in funebri pompa suis extulerunt; vt scribunt Cicero, Velleius, Valerius, Plinius, & alij, quos in huius Q. Metelli Balearici triumpho recensui. Conuenit igitur huic Lustro Balearici Censura, quam videtur anni superioris exordio post triumphum obtinuisse: quia ante sequens Lustrum LXII. factum, pater eius Q. Macedonicus fuit mortuus, & superiore LX. Consul ipse nondum fuerat. Neque enim tunc, vt autumo, nisi Consularibus Censura dabatur. Suffragari quoque Velleius alio loco videtur lib. II. huic opinioni nostræ, vbi Metellorum aliquot summos honores breui annorum spatio conclusos, veluti singulare notatuque dignum quid memorat: dicens, intra XII. fermè annos huius temporis Consules fuisse Metellos, aut Censores, aut triumphasse amplius XII. Nos tamen in Fastis atque Annalibus intra XI. annos non plenos XI. memoratos Metellorum honores reperimus. Itaq; numerorũ in Velleio notę non possunt satisfacere, ac non videri non suspectę. Nam anno DCXXX. Q. Metellus Balearicus Cos. fuit; altero pòst anno Procos. triumphauit; tertio hoc, vt monstraui, Censor fuit: qui tres vnius Metelli honores intra quadriennium. Sequitur mox anno DCXXXIV. Balearici iam dicti patruelis L. Metellus Delmaticus Consul, qui sequenti Procos. triumphauit. Accessit mox anno DCXXXVI. Cos. L. Metellus Diadematus Q. Balearici frater, atque anno vno interiecto, frater alter M. Metellus: quo eodem anno DCXXXIIX. L. Metellus Delmaticus horum patruelis, ante Cos. adductus, Censor fuit. Et hi quinque summi trium Metellorum honores intra quinquennium. Interiecto rursus anno, tertius Balearici frater C. Metellus Cos. est factus, anno vrbis scilicet

cet DCXL. & eodem anno ipse Cos. & frater eius M. Metellus Procos. vno die ex duabus prouinciis triumpharunt, qui tres duorum in vno anno summi honores. Reperimus igitur facile intra XI. iam dictos annos totidem summos Metellorum fratrum quatuor, vniusque patruelis honores: quinque nimirum Consulatus, duas Censuras, hanc scilicet Balearici, & alteram sequenti Lustro Delmatici, vti constabit; & quatuor insuper triumphos. Quapropter non adeò ineptè mordax ille poëta Cn. Næuius vaticinasse videtur: Fato Metelli Romæ fiunt Consules; quemadmodum Pædianus in Ciceronis diuinationem annotauit. Sed nunc reliqua istius Censuræ absoluamus. Lustrum autem ab his conditum fuisse LXI. ordo ipse demonstrat, cuius nulla nobis in Liuianis fragmentis libri LXI. est reliqua mentio.

Prætores.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Vrbanam. &. Peregrinam. iurisdictiones.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuêre.

M. Cornelius * M. f. C. n * Cethegus. Extant denarij cum M. Cethegi nomine, cusi, vt apparet ex signis, in vsum vrbani Prætoris ex publico ad impensas ludorum Apollinarium faciundorum. Repræsentant enim vno latere caput Apollinis laureati, in altero mensa eius sacra & instrata, cui laurea corona imposita est. Adscriptum est, M. CETHEGVS. EX. S. C. *Denarius M. Cethegi ludorum Apollinarium index.*

M. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. M. Æmilius M. f. L. n. Scaurus.
[A. Tullius A. f. / . n. Decula] [M. Aburius M. f. M. n. Geminus]
[L. Marcius L. f. Q. n. Philippus]

Prætores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. Siciliam. //. //. //. f. //. n. //. Sardiniam
//. //. //. f. //. n. //. Hisp. cit. //. //. //. f. //. n. //. Hisp. vlter.
//. //. //. f. //. n. //. Asiam. //. //. //. f. //. n. //. Illuricum

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

C. Licinius P. f. //. n. Geta. L. Furius * L. f. P. n * Philus.
Sex. Pompeius Cn. f. //. n. Strabo. [L. Rutilius L. f. / . n. Flaccus
[Q. Fuluius Cn. f. Q. n. Gillo] [L. Marcius L. f. C. n. Censorinus]

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Cn. Manlius Cn. f. //. n. Maximus. C. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus Caprarius.

Horum extant nomina in argenteis denariis elegantibus, ex quibus colligere possumus collegas fuisse, & vt suspicor, in Ædilitate; simulque sacra & ludos Cereales ex more fecisse. Quod docent impressa signa, videlicet Ceteris deæ spicea corona decoratæ in vno latere; vbi legitur, CN. MANLIVS. CN. F. MAXIM. In altero Ceres stola succincta stans, vt filiam Proserpinam à Plutone raptam quæsitura, duas faces inflammatas vtraque manu tenet, vbi sic, C. METEL. Q. F. CAPRARIVS. Sic apud poëtas veteres Ceres Spicifera, Tedifera, & δᾳδοῦχος appellata est. Exempla frequenter occurrunt, tam in Græcis quàm Latinis Auctoribus. *Denarius Ædilitius Cerealiũ ludorum index.* *Ceres δᾳδοῦχος.*

L. Calpurnius * L. f. C. n * Piso. Cæsoninus. C. Cæcilius * L. f. L. n * Caldus.

Tribuni plebis.

P. Decius * M. f. Q. n. Mus * L. Opimium superioris anni Consulem maiestatis ad populum diem dixit, ac reum egit, quòd indemnatos ciueis occidisset, atque in carcerem *L. Opimius Consularis reus ad populum.*

cerem coniecisset: sed frequentibus suffragiis absolutus est, C. Carbone Cos. caussam eius defendente, qui primum Gracchanas partes sequutus, ad optimates se tandem contulerat. De hac quidem accusatione in Epitoma libri LXI. fine apud Liuium hæc pauca legimus: L. Opimius accusatus apud populum à Q. Decio Tribuno plebis, quòd indemnatos ciueis in carcerem coniecisset, liberatus est. Mendum in prænomine Tribuni suspicor; & Ciceronem sequi malo, qui P. Decium vocat, vt & Auctor de viris illustrib. cap. LXXII. cuius adducam verba pòst in huius Prætura. Sane mihi videtur hic idem P. Decius, quem inter oratores non infantem, sed vt vita, sic oratione turbulentum fuisse refert Tullius in Bruto, vt in huius Quæstura superius dixi. Mentionem non semel huius actionis Decianæ facit idem Tullius, vt de oratore libro II. vbi sic M. Antonius orator, de controuersiarum caussis differés, exempli caussa dicit: Interfecit Opimius Gracchum. quid facit caussam? Quòd reipublicæ caussa eum ex S. C. ad arma vocasset. Hoc tolle, caussa non erit. At idipsum negat contra leges licuisse Decius. Veniet igitur in iudicium, licueritne ex S. C. seruandæ reipublicæ caussa. Rursus idem Antonius alio loco sic ait: Vt, cùm L. Opimij caussam defendebat apud populum, audiente me, C. Carbo Cos. nihil de C. Gracchi nece negabat: sed id iure pro salute patriæ factũ esse dicebat. Item in dialogo de partitionibus oratoriis Cicero pater sic exemplum hoc adducit: In his autem caussis, vbi aliquid rectè factum defenditur, cùm est facti subiecta ratio, sicut ab Opimio: Iure feci salutis omnium & conseruandæ reipub. caussa: relatumque est ab Decio, Ne sceleratissimum quidem ciuem sine iudicio vllo iure necare potuisti; oritur illa disceptatio, potueritne rectè, salutis reip. caussa, ciuem euersorem ciuitatis indemnatum necare.

L. Opimius absolutus. Itaque in hoc iudicio populus iure cæsum Gracchum censuit, Opimiumque liberauit: qui tamen posteà reus iterùm factus, per equites Romanos iudices Gracchanos (vt eos falsè vocat Cicero) per iniuriam damnatus fuit lege Mamilia, quod suo loco dicetur latius.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

Octauia lex frumentaria. M. Octauius Cn. f * Cn * nepos. Legem frumentariam tulit, qua Semproniam C. Gracchi abrogauit. Huius quidem legis mentionem apud solum Ciceronem reperio, qui in Bruto de claris hunc M. Octauium Cn. f. auctoritate dicendoque tantum valuisse testatur, vt legem Semproniam frumentariam * frequentis populi suffragiis abrogauerit. De eadem lege intelligenda sunt, quæ libro Officiorum secundo scribit, vbi hanc ita laudat, & probat: C. Gracchi frumentaria magna largitio, exhauriebat igitur ærarium: modica M. Octauij & reipublicæ tolerabilis, & plebi necessaria; ergo & ciuibus & reipublicæ salutaris. Ex his quidem Tullij verbis ferè colligere est, non totam Gracchi frumentariam legem abrogasse M. Octauium; sed noua lege sua quodammodò moderasse, rempublicam & ærarium intolerabili damno subleuasse. Verùm qua ratione hoc præstiterit, cùm nullum legis istius extet caput, obscurum est. Videtur tamen statuisse vel maius pretium in singulos modios secundùm annonæ charitatem; vel vti triente atque semisse minùs quàm emptus esset, ciuibus modius venderetur. Tale quid Apuleia sequens lex frumentaria videtur insinuare, quæ modios denuò ad trientes atque semisses Semproniæ legis, hac Octauia abrogata, non sine tumultu redegit, vt suo loco narrabitur.

** frequentibus aliàs.*

Semproniam strinxit Octauia lex.

Q. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus. Qui. posteà. Numidicus. appell. est.
M. Iunius * M. f. M. n * Silanus P. Licinius * P. f * //. n. Murena.
[C. Marcius L. f. C. n. Censorinus] [Q. Bæbius Q. f. M. n. Tamphilus]
[M'. Otacilius M'. f. M'. n. Crassus] [P. Licinius M. f. M. n. Stolo]
//. Cassius //. f. //. n. Sabaco.

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. C. Carbonis Cos. in Italia. Ostiensis.
//. //. //. f. //. n. //. P. Manilij Cos. in * Gallia *
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Sicilia.

//. //.

n. n. n. f. n. n. n. n. n. Pr. in Sardinia.
n. n. n. f. n. n. n. n. n. Pr. in Hisp. citeriore.
n. n. n. f. n. n. n. n. n. Pr. in Hisp. vlteriore.

C. Popillius * C. f * C. n. Lænas. Auus bis Cos. fuerat & legatus post primum Consulatum à Senatu missus anno DXXCV. ad dirimendum bellum inter reges Antiochum Suriæ, ac Ptolomæum Ægypti: qui cùm in Ægypto offendisset Antiochum in Alexandriæ obsidione occupatum, eumdem in suis castris obuiàm venientem ab armis discedere, tradito S.C. iussit. Et cùm se cum amicis deliberaturum respondisset, virgula circumscriptum Regem, mox respondere ac satisfacere mandato Senatus, obsidionemque soluere compulit, vt Valerius Max. lib. VI. cap. IV. pulchrè. Patris magistratus in obscuro manent. Hic autem legatus posteà L. Cassij Cos. à Tigurinis bello Cimbrico occisi, qui reliquias exercitus in castris obsessas ab hostibus turpi deditione seruauit, vt suo loco dicetur. Itaque magistratus haud dubiè tunc gesserat, cùm alter legatus L. Piso istius collega Consularis esset, vt videatur Prætorius hic fuisse. *Legatus bello Cimbrico.*

C. Sulpicius Ser. f. Ser. n. Galba. Hic Ser. Galbæ oratoris celeberrimi filius alter fuit. De maiore natu Seruio iam anteà loquuti sumus. Duos etenim paruulos prætextatos filios pater reus ad populum factus anno DCIV. propter Lusitanos oppressos, secum in concionem produxerat, & populo Romano flens horum tutelam, quasi moriturus, commendarat. Hic autem Caius P. Licinij Crassi Muciani gener fuit, qui coniurationis Iugurthinæ inuidia demum in ipso honorum cursu lege Mamilia cum multis aliis damnatus est, primusque ex sacerdotum collegio iudicio publico cecidit. Oratorem doctum & insignem fuisse declarat Cicero, qui per orationem ab ipso reo dictam, tanto in honore posteà fuisse scribit, vt ipsi pueriique studiosis memoriter illam ediscere, operæpretium habitum fuerit. Vide quæ de hoc Galba scribit in Bruto de claris oratt. item de oratore lib. I. *Reus Iugurthinæ coniurationis, & damnatur.*

[A. Licinius A. f. A. n. Nerua] Patre Prætorio, qui Macedoniam anno DCXI. obtinuerat, & insignem victoriam C. Tremellij Quæstoris sui virtute fuerat adeptus, vt antè suo loco dictum est.

C. Licinius C. f. . n. Sacerdos.] C. Licinij Sacerdotis filius, de quo loquuti sumus in Censura P. Scipionis Æmiliani, & pater C. Sacerdotis, quem Prætorem reperies in Annali DCLXXVIII.

* A * Cæsellius . f. . n * Bassus * Romæ Cæsellios hoc tempore illustres fuisse, patescit ex Ciceronis oratione pro L. Balbo: vbi is indicat, Cæsellium quemdam iuris maximè prædicatorij scientia, vt & L. Furius Philus (de quo nos anteà) æquè clarum fuisse; sic vt Q. Mucius Scæuula Augur, homo iuris alioquin peritissimus, cùm de iure prædicatorio consuleretur, consultores suos nonnumquam ad Furium & Cæsellium, tamquam ad eius iuris peritiores, reiiceret. Sed corrigendum ibi nomen, quod mendosè Casellius, vel Cascellius legitur in vulgatis Ciceronis exemplaribus. Item de Q. Scæuulæ modestia cum Cicerone scribit, vel potiùs ex eodem desumpsit Valerius Max. lib. VIII. cap. XII. dicens: Q. Scæuulam legum clarissimum & certissimum vatem, quotiescumque de iure prædicatorio consulebatur, ad Furium & Cæsellium consultores reiecisse. Quo loco nomen Cæsellij Iurisconsulti correctius exstat, descriptum, vt suspicor, ex castigatissimis sui temporis orationum Tullij codicibus. Cæsellius autem non solùm Tullius, Valerius, aliique non semel; verùm etiam antiquissimæ marmorum inscriptiones Romanæ asserunt: in quibus Casellios vel Cascellios me legisse non memini. Mendosum hoc nomen in Ciceronis Balbianam ex deprauatissimis Q. Pomponij de origine iuris fragmentis profluxisse videtur, in quibus inter celebres Iurisconsultos veteres Romanos huius fortasse filius (vt temporum interuallum insinuat) A. Cæsellius mendosè Cascellius nominatur: vnde nomen ita corruptum in Tullianam dictam orationem transtulit forte quispiam historiarum ignarus, qui de eodem æquali suo Tullium loqui, perperàm existimauit. Sed de illo nos posteà suo loco latiùs. *Iurisconsultus celebris. Ciceronis locus. Pomponius de origine iuris deprauatus.*

L. Cælius * C. f. C. n * Caldus. Extant denarij cum Roma galeata, & Castorum equestribus signis, sub quibus nomen eius ita, L. COIL. CALD.

[M. Pompilius M. f. M. n. Lænas.] [P. Virginius * P. f. L. n. Rutilus]

Prouinciæ f. prorogatæ.

n. n. n. f. n. n. n. Africam. n. n. n. f. n. n. n. Achaiam

//. //. //. f. //. n. //. Macedoniam

Pro. Prætoribus. prorogato. imp. obtinuêre.

C. Scribonius * C. f. C. n * Curio. [P. Rutilius P. f. //. n. Caluus]
L. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Diadematus.

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Africa.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Asia.
//. //. //. f. //. n. //. * Lucerinus * //. //. //. f. //. n. //. Calenus.
[L. Papirius * C. f. L. n. Maso] [C. Terentius C. f. A. n. Varro]
C. Flauius * T. f. //. n. Fimbria. P. Sulpicius Ser. f. Q. n. Camerin.]
P. Rutilius * Sp. f. Sp. n * Rufus. [M. Pinarius * M. f. M. n. Posca.]
L. Cornelius L. f. L. n. Merula.

Q. FABIVS. Q. AEMILIANI. F. Q. N. AN. DCXXXIII.
MAXIMVS. PRO. COS. DE. ALLOBROgibus
ET. REGE. ARVERNORVM. BETVLTO. X. KAL. //.

Allobrogicus ex præclara victoria dictus Q. Fabius. *Cum Allobrogibus Aruerni & Ruteni superati.* *Betulti regis nomen vbique mendosum in Auctorum libris.* *Nomen illud Celticum quid significet.* *Bis in triumphum ductus Betultus rex.* *Denarij triumphales Q. Fabij Max.*

De Q. Fabij Consulis præclara victoria contra Allobroges & Aruernos ad Isaram flumen nonnulla superiùs retuli: ex qua Fabium Allobrogici cognomen reportasse, Velleius, & Ammianus Marcellinus libri XV. fine; item Pædianus in Verrinam secundam, & Valerius Maximus libro VI. cap. IX. testantur. Allobroges hac victoria in deditionem acceptos fuisse tradit Liuius libro LXI. Idem apud C. Cæsarem legimus commentariorum belli Gallici primo, præter Allobroges etiam Aruernos & Rutenos Fabium superasse qui scribit; & addit, iis populum Romanum ignouisse, neque in prouinciæ formam redegisse, neque stipendium imposuisse. De Betulto rege varia, vt diximus, scriptores adferunt; cuius sanè proprium nomen mirè deprauatum reperitur in omnium Auctorum, qui eius mentionem faciunt, codicibus, vel Bituitus, vel Vituitus, vel Bitintus. Solæ marmorum Capitolinorum reliquiæ genuinum istius regis nomen Celticum proferunt, Betultich, appellati à patientia vel modestia; quod Romani in Latinum nomen BETVLTVS, more suo transformarunt. Q. Fabium de eodem triumphasse, docet nos Capitolinum marmor. Immò L. Florus bis populo Rom. ostensum in triumpho memorat. „Nihil, inquit, tam conspicuum in triumpho, quàm rex ipse Betultus bis visus, discoloribus „in armis, argenteoque carpento, qualis pugnauerat. Quòd si ita se res habet, videtur & „in Domitij triumpho ductus rex Betultus, cuius tamen marmora Capitolina non meminere. Quod ad Fabij triumphum attinet, extant adhuc temporis argentei bigati cum Victoria palmam ferente, & Iouis Anxuris imberbis laurea coronato capite, cui subiectum fulmen trisulcum. Quos cusos hoc anno in eum finem, vt militibus ex more post triumphum diuiderentur, colligere ex titulo inscripto possumus, qui talis est, Q. MAXIMVS. AIMILIANI. F. PRO. COS. Cusi igitur hoc anno post eius Consulatum.

CN. DOMITIVS. CN. F. CN. N. AHENOBARB. A. DCXXXIII.
PRO. COS. DE. GALLEIS. ARVERNEIS. XVI. K. //.

L. Flori locus. *Elephanto triumphat per prouinciam Cn. Domitius.* *Suetonij locus.*

De Galleis Aruernis solummodò Cn. Domitium triumphasse post Q. Fabium, demonstrant marmora Capitolina; qui regem betultum à se prælio priùs victum & fractum, velut prædam suam triumphans ante currum suum, vt gloriosus erat admodum, ducere voluit: quemadmodum ex L. Flori verbis iam adductis ex antiquo & valde correcto codice manuscripto monasterij S. Amandi quondam à me descriptis constat: in quo regis nomen Betuitus exprimebatur, quod in vulgatis exemplaribus librarij quidam, mendum pennæve lapsum arbitrati, prætermisere. Ioannes Stadius, qui postremò Florum emendatiorem nobis edidit, voculis (bis visus) sublatis, earum loco (Bituitus) reposuit: sed ex quonam exemplari, quod miror, non annotauit. Sed vt ad Domitium reuertamur, hic elephantorum opera territis atque diuulsis hostibus victoriam nactus, elephanto per prouinciam vehi voluit, turba militum quasi inter solemnia triumphi prosequente, sicut Suetonius in Neronis vita de eodem scribit; non de illo, qui legem de sacerdotiis Tribunus plebis tulit, vt Suetonij locus ibidé valde suspectus indicare videtur. Hic

autem noster imperium in hoc vsque tempus protraxit in prouincia, & post Q. Fabium successorem suum reuersus triumphauit, vt Capitolinum marmor docet. Quid autem post victoriam in prouincia gesserit, non liquet. Saxeas cum trophæis maximæ molis excitasse turres, vt etiam eius exemplo successor Fabius, victoriarum scilicet monumenta; necnon viam muniuisse constat, quam gentilitio nomine Domitiam appellauit, cuius Cicero in oratione pro M'. Fonteio meminit, declarans, eamdem à Fonteio, cùm Prætor Galliam Narbonensem prouinciam obtineret, denuò restauratam atque munitam fuisse. De trophæis autem erectis clare pulchreque L. Florus libro III. cap. II. his ferè verbis: Vtriusque victoriæ quod quantumque gaudium fuerit, vel hinc existimari potest, quòd & Domitius Ahenobarbus & Fabius Maximus ipsis quibus dimicauerant locis saxeas erexere turreis, & desuper exornata armis hostilibus trophæa fixere, cùm hic mos inusitatus fuerit nostris. Numquam enim populus Rom. hostibus domitis suam victoriam exprobrauit. Huius verò Cn. Domitij triumphum intelligere puto Suetonium, qui in Nerone scribit, Ahenobarborum familiam obtinuisse triumphum vnum, Censuram duplicem, & Consulatus septem. Non enim Ahenobarbi alicuius triumphum alium præter hunc inuenio.

Trophæum Domitij apud Vindalium. Via Domitia.

Trophæum Q. Fabij ad Isaram.

Allobroges potentissimam gentem Gallicam fuisse, scribit ex Apollodoro Stephanus Byzantius de vrbibus & populis. Polybius autem hos διὰ τοῦ ι, vocat Ἀλλόβριγας, sicut Strabo & alij Græci: Charax tamen, Stephano teste, διὰ τοῦ ο μικροῦ, Ἀλλόβρογας appellare voluit, vt & Romani. Ptolomæus ad tractum Lugdunensem collocat iuxta Iuram montem & Lemanum lacum. Horum metropolis olim Vienna, Cretensium antiquissima colonia, ad Rhodanum condita. Cùm enim agrorum magna sterilitas ex aëris nimia siccitate occupasset insulam Cretam, in alia loca transmigrarunt incolarum multi: quidam Hydruntum Italiæ profecti, nondum valde frequentatam hanc incoluere: alij oraculo iussi, terras palustres ac multùm aquosas quæsiuere: qui ad Rhodanum * Galliæ venientes, oraculi monitu palustria ibidem incolere cœperunt; & oppidum ad flumen condentes, Viennam nominarunt, postquam eo loci vna virginum suarum Vienna dicta choream ducens in quadam voragine absorpta fuisset, vt idem Stephanus de vrbibus memorat. Posteà Romanorum colonia facta, multis sæculis floruit admodum, vt de hac Ausonius poëta non malè cecinerit:

Iura mons & Lemanus in Allobrogũ regione. Vienna metropolis. Cretensium transmigratio.

** Γαλιλαίας perperàm in Stephani exemplaribus, ni fallor, habetur.*

Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis.

In hac plurima nunc temporis adhuc extant antiquitatum Romanarum monumenta. Allobroges autem Strabo Geographiæ libro quarto quondam valde populosam gentem fuisse, & admodum multis hominum milibus bella gessisse, campos atque conualles Alpium incolentes iuxta Rhodanum. Hos constat ex Polybio, Liuio, & aliis, magna intulisse damna, & multùm obstitisse Annibali Pœno cum copiis ex Hispania per Alpes in Italiam transcendenti. Regionem complectitur Plinius in Narbonensis prouinciæ descriptione, sicut etiam Cornelius Strabo.

Aruernos autem Stephanus Ἀρέρνυς vocat: verùm suspicor, quòd imperiti librarij mendosè β, in ο, mutarint: vel diphthongi litteram υ, in exemplaribus scribendo prætermiserint; cùm rectiùs Ἀρβέρνοι, vel Ἀρουέρνοι Græcè vocarentur. In aliis item Auctoribus corruptè non minus appellantur Aluerni, vel Aruerni, vel Arueni: quorum exemplaria ad fidem antiquitatis secundùm Capitolina marmora corrigi poterunt. Gentem Celticæ Galliæ bellicosissimam fuisse prodit Apollodorus Geographus libro quarto: idem adfirmat etiam Strabo, qui illud argumento esse dicit, quòd duobus bellis contra Romanos gestis, priore ducenta milia armatorum Betulto rege duce contra Maximum Æmiliani filium, item contra Domitium Ahenobarbum imperatores habuerint; & posteriore quadringenta milia Vercingetorige duce contra C. Cæsarem armarint. Hos primùm cum Amburris, Heduis, & Biturigibus, aliisque Gallis Celticis, (vt antiquitatem noscas) Tarquinio Prisco regnante, transcendisse Alpes in Italiam, auctor est Liuius libro V. Siti autem sunt ad Ligerim fluuium medij inter Allobroges & Æduos; quorum ob iniurias bellum hoc exarserat. Nam hi Celtarum primi trans Alpes societatem ac amicitiam populi Romani sponte petierant, & gaudebant fratres ab ipsis appellari. Hos quidem cupidissimè inter suos Romanus acceptauit, occasionem, vt reor, quærens arma trans Alpes in Galliam vlteriùs aliquando transferédi, sociorum defendendorum titulo. Æduos igitur Strabo, quòd primi Gallorum amicitiam cum Romanis fecissent, cognatos eorum dictos fuisse scribit. Apollodorus commilitones Romanorum vocat chronicorum libro IV. vt eum citat Stephanus, à quo Ædui vocantur Αἰδούσιοι, non rectè sylla-ba σι interiecta. Verùm, vt de Aruernis expediamus reliqua, metropolim horum fuisse Nemisum, Ligeri flumini impositam vrbem, auctor est Strabo; peramplamq; obtinuisse regio-

Stephani locus.

Aruernorum prima in Italiam transmigratio. Eorum situs. Ædui Transalpinorum primi societatem ac fœdus cum populo Rom. fecere, primiq; fratres appellati sunt. Stephani locus. Aruernorum potentia.

regionem, & protulisse suum imperium Narbonem Massiliensiumque fines vsque, populos insuper ad Pyrenem, Oceanum, atque Rhenum vsq; sæpiùs armis subegisse scribit.

ANNI P. R. C. DCXXXIV.

Consules.

L. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus. L. Aurelius * L. f. L. n * Cotta.
Qui. posteà. Delmaticus. appell. est.

CONSVLES deinde sequuntur in Cassiodoro & Mariano L. Cæcilius & L. Aurelius: in tabulis nostris Græcis & Cuspiniani reperiuntur horum cognomina Metellus & Cotta. Plutarchus in C. Marij vita Cæcilium Metellum & Cottam Consules nominat, qui legibus C. Marij Tribunitiis obstitere, vt posteà suo loco. Iulius Obsequens adfert hoc compertum hisce Consulibus prodigium: L. Aurelio, inquit, & L. Cæcilio Coss. androgynus in agro Rom. annorum octo inuentus, & in mare deportatus. Virgines ternouenæ in vrbe cantarunt.

Prodigium fœdum.

Consulares prouinciæ videntur fuisse Gallia & Illuricum: vbi populi aliquot ad rebellionem spectare videbantur. Metello Illuricum, L. Cottæ Galliam obtigisse verisimile est; de cuius in Gallia rebus gestis nihil reperio. Segestanos autē Pannonum in finibus sitos populos Illuricos in armis hoc anno fuisse, discimus ex Appiani Alex. Illurica, quæ Petri Candidi opera Latinè residua est: Græcè verò nuper ex Augustana exiit bibliotheca, studio Hœschelij. Vbi legimus obiter, Segestanos pari modo quo priùs Iapodes Tuditano & Pandosio, se L. Cottæ ac Metello dedidisse: verùm omnes non multò pòst à Romanis desciuisse. Sed in his verbis mendi quid suspicor, & cùm vnius Metelli prouincia hæc fuerit, Segestanos L. Cotta ac Metello Consulibus deditos scriptum fuisse. Dediti, sicut ex Appiani verbis apparet, haud adeò difficulter L. Metello cum exercitu adueniente. Qui posteà victoriæ qualemcumque materiam quærens, vt apud eumdem Appianum habemus; vbi deinde bella cum Delmatis gesta succinctè memorat, his quietis bellum intulit, nulla quidem eorum culpa, sed sola triumphandi cupiditate, vt ibidem Appianus asserit, cùm ab ipsis amicè fuisset susceptus. Obstacula tamen haud leuia Metellum in hoc bello repperisse, cùm triumphus eius, quem anno primùm sequenti duxit Procos. atque agnomen Delmaticus, tum etiam Liuius libri LXII. in Epitoma demonstrant, qui L. Cæcilium Delmatas subegisse scribit. Micipsa Massanissæ filius Numidarum rex moritur, & regnum tribus filiis Adherbali & Hiempsali suis; item Iugurthæ fratris sui Manestabilis (quem pater Massanissa, quia ex concubina natus erat, priuatum reliquerat, filio à se adoptato, & eodem cultu, quo liberos suos, domi post Manestabilis fratris mortem habito reliquit. Cui Micipsa moriens concordiam atque fraternam charitatem magnopere, sed frustrà commendauit, vt pulchre diserteque scribit Sallustius in Iugurthina sua historia. Meminit Epitome Liuiana lib. LXII.

Prouinciæ Consulares.

Bellum in Illurico.

Innoxijs Delmatis bellum illatum.

Micipsa Massanissæ Numidarum regis filius moritur.

Prætores.

//. //. //. f. //. n. //. //. /. //. f. //. n. //.
Vtramque. iurisdictionem. sortiti. obtinuêre.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuêre.

Q. Fabius * Q. Æmiliani f. Q. n * Maximus. Eburnus * Maiestatis * quęstionem. sortitus. obtinuit. Apud hunc quæsitorem accusauit C. Papirium Carbonem Consularem virum eloquentissimum L. Crassus orator admodum adolescentulus, annorum quippe XXI. vt ipse Crassus fatetur apud Ciceronem de oratore libro tertio his verbis: Quippe qui omnium maturrimè ad publicas caussas accesserim, annosque natus vnum & viginti, nobilissimum hominem & eloquentissimum in iudicium vocarim: cui disciplina fuerit forum, magister vsus, & leges, & instituta populi Rom. mosque maiorum. Natus autem erat L. Crassus anno vrbis DCXIII. C. Lælio & Q. Cæpione Consulibus, vt ex Ciceronis Bruto probaui. Annus igitur hic vrbis DCXXXIV. fuit L. Crassi vigesimus primus, quo C. Carbonem, cùm Consulatu abiisset, accusauit. Miror itaque, quosnā sequutus sit Annales Auctor dialogi de oratoribus degeneratis, qui hactenus C. Cornelio

L. Crassus Orator adolescens, vt C. Carbonem Consularem damnauerit.

Vitium in dialogo de oratoribus degeneratis.

nelio Tacito inscriptas extat, & M. Fabio Quinctiliano non obscuris argumentis à doctissimo Iusto Lipsio meo vindicatur: in quo legimus, quòd nonodecimo ætatis anno L. Crassus C. Carbonem, vno & vigesimo Cæsar Dolabellam, altero & vigesimo Asinius Pollio C. Catonem accusarunt. Quàm verò fallat hic calculus, Consulum ac rerum gestarum series ostendit in hisce meis Annalibus. Si enim Lælio & Cæpione Coss. natus L. Crassus, vt Cicero testatur in Bruto; & L. Opimium reum Carbo defendit Consul, sicut iam superiùs ex eodem Cicerone demonstraui; & post defensum Opimium (vt mox ipsius L. Crassi verbis ostendam) reus sit factus C. Carbo post Consulatum; sanè Crassus eum ante hunc annum suum vigesimum primum non accusauit. Nec minus temerè lapsus est, vt posteà suis locis dicemus, in aliorum, quos ibidem nominat, ætatibus exprimendis auctor ille quisquis est: nisi hæc forsan librariorum est lata crassaque culpa; qui quàm faciliter errarint in exscribendis numeris, imitandisque notis antiquis, indies experimur plus satis. Sed ad intermissam historiam redeamus. Celebratum fuit rei Carbonis hoc publicum iudicium magno populi cócursu, & meminit accusationis Crassianę variis in locis Cicero; in qua primùm Crassus eloquentiæ summæ dedit experimentum. Adducam dumtaxat ex eius oratione verba quædam ad rem facientia, quę M. Antonius orator apud eumdem Ciceronem profert libro de oratore secundo; docens, vt argumenta ducuntur ex consentaneis * & præcurrentibus & repugnantibus. Vt olim, inquit, * Crassus adolescens. Non si Opimium defendisti, Carbo, idcircò te isti bonum ciuem putabunt: simulasse te, & aliud quid quæsisse, perspicuum est, quòd Ti. Gracchi mortem sæpe in concionibus deplorasti, quòd P. Africani necis socius fuisti, * quòd eam legem in Tribunatu tulisti, quòd semper a bonis * dissensisti. Hæc quidem tum Crassus. Sed de qua lege loquitur? An de Tribunis plebis reficiendis, quam Carbo non pertulit? Sic reor; nec dubito, quin hanc apertiùs auditoribus suis detexerit Crassus. Quocircà detruncatú librariorum ignauia locum suspicor; quod etiam insinuat manuscriptorum codicum varia lectio, quam in duobus antiquis exemplaribus reperio: in quorum vno (quidem legem) in altero (quod legem) vitiose tamen, habetur. Hæc igitur, vel similia verba, quæ legem indicabant, videntur deesse, vbi notam posui * Quòd C. Graccho dux & auctor repetendæ per seditiones Tribuniciæ potestatis fuisti *, quòd eam legem in Tribunatu tulisti, &c. Prioris sententiæ periodus, iisdem verbis (quod) & (fuisti) incipiens ac finiens, fortasse quempiam librarium exscriptorem fefellit; in caussaque fuit, quòd posteriorem prætererit, vt aliquando contingere solet. Verùm hasce meas conjecturas, quæso, boni consule, Lector candide & amice; quas non in alium finem profero, quàm vt doctioribus ingeniis ansam vlterioris inquisitionis præbeant. Ex iam dictis verò nobis fit palam, Gracchanæ seditionis quæstionem, quam L. Opimius Consul ex S. C. inceperat exercere, sequentibus etiam annis, quo radicitus euelleretur, & nouarum rerum cupidis esset terrori, continuatam fuisse: & post Opimij Consulatum annuis Prætoribus inter alias rerum capitalium quæstiones decretam, sortirique iussam fuisse. Eamdem hoc anno Q. Fabium Prætorem sortitum obtinuisse, & apud hunc C. Carbonis eadem quæstione rei caussam actam fuisse, L. Crassus ipse declarat; quem sic inducit Cicero disserentem libro primo de oratore: Equidem, inquit, & in vobis animaduertere soleo, & in meipso sæpissime experior, vt expallescam in principiis dicendi; & tota mente, atque omnibus artubus contremiscam. Adolescentulus verò sic in initio accusationis exanimatus sum, vt hoc summum beneficium Q. Maximo debuerim, quòd continuò concilium dimiserit, simul ac me fractum ac debilitatum metu * vidit. Ex his Crassi verbis constat Q. Fabium Maximum Eburnum hoc anno Prætorem quæstioni dictæ præfuisse: qui istum magistratum tardiùs (si Consulatum eius respicias) obtinuisse videtur; repulsa, vel alio quopiam obstaculo impeditus. Plura de hoc memorabili iudicio reperimus in Bruto Ciceronis, & eius orationibus: item apud Valerium Max. libro VI. cap. V. quemadmodum adolescens ille Crassus primo hoc in suo fori tirocinio dederit eximium integritatis atque iustitiæ exemplum, qui rei, quem accusabat, Carbonis seruum proditorem cum obsignato, sicut allatum erat, chartarum quibus facilè poterat opprimi, scrinio sibi per eumdem oblato, vinctum & catenatum remiserat ad suum dominum, aliena vti perfidia ac fraude ad suam victoriam nolés. C. Carboni quidem nihil profuit reditus ad bonos. Quamuis enim in Consulatu L. Opimium reum insigniter defendisset: ob turbulentissimum tamen Tribunatum plebis, atque mortis P. Africani inuidiam damnatus, ac in exilium missus est, vt scribit Valerius Max. libro III. cap. VII. Cicero tamen in Bruto voluntaria morte Carbonem se à seueritate iudicum vindicasse, atq; alio loco in familiaribus ad C. Papirium Pætum epist. cantharidas ipsum accusante L. Crasso sumpsisse tradit.

Tres illustres adolescentes oratores.

Celebre rei Carbonis publicum iudicium.

* & ex præcurrentibus.

* hic Crassus v. c. in membrana scriptum: non malè. nam de prolenses loquitur Crasso

suspectus Ciceronis locus.

* dissedisti in v. c. in alio discessisti melius.

Gracchanæ coniurationis quæstio inter publicas continuata.

* viderit in vulgatis.

L. Crassi integritas atque iustitia Seruus proditor Carboni domino vinctus traditur.

Exul Carbo, vt Valerius.

Cantharidas sumpsit, vt Cicero refert.

M'. Aci-

M'. Acilius * M'. f. L. n * Balbus. Q. Minucius Q. f * M. n * Rufus.
C. Liuius C. f. Mamiliani. n. Drusus C. Porcius M. f. M. n. Cato.
[L. Hostilius L. f. A. n. Mancinus]

Prætores prouinciarum.

// // // f. // n. // Achaiam. // // // f. // n. // Africam
// // // f. // n. // Macedoniam. // // // f. // n. // Siciliam
// // // f. // n. // Sardiniam. // // // f. // n. // Hisp. vlter.
Prouincias. sortiti. obtinuêre.

Apollinis Delphici oraculum. *Pegasi symbolum.* *Fabulæ ad animi disciplinam pulcherrimè flexa.*

* M. Æmilius M. f. L. n. Scaurus * Achaiam obtinuisse videtur, vt subindicant nobis illius antiqui denarij argentei, cusi, vt apparet, ex tributis & vectigalibus Achaiæ. Continent etenim symbola & notas Apollinis Delphici, cuius oraculum & religiosissimum olim orbi terrarum templum in meditullio Græciæ tum temporis habebatur. Ostendunt autem nummi isti in vna parte Apollinis pulcherrimum caput laurea coronatum, in altera Pagasum equum exilientem expansis alis ad volatum supra lunam crescentem corniculis erectis falcatam, qualem Græci Μηνοειδῆ vocant. Quo symbolo notatur animi vigor ætherei luminis radiis illustratus, cùm relicta corporearum rerum cura semet effert supra siderum sedes, & veloci cogitationum indagine cælestia perscrutatur oracula, caussarumque caussas exquirit. Eò namque respiciunt ad animi disciplinam deflexæ veterum vatum ac poëtarum fabulę de Medusa, Gorgone, Bellerophonte, & vaticino fonte Heliconis, ac aquis eius vocalibus: sicut & hæc de Pegaso apud Aratum in Phænomenis, vt nobis ea Latinè reddidit Germanicus Cæsar, vel quis alius:

—— Sed Pegasus æthere summo
Veloces agitat pennas, & sidere gaudet.

M. Scauri denarius.

Sed hæc quidem fabularum inuolucra latius explicare non huius est loci. Sub Pegaso in dictis argenteis Scauri legitur nomen expressum ita, M. AIMILI. M. F. In altera denariorum facie iuxta caput Apollinis, SCAVRVS. Constat igitur M. Æmilij Scauri auspiciis & auctoritate nummos istos cusos fuisse; qui prouinciæ suæ famosissima & religiosissima Delphici Apollinis sacra mysteria sic celebrare voluisse videtur.

M. Cornelius * M. f. C. n * Cathegus [A. Tullius A. f. // n. Decula]
M. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. [M. Aburius M. f. M. n. Geminus]
[L. Marcius L. f. Q. n. Philippus]

Ædiles curules.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
P. Cornelius P. f. P. Scipio. Nasica. Q. Æmilius M. f. * M'. n * Lepidus.

Ædiles plebis

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
M. Liuius C. f. Mamiliani. n. Drusus. Q. Rubrius // f. // n. Varro.

Error Auctoris de viris illustribus.

Cùm ludos ex more facerent, M. Drusus magnificentissimum munus populo dedit, vt in libello de viris illustribus, cap. LXVI. Vbi Rubrio collegæ quædam de vtilitate reipublicæ suggerenti: Quid tibi, inquit, cum republica nostra? Verùm, quisquis est hic „ auctor, qui vitas illustrium ex optimis antiquis (haud dubium) Auctoribus congessit; hîc admodū imperitè duorum vitas Drusorum, patris scilicet & filij in vnam conflauit epitomen: vt & Schottus in Notis vberioribus docuit: & hāc Ædilitatem patris M. Druso filio adscripsit perperàm, qui Ædilis numquam fuit; sed in Tribunatu plebis est interemptus, vt suo loco dicetur. Pater autem M. Drusus, de quo nunc agimus, per omnes magistratuum gradus ad Consulatum, triumphum, Censuram, summosq; honores peruenisse, Annales nostri docebunt. Qui cùm semper Senatus optimatiumq; partes sequutus, in Tribunatu plebis C. Gracchi seditiosorumq; vires adeò fregisset, vti propterea patronus Senatus palàm vocaretur, vt suo loco diximus; non sanè mirum, quòd etiam in Ædilitate Q. Rubrium collegam suum, qui & in Tribunatu plebis Gracchanæ factionis fuerat, semper aduersantem sibi magnanimiter & elate repulerit, ipsumque contumeliosè satis, tamquam peregrinæ sortis, alteriúsve ciuitatis hominem, asperè, vt erat elatus & ambi-

ambitiosus, increparit. Non igitur probare possum aliorum ex mendosis exemplaribus correctionem, qui pro Rubrio, Remmium vel Reminium nescio quem restituere volunt.

Tribuni plebis.

C. Marius C. f. //. nepos. Non sine repulsa Tribunus etiam plebis factus est C. Marius, vt auctor est Valerius Max. libro VI. cap. IX. scribens, quòd repulsarum patientia magis irruperit in curiam, quàm venerit: & quòd in Tribunatus quoque & Ædilitatis petitione consimilem campi notam expertus fuerit. Gessit autem Tribunatum plebis hoc anno, Cotta Metelloque Coss. quod Plutarchus testatur in eius vita. Repulsam igitur in annum superiorem petens est passus; forsan, quia petiit ante tempus.

C. Marius repulsis quasi violenter ad honores irrupit.

Legem de suffragiis ferendis tulit, qua ius optimatum imminuere, vires primorum in ferendis suffragiis, designandisque magistratibus frangere videbatur: atque inter alia iussit, Vti pontes in comitiis, per quos suffragaturi transire debebant, cistæque suffragiorum erant, angustiores fierent: ne per turbam fraus committi, pluresque ambitiosi ad appellandum rogandúmve concurrere possent. Cùm Patres legem promulgatam improbarent, neque eius ferendæ legis auctores ante inita suffragia fieri vellent, & Cotta Consul legem oppugnandam ac impediendam esse, Mariumque ad rationem suæ promulgationis dicendam vocari debere Senatui persuasisset: Marius animo infractus, non vt causam diceret, sed tamquam imperaturus ad Senatum venit, & L. Cottæ Cos. carcerem, nisi S. C. reuocato Publiliæ legi paréret, & nouæ legis ferundæ fieret auctor. Cotta Cos. cum de ea re sententias rogare vellet, & L. Metellus primus rogatus actis collegæ Cottæ & S. C. subscriberet: accito viatore Marius, Metellum (cuius tamen patrocinio Tribunatum plebis adeptus fuerat) prehendi, & in vincula duci iussit. Cumque Tribunos plebis alios Metellus appellaret, & nemo veniret auxilio, coactus est Senatus Tribunitiæ violentiæ cedere, & ferundæ legis auctor fieri. Quam magno cum plebis plausu Marius deinde pertulit. Hæc ferè Plutarchus in Marij vita. Meminit istius item Cicero » de legibus libro tertio. Pontes, inquit, lex Maria fecit angustos. Quæ si opposita sunt ambitiosis, vt sunt ferè, non reprehendo.

Lex Maria de suffragiis.
Marij superbia.
Publilia lex Q. Publilij Dictatoris a. CDXIV. lata.
L. Metellus Cos. à Mario in carcerem duci iussus.
Frustrà Metellus appellat.

Lex frumentaria noua eodem anno promulgata ab alio quodam Tribuno plebis, cuius nomen non reperio; sed ne perferretur, Marius intercessit, obnixè se plebi opponens, quòd reipublicæ damnosa videretur; laudemque idcircò meruit, tamquam nemini præter æquitatem gratificaturus esset. Hæc etiam Plutarchus ibidem.

Lex frumentaria repulsa per Marium.

// //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

M. Aurelius * M. f. C. n * Scaurus. * Q * Hortensius * Q. f. Q * nepos]
[M. Lucretius M. f. M. n. Gallus] [L. Lollius L. f. //. nepos]
Q. Claudius M. f. Q n. Flamininus] [C. Fabricius L. f. C. nepos]
[Sex. Tullius Sex. f. Sex. nepos] [C. Claudius C. f. Ti. n. Canina]
[Ti. Sempronius Ti. f. P. n. Blæsus]

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. L. Metelli Cos. in Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. L. Cottæ Cos. in * Gallia * Gallicus.
//. //. //. f. //. n. //. * M. Scauri * Pr. in. Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Africa.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Macedonia.
//. //. //. f. //. n. // Calenus.

L. Aurelius L. f. L. n. Orestes. Familia haud dubiè Consulari: cuius pater fuit L. Orestes Cos. anno DCXXVII. vt annorum interuallum indicare videtur: & ipse Cos. posteà cum C. Mario reperietur.

Q. Ser-

Vir disertus, acer, & fortis.

Q. Seruilius Q. f. Cn. n. Cæpio. Et hic domo Consulari, cuius pater Q. Cæpio Cos. fuerat anno DCXIII. Hunc autem Tullius in Bruto de claris recenset in numero disertorum; vir, vt ait, acer & fortis, sed ei fortuna belli crimini, & inuidia populi calamitati fuit; sicut etiam ex sequentibus patebit.

Iurisconsultus inter celebres. *Prænomen fallit in Pomponio.*

P. Virginius * A. f. P. n * Rutilus. Quem Q. Pomponius de origine iuris inter huius temporis Iurisconsultos celebres recenset, nihil tamen addens de illo singulare. Paullus Virginius insuper corrupto & falso prænomine prostat in vulgatis exemplaribus, quod in gente Virginia non reperio in vsu fuisse ante Neronis imperium. Eumdem hunc putat Virginum fuisse Carulus Langius meus, quem amicitia C. Lælij Sapientis clarum fuisse M. Tullius indicat in dialogo de amicitia: nec possum refragari, quamuis admodum mendose legatur eius nomen in Tullianis exemplaribus, & in duo nomina in vulgatis sit dissectum. Sic enim de vsu amicitiæ Lælius ibidem in fine dialogi ad generos suos C. Fannium & Q. Mucium Scæuulam ait: Vicissim autem senes in adolescentium charitate acquiescimus, vt in vestra, & in Q. Tuberonis. Equidem etiam admodum adolescentis * P. Rutilij, A. Virginij familiaritate delector. Ita quidem correxit in sua editione Langius locum ex manuscriptis antiquis, eodem asserente, variantibus admodú. Sed quia vnum tantùm prænomen adferunt exemplaria, quæ videre mihi contigit, & in vno codice vetustissimo repererim, P. Rutili Virginis Augulini, mendosissimè profectò; transpositis voculis, appellationis Romanæ consuetus ordo restituendus ibidem, postremumque cognomen deprauatè prorsus scriptum, & à Virginius alienum vel auferendum, vel in (Auli filij) mutandum videri poterit in hunc modum: Equidem etiam admodum adolescentis P. Virginij Rutili A. f. familiaritate delector. Patet enim clarissimè ex ipsis hisce verbis, Lælium non de duobus, sed de vno tantùm adolescente loqui.

Ciceronis locus.

M. Domitius * Cn. f. M. n * Caluinus. Hic auus Cn. Domitij Caluini, qui posteà Consul anno DCC. reperitur, & M. F. M. N. in marmoribus Capitolinis scriptus extat.

Lamiarum familia gentis Æliæ emergens.

L. Ælius //. f. //. n. Lamia. Hoc quasi tempore Lamiarum cognomen atque familiam gentis Æliæ in ciuitate Romana fuisse, veterum monumenta nobis prodere incipiunt; quamuis poëta Horatius hanc ipsa Roma vetustiorem, atque nepotum per memores genus omne fastos (vt eius hoc dicam verbis) semper illustrem fuisse canat. Meminit quidem Cicero de oratore libro secundo cuiusdam L. Ælij Lamiæ, huius fere sæculi, qui propter deformitatem à L. Crasso oratore coram tribunali in publico iudicio iocis ridiculis impetitus fuit, cùm aduersus C. Aculeonem, quem Crassus defendebat, testis productus interpellaret odiosè. Sed ibidem in vulgatis Tullij exemplaribus mendosè, ni fallor, L. Heluius Lamia vocatur. Non enim in Heluia, sed in Ælia tantùm gente Lamiarum familiam reperimus: quæ postmodum in republica potens, atque etiam Consularis facta, principem stirpis suæ iactitabat antiquissimum Lamum Neptuni prolem, quondam Læstrigonum tyrannum, atque Formiarum conditorem, vt idem Horatius auctor est carminum libro tertio.

Ciceronis locus. *Lamus Neptuni filius Formiarum conditor.*

L. Annius //. f. / . n. Bellienus. Africam Prætor deinde obtinuit hic Annius, vt suo loco posteà dicemus ex Sallustij Iugurthina.

Cn. Aufidius hic, historiæ scriptor.

Cn. Aufidius * Cn. f. Cn * nepos. Prætorium appellat Cicero Tusculanarum quæstionum libri V. fine; vt eum, ni fallor, distingueret ab alio Cn. Aufidio Consulari, quem hic Prætorius adoptauerat ex domo Aurelia iam senex & orbus. Quod in oratione pro domo sua testatur idem Cicero, de P. Clodij sui inimici adoptione verba faciens: Non ætas, inquit, eius qui adoptabat quæsita est; vt in Cn. Aufidio & M. Pupio: quorum vterque nostra memoria summa senectute, alter Orestem, alter Pisonem adoptauit. Hunc verò puer Cicero cæcum Senatorem, & historicum cognouerat, vt ipse testatur Tusculanarum quæstionum loco iam citato, vbi sic ait: Pueris nobis, Cn. Aufidius Prætorius * & in Senatu sententiam dicebat, nec amicis deliberantibus deerat, & Græcam scribebat historiam, & videbat in litteris. Ceterum huius esse opinor legem Aufidiam de Circensium Africanis, cuius meminit Plinius, quemadmodum latiùs in eiusdem Tribunatu plebis declarabo.

** licet cæcus videtur ibidè deesse, vel simile quid. vide locum: non enim ibidè alia quàm cæcorum affert exempla.*

[L. Scribonius L. f. L. n. Libo.] Cuius pater vir acer & iustus, vt anteà libro superiore retulimus, Tribunus plebis Ser. Sulpicium Galbam oratorem, M. Catone Censorio subscribente, reum fecerat ad populum propter Lusitanos oppressos per iniuriam, & proditorie trucidatos.

Pro-

Prouinciæ f. prorogatæ.

//. //. //. f. //. n //. Hisp. cit. //. //. //. f. //. n. //. Asiam
Pro. Prætorib. prorogato. imp. obtinuêre.
Sex. Pompeius Cn. f. //. n. Strabo. [Q. Fuluius Cn. f. Q. n. Gillo]

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Sicilia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Sardinia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Hisp. vlter.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Hisp. citer.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Asia.
//. //. //. f. //. n. // Ostiensis. //. //. //. f. //. n. //. * Lucerin. *
C. Licinius C. f. //. n. Sacerdos * A * Cæsellius //. f. //. n * Bassus *
L. Cœlius * C. f. C. n * Caldus. [M. Popillius M. f. M. n. Lænas]
P. Rutilius * Sp. f. Sp. n * Rufus. [P. Virginius P. f. L. n. Rutilus]
[M. Pinarius M. f. M. n. Posca]

ANNI P. R. C. DCXXXV.

Consules.

M. Porcius M. f. M. n. Cato. Q. Marcius Q. f. Q. n. Rex.
In. mag. mortuus est.
In. eius. locum. factus. est
//. //. //. f. //. n. //.
* Q. Ælius Q. f. Q. n. Tubero *

TABVLÆ Græcæ Consules adferunt Catonem & Marcium; Cassiodorus M. Catonem & Q. Marcium. Sic Iulius Obsequens prodigia quædam huius anni referens, lacte scilicet pluisse, terram cum mugitu tremuisse, examen apum in foro consedisse; propterea que sacrificium ex Sibullinis factum fuisse. Plinius item libro II. cap. XXXI. tres soles, Q. Marcio, M. Porcio Coss. visos fuisse scrib[it] Eutropius eorumdem sic memi- » nit; M. Porcio Catone & Q. Marcio Rege Coss. Narbonem in Gallia colonia deducta » est. Eadem fere tradit etiam Velleius Paterculus, de coloniis scribens libri primi historia- » rum fragmento, his verbis: Narbo autem Marcius in Gallia M. Porcio, Q. Marcio Coss. » abhinc anno circiter CLIII. deducta colonia est. Decumanorum militarem coloniam fuisse deductam, ex Plinij lib. III. cap. IV. discimus; sed posteriore, ni fallor, sæculo, Plinij tempore Decumanorum colonia est appellata: quòd eò, C. Cæsar, vt quidam volunt, legionis decimæ veteranos denuò deduxisset; quam Martiam autumant fuisse dictam, atque inde cognomen coloniæ Martius promanasse. Ante Cæsaris tamen tempora, quin ab initio sic appellatam à Q. Marcio Cos. cuius auspiciis deducta fuit hoc anno, quo Galliam prouinciam obtinebat, verisimilius videtur: quando M. Tullius in Fonteiana ,, eodem cognomine hanc vocet: Est, inquit, in eadem prouincia Narbo Marcius colonia ,, nostrorum ciuium, specula populi Romani, ac propugnaculum istis ipsis nationibus op- ,, positum & obiectum. Et ita scribendum esse coloniæ cognomen (Marcius) per c, non per t, litteram, censet doctissimus simul & diligentissimus in emendando Cicerone Dionysius Lambinus, auctoritate nixus optimi exemplaris antiqui bibliothecæ Vaticanæ, necnon iudicio Gabrielis Faërni. Velleij item correctissima quæque exemplaria astipulantur, in quibus item hæc colonia Narbo Marcius vocatur, vt ante dictum est: vbi hanc inter illas recenset, quæ Senatus populive iussu deductæ fuere, non imperatoris alicuius. Sed redeo ad Consules, quos item reperimus apud Valerium Max. qui libro V. cap. X. refert, vt Q. Marcius Rex superior, Catonis in Consulatu collega à rogo filij, quem vnicum, & optimæ spei amiserat, protinus curiam petierit, Senatumque quem eo die lege habere oportebat, euocarit: atque ita luctum priuatum altitudine consilij coërcendo, munia publica ne horula quidem vna prætermiserit.

Prodigia multa.

Narbo Marcius colonia in Galliis deducta.

Specula & propugnaculum aduersus Trasalpinas

Q. Marcij Cos. insignis animus.

Prouinciæ Consulares. Prouinciæ Consulares eo anno decretæ sunt Africa & Gallia, ob nouos forsan motus in his exortos. Galliæ namque necdum satis domitæ fides non poterat non esse Romanis suspecta: & in Africa Massanissæ regis nepotum discordia ciuitatum atque populorum item consensum in factiones distraxit, vt ex Sallustio colligere est. M. Cato Consul sortitus est Africam, quo immolante triste prodigium fuit, quòd exta tabuere, caput iocinoris non inueniretur. Ipse verò Consul in Africam profectus, in ea prouincia mortem obiit, vt auctor est Gellius Atticarum Noctium lib. XIII. cap. XVIII. Suffectus in locum Catonis quis fuerit, non liquet: liceat tamen opinari, Q. Ælium Tuberonem clarissimum Iurisconsultum atque philosophum fuisse, qui repulsam in Præturæ petitione passus fuerat; vt ante suo loco declaraui. Nam hunc Pomponius de origine iuris Consulem fuisse testatur. Et quamuis in Fastis inter ordinarios Consules non reperiatur, suffectus tamen esse potuit; quos Cassiodorus, Prosper, Marianus, & eius generis alij, qui annorum solummodò notarunt ordinem per Consulum nomina, præteriere. Si verò huius temporis Capitolinorum Fastorum extarent marmora, Q. Tuberonem Consulem fortasse in his reperiremus. Nec me mouet admodum, quod scribit Tullius in Bruto hunc Q. Tuberonem honoribus maiorum suorum respondere non potuisse. Hoc enim Tullium puto dixisse propter repulsæ ignominiam, & obscurum Consulatum: eò quòd maiores eius P. Pætus, L. Paullus aui, Q. Pætus Tubero pater, P. Africanus auunculus Consulatibus honores summos alios, Censuras nimirum & triumphos, aliaque decora maxima adiunxerint.

M. Cato Cos. in Africa moritur. *Q. Tubero Iurisc. cos.*

Q. Marcij res gestæ. Stœni latrones deleti. Via per Alpes in Hispaniam aperiri cœpit. Q. Marcius Cos. Catonis collega Galliam sortitus est, qui in prouinciam veniens, Inalpinas gentes barbaras bello persequutus est, Stœnos expugnauit atque deleuit, quòd latrocinijs e montibus itinerantes infestare solebãt. Decreuerat enim Romanus per Alpes exercitibus suis viam aperire tutam, atque vlteriùs inter subactos populos deducere colonias, nouamque facere prouinciam, ex qua per Pyrenæos montes cum exercitu terrestri itinere faciliùs in Hispanias transire possent. Sed de his latiùs posteà in triumpho Q. Marcij.

Prætores.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Vrban. &. Peregr. iurisdict. sortiti. obtinuêre.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstiones. rer. capitalium. sortiti. obtinuêre.

Cn. Papirius C. f. // . n. Carbo. C. Memmius * T. f. T * nepos.
L. Mummius * L. f. L. n * Achaicus. M. Iunius L. f * M. n * Silanus.
C. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Caprarius. [M. Decius M. f. Q. n. Mus.]

Prætores prouinciarum.

// . // . // . f. // . n. // . Hisp. cit. // . // . // . f. // . n. // . Hisp. vlter.
// . // . // . f. // . n. // . Siciliam. // . // . // . f. // . n. // . Illuricum
// . // . // . f. // . n. // . Asiam. // . // . // . f. // . n. // . Sardiniam

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

C. Porcius M. f. M. n. Cato. C. Liuius C. f. Mamiliani. n. Drusus.
M'. Acilius * M'. f. L. n * Balbus. Q. Minucius Q. f * M. n * Rufus.
* Q. Fabius * Q. Aimiliani f. Q. n * Maximus. Eburnus * An abierit Fabius in prouinciam aliquam post anni superioris Præturam, an Romæ retentus propter quæstiones, quibus præfuit, publicas, dubitari fortasse poterit: nam altero abhinc anno Consulatum gessit. Si igitur prouinciam hoc anno præterire noluit, annuam dumtaxat obtinuisse verisimile est: eaque non prorogata sequenti anno Romam ad Consulatus petitionem rediisse; repulsisque competitoribus, illum obtinuisse, vt suo loco dicemus.
[L. Hostilius L. f. A. n. Mancinus]

Ædiles curules.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
Sp. Postumius Sp. f * Sp. n * Albinus. C. Seruilius M. f. // . n. Varia.

Ædi-

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
P. Decius * M. f. Q. n. Mus   * T. Didius T. f. Sex. nepos.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
L. Calpurnius L. f. * L. n. * Piso. Frugi   P. Rutilius * L. f. //. n. Flaccus *
M. Pupius * Cn. f. P. * nepos.   L. Fufidius //. f. //. n. nepos.
[Sex. Antistius Sex. f. Sex. n. Vetus]   [T. Anicius C. f. T. nepos]
[C. Petellius C. f. Q. n. Spurinus]   [M. Atinius M. f. C. n. Labeo]
C. Aurunculeius L. f. L. n. Cotta]   [Sex. Albius Sex. f. C. n. Carrinas]

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. M. Catonis Cos. in Africa.
//. //. //. f. //. n. //. Q. Regis Cos. in Gallia. Gallicus.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Sicilia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Sardinia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. * Lucerinus *

C. Annius //. f. //. n. Bellienus. Frater, vt apparet, L. Bellieni, cuius in Quæsturis anni superioris est mentio. Ceterùm hic mendosè in exemplaribus Bruti Ciceroniani C. Bilienus appellatur; quo loco nobis ostendit Cicero per magistratuum gradus ad petitionem Consulatus vsque Bellienum hunc peruenisse, sed non obtinuisse. Ait enim, C. Bellienum hominem per se magnum, iurisprudentia summum euasisse: qui Consul, inquit, factus esset, nisi in Marianos Consulatus, & in eas petitionis angustias incidisset. *Iurisconsultus.*

Sex. Peduceius //. f. //. nepos. Hunc Tribunum plebis fuisse Pædianus testatur, vt suo loco dicemus; posteros item eius Prætores recensebimus.

A. Manlius * A. f. A. n. * Torquatus. Cuius auum Consulem opinor fuisse anno DXXCIX. Hic autem posteà legatus militauit in Numidia bello Iugurthino anno DCXLVI. Meminit non semel Sallustius in Iugurthina historia.

[C. Æbutius C. f. T. n. Carus] Gente plebeia quidem, sed familia Prætoria natus. Cuius auum nobis Prætorem producit anno vrbis DLXXV. Liuius libro XXXIX. item III. virum coloniæ deducendæ posteà, nec non agris dandis X. virum libro XLII.

[Cornelius C. f. C. n. Cethegus] [M. Sempronius M. f. M. n. Tuditanus] Ambo Consulari familia prognati fuere.

[L. Minucius L. f. Q. n. Thermus] [P. Quinctilius P. f. P. n. Varus] Ambo familia Prætoria nati.

Prouinciæ f. prorogatæ.

//. //. //. f. //. n. //. Macedoniam.   //. //. //. f. //. n. //. Achaiam
Pro. Prætorib. prorogato. imp. obtinuere.
[A. Tullius A. f. //. n. Decula. * M. Æmilius M. f. L. n. Scaurus *

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Hisp. citeriore.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Hisp. vlteriore.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Asia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Macedonia.
//. // //. f. //. n. //. * M. Scauri * Propr. in Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. Calenus. //. //. //. f. //. n. //. Ostiensis.
[M. Popillius M. f. M. n. Lænas] L. Cœlius * C. f. C. n * Caldus.
P. Rutilius * Sp. f. Sp. * Rufus. Cn. Aufidius * Cn. f. Cn. * nepos.
L. Ælius. //. f. //. n. Lamina. [L. Scribonius. L. f. L. n. Libo.]
[P. Virginius P. f. L. n. Rutilius.]

L. CAECILIVS. L. F. Q. N. METELLVS. AN. DCXXXV.
DELMATIC. PRO. COS. DE. DELMATEIS. III. NON. //.

Ex Eutropij mendoso non parum codice colligere tamen est, quo anno Narbonem deducta est colonia, eodem de Delmatis triumphatum esse à L. Metello: quem docet hoc marmoris fragmentum non Q. Macedonici Metelli, sed L. Calui fratris Macedonici fuisse filium, præclaram sanè lucem adferens Romanæ historiæ. Verùm in Eutropianis exemplaribus densæ cùm in numeris tum in verbis manêt tenebræ. Quid enim ex his veri proferes?

Eutropij mendosus locus.

» M. Porcio Catone, Q. Marcio Rege Coss. DCXXXIII. ab vrbe condita
» Narbonam in Gallia colonia deducta est, annoque eodem à L. Metello & Q. Mucio
» Scæuula Coss. de Dalmatia triumphatum est. Bibliothecæ nostræ Sanctensis exemplar
» manuscriptum vetus non habet (Annoq; eodem) sed ita (Annoque posteà L. Metello &
» Q. Mucio Coss. de Dalmatia triumphatum est.)

Et hæc quidem exemplarium varietas suspicionē a me contemptam excitat, & auget, duorum scilicet annorum res gestas confuse, truncatis perperàm verbis ibidem adferri: veramq; ni fallor, Eutropij historiam declarasse potiùs, M. Catone, Q. Marcio Coss. Narbonem deductam coloniam, annoque eodem a L. Metello de Dalmatia triumphatum fuisse; annoque posteà, L. Metello & Q. Mucio Coss. de Gallis à Q. Marcio Procos. triumphatum esse. Hoc idem Capitolina marmora, nec non Auctorum consensus testantur. Falsum autem est, sequentis anni Consules L. Metellum Q. Macedonici filium, & Q. Mucium Scæuulam de Dalmatis, vel aliis Romanorum hostibus triumphasse. Quod ad alterum L. Metellum, L. Calui filium, de quo nunc agimus, attinet, hunc scribit Appianus Alexandrinus in Illurica sua Delmatis innoxiis triumphandi tantùm cupidine bellum intulisse: quamuis ipsum amicè recepissent: itaque cùm Salone eorum vrbe hibernasset, deportato posteà Romam exercitu, sine caussa triumphasse. Sed hæc quidem, quasi nullo gesto bello triumphasset, videntur satis paradoxa, si ad alios respiciamus Auctores. Nam Liuius libri LXII. Epitoma prodit L. Metellum Delmatas subegisse. Item Asc. Pædianus in Ciceronis Verrinam de Vrbana iurisdictione, vbi Verres accusatur, quòd manubias sibi tantas ex L. Me-

Delmatæ subacti.

» telli manubiis fecerit; qui maiore pecunia quatuor columnas dealbandas quam ille om-
» neis ædificandas locauerit. Ex L. Metelli manubiis, ex æde scilicet Castoris, inquit
» Pædianus, quam de manubiis L. Metellus extruxerat, qui Metellus subactis Dalmatis
» Dalmaticus appellatus est.

Ædem Castoris ex manubijs Delmaticis fecit L. Metellus.

Grauius igitur bellum fuisse, quam Appianus scribit, verisimile est; ex quo Metellus hic non solum victoriam, sed & magnas manubias, atque cognomen alterum cum præclaro triumpho retulit. Extant adhuc argentei denarij in vsum atque memoriam istius triumphi ab eodem Metello cusi: in quorum vna parte Procos. Metellus exsculptus est, stans in quadriga triumphali, aquilam legionariam dextra tenens, ac indicans, legionum opera atque virtute victoriam atque triumphum se obtinuisse, cui subsunt hi characteres, L. METELLI. In altera nummi parte legitur nouum cognomen, DELMATICVS. scilicet triumphus: à quo Delmaticus & ipse vocari voluit. Expressa est in eadem altera parte pulcherrima matronæ facies, more Romano capillis elegantissime compositis, cuius collum redimitum est corona gemmata, virtutum ac gratiarum insigne quoddam. C. Cæciliane videri potest à gente Cæcilia propter generis vel nominis affinitatem peculiari quadam religione fortassis honorata: cum Cæcilius quisque Cæcilias suas huic virtute non minus, quam nomine similes optaret. Erat autem hæc Caia Tarquinij Prisci Romanorum regis vel vxor Tanaquil, vt ex quibusdam Plinius asserit; vel nurus, vt ex aliis Plutarchus, viri scilicet ex regis Tarquinij liberis collocata.

Denarij triumphales.

C. Cæcilia.

cata. Quæ quidem sub socrus reginæ disciplina lanificij & artis textoriæ peritia celebris est facta, atque inter Romanas honestatis & virtutis matronalis velut speculum exemplumque singulare quoddam semper decantata fuit. Memoriam igitur illius Romanæ matres coluere iugiter, cui etiam in templo Sangi statua ex ære posita fuit: vbi etiam eius sandalia & colus, pudicitiæ & industriæ suæ certa monumenta, vt Plinius ait, seruabantur. Ab hac profluxisse ritum in nuptiis posteà seruatum volunt, vt sponsam introducentes ad sponsum, iuberent eam pacisci, ac dicere his verbis, VBI. TV. C. EGO. Ͻ hoc est, Vbi tu Caius, ego Caia. Quo quidem indicabatur, dicto coniugij circulum æqui dominij consensu connectendum esse. Huius item exemplo morem inductum volunt, vti nubentes virgines comitaretur colus compta, & fusus cum stamine. Ex iam dictis autem colligere etiam est ferè, gentis Cæciliæ præclaram virginem quamdam Caiam vni ex filiis Tarquinij Prisci regis collocatam fuisse, qui prænomine Caius vocabatur; solemnique pacto, dictisque verbis ita connubium sancitum fuisse. Verum in ista rerum antiquitate magnæ sunt tenebræ, e quibus nec ipsi scriptores quos habemus veteres, expedire se potuerunt: quorum Plinius hæc iam dicta, quæ fere Plutarchus de C. Cæcilia memorat, ad eius socrum reginam Tanaquilem transtulit, eamdem quoque C. Cæciliam vocatam fuisse tradens, nulla tamen addita duplicati nominis caussa; quasi non ambæ potuissent virtutibus ac meritis illustrem sui memoriam relinquere, statuisque & honoribus decorari. Sed de his iam nimis multa: tu vide locos, candide Lector, & iudica; Plinij libro VIII. cap. XLVIII. & Plutarchi, de caussis priscorum rituum in problematibus.

Eius statua.

Pactum matronale in nuptijs.

ANNI P. R. C. DCXXXVI.

Consules.

L. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Q. Mucius Q. f. Q. n. Scæuula.

SVBSEQVVNTVR in Cassiodoro Consules L. Cæcilius, Q. Mucius: in tabulis Græcis & Cuspiniani Metellus & Scæuula; in aliis, quos idem Cuspinianus citat, Diadumenus & Scæuula; sed mendosè, pro Diadematus, quod alterum Metelli cognomen est, vt eius in Quæstura dixi. Nominat etiam Consules Eutropius libro historiarum quarto, » sed mirum in modum deprauato loco, cùm sic legantur in vulgatis eius verba: M. Porcio » Catone & Q. Marcio Rege Coss. sexcentesimo trigesimo & tertio anno ab vrbe condita, » Narbonam in Gallia colonia deducta est, annoque eodem à L. Metello & Q. Mucio » Scæuula Coss. de Dalmatia triumphatum est. Quæ verba quantum ab historica veritate delirent, nemo non ex Annalibus hisce nostris intelligere poterit. Ex manuscriptis autem Eutropianis exemplaribus facile colligimus, nihil nos eius Auctoris integrum habere: sed opus in frusta dissectum esse, illudque cum Orosij aliorumque excerptis ineptissime Paullum Diaconum, Landulphum, & quosdam alios Romanorum historiam in compendium contrahere cupientes posteà conglutinasse. Antiquum bibliothecę nostræ Sanctensis exemplar in pergamena scriptum discrepat à vulgatis editionibus mirum in modum, & fere paginatim: vbi in iam citatis sic differunt verba à superioribus » (Annoq; posteà à Licinio Metello & Q. Mucio Consulibus de Delmatia triumphatum » est.) Sed fœdior hic lapsus etiam est. Ex ea tamen exemplarium diuersitate diuinare possumus, conturbatam & mutilam hanc historiam esse: eamdemque ferè corrigi, & ex » parte suppleri ex Fastis (si coniecturæ quis locus est) sic posse (Annoque eodem à L. Me» tello de Dalmatia triumphatum est: annoque posteà L. Metello & Q. Mucio Coss. * de » Gallis Subalpinis à Q. Marcio Procos. *) Haud dubium enim est, quin hoc ipsum, vel simile quid memoratu dignum, hisce Consulibus gestum in historia hac sua subiunxerit Eutropius, quod vel Paulus Diaconus iam dictus, vel quispiam alius huius Auctoris carnufex penna sua tamquam scalpita quadam decurtauit, cupiens trium annorum historiam in vnum conturbare, & opinione falsus, de vno tantùm L. Metello loqui Eutropium. At apud Iulium Obsequentem nominātur item huius anni Consules, vbi prodigia, quæ tum accidere referuntur: error tamē est proculdubiò in exemplaribus, quòd L. Cęcilij collega L. Aurelius, ibidem legatur pro Q. Mucio. Extat autē Genuæ tabula quædam ænea huius temporis in æde sacra diui Laurentij, de qua superiùs in Annali DCXXVII. mentionem quoque feci, & eius quædam verba citaui; quæ de finibus controuersiis inter Genuateis & Veiturios vicinos populos per duoviros Q. M. Minucios Rufos ex S. C. cognita, perque sententiam hoc anno declarata fuere. Nam nomina horum Consulum in eadem tabula sic habentur:

Eutropij mendum demonstratur iterum.

Consulum nomina in Genuate tabula.

VBEI. EA. FACTA. ESSENT. ROMAM. CORAM. VENIRE. IOVSERVNT. ROMAE. CORAM. SENTENTIAM. EX. SENATI. CONSVLTO. DIXSERVNT. EIDIB. DECEMB. L. CAECILIO. Q. F. Q. MVVCIO. Q. F. COS.

En quæſo, quàm apertè nobis declarat hæc tabula, Conſulem alterum L. Cæcilium Metellum, Q. Metelli Macedonici filium fuiſſe, non fratris eius L. Metelli Calui: nam hic anno ſuperiore de Delmateis triumpharat Procos. vt expoſui latius.

Prodigia.

Fulmine hoc anno, quemadmodum Iulius Obſequens refert, Romæ & circà pleraque tacta ſunt. Præneſte lacte pluit. Haſtæ Martis in Regia motæ. Priuerni terra ſeptem iugerum in cauernam deſedit. Saturniæ androgynus annorum decem inuentus, & in mare demerſus. Virgines viginti ſeptem orbem carmine luſtrauerunt. Reliquum anni in pace fuit. Sic Obſequens de huius anni prodigiis.

Prouinciæ Consulares.

De Conſularibus prouinciis, rebus eorum geſtis nihil certi reperio: ſuſpicor tamen Conſulibus decretas Italiam atque Galliam fuiſſe, rebus illic nondum quietis atque firmatis. Nam Romanus tunc temporis Narbonenſis coloniæ tutandæ cauſſa cum Alpinis gentibus bellum diu continuaſſe videtur; Galliamque idcircò diu Conſularem manſiſſe prouinciam veriſimile fit.

Prætores.

//. //. //. f. //. n. //. Vrb. //. //. //. f. //. n. //. Peregrinam

iuriſdictiones. ſortiti. obtinuêre.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtiones. publicas. ſortiti. obtinuêre.

L. Calpurnius * L. f. C. n * Piſo. Cæſoninus. C. Lucilius //. f. //. nepos.

C. Cœlius * L. f. L. n * Caldus. M. Bæbius * Q. f. M. n * Tamphilus *

[M. Fundanius M. f. M. n. Fundulus] D. Lælius //. f. //. n * Balbus *

Prætores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. Macedoniam. //. //. //. f. //. n. //. Achaiam

//. //. //. f. //. n. //. Hiſp. citer. //. //. //. f. //. n. //. Hiſp. vlter.

//. //. //. f. //. n. //. Aſiam. //. //. //. f. //. n. //. Africam

Prouincias. ſortiti. obtinuêre.

Cn. Papirius C. f. //. n. Carbo. L. Mummius * L. f. L. n * Achaicus.

C. Memmius * T. f. T * nepos. M. Iunius L. f * M. n * Silanus.

C. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Caprarius. [M. Decius M. f. Q. n. Mus]

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Q. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus. Qui. poſteà. Numidicus. appell. eſt. M. Porcius M. f. M. n. Cato. Sallonianus.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

M. Octauius Cn. f * Cn * nepos. M. Iunius * M. f. M. n * Silanus.

C. Marius bis eodem die repulſus.

Petierat inter alios candidatos in hunc annum Ædilitatem quoque C. Marius; ſed bis eodem die repulſus fuit. Nam, vt Plutarchus ſcribit, cùm Ædilitatem priùs curulem peteret, & ſe præteriri videret, confeſtim tranſiit ad alteriùs ſortis candidatos, & Ædilitatem plebis inter alios petere cœpit, cùm vtriuſque magiſtratus comitia eodem die haberentur; & Ædilibus curulibus creatis, mox de plebeiis inirentur ſuffragia. Verùm quia Marius cunctis ambitioſus & arrogans videbatur, iterum præteritus vtraque excidit. In eumque modum vno die, quod nulli anteà contigerat, bis repulſam eſt paſſus. Et hæc ita diſertè Plutarchus in eius vita memoriæ prodidit. Marius itaque poſt duas has repulſas Ædili-

Ædilitatem non ampliùs petiit, quod etiam testantur tituli magistratuum eius antiquæ marmoreæ tabulæ insculpti; cuius epigraphen posteà adducam in eius triumpho primo. Hinc est quòd Valerius Maximus, vt in Marij Tribunatu dixi, scribat admodum scitè, Marium patientia repulsarum irrupisse magis in curiam quàm venisse; & Tribunatus quoque & Ædilitatis petitione consimilem campi notam sustinuisse. De Ædilitiis autem eius repulsis meminit item eleganter Tullius in Planciana, vbi plures tales repulsas enu-
» merat Laterensi aduersario Cn. Plancij sui: Auus tuus, inquit, & P. Nasicæ tibi Ædili-
» tiam prædicaret repulsam: quo ciue ego neminem statuo in hac republica fortiorem: &
» C. Marij, qui duabus Ædilitatis acceptis repulsis, septies Consul est factus: & L. Cæsaris,
» Cn. Octauij, M. Tullij; quos omnes scimus Ædilitate præteritos, Consules esse factos. De P. Nasicæ repulsa suo loco diximus: L. Cæsaris, Cn. Octauij, & M. Tullij suo ordine sequentur.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. /.. n. //.	.·. /. .. f. /. n. /.
//. //. //. f. /. n. /.	.:. /. /. f. /. n. :.
/. /. /. f. /. n. /.	.//. /. /. f. ... n. /.
/. /. /. f. /. n. /.	./. /. /. f. . n. /.
//. //. .. f. /. n. /.	.//. /. //. f. /. n. /.
L. Cassius * Q. f. Q. n * Longinus.	C. Atilius * M. f. M. n * Serranus.
Q. Lutatius Q. f * Q. n * Catulus.	[L. Aurunculeius C. f. C. n. Cotta]
[L. Afranius C. f. C. n. Stellio]	[C. Apustius C. f. L. n. Fullo]
[Sp. Cluuius Sp. f. Sp. n. Saxula]	[L. Durenius L. f. L. nepos]
[T. Fonteius T. f. T. n. Capito]	[M. Fulcinius M. f. L. nepos]

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. * Q. Muci * Cos. in. Gallia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Hisp. citeriore.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Hisp. vlteriore.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Africa.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Achaia.
//. //. //. f. /// n. //. Ostiensis.

T. Albucius . f. . nepos. Eques Romanus, diues, Græcarum studiosus disciplinarum; sed admodum ingenio vanus atque leuis: itaque Græcis etiam litteris doctus, vel potiùs pæne Græcus, vt M. Tullij verbis dicam, qui sic in Bruto de illo cēset: Fuerat enim Athenis adolescens, & perfectus Epicureius euaserat. Scripsit orationes, quarum meminit ibidem Cicero. Hunc quidem insigniter propter leuitatem & peregrinos mores Lucilium in Satyris suis perstruxisse nobis constat ex poëtæ fragmentis, vt in Q. Scæuulæ Auguris Prætura superiùs quædam ex iis citata demonstrant.

M'. Aquillius M'. f. M'. nepos. Familia Consulari, cùm pater eius Consul fuisset cum Tuditano DCXXIV. anno vrbis. Hic autem posteà Consul etiam factus bellum fugitiuorum in Sicilia confecit, & ouationem deinde ex ea prouincia retulit, vt suis in Annalibus referetur. Extant elegantes huius, vel patris (vt indicare videntur inscripta nomina) denarij cum Apollinis intonsi laurea coronati capite, & Pegaso super stellam exilien- *Argentei denarij Aquilliorum.* te. Item alij cum Solis capite cincto corona radiata, in quorum alia parte Luna dea bigam suam agitat inter quatuor stellas. Et hi quidem typi ad originem ac significationem gentilitij nominis & familiæ pertinent, ex poëtica philologia desumpti: qui sanè sunt vberioris argumenti, quàm vt hoc loco breuiter commodeque possint explicari.

M. Licinius * M. f. P. n * Crassus. Frater (sicut ex annorum ratione colligimus) P. Crassi M. f. qui de Lusitanis triumphauit; atque nepos P. Crassi C. f. Cos. anno DXXCII. qui in Macedonia bellum cum rege Perse non satis prosperè gesserat; & patruus illius M. Crassi P. f. qui denique post duos Consulatus atque Censuram contra Parthos bellum gerens, cum exercitu in Asia ad Euphratem ignominiosè periit. De patre

verò Marci huius nihil certi reperio: ipsum verò Prætorem fuisse posteà constabit, cuius videri poterunt argentei denarij Victoriati, in quorum vno latere ipsius deæ Victoriæ imago ad pectus vsque expressa est; & eiusdem biga in altero, sub quo titulus, M. CRASS. M. F.

Ser. Fuluius * Ser. f. Q. n * Flaccus. Eius, qui anteà Cos. de Vardæis ex Illurico triumphauerat anno DCXVIII. filius hic fortasse fuit. M. Tullius in Bruto meminit orationum C. Curionis oratoris illustris huius temporis, quem auum Curionem Plinius vocat; eius vnam nobilem ac laudatam orationem pro Ser. Fuluio de incestu extitisse suo tempore, Tullius ibidem scribit.

[T. Manlius T. f. T. n. Torquatus] Auo Consulari grauissimo iurisconsulto, nobilissimoque Senatore, qui filium alterum minorem (nisi fallor) natu D. Iunio Silano in adoptionem dederat, & posteà repetundarum ex Macedonia crimine conuictum domestico iudicio damnauerat, vt suo loco retulimus. Igitur ex maiore filio posteritatem Manlio remansisse, & nepotes reliquisse verisimile est.

[Q. Næuius Q. f. Q. n. Matho] Familia Prætoria natus: nam huius auum memorat Prætorem anno vrbis DLXIX. Liuius libro XXXIX.

[C. Orcius C. f. C. n * Flamma *] Familia Tribunicia; cuius auus legem de conuiuiis moderandis tulerat primus anno vrbis DLXXII. sicut ex Macrobio docui. Flammæ cognomen in hac gente reperio fuisse, teste Seneca controuersiarum libro V. sed ibidem in vulgatis incorrectè Occius legitur.

[M. Pinarius L. f. L. n. Natta]

Prouinciæ f. prorogatæ.

//. //. //. f. //. n. //. Siciliam. //. //. //. f. //. n. //. Sardiniam
//. //. //. f. //. n. //. Illuricum

Pro. Prætoribus. prorogato. imperio. obtinuêre.

M'. Acilius * M'. f. L. n * Balbus
Q. Minucius Q. f * M. n * Rufus.
[L. Hostilius L. f. A. n. Mancinus]

Pro. Quæstoribus. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Asia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Sicilia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Sardinia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Illurico.
//. //. f. //. n. //. * Lucerin * //. //. //. f. //. n. //. //. Calenus.

Cn. Aufidius * Cn. f. Cn * nepos.
[C. Cornelius C. f. C. n. Cethegus]
[L. Minucius L. f. Q. n. Thermus]
[L. Scribonius L. f. L. n. Libo]
[M. Popillius M. f. M. n. Lænas]
[M. Sempronius M. f. M. n. Tuditanus]
[P. Quinctilius P. f. P. n. Varus]

Q. MARCIVS. Q. F. Q. N. REX. PROCOS. AN. DCXXXVJ.
DE. LIGVRIBVS. STOENEIS. III. NON. DECEMB.

De Q. Marcij Regis triumpho hæc habemus in Capitolinis marmoreis triumphorum fragmentis: ipsum scilicet Procos. hoc anno III. Nonas Decembris Romam reuersum triumphasse. Ex quo colligimus etiam, eumdem coloniæ Narbonis Marcij deducendæ firmandæque caussa tardiùs prouincia decessisse. De victoria quadam Paullus Orosius tradit historiarum libro V. cap. XIV. Q. Marcium Gallos sub Alpium radicibus positos expugnasse, & ad internecionem deleuisse. Cum enim se Romanis copiis impares viderent, armisque circumseptos: occisis coniugibus ac liberis, in flammas sese proiecerunt. Qui verò, præoccupantibus Romanis, viui capti fuerant, spontaneo quouis mortis genere semet interfecere, alij ferro, alij suspendio, aliique inedia: vt omnino ne paruulus quidem superfuerit, qui seruitutis conditionem morti præferret, vt pulchre narrat Orosius, qui Gallicam gentem fuisse dicit, proprium tamen gentis nomen non addens. T. Liuium hoc bellum non præteriisse, constat ex eius Epitoma libri LXII. vbi Q. Marcium Consulem hanc gentem expugnasse legimus: sed librarij scriptores rarum ac insuetum nomen varie per imperitiam in exemplaribus deprauarunt, quod in quibusdam Sarnios,

Seruitus morte grauior visa Stœnis.

Nomen gentis mendosum in Liuiano.

nios, in aliis Salinos, vel Samios legitur. In correctioribus autem manuscriptis Carulus Sigonius Stonos reperiri adfirmauit, quod veri magis simile nomen, atque Capitolino marmori, vt antiquissimo, ita & correctissimo, vicinius & conuenientius: in quo Stœni vocantur prisca voce Celtica, fortasse sic dicti a saxis, & inter Ligures censentur. Nec discrepare videtur in vrbium catalogo Stephanus Grammaticus, vbi Στωῖνος πόλις Λιγύων, οἱ πολῖται Στωῖνοι. Eiusdem igitur nominis oppidū incoluere. Si iidem populi Stœni, sane nomen hoc in Stephano corrigi ad antiqui marmoris fidem poterit: vt etiam in Plinij tertio libro, cap. xx. qui & Stonos caput Euganeorum in Grais Alpibus adfert. Caput, inquit, eorum Stonos. Sed vide Lector, num mancus sit locus. Sic etiam in Strabone Stœnorum mentio fit Geographiæ lib. quarto, qui eos collocat in Alpium radicibus, non procul à Tridentinis, Septemtrionem versus, & recenset inter alios minutos populos pauperes, ac latrociniis deditos, qui prioribus temporibus Italiam tenuerant. Itaque numerari posse videntur inter Euganeos ex Herculis comitatu in Alpibus Grais relictos, vt apud Plinium legimus: vel quos Antenor Troianus cum Henetis in Italiam veniens ex Padi campestribus intra Alpes reppulit, quemadmodum Liuius scribit Historiarum libri primi exordio.

Ligures Stœni quibusdā.

Euganeorum caput Stonos oppidum Plinio.

Herculis comites Euganei.

FINIS LIBRI XIII.

IN QVO CITATI,

Fasti Capitolini. Cassiodorus Senator. Marianus Scotus. M. Tull. Cicero. Asc. Pedianus. Val. Maximus. Velleius Paterculus. Plutarchus. Appianus. T. Liuius. Franc. Orosius. C. Plinius. Sex. Festus Pompeius. Auctor de viris illustribus. Iulius Obsequens. Porphyrio Horatij interpres. Corn. Strabo. Eutropius. Cor. Nepos. P. Victor. Ouidius. L. Florus. Sex. Iulius Frontinus. Numismata. Virgilius Carisius. Sosipater. Cuspinianus. Iustinus Donatus. Byzantius. Stephanus de vrbibus. Sex. Pompeius Trogus. Censorinus. Commentarij XV. virûm. Aenea Genuensium tabula peruetus. Solinus. A. Gellius. Phlegon Trallianus in Admirabilibus. Cornelia mater Gracchorum. Iulius Hyginus. Dionysius Halicarnassens. Verrius Flaccus. Silius Italicus. Ammianus Marcellinus. Pomponius Mela. Eustathius in Dionysium Afrum. Nonius Marcellus. Tabulæ Rom. legum. M. Quinctilianus. M. Cato in Originibus. Ptolomæus. Lycophron. Diodorus Siculus. Hub. Goltzius. Isacius Tzetzes. Dion Cassius. C. Cæsar. Charax Geographus. Polybius. Apollodorus.

EMENDATI AVT ILLVSTRATI,

Marianus Scotus, pag. 1. 8. 29. 43. 49. *Cassiodorus, pag.* 1. 8. 29. 43. 49. *Val. Maximus, pagina* 1. 8. *Orosius, pagina* 6. 49. *Cicero, pagina* 8. 9. 16. 39. 50. 61. 64. 69. 71. 76. 77. 78. 81. 84. 85. 87. *Plutarchus, pagina* 6. 9. 15. 51. 60. *Plinius, pagina* 12. 20. 46. 68. 93. *Liuij Epitoma, pag.* 13. 26. 33. 60. *L. Florus, pag.* 18. 72. *Iulius Obsequens, pag.* 18. 27. 43. *Iulius Frontinus, pag.* 25. *Strabo, pag.* 34. 68. *Phlegon Trallianus, pag.* 38. *Iosephus, pagina* 39. *Pedianus, pagina* 40. *Eutropius, pagina* 43. 66. 88. 89. *Velleius Paterculus, pag.* 47. *M. Varro, pag.* 59. *Appianus, pag.* 68. *Lucilius, pag.* 69. *Pomponius, pagina* 77. 84. *Stephanus Byzantius, pag.* 79. *Auctor Dialogi de Oratoribus, pag.* 80. *Scriptor de viris illustribus, pag.* 82.

STEPHANI VINANDI PIGHII
LIBER XIV.
ANNALIVM ROMANORVM.

ANNI P. R. C. DCXXXVII.

Consules.

C. Licinius P. f. -. n. Geta. Q. Fabius * Q. Æmiliani f. Q. n * Max. Eburnus.



CONSVLES adferunt tabulæ Græcæ Getam & Maximum; Cassiodorus C. Licinium Getam & Q. Maximum; Marianus Scotus C. Licinium Getam, Q. Maximum Eburnum: Io. Cuspinianus item ex suis antiquis tabulis, vt opinor, Q. Maximo Eburni cognomen, vel agnomen potius, adscripsit. Atque hic Q. Maximus M. Æmilium Scaurum hominem grauissimum, ciuem egregium, Senatorem fortissimum, competitorem suum in huius Consulatus petitione superauit fauore populi; quemadmodum Cicero testatur in oratione pro L. Murena.

Prouinciarũ ordo latet. De Consulum prouinciis nil certi nobis constat ex veterum scriptis: Italiam & Galliam, non secùs ac anno superiore, suspicamur Consulibus decretas fuisse; cum & anno sequenti Consularis Gallia fuerit. Eam ex hisce Consulibus C. Geta sortitus videtur, atque bellum cum gentibus Alpium Graiarum continuasse, victoriamque adeptum insigne trophæum ex manubiis ibidem superiorum ducum exemplo ad terrorem hostium constituisse. *C. Getæ denary.* Tale quid etenim nobis indicare videntur eius elegantes argentei, cum immani trophæo spoliis atque armis hostium vestito in vna parte, iuxta quod extat eius nomen, C. LICINIVS. P. F. GETA. In altera verò parte, vbi ROMA. scriptum, Herculis clauigeri videtur effigies eximia: quem heroa fabulantur Græci scriptores primum cum exercitu per Alpes penetrasse, suoque de comitatu colonias in his reliquisse, & inde Graias Alpes vocari. Meminit Plinius ex M. Catonis Originibus libro III. cap. XX. addens ex ceterorum opinione, Lepontios & Euganeos ex Herculis comitatu in Alpibus remansisse.

Bella Iugurthina exoriũ. Iugurtha parricidium. In Numidia noui bellorum motus inter Micipsæ regis mortui filios heredes exorti sunt, Iugurtha adoptatiuo totum regnum sibi per scelus vindicante. Nam vt Liuius auctor est, Hiempsalem fratrem bello petiit, victum interemit, vt eius habet Epitome libri LXII. Sallustius autem aliter scribit, quòd Iugurtha fratrem Hiempsalem in oppido Thirmida circumuentum insidiis per sicarios in hospitio domi trucidarit. *Scinditur in partes populus barbarus.* Quo parricidio perpetrato, scinduntur in partes Numidæ; plures Adherbalem alterum Micipsæ filium, melioremque caussam sequuntur; sed Iugurtham bello meliores, vt ait Sallustius, quem vide in historia belli Iugurthini.

Prætores.

M. Liuius C. f. Mamiliani n. Drusus. Vrbanam. iurisdictionem. sortitus. obtinuit. vt ex secundo libro Rhetorices ad Herennium constat, vbi sic legimus: M. Drusus Prætor vrbanus, quo cum herede mandati ageretur, iudicium reddidit, Sex. „ Iulius non reddidit. De eodem intelligenda videntur, quæ Drusi Prætoris verba citat ad „ Atticum Tullius, scribens libro VII. ep. II. de Chrysippo quodam liberto suo fugitiuo, cuius libertatem propter fugam & scelera reuocare se velle declarat. Verba eius sunt hæc: Chrysippum vero, quem ego propter litterularum nescio quid libenter vidi, in honore „ *Idiotismus perpetuus M. Drusi Prætoris vrbani.* habui. Discedere à puero insciente me? Mitto alia, quæ audio multa: mitto furta, fu- „ gam non fero, qua mihi nihil visum est sceleratius. Itaque vsurpaui vetus illud Drusi, vt „ ferunt, Prætoris in eo, Qui eadem liber non iuraret, me istos liberos non addixisse, præ- „ sertim

» fertim cùm adesset nemo,à quo rectè vindicarentur. Ex edicto igitur perpetuo Drusi Prætoris hæc verba Tullius adferre videtur.

//. //. //. f. //. n. //. Inter.ciueis.&.peregrinos. iurisdictionem. sortitus. obtinuit.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuêre.

P. Cornelius P. f. P. n. Scipio. Nasica. L. Calpurnius * L. f. C. n. Piso * Bestea.
Q. Æmilius M. f * M'. n * Lepidus. Q. Rubrius //. f. //. n. Varro.
C. Licinius * A. f. A. n * Nerua.

Ambitus postulatus est anno hoc C. Marcius C. f. post comitia Prætor designatus, vt auctorem habemus Valerium Maximum libro VI. cap. IX. qui scribit Marium Præturæ candidatum postremum inter designatos locum non sine periculo obtinuisse; ambitus enim accusatum vix atque ægre absolutum fuisse. Scribit idem Plutarchus in eius vita, vbi rem latiùs exponit, & quæstionis istius exitum memorat, quamque difficulter damnationem vix medus suffragiis euaserit.

Prætores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. Siciliam. //. //. //. f. //. n. //. Sardiniam
//. //. //. f. //. n. //. Hisp. cit. //. //. //. f. //. n. //. Hisp. vlter.
//. //. //. f. //. n. //. Africam. //. //. //. f. //. n. //. Illuricum

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

C. Cœlius * L. f. L. n * Caldus. C. Lucilius //. f. //. nepos.
M. Bæbius * Q. f. M. n. Tamphilus * D. Lælius //. f. //. n * Balbus *
L. Calpurnius * L. f. C. n * Piso Cæsoninus. [M. Fundanius M. f. M. n. Fundulus]

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
Ser. Sulpicius Ser. f. Ser. n. Galba. L. Cornelius L. f. L. n. Merula.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
M. Aurelius * M. f. C. n * Scaurus. P. Licinius * P. f * //. n. Murena.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
Q. Marcius * Q. f. Q. n * Philippus. [C. Terentius C. f. A. n. Varro]
[P. Iuuentius P. f * L. n. Thalna] [M. Plætorius M. f. C. nepos]
[C. Racilius C. f. C. nepos] [L. Statilius M. f. M. nepos]
[C. Torannius M. f. //. n. Niger] [C. Trebonius C. f. C. n. Asper]
[Sp. Antius Sp. f. Sp. n. Restio] [Sp. Mæcilius Sp. f. L. n. Tullus]

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. * C. Getæ * Cos. in. Gallia.

//. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Sicilia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Sardinia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Hisp. citeriore.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. Calenus.

C. Memmius * C. f. C. n. Gallus * Quem cum L. Memmio fratre (nisi fallor) inter huius temporis oratores mediocres Tullius in Bruto recenset: sed accusatores acres atque acerbos dicit fuisse; sic etiam multos in iudicium capitis vocasse, pro reis non sæpe dixisse. Virum acrem idcircò, liberique ingenij, atque infestum potentiæ nobilitatis fuisse, scribit Sallusthius in Iugurthina; qui tamen huic attribuit facundiam claram pollentemque; adeò vt eius quamdam orationem intertexere historiæ suæ decorum existimauerit. Filium hunc fuisse C. Memmij, qui legem de iudiciis tulerat, annorum interstitium insinuare videtur.

Oratores duo Memmij.

C. Bæbius * Q. f. Q. n. Sulca * Infamis homo propter auaritiam & impudentiam, teste Sallustio; sicut in eius Tribunatu plebis latiùs ostendetur.

P. Popillius P. f. C. n. Lænas. Viri Consularis P. Lænatis, quem C. Gracchus in exilium miserat, maior filius: tum quidem adolescens hic cum fratre suo minore C. Popillio supplicauit populo pro patre, cùm ante quinquennium rogatione Calpurnia reuocaretur ab exilio. Meminit eius rei Cicero in oratione ad Quirites post reditum.

C. Cosconius * M. f. M * nepos. Patre Prætorio, qui Macedoniam anno DCXVIII. obtinuerat, & de Scordiscis insignem victoriam retulerat, vt ex annorum interuallo colligimus. Hunc quidem posteà reum fuisse repetundarum lege Seruilia demonstrabo. Quare non solùm magistratus, verùm etiam ex Prætura prouinciam obtinuisse, fit verisimile.

[C. Stertinius C. f. C. nepos] Domo Prætoria: meminit aui Prætoris Sardiniæ Liuius libri XXXIIX. fine.

[P. Licinius P. f. P. n. Crassus] Cuius patrem Quæstorem reperimus fuisse anno DC. & auus illius videri potest qui Consul extat in Capitolinis Fastis anno DXXCII.

[A. Sempronius A. f. L. n. Atratinus] [M. Quinctilius P. f. P. n. Varus]

Prouinciæ f. prorogatæ.

//. //. //. f. //. n. //. Asiam. //. //. //. f. //. n. //. Achaiam
//. //. //. f. //. n. //. Macedoniam

Pro. Prætoribus. prorogato. imp. obtinuêre.

C. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Caprarius.
L. Mummius * L. f. L. n * Achaicus
Cn. Papirius C. f. //. n. Carbo.

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Hisp. vlteriore.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Africa.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Asia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. Ostiens. Q. Fabi. Cos. //. //. //. f. //. n. //. * Luc. *

T. Manlius T. f. T. n. Torquatus]
M. Popillius M. f. M. n Lænas]
Cn. Aufidius * Cn. f. Cn * nepos.
[P. Quinctilius P. f. P. n. Varus]
[Q. Næuius Q. f. Q. n. Matho.
[C. Orcius C. f. C. n. Flamma]
[M. Pinarius L. f. L. n. Natta]

ANNI

ANNI P. R. C DCXXXIIX.

Consules.

M. Æmilius M. f. L. n. Scaurus. M. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus.

HABENTVR Consules deinde in Cassiodoro M. Metellus & M. Scaurus; in tabulis Græcis Scaurus & Metellus; in Mariano Scoto M. Æmilius Scaurus & M. Cæcilius Metellus. M. Æmilij Scauri, qui in Consulatu princeps Senatus est factus, frequens est mentio apud Ciceronem & alios auctores. Is repulsam, vt dixi, passus anno superiore, Consulatum hoc anno est adeptus, P. Rutilio competitore deiecto, quemadmodum nonnulli ex Ciceronis Bruto colligere volunt. Quod tamen hoc anno contigisse non opinor. Non enim Rutilius in hunc annum legitimè Consulatum petere potuisset, cùm Præturam nondum gessisset. Nec etiam verisimile mihi, Rutilium tantum virum post vnam repulsam hanc vsque in annum decimum iacuisse: atque animo tam fortem Stoicum post tam longas moras non suo tempore campi temeritatem experiri denuò voluisse. Suspicari possumus igitur, Scaurum petisse postea, & obtinuisse Consulatum alterum in demortui locum, quo anno & Rutilius petere debebat, vt postea dicam latiùs. Consul alter M. Metellus filiorum Q. Macedonici fuit tertius, qui Consul cùm esset (vt Velleius Paterculus aliique sunt auctores) cum tribus suis fratribus Q. Metello Balearico Consulari, Censorio ac Triumphali, L. Metello Diademato Consulari item, & C. Metello Caprario Prætorio, patrem Q. Macedonicum mortuum humeris ad sepulturam extulit: quemadmodum & ordo magistratuum, quibus functi sunt singuli, in his Annalibus demonstrat. Sed Velleij verba sunt hîc adferenda, quibus felicitatem raram Q. Metelli Macedonici prædicat: Vix vllius, inquit, gentis, ætatis, ordinis hominem inueneris, cuius felicitatem fortunæ Metelli compares. Nam præter * excellentes triumphos, honorésque amplissimos, & principale in republica fastigium, extentumque vitæ spatium, & acres innocentesq; pro rep. cum inimicis contentiones, quatuor filios sustulit, omnes adultæ ætatis vidit, omnes reliquit superstites & honoratissimos. Mortui eius lectum pro Rostris sustulerunt quatuor filij, vnus Consularis & Censorius, alter Consularis, tertius Consul, quartus candidatus Consulatus, quem honorem adeptus est. Ex his Velleij verbis palàm fit, hoc anno Q. Metellum Macedonicum esse mortuum, M. Metello filio Consule: & is C. Metellum quartum filium tunc candidatum Consulatus fuisse dicit, eò quòd peracto Præturæ cursu ad Consulatum tunc adspiraret, quem altero post patris mortem anno est adsequutus. Suffragatur his etiam M. Tullius libro v. de finibus: Ergo, inquit, tibi Q. Metellus, qui tres filios Coss. vidit, e quibus vnum etiam Censorem & triumphantem, quartum autem Prætorem, eosque saluos reliquit, & tres filias nuptas; cùm ipse Consul, Censor, Augurque fuisset, & triumphasset: vt sapiens fuerit, nónne beatior, quàm, vt item sapiens fuerit, qui in potestate hostium vigiliis & inedia necatus est Regulus. Idem testatur Auctor de viris illustribus cap. LXI. cuius verba in Q. Balearici triumpho citaui. Nec discrepat Valerius Maximus lib. VI. cap. I. de huius Q. Macedonici felicitate disserens: inter alia dicit, adeò fauisse illi fortunam, vt eodem tempore tres filios Consulares, vnum etiam Censorium ac Triumphalem, & quartum Prætorium videret. Sic enim legendum esse Valerium, veteres manuscripti libri plures admonent; quemadmodum meæ notæ in hunc Auctorem editæ latiùs exponunt. Solus Plinius historiæ naturalis libro VII. cap. XLIV. à tot Auctorum illustrium consensu discedit, nisi (quod metuo) corruptus à sciolis librariis est ille locus, qui duos eius temporis L.L. Metellos patrueles agnominibus tantum distinctos in vnum conflarunt, historiarum ignorantia. Legimus enim ibi in Plinio, Macedonicum * à quatuor filiis illatum rogo, vno Prætore, tribus Consularibus, duobus Triumphalibus, vno Censorio. Quod si ita scripsit, profectò L. Metellum Delmaticum Triumphalem, pro L. Metello Diademato non Triumphali inter Macedonici filios perperam recensuit: Capitolinus enim Delmatici triumphus apertè demonstrat, eum non Q. Macedonici, sed fratris L. Metelli Calui fuisse filium. Ex quatuor autem Macedonici solus L. Diadematus non triumphauit; ex tribus, viuo patre, vnus tantum Q. Balearicus, vt antea demonstratum: reliqui duo, M. & C. Metelli post patris mortem simul vno die triumpharunt, vt suo loco dicam. Ab vno igitur dumtaxat Triumphali filio Q. Macedonicus est illatus rogo, vnoq; Prætorio, non Prætore, sicut item in Plinianis exemplaribus mendosè legitur: iam enim biennio ante patris mortem Prætor fuerat. Iam verò quod Plinius M. Metellum huius anni Consu-

Ciceronis locus benè animaduertendus.

Q. Metelli Macedonici mors & insignium funus.

Eius rara felicitas.

* excellentē triumphum rectè iustus Lipsius correxit.

* à deest in exemplarib.

Plinij locus animaduersione dignus.

Consulem cum Valerio Maximo numerat inter Consulares, non adeò videtur absurdum: nam, vt autumo, tam rectè Consularem appellabimus virum, dum Consulatu fungitur, quàm qui iam eo magistratu decessit; quando dignitatis nomen ipsum cum ipso magistratu accedit. Plutarchus autem in libello de Romanorum fortuna, felicitatem istam Macedonici profert etiam in exemplum, & affirmat ipsum senem mortuum, succollantibus quatuor filiis Consularibus, duobusque item Consularibus generis, elatum ad sepulturam fuisse. qui largiùs Græco more rem narrat: sed intelligendum, non cùm pater moreretur, sed ex iis quosdam posteà Consulares factos esse; & ex generis Macedonici tribus item posteà duos, quorum alter P. Scipio Nasica tertio dein anno Consul est factus. Verùm de his iam nimis multa.

Prouinciæ Consulares. Consulibus decretæ sunt prouinciæ Gallia atque Sardinia: M. Scaurus Galliam sortitus est, M. Metellus Sardiniam. Nouos enim tunc motus in ea insula fuisse exortos, triumphus eius declarat, qui posteà sequetur. De M. Scauri autem rebus in hoc magistratu gestis, admodum pauca concise reperio memoriæ prodita. Auctor de viris illustribus in M. Scauri vita tradit duas leges, sumptuariam, & de libertinorum suffragiis à Scauro Consule latas esse. *Æmiliæ leges duæ.* Sumptuariæ quidem meminit Plinius libro VIII. cap. LVII. cùm ait: Sorices & ipsos hieme condi, auctor est Nigidius, „sicut glires: quos Censoriæ leges, „ principesque M. Scaurus in Consulatu, non alio modo cœnis ademere, quàm conchylia, „ aut ex alio orbe conuectas aues. Itaque lex ista ciborum quorumdam luxus sumptuosos „ à mensis arcebat: vnde cibariæ sunt eius generis leges nuncupatæ, verùm M. Cato sumptuarias leges omnes, Macrobio teste, cibarias appellauit. *Cibariæ leges, quæ.* De libertinorum suffragiis quid lege sua statuerit Scaurus Cos. obscurum adhuc mihi. Nam apud alios Auctores eius rei mentionem non inuenio. Ex Liuio tamen, & alia nobis reliqua colligere est historia, M. Scaurum laxasse libertinis suffragiorum habenas ipsis Sempronia lege impositas. *Scauri lex de libertinorum suffragiis.* Ti. Gracchus enim Censor, Gracchorum pater, anno DXXCIV. maximam eorum partem, qui scilicet seruitutem seruissent, & quibus quinquennio maior filius, prædiave rustica plures XXX∞. non essent, in vnam Tribum vrbanam Esquilinam omnes coëgerat, vt in illa tantùm suffragia dare possent. Iam verò lege hac sua M. Scaurus Cos. suffragiorum ius priscum ipsis restituisse videtur, & auctor Censoribus fuisse, vt denuò libertini ciues omnes, vti prius, in quatuor vrbanis tribubus censerentur, suffragiaque ferrent. *Iugurtha grassatur contra fratrem in Numidia.* In Numidia bellum aduersus fratrem alterum Adherbalem mouet Iugurtha, & quàm maximas poterat copias armans, vrbes partem vi, alias voluntate imperio suo adiungit, & omni Numidiæ imperare parat; vt Sallustius auctor est.

Censs. L. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus. Delmaticus.
Cn. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus. Lustr. fec. LXII.

Ambo Consulares atque Triumphales fuere, quos refert Liuius lib. LXII. duos & triginta Senatu mouisse, & inter hos C. Licinium Getam Consularem, qui tamen ipse Censor posteà factus est, velut testantur Cicero in Cluentiana, & Valerius Maximus lib. II. cap. IX. Reperimus in Plutarchi Mario inter Senatu motos, etiam fuisse quemdam Cassium cognomine Sabaconem, si modò vox hæc satis correcta est in Plutarchi exemplaribus. Hunc verò familiarem & amicum C. Mario fuisse memorat. Quare cùm anno superiore post comitia, vt dixi, Prætoria reus ambitus esset Marius, suspicionem criminis auxit potissimùm huius Cassij Sabaconis seruus visus in comitiis intra cancellos, ac inter eos qui suffragia ferebant, quasi qui pecunias corrumpendorum suffragiorum caussa attulisset. Accitus igitur à quæstionis iudicibus Sabaco, & interrogatus, cur seruum introuocasset, respondit se præ calore sitientem postulasse frigidam, seruumque cum poculo vocatum idcircò venisse, & simulatque bibisset, abiisse. Tali quidem responso Marium amicum reum Sabaco tunc subleuare voluit: verùm à proximis hoc anno Censoribus propter hoc Senatu motus est, cùm dignus videretur, qui vel propter mendacium, vel ob intemperantiam notaretur. Hæc ibi ferè Plutarchus. Princeps Senatus Consul M. Æmilius Scaurus est lectus in locum Q. Metelli Macedonici defuncti: quod produnt Sallustius in Iugurthina, & Plutarchus in libello de fortuna Romanorum; item Plinius libro secundo cap. LIV. his verbis: Tacta Iunonis ædes Scauro Consule, qui mox prin- „ ceps fuit. M. Tullius, Valerius Maximus, aliique variis locis M. Scaurum principem Se- „ natus appellant. Ceterùm Cassiodorus huius anni Consulibus adnotauit, L. Metellum „ & Cn. Domitium Censores artem quoque ludicram ex vrbe remouisse, præter Latinum „ tibicinem, & ludum talorum. Hinc Cicero in Verrem actione tertia, leges quasdam Cen- „ sorias à Cn. Domitio & L. Metello Censoribus correctas fuisse tradit. Insuper reperio mentionem in antiquissimo fragmento æneæ tabulæ Bembianæ, legis quam L. Cæcilius, Cn. Domitius Censores, quum agrorum vestigia locarent, tulere. Quod quidem fragmen-

mentum posteà studioso Lectori communicabo, vbi de agraria lege Thoria sum acturus. Hos Censores Lustrum anno sequenti condidisse, Liuij Epitome libri LXIII. demonstrat; eo namque censa fuisse refert ciuium capita CCCXCIIII. milia, CCCXXXVI. Discrepat tamen supputatio Mariani Scoti, qui CCCCIII. ∞. & CCCCXXXVI. ciuium capita numerat.

Prætores.

//. //. //. f. //. n. //. Vrbanam. //. //. //. f. //. n. //. Peregrinam.
Iurisdictiones. sortiti. obtinuêre.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
Quæstiones. rerum. capitalium. sort. obtin.

P. Decius * M. f. Q. n. Mus * Qui Tribunus plebis L. Opimium Consularem propter C. Gracchum interfectum accusauerat. Eius superbia hoc anno castigata est, quo anno Prætor fuit, atque in vrbe ius diceret. Vt enim in Auctore de viris illustribus legimus cap. LXXII. M. Scaurus Consul P. Decium Prætorem transeunte ipso sedentem iussit assurgere, eique vestem scidit, sellam conscidit, ne quis ad eum in ius iret, edixit. Itaque solemnis hæc & more maiorum legitima contempti maioris magistratus pœna videtur fuisse: quam Scaurus Consul, morum ac temporum prauitate iam diu antiquatam, reuocare in vsum voluit. *P. Decius Prætor vrbanus vel peregrinus. Rara consideratio inter Consulem & Prætorem.*

C. Marius C. f. //. nepos. Hunc virum acrem & audacem annis non suis petiisse priores magistratus, comperimus ex Plutarcho & Valerio Maximo, sicut in eius Tribunatu plebis diximus, quem gessit ante triennium L. Metello & Cotta Coss. vt tum ex Plutarcho demonstraui. Quo magistratu perfunctus, mox festinauit ad Ædilitatem, vt idem Plutarchus auctor est. Petiit igitur hanc priuatus in annum DCXXXVI. Verùm insigniter, vt dixi, repulsus fuit. Addit item Plutarchus, Marium hac duplici vnius diei ignominia nihil animo fractum fuisse; sed haud multò pòst Præturæ candidatum rursus pænè repulsam esse passum. Quamuis insuper nouissimus omnium designatorum renuntiatus erat, attamen est ambitus postulatus. Cuius item meminit his verbis Valerius Max. lib. VI.
» cap. IX. Præturæ candidatus, inquit, supremo loco hæsit, quem tamen non sine periculo
» obtinuit: ambitus enim accusatus, vix atque ægrè absolutionem à iudicibus impetrauit
In administranda autem huius anni Prætura ipsum mediocrem laudem consequutum esse tradit Plutarchus; sed qualem iurisdictionem fuerit sortitus, non liquet. Demonstrat etiam M. Tullius Officiorum lib. III. hoc anno Marium Præturam in vrbe gessisse, cùm testetur ipsum post Præturam annum septimum iacuisse; tot enim sunt anni inter hanc eius Præturam & primum Consulatum intermedij, sicut ex Annalibus constabit.

Sp. Postumius * Sp. f. Sp. n * Albinus. T. Didius T. f. Sex. nepos.
M. Porcius M. f. M. n. Cato. M. Minucius Q. f * M. n * Rufus.
Sallonianus.

Prætores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. Achaiam. //. //. //. f. //. n. //. Asiam
//. //. //. f. //. n. //. Macedoniam. //. //. //. f. //. n. //. Siciliam
//. //. //. f. //. n. //. Africam. //. //. //. f. //. n. //. Illuricũ
Prouincias. sortiti. obtinuêre.

P. Cornelius P. f. P. n. Scipio. Nasica. Siciliam videtur obtinuisse; quod ferè nobis Ciceronis de oratore libro II. verba quædam indicare poterunt. Non enim Scipionum quempiam alium inuenio, cui Siciliæ Prætura rectiùs adscribi inter Numantinum & sociale bellum posset: quo ferè tempore, quæ de facetiis salsis adfert exempla Cicero,
» ibidem contigisse videntur. Cuius hæc sunt verba: Est etiam stultitiæ salsa reprehensio.
» vt ille Siculus, cui cùm Prætor Scipio patronum caussæ dabat hospitem suum hominem
» nobilem, sed admodum stultum: Quæso, inquit, Prætor, aduersario meo da istum patro-
» num, deinde mihi neminem dederis. Ex his sanè colligere est, P. Scipionem Nasicam, qui Consul posteà sequetur, ex Prætura Siciliam hoc tempore obtinuisse.

M. Liuius C. f. Mamiliani. n. Drusus. Africam ex Prætura sortitus ánne hic obtinuit? Apparet quasi per tenebras, à longè. In coniecturam etenim istam nos trahit

cùm ipsa historia Sallustiana, tum quisquis est auctor ille satis obscurus, qui nobis vitas illustrium virorum ab Albanis regibus, & Romulo, vel ex Cornelio Nepote, vel ex aliis antiquis vitarum scriptoribus compilauit atque in compendium redegit: licet hic admodum imperite duorum Drusorum, huius scilicet patris patroni Senatus, atque eius filij M. Drusi, qui legibus suis posteà Tribunus plebis bellum accendit sociale, vitas in vnam conflauerit. nam quæ initio capitis LXVI. profert de M. Drusi genere, eloquentia, & Ædilitatis munere magnificentissimo, ex huius maioris Drusi, de quo nunc agimus, vita, nescio cuius Auctoris, sunt desumpta. Quæ verò deinde de Quæstura atque Tribunatu plebis Drusi sequuntur, omnia ad minorem Drusum filium, qui in Tribunatu plebis periit, pertinent, ad finem vsque capitis. Excipio tamen, quæ temere Tribunatus actis intexuit Auctor ille noster, & patris maioris Drusi Præturam respicere, prouinciamq; hanc eius Africanam nobis subindicare videntur. qualia sunt hæc: Ideoque cùm pecunia » egeret, multa cōtra dignitatem fecit. Magulsam Mauritaniæ principem ob Regis simul- » tatem profugum, accepta pecunia, Bocho prodidit, quem ille elephanto obiecit. Adher- » balem filium regis Numidarum obsidem domi suæ sumpsit, redemptionem eius occul- » tam à * patre sperans. Quàm nihil hæc spectent ad iunioris Drusi Tribunatum plebis, vel » leuiter doctis palam fiet ex Annalium subsequentium serie, quibus magistratuum eius acta singula diuersis ex Auctoribus accuratè satis explicantur. Nec maior Drusus, de quo nunc agimus, hæc ita Romæ perpetrare priuatus sine potestate vel imperio potuisse videtur. Mallem igitur opinari propter congruum Præturæ ipsius tempus, quòd proximam Numidis ac Mauris Africam prouinciam Romanam tunc obtinuerit; cum ad ipsum, velut ad imperij Romani clypeum, pressi periculis vicini principes confugerent. Sicut Magulsa Maurus, quem Bochus rex persequebatur: vt etiam Adherbal Numidiæ regis Micipsæ mortui filius, à fratre Iugurtha vi regnum occupante pulsus. Qui victus prælio, huius, ni fallor, anni exitu profugit, vt Sallustius ait, in prouinciam, ac dehinc Romam con- » tendit. Prouinciam intelligo Numidiç conterminam Africam à Pœnis captam, Romano » imperio subiectam, quam tunc, vt opinamur, hic M. Drusus maior regebat: cui haud difficile tum fuit, inermem ac fratris gladios fugientē Regem recipere, & quouis prætextu apud se detinere; si, vt Auctor noster scribit, occultæ redemptionis lucrum ingens aliquod sperabat; non à patre, qui iam antè mortuus erat, vt diximus; sed à fratre Iugurtha victore, qui mortem Adherbalis auidissimè cupiebat, quemadmodum ex historia constat. Quid si igitur iam dicta in Auctore nostro verba, vbi legimus (obsidem domi suæ sumpsit) ita nonnihil mutentur (obsidem domi suppressit,) sic etenim in manuscriptis quibusdam exemplaribus pro (sumpsit, suppressit) scriptum, cum And. Schotto, Notis ad eum locum reperimus. Et paullò pòst, vbi habetur (à patre) quid si reponatur (à fratre?) Tu vide Lector, & iudica.

Crassus error in Auctore de viris illustribus.

Q. Æmilius M. f. M'. n. Lepidus. C. Licinius * A. f. A. n * Nerua.
L. Calpurnius * L. f. C. n. Piso * Bestea. Q. Rubrius //. f. //. n. Varro.

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
P. Rutilius * L. f. //. n. Flaccus * L. Fufidius //. f. //. nepos.
L. Calpurnius L. f * L. n * Piso. Frugi. M. Pupius * Cn. f. P * nepos.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

P. Rutilius * Sp. f. Sp. n * Rufus. De cuius Asiana Quæstura suo loco loquuti sumus. Hic autem homo sanctissimus in petitione Tribunatus plebis anni superioris repulsam

pulsam passus erat: non tamen destitit posteà per eosdem honorum gradus ad Consulatum scandere, vti moris tunc erat, & plures alij fecerant. Testatur hoc Tullius in defensione sui Cn. Plancij rei ambitus, vbi plures Consularium hominum in minoribus repulsas recenset his verbis: Tribunus militum L. Philippus summa nobilitate & eloquentia; Quæstor C. Cælius clarissimus ac fortissimus adolescens; Tribuni plebis P. Rutilius Rufus, C. Fimbria, C. Cassius, Cn. Orestes facti non sunt: quos tamen omnes Consules factos scimus esse. Hæc ibi Cicero. Superiorem igitur annum sui Tribunatus legitimum agere sine magistratu coactus est Rutilius; quemadmodum & alij, quos ibidem nominat. Et hi licet hunc magistratum sine repulsa non obtinuerint, campum tamen eumdem repetendo per eosdem legitimos scalæ honorum gradus non dubitarunt pergere ad Consulatum. Inter quos etiam fuit

C. Flauius T. f. //. n. Fimbria. Qui simul cum P. Rutilio repulsam passus videtur, quemadmodum ex ordine magistratuum aliorum ipsius coniicere datur. Meminit repulsæ Cicero in Planciana.

C. Licinius C. f. //. n. Sacerdos.	* A * Cæsellius //. f. //. n * Bassus *
C. Popillius * C. f * C. n. Lænas.	L. Cælius * C. f. C. n * Caldus.
[A. Licinius A. f. A. n. Nerua]	[L. Racilius C. f. C. nepos]
[M. Mæcilius Sp. f. M. n. Tullus]	[C. Vrbinius C. f. //. nepos]

Quæstores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. M. Scauri Cos. in Gallia.
//. //. //. f. //. n. //. M. Metelli Cos. in Sardinia.
//. //. //. f. //. n. //. * M. Drusi Pr. in Africa.
//. //. //. f. //. n. //. P. Nasicæ Pr. in Sicilia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. * Lucerinus *

P. Licinius M. f. P. n. Crassus. Diues. Hic M. Crassi Diuitis, quem Parthi denique, non diu ante bella cum suis legionibus trans Euphratem occiderunt, pater fuit, honoribus plurimis, triumpho Censuraque præclarus; vt auctor est Plutarchus, & nos suis locis per occasionem ostendemus. Sed bello Cinnano, ne in manus hostium incideret, sua manu interiit, vt auctores habemus Ciceronem ac Pædianum pro M. Scauro. Verba Ciceronis sunt hæc: Illa audiuimus, hoc verò meminimus, ac pænè vidimus; eius dein stirpis & nominis P. Crassum, ne in manus incideret inimicorum, seipsum interemisse. Quæ verba sic exposuit Asconius Pædianus: Hic Crassus pater fuit Crassi eius, qui æmulus potentiæ Cn. Pompeij fuit. Periit autem in dominatione L. Cinnæ, cùm ille & alios principes optimatum, & collegam suum Cn. Octauium occidit. Meminit cædis istius idem Cicero Tusculanarum quinto, P. Crassum hunc recensens inter nobilissimos Senatores, quorum capita præcidi L. Cinna Consul iusserat.

M. Crassi à Parthis occisi pater.

Ap. Claudius * Ap. f. Ap. n * Pulcher. Hunc filium suspicor Ap. Claudij Consularis atque Censorij, qui de Salassis triumphauerat. Et forsan is idem est, cuius in Sullæ vita meminit Plutarchus, virum hunc generosum ac strenuum dicens bello ciuili Mariano cecidisse cum multis nobilibus ad portam Collinam. Meminit etiam Tullius de oratore libro II. dicacem ac facetum fuisse docens, non tamen sine scurrilitate. Sed locum vnum adducere videtur operæpretium, vbi hunc Appium maiorem appellat, ad differentiam, vt apparet, alterius Ap. Claudij aliquantò iunioris, qui pater P. Clodij inimici Ciceronis fuit. Verba namque, sicut in vulgatis extant exemplaribus, exscriptorum incuria mendis non carent: Sed ex his, inquit, omnibus nihil magis ridetur, quàm quod est præter expectationem; cuius innumerabilia sunt exempla vel Appij maioris illius: qui in Senatu, cùm ageretur de agris publicis, & de lege Thoria; & * premeretur Lucilius ab iis, qui à pecore eius depasci agros publicos dicerent: Non est, inquit, * Lucilij pecus illud: erratis. (defendere * Lucilium videbatur.) Ego * liberum * puto esse. Quà lubet, pascitur. Est apud me vetus librorum de oratore Ciceronis in membrana scriptum exemplar, peritè quidem & correctè satis, sed multis in locis hiulcum & imperfectum; omissis scilicet iis, quæ scriptor legere non poterat, vel in exeso vetustate desiderabantur,

Ap. Claudius maior cur hic dictus Ciceroni.

Ciceronis locus.

* Peteretur
* Lucullus ab his.
* Luculli.
* Lucullum
* in v. c. legimus.

ex quo describebat exemplari. In hoc quidem pro Lucilio, Lucullus vbique scriptus est. Quam sanè lectionem improbare non possum. Loqui enim videtur Appius de patre L. Luculli qui Mithradatem vicit, in cuius vita Plutarchus apertè demonstrat, parentes eius incolumi fama non fuisse; sed illam auaritia, luxu, libidine, pluribusque vitiis non parum contaminasse. Scribit enim, patrem eius, hunc scilicet L. Lucullum, furti, vel peculatus, vt quidam Plutarchi interpretati sunt verba; vel, vt alij recentiores volunt, repetundarum damnatum fuisse; matrem verò Cæciliam Q. Metelli Numidici sororem impudicitia publice probrosam atque infamem habitam. Facilè inducor igitur ad opinandum, in Tullij exemplaribus vulgatis pro Lucilij, Luculli nomen reponendum esse, sicut in vetusto meo codice reperitur hoc modo: Et peteretur Lucullus ab his, qui à pe- » core eius depasci agros publicos dicerent. Non est, inquit, Luculli pecus illud; erratis. de- » fendere Lucullum videbatur. Ego * liberum * puto esse; quà lubet, pascitur. Ita hæc in » meo codice. Non tamen adhuc video, quidnam in hisce verbis reperiatur salis vel ridiculi præter expectationem. Non satis liquet, quidnam Appius velit, cùm mox suggerit: Ego liberum puto esse; quà lubet, pascitur. Suspicor mendum latens in voce (liberum,) „ quid si mutemus in (Lucullum) apparebitne ridiculum quid præter expectationem? Tu vide Lector. Transilit etenim mox Appius à quadrupede per Synecdochen ad vnoculum Luculli pecus, libidinem eius notans non sine scurrilitate, cuius Appium insimulat priùs etiam Cicero. Obscœnus igitur atque infamis adulteriis, non minùs quàm vxor eius Cæcilia, Lucullus hic videtur fuisse.

C. Mamilius * C. f. C. n * Limetanus. Primi Limetani nepos, sicut interstitium temporis vult insinuare. Laudat eum à iustitiæ cultu, rectique studio in Iugurthina Sallustius, de eius Tribunatu plebis verba faciens. Virum acrem enim & infestum potentiæ nobilitatis, clara Romæ facundia, pollentique fuisse dicit; adeò, vt decere putauerit, vnam ex tam multis orationem eius perscribere, quam in concione post reditum L. Bestiæ Cos. ex Africa Tribunus plebis habuit. *Laudatur à Sallustio.*

L. Annius //. f. //. nepos. Vt autem seditiosus Tribunus plebis fuerit, suo loco dicetur ex Sallustio.

* M. * Iuuentius //. f. //. n. Thalna. Laterensis. Hic auus M'. Iuuentij Laterensis, aduersus quem accusatorem Cicero Cn. Plancium ambitus reum defendit. Meminit illius in oratione pro eodem Plancio, atque adfirmat, hunc auum eius videre potuisse repulsam P. Nasicæ Serapionis in Ædilitatis petitione; quæ contigit anno DCVII. Auus verò tuus, inquit, & P. Nasicæ tibi Æditiliam prædicaret repulsam; quo ciue ne- » minem ego statuo in hac republica fortiorem. Itaque cùm ornatissimam dignitate La- » terensis aduersarij domum, nomenq; eius ab vtraque familia Consulare fateatur ibidem Cicero; auum eius hoc ferè tempore ad magistratus peruenisse, fit verisimile. Nec minùs indicat, Laterenses è Thalnorum familia, quam vnam in Iuuentia gente Consularem reperimus, prouenisse; sicut posteà ex Laterensium domo Pedones profluxerunt, vt suis locis ostendemus.

L. Lucilius //. f. //. n * Balbus * Ex annorum interstitio videri hic poterit fuisse pater L. Lucilij Balbi Iurisconsulti, quem inter antiquos celebrat Pomponius de origine iuris, vt posteà ex eodem & Cicerone latiùs dicemus. Hunc verò Tribunum plebis fuisse constabit ex Sallustij Iugurthina.

* M. * Fuluius * M. f. Q. n. Nobilior * Nobilissima domo, cuius auus Q. Fuluius Consul & Censor fuerat, ac Ennium poëtam ciuitate donauerat. Hic videtur fuisse, quem Prætorem in Hispania cum Cimbris feliciter pugnasse scribit Frontinus, vt posteà suo loco.

[M. Sergius M. f. M. n. Silus]

Prouinciæ. f. prorogatæ.

//. //. //. f. //. n. //. Hisp. citer. //. //. //. f. //. n. //. Hisp. vlter.

Pro. Prætorib. prorogato. imperio. obtinuêre.

M. Bæbius * Q. f. M. n. Tamphilus * D. Lælius //. f. //. n. * Balbus *

Pro. Quæstoribus. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. //. // Pr. in Asia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Illurico.

" .. .. .. f. .. n. .. .. .. Propr. in Hisp. citeriore.
.. .. .. f. .. n. .. .. .. Propr. in Hisp. vlteriore.
.. .. .. f. .. n. .. Calenus. .. .. .. f. .. n. .. Ostiensis.

[M. Popillius M. f. M. n. Lænas]	[C. Orcius C. f. C. n. Flamma]
[A. Sempronius A. f. L. n. Atratin.]	[P. Licinius P. f. P. n. Crassus]
[T. Manlius T. f. T. n. Torquatus.]	[M. Quinctilius P. f. P. n. Varus]
[M. Pinarius L. f. L. n. Natta]	

M. AEMILIVS. M. F. L. N. SCAVRVS. COS. A. DCXXXIIX.
DE. GALLEIS. KARNEIS. V. .. ..

De M. Æmilij Scauri Cos. rebus in prouincia gestis, pauca nobis ob historiarum eius temporis inopiam sunt residua. Auctor autem de viris illustribus in M. Scauri vita scribit, ipsum Consulem Ligures & Gantiscos domuisse, atque de his triumphasse: sed quinam Gantisci populi sint, non reperio; vereor latere mendum in voce. *Gantisci nobis ignoti populi.* Iam Capitolinum marmor monstrat Scaurum in Consulatu de Galleis Karneis triumphasse. Attamen hoc qualecumque bellum fuerit, haud valde difficilem expeditionem habuisse videtur: cùm Scaurus milites etiam in viis sternendis atque exsiccandis paludibus exercuerit. *Paludes siccati, & via munita per Scaurum.* Cuius rei pulchrè meminit Strabo Geographiæ libro v. his ferè verbis: Multum verò regionis, quæ intra Padum est, paludibus olim occupabatur: per quas Etruriam petens Annibal difficulter admodum penetrauit. Ceterùm Scaurus fossis nauigabilibus ductis ex Pado Parmensium in agros exsiccauit paludes istas e campis. Etenim apud Placentiam Trebia Padum influens, aliique plures superiùs illapsi confluentes supra modum implent & stagnant. Hic autem est ille Scaurus, qui viam Æmiliam strauit, quæ per Pisas & Lunam vsque Sabatios, indeque Derthonem ducit. *Æmilia via Scauri.* Eumdem cum imperio habuisse hoc tempore exercitum, atque sæpiùs mutasse castra, discimus ex Frontini Stratagematum libro quarto, cap. III. de continentia militari, cuius verba sunt hæc: *Disciplinæ militaris fructus.* Vniuersi quoque exercitus notabilis sæpè fuit continentia; sicut eius, qui sub M. Scauro meruit. Namque & memoriæ tradidit Scaurus, pomiferam arborem, quam in pede castrorum fuerat complexa metatio, postero die, abeunte exercitu, intactis fructibus relictam. Quod exemplum continentiæ Frontinus ex libris M. Scauri de vita sua ad L. Fufidium scriptis hausisse videtur, quorum præclaram mentionem M. Tullius in Bruto facit. Victoriæ atque triumphi sui memoriam in nummis promulgare M. Scaurum voluisse constat, cùm adhuc temporis extent argentei denarij cum Victoria quadrigam agitante, & coronam ostentante, sub qua scriptum est eius nomen, M. AIMIL. M. F. SCAVRVS. *Argenteus denarius Scauri.* Altera nummorum facies repræsentat Mercurium ephebum pulcherrimum ad pectus vsque sine humeris aut brachiis, capillis crispis sub alato petaso extuberantibus. *Mercurius Eubodius propter vias à Scauro munitas.* Exurgit ante pectus illius spica granis plena; qua notasse Scaurus videtur victi à se populi nomen à regionis fertilitate, frumentique copia tractum. Celtica namque lingua prisca (quæ eadem cum Germanica fuit) voce (Karnen) grana significantur: quæ Germanis adhuc etiam temporis tenuiore tamen cum pronuntiatione in vsu est. Mercurium verò domestica religione peculiariter coluisse Scaurum, non absurdum est opinari: *Mercurius Scauri peculiare numen.* cùm sua industria & labore diligenti ex paupere fortuna, & obscura vita nouus homo, tamquam terræ filius, vt Plutarchus de fortuna Romanorum scibens ait, euaserit in sublime dignitatis culmen. Nam prodiens è carbonaria patris officina, mox per litterarum & eloquentiæ studia adolescens famam nactus, dextero fauente Mercurio peruenit ad honorum gradus, tantamque auctoritatem, vt denique Consul factus, princeps Senatus à Censoribus sit declaratus. Quin etiam facundiæ, leporis, illecebrarum & astutiæ largitori Mercurio gens Æmilia Lepidorum cognomen, nobilissimamque familiam illam debet, ipsaque nomen suum ab eius potestate traxisse fatetur: *Æmilia item gentis gentilitium.* cùm auctor & princeps gentis (siue is Numæ regis, vt vult Plutarchus; siue Pythagoræ, aut Ascanij Latinorum regis filius fuit, vt Sex. Pompeius ex Verrio Flacco, & alij tradunt) ab humanitate venustateque sermonis, quam αἱμυλίαν dicebant, Græca quasi appellatione sit Aimilius vocatus, & eius posteri Aimilij, vt Græcorum est opinio. Nominis igitur gentilitij vim & energiam Mercurij simulachrum in Æmiliorum nummis explicat.

Karnos gentem Celticam, de quibus M. Scaurus primus triumphauit, Cornelius Strabo Geographiæ libro v. collocat in transpadana regione sub Pœninis Alpibus supra Venetos, inter Cænomannos, Noricos, & Iapudes: *Karnorum situs.* qui magnam Istriæ partem occupantes, ab Adriatici sinus extremis per Alpium ramenta protenduntur ad Saui fluminis fontes, qui ex illis iugis inde defluit ab altero latere in Danubium, vt auctor est Plinius

libro III. quem vide de decima Italiæ regione. Ptolomæus inter Karnos Romanorum colonias recenset Forum Iulium, Concordiam, & Aquileiam.

ANNI P. R. C. DCXXXIX.

Consules.

M.' Acilius M'. f. L. n. Balbus. C. Porcius M. f. M. n. Cato.

DEINDE Consules suggerunt Cassiodorus & Marianus M'. Acilium Balbum, C. Catonem; Iulius Obsequens M'. Acilium, C. Porcium; tabulæ Græcæ Balbum & Catonem. Meminit item Consulum non vno loco Plinius, vt libro II. cap. XXIX. Circa solem, inquit, orbis apparuit, C. Porcio, M'. Acilio Coss. Ita enim legendus est locus ille; non, L. Porcio & M. Atilio, sicut est in vulgatis codicibus. Rectiùs habentur, si prænomen M. muto in M'. eiusdem libri capite LVI. vbi dicit: Relatum in monumenta est, lacte & sanguine pluisse M'. Acilio, C. Porcio Coss.

Prodigium infame.

Annum hunc infamem prodigiis fuisse, testatur Obsequens in hunc ferè modum: * Pompeius * Eluius eques Romanus, à ludis Romanis cùm in Apuliam reuerteretur, in agro Stellati filia eius virgo equo insidens fulmine icta exanimataque * vestimento deducto in inguinibus, exerta lingua * per inferiores locos, vt ignis ad os emicuerit *. Responsum, infamiam virginibus & equestri ordini portendi, quia equi ornamenta dispersa erant. Tres vno tempore virgines Vestales nobilissimæ cum aliquot equitibus Romanis incesti pœnas subierunt. Ædes Veneri Verticordiæ facta. Hæc ita legimus in Obsequentis, vt extant, exemplaribus corruptissimis. Quæ si conferantur Plutarcho in Romanis problematibus, & Orosio libro V. cap. XV. qui prodigium hoc idem enarrant; animaduertes facilè, quædam in Obsequente malè scripta, quædam omissa desiderari. Quare non dubitaui loca, quæ mihi vitiata vel trunca videntur, asteriscis notare; de quibus Lector candide diligentiùs inquirere poteris. Offendit item apud Obsequentem in primo limine nomen equitis Romani (Pompeius Eluius) haud dubiè deprauatum, cùm diuersarum gentium hæc malè conglutinata sunt nomina. Fortasse rectiùs igitur P. Heluius appellaretur, vel Lucius, vt in Orosio habetur, Romano nimirum prænomine: nam Heluiæ gentis familiæ plures tum erant Romæ, atque inter illas antiquior Blasionum Prætoria deficere cœperat. De Verticordiæ Veneris religione, propter iam dictum prodigium ex libris Sibullinis tunc instituta plures mētionem faciunt. cuius ædes, vt Obsequens testatur, facta cùm esset, Sibullini oraculi monitu quęrebatur matronarum castissima, quę simulachrum deæ consecraret. Tum ex omni matronarū turba centum, ex centū autem sorte ductæ decem, vt Valerius Maximus lib. VIII. cap. XV. auctor est, quæ de sanctissima femina iudicium facerent. Harum igitur suffragiis & cōsensu Sulpicia Ser. Paterculi filia, Q. Fuluij Flacci vxor, cunctis castitate prælata fuit, & digna iudicata, quæ Veneris deæ Verticordiæ simulachrum cōsecraret; quo faciliùs virginū mulierumq; mentes à libidine ad pudicitiā conuerterentur. Notat idem obiter Ouidius Fastorum lib. V. his versibus:

Virgines Vestales impudicæ.
Venus Verticordia coli Romæ cœpit.
Vitium in equitis Rom. nomine.
Verticordia Veneris ædes, vt consecrata cum simulachro.

Roma pudicitia proauorum tempore lapsa est,
Cumæam veteres consuluistis anum.
Templa iubet fieri Veneri, quibus ordine factis,
Inde Venus verso nomina corde tenet.

Meminerunt item Plinius libro VII. cap. XXXV. necnon Solinus capite VII. qui in hoc à Valerio discrepat, quòd Sulpiciam istam M. Fuluij Flacci vxorem dicat. Sed hæc diuersitas librariorum potiùs negligentiæ, quàm Auctorum culpæ tribuenda videtur.

Error in Plinio.

Consulibus prouinciæ, ni fallor, ex lege Sempronia decretæ fuerunt Italia & Macedonia: M'. Acilio Italia, C. Catoni Macedonia cum bello Thracico obuenere. Latè namque Macedoniam vicinasque prouincias populabantur Thraces, atque in primis sæuissimi omnium Scordisci; aduersus quos Cato Cos. infeliciter ac ignominiosè pugnauit, &, vt ait L. Florus, non fusus modò ab his, aut fugatus; sed (simile prodigio) omnino totus interceptus exercitus quem duxerat. Quem vide libro III. cap. IV. Astipulantur Eutropius & Liuiana Epitome lib. LXIII.

Prouinciæ Consulares.
Clades Catonis Cos.

Prætores.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Vtramque. iurisdictionem. &c.

//. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuêre.

Q. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus. Qui. posteà. Numidicus. appellatus. est.
M. Iunius * M. f. M. n * Silanus. M. Octauius Cn. f * Cn * nepos.
C. Seruilius M. f. //. n. Vatia. * Q * Hortensius * Q. f. Q * nepos.
[M. Lucretius M. f. M. n. Gallus]

Prætores prouinciarum.

C. Marius C. f. //. nepos. Hispaniam. vlteriorem. sortitus. obtinuit. Prouinciam latrociniis repurgauit indomitam priùs ac moribus feram; cùm apud plerosque populos illos latrocinari nobile atque gloriosum haberetur, vt auctor est Plutarchus in Marij vita. Hunc quoque tunc temporis ferè quibusdam Celtiberorum copiis auxiliaribus, quarum opera aduersus Lusitanos vsus fuerat, oppidum habitandum non procul Colenda, consentiente Senatu dedisse, eosdemque ob inopiam latrocinantes inermes fœdè trucidasse, legimus apud Appianum in Iberica. In qua tamen historia, temporum non satis fidam rationem scriptor obseruasse videtur. Res gestæ in Hispania.

T. Didius T. f. Sex. nepos * Illuricum * sortitus. obtinuit. Post bella Macedonica Romanas prouincias sæpiùs infestasse Thraces, & in primis Scordiscos Thracum sæuissimos, antè suis locis retulimus. Iam verò post Catonem Cos. deuictum ac profligatum hi multò ferociores facti, in Thessaliam, Dalmatiam, excurrere latiùs, & in Adriatici maris aquas, quasi naturæ finibus non contenti, tela contorta mittere non dubitarunt. Cum his bellum post Catonem ab illis profligatum gessit T. Didius Prætor ex vicino, vt verisimile est, Illurico, cùm Macedoniæ exercitus iam esset deuictus & dissolutus; & libera populatione, diffusos Scordiscos, vt apud L. Florum lib. III. cap. IV. legimus, intra suam reppulit Thraciam. Sic etiam Sex. Rufus, Didium vagantes Thraces repressisse scribit. Res gestæ contra Thraces.

//. //. //. f. //. n. //. Hisp. citer. //. //. //. f. //. n. //. Achaiam
//. //. //. f. //. n. //. Galliã Cisalp. //. //. //. f. //. n. //. Gall. Narbon.

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

Cùm iamdudum per Ligures atque Alpes Romanus sibi viam aperuisset in Galliam Braccatam, eademque magna ex parte subacta, Narbonem, vt antè dictum est, coloniam deduxisset, velut propugnaculum imperij (sicut testatur in Fonteiana Cicero) aduersus ignotos alios circumquaque populos vicinos; quò securiùs ea faciliusque pateret iter legionibus Romanis Alpes vltra tendentibus. Visum itaque fuit Senatui nouam ibidem ordinare prouinciam, ac totam illam Braccatam Galliam (exceptis, teste Cæsare belli Gallici commentario primo, Aruernis atque Rutenis) legibus Romanis subijcere. Et quia Consulari cum imperio gestum bellum cum his hactenus fuit, quemadmodum ex antè relatis palàm est; hoc primùm tempore prouinciam factam ordinariam opinor fuisse, necnon quotannis in sortem Prætoribus deinceps dari vel prorogari cœpisse. Sic etenim ex historiæ sequentis ductu colligere est. Quę prouincia Narbonensis ab ipsa colonia tum vocabatur ad alterius Galliæ Cisalpinæ togatæ differentiam. Idem ferè nobis insinuant verba Critognati Aruerni, concionantis apud Cæsarem belli Gallici commentario septimo, dum sic ait ad populares suos, Narbonensem ipsis proximam prouinciam notans: Quòd si ea quæ in longinquis prouinciis geruntur ignoratis, respicite finitimam Galliam: quæ in prouinciam redacta, iure ac legibus commutatis, securibus subiecta perpetua premitur seruitute. Quæ verba satis ostendunt, hanc multò ante Cæsaris in Galliam expeditiones in prouinciæ formam redactam fuisse. Noua Prætoria prouincia Gallia Narbonensis.

Sp. Postumius * Sp. f. Sp. n * Albinus. P. Decius * M. f. Q. n. Mus *
M. Minucius Q. f * M. n * Rufus. M. Porcius M. f. M. n. Cato. Sallonianus.

In Catone maiore Plutarchus hunc eius filium octuagenario natum fuisse Prætorem satis indicat, cùm scribit, quòd στρατηγὸς mortuus fuerit. Obtinuit igitur cum imperio prouinciarum aliquam, in qua decessit. Sed quænam hæc fuerit, obscurum est.

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Q. Ser-

Q. Seruilius Q. f. Cn. n. Cæpio. C. Sulpicius Ser. f. Ser. n. Galba.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

L. Cassius * Q. f. Q. n * Longinus. C. Atilius * M. f. M. n * Serranus.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Aufidia lex contra S. C. de feris Africanis.

Cn. Aufidius * Cn. f. Cn * nepos. Legem hunc de Africanis feris tulisse sit verisimile, quæ Aufidia ab ipso nuncupata est. Meminit eiusdem Plinius libro VIII. cap. XVII. Senatusconsultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam aduehere: contra „ hoc tulit ad populum Cn. Aufidius Tribunus plebis, permisitque Circensium gratia im- „ portare. Atqui S. C. illud ante bellum Punicum tertium confectum, Africamque in pro- „ uinciæ formam redactam, non videtur factum fuisse; cùm anteà ferarum venationes ludorum dumtaxat in vsum in prouincia non sui iuris Romano precariæ, sumptuariæ, difficilesque fuissent. Ideoque legem istam Aufidiam hoc quasi tempore, iam luxu increbrescente latam suspicor à Cn. Aufidio illo cæco historico, cuius Cicero sæpè meminit; de quo nos plura superiùs in eius Quæstura loquuti sumus.

L. Aurelius L. f. L. n. Orestes. L. Annius //. f. //. n. Bellienus.
M. Domitius * Cn. f. M. n * Caluinus. L. Ælius //. f. //. n. Lamia.
[L. Scribonius L. f. L. n. Libo] [P. Villius Ti. f. Ti. n. Tappulus]
[M. Titinius M. f. M. n. Curuus] [Q. Apronius Q. f. Q. nepos]

C. Petillius Q. f. Q. n. Spurinus. Eius filius Q. Petillius C. F. Q. N. reperitur in antiquis denariis L. Sulla Dictatore cusis, vt suo loco posteà dicemus.

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. C. Catonis Cos. in. Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Gallia. Cisalpina.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Gallia. Narbonensi.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Hisp. citeriore.
//. //. //. f. //. n. //. C. Marij Pr. in. Hisp. vlteriore.
//. //. //. f. //. n. //. * T. Didij Pr. in * Illurico *

Pater Luculli à Tullio celebrati.

L. Licinius L. f * L. n * Lucullus. domo Consulari: cuius pater Consul fuerat anno DCII. Hic autem pater fuit L. Luculli, qui posteà de Mithradate triumphauit. Meminit Plutarchus in filij vita, cuius interpretes quidam vetustiores, vt Leonardus, Iustinianus, furti; quidam verò peculatus crimine damnatum interpretantur. Alij recentiores, inter quos ciuis noster, vir præclarus, Hermannus Cruserius, de repetundis postulatum ac damnatum volunt. Mihi Græcum exemplar in promptu non est, vti perpendere & diiudicare Plutarchi verba nunc possim; quocircà cogimur ampliare quæstionem istam. Quòd si furti priuati damnatus, apud Prætores vel vrbanum vel peregrinum postulatus fuit: si verò peculatus vel repetundarum crimine publico reus, apud quæsitorum aliquem vel post Quæsturam vel Præturam conuictum fuisse, verisimile est. Ex Prætura quidem obtinuisse Siciliam docebo.

Cur Nepos agnomine dictus.

Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Nepos. Q. Metelli Balearici filium fuisse testatur Asconius Pædianus in Cornelianam Ciceronis tertio, cap. v. Et hic quidem Nepotis agnomine progeniem illam Metellorum illustrem contaminauit; sic appellatus vulgò

vulgò propter luxus atque morum nequitiam, cùm dilapidaret omnia largiter.

C. //. //. f. //. n. Verres. Pater hic sceleratissimi illius C. Verris, qui posteà M. Ciceronis accusationibus, cùm repetundarum Romæ post Præturam à Siculis postularetur, fuit damnatus, & oratoris insigni facundia nobilitatus immortaliter. Obscuræ quidem originis, ac gentis ignotæ prorsus fuisse videntur; cùm solo prænomine, & impuro Verris cognomine celebrarit eos Tullius, & ex Tullio Pædianus, Quinctilianus, & alij plures. Hunc patrem Verris istius lutulenti, quem Tullius insectabatur, Pædianus in argumento primæ actionis Tullianæ, quam diuinationem vocant, quoque C. Verrem appellat: ipsumque Senatorem, ac in Senatu præsentem ostendit fuisse Tullius in iurisdictione Siciliensi, cùm anno DCXXCI. Sthenij Thermithani querelæ de filij sui Prætoris iniuriis ad Consules reportabantur, & à Coss. ad Senatum. Magistratus igitur C. Verrem patrem ab hoc tempore occepisse possumus opinari.

C. Verris à Tullio accusati pater.

Verres lutulentus.

M. Gratidius //. f. //. nepos. Arpinas, qui C. Fimbriam accusauit. Homo doctus Græcis litteris, & factus ad dicendum: ideoque M. Antonio oratori perfamiliaris, cuius Præfectus cùm esset in Cilicia, ibidem est interfectus, vt memorat Tullius in Bruto. Præfectos sociûm autem atque legatos magistratibus functos accipere, vsitatum imperatoribus ferè semper fuisse, ex ipsa historia, & Auctoribus classicis obseruare est. Huius soror Gratidia a Cicerone de legibus III. appellatur auia, quòd nupta fuisset auo suo Marco. Hinc etiam propinquum appellat suum hunc M. Gratidium in Bruto; sicut & filium eius Marium Gratidianum lib. III. de Officiis, de quo posteà suo loco. Plebeij vt erant ambo, sic etiam populares atq; seditiosi fuere. Quod eleganter quidē, sed tacitè Tullius insinuat » libro de legibus tertio, vbi de tabellariæ legis agit vitijs. Et auus quidem noster, inquit, » singulari virtute in hoc municipio, quoad vixit, restitit M. Gratidio (cuius in matrimonio » sororem auiam nostram habebat) ferenti legem tabellariā. Excitabat enim fluctus in sim» pulo, vt dicitur, Gratidius; quos pòst filius eius in Ægæo excitauit mari. Hæc autem anno superiore M. Scauro Cos. cōtigisse, subsequētia mox Ciceronis verba nobis indicant: cum dicat Scaurum Consulem laudasse M. Ciceronem auum suum, quòd legi Gratidiæ resti» tisset. Sic etenim addit: Ac nostro quidē auo, cum res esset ad se delata, Scaurus Consul, » Vtinam, inquit, M. Cicero, isto animo atq; virtute in summa republica nobiscum versari, » quàm in municipali, maluisses. Ex iam dictis insuper colligere possumus, duos istos Tullium & Gratidium, tunc tēporis inter sui municipij principes, quatuorviros aut decuriones fuisse: sed M. Tullium Ciceronis auum à republica Romana se prorsus abstinuisse, & honore municipali contētum, Arpini in patria vitam inter suos peregisse, sicut apertè Ciceronis verba demonstrant. M. Gratidius autem, non dubium est, quin aspirarit atq; perrexerit ad maiora: cùm C. Mario in vrbe tunc potenti videatur familiaritate iunctus, vel etiam sanguine propinquus fuisse; qui eius etiam filium adoptauit, vt dicam latiùs posteà. Est tamen, quod hîc præterire nequeo; pulchrè faceteque Tullium huius sui propinqui Gratidij vehementes ambitiososque spiritus notasse, cum dicat, ipsum excitare sua lege tabellaria voluisse dissentionum fluctus in simpulo, quos posteà filius eius in Ægæo excitauit mari. Non enim ineptè, sed admodum scitè Romam ipsam seditionibus damnosis inquietam, bellorumque ciuilium naufragis motibus trucem allegoricè designans, Ægæum vocat mare; & Arpinum, comparatione Romæ municipium exiguum ac humile, per vile fictileque simpulum, vasculum scilicet paruum, non dissimile cymbio aut cyatho in sacrificiis quibuscumque vulgatissimum, muliercularum superstitiosis etiam manibus vsque tritum, quæ simpulatrices inde vocabantur, auctore Festo.

Homo doctus Ciceronis propinquus.

Arpis in patria legem tabellariam tulit.

Fluctus in simpulo facere, quid.

C. Marcius C. f. C. n. Figulus. Celeberrimi Iuriscos. filius, de cuius repulsa in Consulatus petitione suprà loquuti sumus. Hic autem pater, vt annorum interstitium indicat, C. Figuli C. f. fuit, quem Consulem reperimus anno DCXXCIX.

* C * Seruilius * C. f. C. n. Casca * Qui Prætor posteà victus est à fugitiuis, vt dicetur suo loco posteà.

[L. Æmilius L. f. M. n. Paullus] [M. Æmilius L. f. M. n. Paullus]
Duo fratres è nobilissima domo L. Paulli, qui de Perse Macedonum rege triumphauerat: progenies scilicet M. Paulli fratris ipsius, vt fit verisimile; cùm L. Paullus ipse stirpem masculam non reliquerit, orbus post tantam victoriam triumphi tempore factus, vt Liuius, Plutarchus, & alij sunt Auctores.

Prouinciæ prorogatæ.

M. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Procos. Sardiniam. prorogato. in. annum.

num. imperio. obtinuit. Nondum confecto, vt satis apparet, cum Sardeis bello, nec insula adhuc in potestatem redacta; cùm anno primùm sequenti Romam reuersus triumphum duxerit, vt tum dicetur.

//. //. //. f. //. n. //. Siciliam. //. //. //. f. //. n. //. Africam
//. //. //. f. //. n. //. Asiam

Pro. Prætoribus. prorogato. imp. obtinuêre.

P. Cornelius P. f. P. n. Scipio. Nasica. M. Liuius C. f. Mamiliani. n. Drusus.
C. Licinius * A. f. A. n * Nerua.

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. M. Metelli Procos. in. Sardinia.
//. //. //. f. //. n. //. * P. Nasicæ * Propr. in. Sicilia.
//. //. //. f. //. n. //. * M. Drusi * Propr. in. Africa.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Asia.
//. //. //. f. //. n. //. * Lucerinus * //. //. //. f. //. n. //. Calenus.
//. //. //. f. //. n. //. Ostiensis.

L. Annius //. f. //. nepos. [M. Sergius M. f. M. n. Silus]
* M * Iuuentius //. f. //. n. Laterensis. [C. Orcius C. f. C. n. Flamma]
[M. Popillius M. f. M. n. Lænas] * M * Fuluius * M. f. Q. n. Nobilior *
[M. Quinctilius P. f. P. n. Varus] [M. Pinarius L. f. L. n. Natta]

ANNI P. R. C. DCXL.

Consules.

C. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Caprarius. Cn. Papirius C. f. //. n. Carbo.

SVBSEQVVNTVR Consules in Cassiodoro & Obsequente C. Cæcilius, Cn. Papirius; in Mariano C. Cæcilius, Cn. Papirius Carbo; in tabulis Græcis per sola cognomina Metellus & Carbo. Nominat eosdem Plinius libro II. cap. XXXIII. inter eius anni prodigia referens clarum diei lumen nocte visum C. Cæcilio, Cn. Papirio Coss. & sæpè alias, vt diei species noctu luceret. Plura verò huius anni prodigia narrat Iulius Obsequens, Albanum montem nocte visum ardere, Ædiculam & signum de cælo tactam, aram Salutis interruptam, terram in Lucanis & Priuernati latè hiauisse, in Gallia cælum ardere visum. Mox addit, Cimbros Theutonosque Alpes trangressos, fœdam Romanorum sociorumq; stragem fecisse. Huic astipulatur pulchrè Tacitus de Germanicis rebus scribens, in vrbis anno ad amussim Fastis Capitolinis congruens: Sexcentesimum, in-„ quit, & quadragesimum annum vrbs nostra agebat, cùm primùm Cimbrorum audita „ sunt arma, Cæcilio Metello ac Papirio Carbone Coss. Vagam gentem vocat Liuius, vt „ habet eius Epitome libri LXIII. cuius nomen tunc primùm innotuit, cùm populabundi in Illuricum prouinciam Romanam hoc anno venirent. *Cimbrorum aduentus.*

Consulibus igitur prouinciæ decretæ sunt Macedonia propter bellum Thracicum, & Illuricum ob ingruentium Cimbrorum metum. Metello Macedonia, Carboni Illuricum obuenere. C. Metellus Cos. in prouinciam veniens feliciter res gessit, Romamque pòst reuersus cum fratre triũphauit, vt paullò post dicemus. Verùm eius collega Cn. Carbo Cos. in Illuricum profectus ad Noreiam oppidum supra Aquileiam cum Cimbris insueto hoste congressus, prælio non solum fusus atque fugatus, sed etiam exercitu exutus est. Quæ, mirum, victoria ferocissimam gentem non incitauit mox arma proferre vlteriùs: sed quasi hanc sola Romanæ potentiæ fama tum repelleret, pedem ex Illurico retulit, relictisque Romanis prouinciis, per vlteriorem Galliam vagabunda Hispaniam petiit. Vide quæ de his Tacitus loco iam antè citato, Velleius libro II. & Strabo Geographiæ libro V. memoriæ prodidere, ne diu in his recensendis immoremur. *Prouinciæ Consulares. C. Metellus Cos. Thraces profligauit. Cn. Carbo Cos à Cimbris victus. Cimbri victores Hispaniam versus tendunt.*

In Numidia bellum contra fratrem Adherbalem cœptum Iugurtha prosequitur, prælioque primo victus Adherbal, ac regno exutus Romam questum profugit. Quò etiam *Iugurtha fratrẽ regno Numidiæ expellit.*

Iugur-

Iugurtha legatos misit cum ingenti pecunia, & maiorem nobilitatis ac Senatus partem munerum corruptelis in suam partem traxit. Placuit in Numidiam mittere legatos decem è Senatu, qui regnum inter Adherbalem & Iugurtham diuiderent. Hi item à Iugurtha muneribus corrupti, Numidiæ partem Mauritaniæ contiguam agro virisq; opulentiorem & validiorem Iugurthæ, vt cupiebat, tradiderunt: altera pars portuosior, ac ædificiis ornatior, Adherbali ab his attributa est. Verùm vbi Romam versus legati abiuissent, non cessat Iugurtha iniuriis atque armis Adherbalem lacessere & obruere. Hæc latiùs habes apud Sallustium, L. Florum libro III. cap. I. Orosium lib. V. cap. XV. Eutropium, & alios.

Corrumpit auro Senatum Roma. Regnum à decem legatis fratribus diuisum iniquè.

Prætores.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Vrbanam. &. Peregrinam. iurisdict. &.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuêre.

L. Cornelius L. f. L. n. Merula.	M. Aurelius * M. f. C. n * Scaurus.
L. Calpurnius L. f * L. n. Piso. Frugi.	P. Licinius * P. f * //. n. Murena.
Cn. Manlius Cn. f. //. n. Maximus.	[Sex. Antistius Sex. f. Sex. n. Vetus]

Eodem, ni fallor, anno C. Porcius Cato Consularis repetundarum ex Macedonia damnatus est. Cuius non vno loco meminit in orationibus Cicero, vt in frumentaria contra Verrem tertia sic: Qua in ciuitate C. Catoni Consulari homini clarissimo viro HS. XVIII. milibus lis æstimata sit; in eadem ciuitate apparitori tuo esse concessum, vt HS. vno nomine quatuordecies auferret? Rursus in sequenti quarta de signis, de eodem Catone sic scribit: Ita C. Cato duorum hominum clarissimorum nepos, L. Paulli & M. Catonis, & P. Africani sororis filius: quo damnato, tunc cùm seuera iudicia fiebant, HS. XVIII. milibus lis æstimata est. Meminit item Velleius historiarum secundo: Mandetur, inquit, deinde memoriæ seueritas iudiciorum: quippe C. Cato Consularis M. Catonis nepos, Africani sororis filius, repetundarum ex Macedonia damnatus est, cùm lis eius IIII. æstimaretur? Adeò illi viri magis voluntatem peccandi intuebantur, quàm modum: factaque ad consilium dirigebant, & quid, non in quantum admissum foret, æstimabant. Videmus in summarum notis varietatem, & in Velleianis exemplaribus mendum magis suspicor, quàm in Ciceronis, cùm maximè summa in duobus iam citatis locis reperiatur eadem, & in Velleio valdè exigua. Beati Rhenani exemplar Velleianum à Frobenio excusum habet IIII. M. fortasse exscriptor quispiam imperitus notas antiquas XIIX. inconsiderate in IIII. mutauit. Vt vt autem se res habet, haud dubius error in notis hisce latet. C. Cato damnatus iuit in exilium Tarraconem in Hispaniam, soloque ciuitatis suæ mutato, ciuis Tarraconensis est factus, vt idem Cicero in Balbiana testatur.

C. Cato damnatus.

Huius item anni exordio de incestu trium virginum Vestalium bis anquisitum fuit, de quarum stupro compertum fuit serui cuiusdam indicio, qui dominum suum *L. Betucium Barrum equitem Romanum accusauit longo stupri vsu polluisse Æmiliam Vestalem, & hanc duas alias ex collegio ad idem scelus sollicitatas corruptoris sui sodalibus quibusdam copulasse. Incestus igitur postulatæ sunt, primùm ex more apud Pontificum collegium, vbi vna dumtaxat Æmilia damnata: reliquæ duæ Licinia & Marcia absolutæ fuerunt. Liciniam gentilem suam defendit L. Crassus orator oratione nobili, tunc natus annos XXVII. vt Tullius in Bruto testatur. Vnde nobis apertè constat ex eius ætatis ratione, huius anni primùm initio iudicium illud celebre de incestis peractum fuisse: quamuis prodigia, quæ infamiam istam portenderunt, anno superiore contigerint, quemadmodum Iulius Obsequens demonstrat.

L. Veturius, malè in Orosij v. cap. XV. & in Plutarchi Problematibus. Vetusius Barbarus. Eleganter & rectè nomẽ correxit Franc. Fabricius in suis ad Orosium notis, ex Horatio, & Porphyrione Commentatore.

L. Cassius Q. f. L. n. Longinus. Pr. II. extra ordinẽ populi iussu post Consulatum atque Censuram creatus incesti quæstionem obtinuit. Cùm enim multorum opinione Pontificum collegium de stupris Vestalium negligenter & leuiter quæsiuisse putaretur, nec ciuitas videretur religione satis liberata: Tribunis plebis instigantibus, sceleris dicti quæstionem renouari populus voluit per L. Cassium Longinum; quem Prætorem iterùm creatum, denuò de Vestalibus stupratis diligentius anquirere iussit, propter opinionem de

Quæsitor incesti iussu populi extra ordinem creatus L. Cassius reorum scopulus.

de ipso conceptam summæ seueritatis atque iustitiæ suæ, quam sibi magistratibus anteactis parauerat. Is Liciniam ac Marciam à Pontificibus absolutas in iudicium reuocatas damnauit, & prætereà complures alias, nimia etiam, vt existimatio est, asperitate vsus; quemadmodum auctor est Ascon. Pædianus in orationem Ciceronis pro Milone. Valerius Max. lib. III. cap. VI. meminit, & L. Cassium Prætorem appellat. Vide, quæ de his Liuius LXIII. & Orosius lib. V. cap. XV. Ad propagandam igitur celebris illius iudicij memoriam, Cassiæque gentis nobilitatem, nepotum vnus Q. Cassius in argenteis signari curauit Vestæ deæ caput obnuptum cum templo, mensa, vasisque sacris. Quibus significare voluit, hoc scelere Vestalium punito, Longinum hunc e maioribus suis vnum inter alia præclarè gesta Vestæ religionem ac sacra ritè expiasse, deamque placasse.

Licinia ac Marcia Vestales damnata.

Prætores prouinciarum.

// . // . // . f. // . n. // . Siciliam. // . // . // . f. // . n. // . Africam
// . // . // . f. // . n. // . Asiam. // . // . // . f. // . n. // . Achaiam
// . // . // . f. // . n. // . Sardiniam. // . // . // . f. // . n. // . Hisp. vlter.
Prouincias . sortiti . obtinuêre.

Q. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus. Qui. posteà. Numidicus. appellatus. est. Prouinciam obtinuisse, docet nos Cicero, si non Siciliam, certè ex pacatarum numero quamdam, ex quibus annona procurabatur vrbi Romæ quotannis, nonsecùs ac ex Sicilia. Nominat etenim Q. Metellum inter huius temporis Prætores, Q. Catulum patrem, » C. Marium, Q. Scæuulam, & M. Scaurum, qui omnes prouincias (inquit) habuerunt, & » frumentum cellæ nomine imperauerunt. Sic in actione frumentaria contra C. Verrem. »

C. Seruilius M. f. // . n. Vatia. Pater P. Seruilij Isaurici, vt diximus. Et hunc ex Prætura prouinciam obtinuisse, demonstraui superiùs in eius Quæstura ex iam dicta Ciceronis frumentaria contra Verrem.

M. Octauius Cn. f * Cn * nepos. M. Iunius * M. f. M. n * Silanus.
* Q * Hortensius * Q. f. Q * nepos. [M. Lucretius M. f. M. n. Gallus]

Ædiles curules.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
A. Manlius * A. f. A. n * Torquatus. [C. Cornelius C. f. C. n. Cethegus]

Ædiles plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
Q. Marcius * Q. f. Q. n * Philippus. C. Popillius * C. f * C. n. Lænas.

Tribuni plebis.

Peducæa rogatio.

Sex. Peduceius // . f. // . nepos. L. Metellum Pont. Max. totumque collegium Pontificum criminatus est, malè iudicasse de incesto virginum Vestalium; quòd vnam modò Æmiliam damnauerat, absoluerat autem duas, Marciam & Liciniam: religione populum Rom. solui non posse contendens, ni perperàm peracta quæstio in iudicium reuocaretur. Rogationem igitur protulit, Velintiubeántne Quirites, vti L. Cassius Q. f. Longinus Censorius potestate Prætoria quæsitor extra ordinem fiat, atque de nefando Vestalium stupro legibus anquirerit? Plebs, Vti rogas, iussit: creatusq; est comitiis centuriatis Prætor quæstionis istius exercendæ caussa L. Cassius, vt auctor est Pædianus loco priùs citato. Meminit item Tullius de natura deorum libro III. rogationis eiusdem, vbi plures extraordinarias criminum quæstiones recenset. Repete, inquit, superiora, Tubuli » de pecunia capta ob rem indicandam; posteriora, de incestu, rogatione Peduceia. »

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .

C. An-

C. Annius //. f. //. n. Bellienus] [C. Æbutius C. f. T. n. Carus
[L. Minucius L. f. Q. n. Thermus] [M. Sempronius M. f. M. n. Tuditanus]
[Cn. Apronius C. f. C. n. Limo] [C. Sextilius M. f. M. nepos]
[A. Virginius A. f. A. nepos] [M. Furius M. f. M. n. Luscus]
[M. Lætorius L. f. L. n. Plancianus.

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. C. Metelli Cos. in Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. Cn. Carbonis Cos. in Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Sicilia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Africa.
//. //. //. f. //. n. //. Ostiensis.

M. Antonius C. f. * M. * nepos. //. //. Pr. in. Asia. Hic ille celeberrimus orator, atque auus M. Antonij III. viri reipublicæ constituendæ cum Augusto & M. Lepido: de quo multa Cicero de claris in Bruto, nec non alibi passim summa cum eius laude commemorat, maxime in libris de oratore, in quibus ipsum cum L. Crasso, C. Cæsare, & aliis eius temporis oratoribus summis disserentem inducit. Tantam eius facundiam, tantamque memoriæ facultatem testatur non vno loco Tullius; vt orationum à se dicendarum dictarúmve nullam in tabulas retulerit, vel scripto complexus fuerit; quamuis rei familiaris tabulas diligentissimè faceret, vt in Verris vrbana Prætura Cicero affirmat. In Cluentiana quidem adfert caussam, propter quam orationes suas scribere noluerit Antonius: » Hominem, inquit, ingeniosissimum M. Antonium aiunt, solitum esse » dicere; idcircò se nullam vmquam orationem scripsisse, vt si quid aliquando, quod non » opus esset, ab se esset dictum, posset se negare dixisse. Erat autem M. Antonius annorum iam XXX. cùm Quæstor est factus, nam vrbis anno DCX. natum fuisse, suo loco probaui. Asiam verò prouinciam hoc anno sortitum in Quæstura fuisse, docet Valerius Max. » lib. III. cap. VII. M. Antonius ille disertus, inquit, Quæstor proficiscens in Asiam, Brun» dusium iam peruenerat: vbi litteris certior factus, incesti se postulatum apud L. Cassium » Prætorem, cuius tribunal propter nimiam seueritatem scopulus reorum dicebatur; cùm » id vitare beneficio legis Memmiæ liceret, quæ eorum, qui reip. caussa abessent, recipi » nomina vetabat, in vrbem tamen recurrit. Quo tam pleno fiduciæ bonæ consilio cùm » absolutionem celerem, tum profectionem honestiorem consecutus est. Quanto fuerit in periculo reus, cùm seruus eius ad quæstionem postularetur ab accusatoribus perseuerantissimè; quòd ab eo, cùm ad stuprum iret, laternam prælatam contenderent, leges apud eumdem Valerium lib. VI. cap. VIII. M. ANTONI. C. F. appellatur in argenteis, quos cudi curauit posteà Prætor, vt colligitur ex notis.

Summa laudes eiusdem.

Asiæ Quæstor.

Eius magnanimitas.

L. Valerius * L. f. C. n * Flaccus. Patre Consulari & Flamine Martiali natus; sicut ex annorum interuallo possumus colligere. Hunc etiam per magistratuum gradus ad amplissimos honores peruenisse, monstrabunt Annales nostri.

C. Aurelius * L. f. C. n * Scaurus. Frater fortasse patruelis M. Scauri posteà Consulis, cuius Prætura in hunc annum cadit. Ambo prognati videntur ab auo C. Scauro, quem Prætorem Sardiniæ ostendimus fuisse a. vrb. DLXVII. ex Liuij XXXIX.

* L * Tremellius * L. f. C. n * Scrofa. Primi L. Tremellij Scrofæ filius, &, nisi fallor, ex septem eius familiæ Prætoriis vnus; quemadmodum testatur apud M. Varronem de re rustica libro II. Cn. Tremellius Scrofa rei rusticæ scriptor insignis, primi Scrofæ nepotum vnus, cuius verba superiùs adduxi in vrbis Annali DCXI.

L. Cassius L. f. Q. n. Longinus. Hic maior filius fuisse videtur seueri illius, L. Cassij Rauulæ dicti, Consularis ac Censorij, quem hoc anno Prætorem II. & quæsitorem incesti fuisse demonstrauimus. Adstipulantur huic opinioni ab ipso promulgati denarij cum eius titulis, tali scilicet inscriptione in vna parte circum mensam sacram, in qua posita corona, L. CASSI. L. F. Q. N. LONGINVS. In altera eorumdem parte videtur pulcherrimum Murtiæ, vel Cluacinæ Veneris, vt apparet, caput cum corona myrtea victo-

Murtia vel Cluacina Venus.

C. Cæcilius. Q. F. Q. n. Metellus. Caprarius. a. DCXL.
Cos. de Thraceis. ex Macedonia. // // //.

" Sardiniam & Corsicam, inquit Sex. Rufus, Metellus vicit, triumphauitque de Sar-
" deis, qui rebellauere sæpe. Et Velleius libro historiæ suæ secundo suffragatur, vbi C. Porcium Catonem superioris anni Consulem ex Macedonia repetundarum damnatum
" fuisse cum retulisset; vt rarum quid memoriaque dignum & hoc addidit: Circa eadem
" tempora M. & C. Metelli fratres vno die triumpharunt. Quæ verba sic correctius legenda videntur: vulgatorum enim exemplarium errorem librariorum imperitia commissum nemo non intelligit; cum perperam in his habeatur (M. Metelli fratres) facileque colligi inde possit, alterum prænomen cum copula negligenter prætermissum esse. Eutropius item Velleio in hac historia clarius aliquantò congruit, cum lib. 11. scribat his
" verbis: C. Cæcilio Metello & Cn. Carbone Coss. duo Metelli fratres eodem die, alter ex
" Thracia, ex Sardinia alter triumphum egerunt: nuntiatumq; Romæ est, Cimbros e Gal-
" lia in Italiam transiisse. In hunc modum mendosi vulgò Eutropij codices corrigendi videntur ex manuscriptis. Noster quidem Sanctensis Thraciam pro Africa recte nobis, secundùm historiæ veritatem, prodidit. Rerum in vtraque prouincia gestarum nulla nunc extat, quod sciam, particulatior apud Auctores quos habemus memoria. Ex nummis quidem antiquis atque marmoribus quid colligere est, M. Metellum scilicet insigni nauali prælio Sardorum vires atque potentiam fregisse, Neptuno votum in conflictu fecisse, necnon huius dei auxilio victoriam ac triumphum obtinuisse. Eò namque tendere videntur argentei affabrè cusi cum eius titulo tali, M. CÆCILI. Q. F. Q. N. METELLVS. In his extat in vna facie Neptuni tridentiferi caput, coma barbaque vndatim cincinnata: & in altera deus idem in quadriga triumphali. Respiciunt ad idem argumentum ærei quadrantes à M. Metello promulgati, in quibus Sardorum originem & antiquitatem expressit. Nam habent in vno latere nauem bellicam rostratam, in cuius carina scriptum, M. METELLVS. in altero caput iuuenis sine barba, leonina pelle tectum, quid Herculeum vultu præferens; vt appareat, herois esse Sardi filij Herculis. Nam volunt e Libya cum magna multitudine colonorum nauigio in illam insulam venisse, atque occupatam colonis de suo nomine Sardiniam vocasse, vt etiam prius à nobis est declaratum. Hæc quidem ex antiquis nummis de M. Metelli rebus gestis atque triumpho discere possumus. Ob egregiam verò de Thracibus victoriam C. Metellum Consulem a militibus suis Imperatorem appellatum fuisse, discimus ex statuæ titulo quamuis mutilo; qui in basis marmoreæ fragmento Romæ adhuc extat in area ante ædes Rusticorum, in quo hæc residua sunt:

Duo fratres Metelli simul eodem die triumpharunt. Velleij locus corrigendus.

Eutropij locus item.

Denarius M. Metelli de eius nauali victoria.

Sardus Herculis filius.

C. CAECILIVS. Q. F.
METELLVS. IMP.
// // // // // //

Reliqua de eius magistratibus, victoria, & triumpho, quæ subsequebantur, vt verisimile est, periere.

T. Didius T. f. Sex. nepos. Propr. an. DCXL.
de. Scordisceis. ex. Macedonia. // // //.

Eodem anno Roma vidit tertium triumphum, nimirum T. Didij: quem vagantes libera populatione Scordiscos Thracas repressisse profligasseque, superius ex L. Floro & Sex. Rufo retuli. Hos cum victor ex Illurico per Macedoniam, Catone Cos. victo fugatoque, præsidiis vacuam persequeretur, feliciterque ibidem (sicut ex paucis Auctorum verbis fere colligere est) res gereret, illamque prouinciam ab hoste vindicaret: extra ordinem Didio ibidem prorogatum imperium vsque in aduentum successoris noui Consulis fuisse, fit nobis ex Cicerone prorsus verisimile. Nam in oratione contra L. Pisonem hunc T. Didium recenset inter eos, qui ex Macedonia triumpharunt. Ait enim ibidem
" sic iactabundus Piso: Quem tu me vides, qui, ex qua prouincia T. Flamininus, L. Paul-
" lus, Q. Metellus, T. Didius, innumerabiles alij leui cupiditate commoti triumpharunt;
" ex ea sic redij, vt ad portam Esquilinam Macedonicam lauream conculcauerim. Hic igitur prior T. Didij triumphus post Præturam ex Macedonia fuit, cuius secundum de Celtiberis ex Hispania, quem post Consulatum, & prouinciam quinquennio administratam, egit. Sic notatum reperimus etiam in Capitolinis fragmentis.

Scordisci profligati ex Macedonia.

Scordiscos Stephanus de vrbibus Pæoniæ gentem fuisse scribit ex Phlegontis Olympiade XV. quos etiam Scitios appellat, Gallica vel Celtica, ni fallor, voce, a torquendis iaculis. Schieten, enim Celtis (vt etiamnum Germanis) torquere vel iaculari significat. A Gallis oriundam gentem esse, plures Auctores testantur, vt Liuius lib. LXIII. Epitoma, Iustinus etiam lib. XXXII. scribit, hos in exercitu Gallorum regis Brenni fuisse, cum infe-

Scordisci Paones. Scitij vnde dicti.

A Gallis oriundos esse.

liciter aduersus Delphos bellum gereret. Qui Brenno cæso, maiore vi numinis quàm hostium profligatus & dispersus; pars in Thraciam extorres fugere, atque inde per eadem vestigia qua venerant, antiquam patriam repetiuere. ex his manus quædam in confluente Danubij & Saui consedit, Scordiscosque se appellari voluit. Hæc fere Iustinus. Strabo quidem libro Geographiæ VII. Thracibus immixtas ait Gallicas plures nationes, Boios scilicet, Scordiscos, & Tauriscos: & posteà in duas ad Istrum partes diuisos fuisse vult Scordiscos; diuturnaque vsos potentia, tandem à Romanis debellatos memorat. Hos L. Florus & Sex. Rufus Thracum sæuissimos esse volunt, qui captiuos hostes diis suis mactare, necnon ex craniis occisorum sanguinem potare solebant. Plinius autem libro IV. cap. XXV. in Pannoniæ descriptione ad frontem montis Claudij collocat Scordiscos, & a tergo Tauriscos.

Vbi consederint.

ANNI P. R. C. DCXLI.

Consules.

M. Liuius C. f. Mamiliani n. Drusus. L. Calpurnius * L. f. C. n * Piso. Cæsoninus.

CONSVLES adferunt in hunc annum Cassiodorus & Marianus M. Liuium Drusum & L. Pisonem: tabulæ Græcæ, quamuis incorrecte scriptos, Drusum & Pisonem.

Prouinciæ Consulares.

M. Druso Cos. Macedonia obuenit, L. Pisoni, vt opinor, Illuricum; quæ prouinciæ tum Consulares erant, vt a barbarorum incursionibus increbrescentibus magis tutarentur. De Pisonis autem rebus gestis hoc anno, nihil reperio. Prouinciæ tantùm res adflictas restaurasse post Cimbrorum discessum videtur, dum illi per Gallias ac Hispanias populabundi vagarentur, & à Romano bello quiescerent vsque ad M. Silani Consulatum, vt suo loco dicetur. At M. Drusus Cos. in Thracia contra Scordiscos prosperè pugnauit, quos vlteriùs etiam abegit quam Didius, vetuitque transire Danubium, vt auctores sunt L. Florus & Sex. Rufus.

M. Drusus Scordiscos vltra Danubiũ reppulit.

In Numidia hoc anno Iugurtha fratrem suum Adherbalem armis apertoque bello rursus aggreditur, atque obsessum in oppido Cirtha, tandemq; per deditionem captum contra fidem & Senatus denuntiationem occidit, Numidiæque regnum solus occupauit. cui bellum idcircò Senatusconsulto populique iussu est indictum. Vide Sallustium, L. Florum libro III. cap. I. Orosium lib. V. cap. XV. Velleium, Eutropium, & alios.

Iugurtha fratrem captum occidit.

Bellum illi indictum.

Prætores.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Vtramq. iurisdictionem.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

* Quæstiones. rerum. cap. sortiti. obtinuère.

P. Rutilius * L. f. //. n. Flaccus * M. Pupius * Cn. f. P * nepos.

L. Fufidius //. f. //. nepos. [L. Aurunculeius C. f. C. n. Cotta]

[C. Apustius C. f. L. n. Fullo] [Ser. Sulpicius Ser. f. Ser. n. Galba.

Q. Cæcilius L. f. Metellus. Qui posteà. Numidicus. est. dictus. hoc anno (vt opinor) è prouincia reuersus, de pecuniis repetundis caussam dicere coactus est; sed præclarè absolutus. Cùm enim tabulæ ipsius ab accusatore expostulatæ circa iudicium nominis inspiciendi caussa ferrentur, totum concilium ab earum contemplatione oculos auertit: ne fortè, quod ille in tabulas publicas retulisset, dubitasse quisquam, verúmne an falsum esset, videretur. Non enim in tabulis, sed in vita Q. Metelli, argumenta sincere administratæ prouinciæ legenda sibi iudices crediderunt: indignum rati, integritatem tanti viri exigua cera & paucis litteris perpendi. Hoc eleganter admodum inter exempla maiestatis refert Valerius Max. lib. II. cap. X. Meminit item pulchrè Cicero in Balbiana, & ad Atticum lib. I. epistola XIV.

Integra probitatis fama Q. Metellum absoluit.

Prætores prouinciarum.

L. Calpurnius L. f * L. n * Piso. Frugi. Hisp. * vlteriorem * sortitus. obtinuit.

nuit. in. prouincia. occisus. est. Auctor est M. Tullius actione contra C. Verrem de
„ signis, hunc ipsum sic adducens, vt abstinentiæ quoddam exemplum singulare: Sunt *Abstinentiæ*
„ vestrûm, iudices, quàm multi, qui L. Pisonem cognouerunt, huius L. Pisonis, qui Prætor *exemplum in*
„ fuit, patrem. Is cùm esset in Hispania Prætor, qua in prouincia occisus est; nescio quo *hoc L. Pisone.*
„ pacto, dum armis exercetur, annulus aureus, quem habebat, fractus est & comminutus.
„ Cùm vellet sibi annulum facere, aurificem iussit vocari in foro ad sellam Cordubæ: &
„ ei palàm appendit aurum, hominem in foro sellam iubet ponere, & facere annulum om-
„ nibus præsentibus. Nimiùm fortasse dicet aliquis hunc diligentem, hactenus reprehen-
„ det, si quis volet; nihil amplius. Verùm fuit ei concedendum; filius enim L. Pisonis erat,
„ qui primus de pecuniis repetundis legem tulit. Hæc ita diserte Tullius. Qui cum in pro-
uincia hunc Prætorem occisum dicit, nouos bellorum motus ibidem exortos fuisse, nobis verisimile facit: cùm hoc item Appiano congruat, in Iberica sua narranti obiter; quòd proximis ante bellum Cimbricum annis Hispanorum populi nouos bellorum motus excitarunt sub Calpurnio Pisone & eius successore Ser. Galba Prętoribus: quando prius post bellum Numantinum à P. Scipione confectum, prouinciis per decem legatos denuò constitutis atque pacatis, Hispaniæ ad hæc vsque tempora quietæ fuissent.

//. //. //. f. //. n. //. Hisp. citer. //. //. //. f. //. n. //. Galliam. Cisalp.
//. //. //. f. //. n. //. Galliã Narb. //. //. //. f. //. n. //. Siciliam
//. //. //. f. //. n. //. Sardiniam

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

M. Aurelius * M. f. C. n * Scaurus. L. Cornelius L. f. L. n. Merula.
P. Licinius * P. f * //. n. Murena. Cn. Manlius Cn. f. //. n. Maximus.
[Sex. Antistius Sex. f. Ser. n. Vetus]

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
C. Flauius T. f. //. n. Fimbria. * A. * Cæsellius //. f. //. n. * Bassus *
Q. Lutatius Q. f * Q. n * Catulus. C. Licinius C. f. //. n. Sacerdos]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
M. Licinius * M. f. P. n * Crassus. T. Albucius //. f. //. nepos.
M'. Aquillius M'. f. M'. nepos. Ser. Fuluius * Ser. f. Q. n * Flaccus.
[Q. Næuius Q. f. Q. n. Matho] [C. Orcius C. f. C. n. Flamma]
[P. Aquillius P. f. P. n. Gallus] [M. Seruilius M. f. //. n. Rullus]
L. Canuleius L. f. L. n. Diues] [M. Oppius L. f. L. n. Salinator]

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. M. Drusi Cos. in. Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. L. Calpurnij Cos. in. Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. L. Calpurnij Pr. in. Hisp. vlter.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Sardinia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Africa.
//. //. //. f. //. n. //. Calenus.

C. Cœlius * C. f. L. n * Caldus. Hic homo nouus inimicitiis nobilium haud paruis contendit ad summos honores, quemadmodum Cicero testatur libro de Oratore, & in Verrem septima: atque in Bruto, industriam in eo summam fuisse, summasque virtutes, eloquentiæ verò tantum, quod esset in rebus priuatis, amicis eius; in republica, ipsius dignitati satis. In Quæsturæ tamen petitione prima repulsam eum passum esse, refert idem Cicero in oratione pro Cn. Plancio. Quæstor (inquit) C. Cœlius clarissimus ,, ac fortissimus adolescens factus non est; Consulem tamen factum scimus. Petierat igi- ,, tur primum, ni fallor, in annum superiorem DCXL. sed non obtinuit.

A. Postumius * Sp. f. Sp. n * Albinus. Frater hic fuit, vt opinamur, Sp. Postumij Albini anno abhinc altero Consulis, atque eiusdem legatus in Numidia bello Iugurthino, vt apud Sallustium legimus: sed Proprætore præfectus castris, cùm frater Consul Romam ad comitia abisset, prælio aduerso victus, pacem cum hoste ignominiosam fecit. Valerius Max. hunc nobilitate, moribus, ac honorum omnium consummatione ciuem egregium vocat, narrans lib. IX. cap. VIII. de temeritate, vt a militibus suis propter falsas & inanes suspiciones lapidibus est obrutus. Quod bello Marsico contigit legato Consulari, vt suo loco dicemus ex Liuio, Plutarcho, & Orosio.

Auunculus Q. Hortensij oratoris. C. Sempronius C. f. C. n. Tuditanus. Patre Consulari ac Triumphali. Hic igitur auunculus fuit Q. Hortensij oratoris, quem laudat in Bruto Tullius vt omni vita atque victu excultum, sic & orationis genere perelegantem.

L. Memmius * C. f. C. n. Gallus * Qui frater C. Memmij videtur esse, cuius lege rex Iugurtha sequenti anno Romam fuit euocatus. Ita enim hos coniungit Tullius in Bruto, vt fratres fuisse quasi cognoscas. Tum etiam, inquit, C. & L. Memmij fuerunt » oratores mediocres, accusatores acres atque acerbi; itaque in iudicium capitis multos vo- » cauerunt, pro reis non sæpè dixerunt. »

Duo fratres oratores & accusatores.

Cn. Cornelius * C. f. Cn. n * Scipio. Hispallus. Patre Prætorio natus, vt apparet ex annorum interuallo. Prouinciam sortitus erat Hispaniam * citeriorem *: verùm ex S. C. in eamdem proficisci prohibitus est, vt auctorem habemus Valerium Max. lib. VI. cap. III. vbi de Senatus seueritate hoc exemplum sic profert: Cn. autem Cornelius Sci- » pionis Hispalli filius priusquam mereri posset, expertus est. Nam cùm ei Hispania prouin- » cia sorte obuenisset; ne illuc iret, decreuit: adiecta caussa, quòd recte facere nesciret. Itaq; » Quæstor Cornelius propter vitam inhoneste actam sine vllo prouinciali ministerio tan- » tum non repetundarum lege damnatus est. Hęc apud solum Valerium reperimus. Quæ- » sturam igitur hic Cn. Scipio Hispallus titulotenus tantùm gessisse videtur, prouinciamq; eius alteri, qui illam iamdudum obtinebat, prorogatam ex S. C. fuisse.

Quæstor sine prouincia.

Sp. Thorius ‖. f. ‖. n * Balbus * Quem satis valuisse in populari genere dicendi, testatur Tullius in Bruto, cuius adferam verba, cùm de eius agraria lege suo loco pòst agemus. Balbi cognomen habuisse, colligimus ex antiquo gentis eiusdem numismate, de quo nos opportuniùs posteà loquemur diffusius. Magistratus autem hoc occœpisse tempore, Memmiisq; fratribus quasi coæuum satis eodem loco Tullius indicare videtur.

C. Papirius * L. f. C. n * Maso. Quem posteà repetundarum damnatum ex Cicerone docebo. Obtinuit igitur prouinciam

L. Manlius ‖. f. ‖. n. Mancinus. Cuius Tribuni plebis rogatione posteà C. Mario Cos. Numidia cum Iugurthino bello populi iussu extra sortem decreta est, auctore Sallustio. Sed in eius exemplaribus admodum mendosè L. Manlius Mantinus, Tribuni huius nomen legitur.

Sallustij in Iugurthina nomen corrigendum.

Prouinciæ f. prorogatæ.

‖. ‖. ‖. f. ‖. n ‖. Asiam. ‖. ‖. ‖. f. ‖. n. ‖. Achaiam

‖. ‖. ‖. f. ‖. n. ‖. Sardiniam

Pro. Prætoribus. prorogato. imp. obtinuêre.

M. Octauius Cn. f * Cn * nepos. M. Iunius * M. f. M. n * Silanus.

* Q * Hortensius * Q. f. Q * nepos.

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

‖. ‖. ‖. f. ‖. n. ‖. ‖. ‖. Propr. in. Sardinia.

‖. ‖. ‖. f. ‖. n. ‖. ‖. ‖. Propr. in. Achaia.

M. Antonius C. f. * M * nepos. ‖. ‖. Propr. in. Asia.

‖. ‖.

// // // f. // n. // // // Pr. in. Hisp. citeriore.
// // // f. // n. // // // Pr. in. Gallia. Cisalpina. Gallicus.
// // // f. // n. // // // Pr. in. Gallia. Narbonensi.
// // // f. // n. // Ostiensis. // // // f. // n. // * Lucerinus *
* C * Calpurnius * L. f. C. n * Piso. Cæsoninus. [C. Orcius C. f. C. n. Flamma]
* C * Seruilius * C. f. C. n. Casca * M. Gratidius // . f. // . nepos.
C. Marcius C. f. C. n. Figulus. C. Popillius P. f. C. n. Lænas.
* M * Fuluius * M. f. Q. n. Nobilior *

ANNI P. R. C. DCXLII.

Consules.

P. Cornelius P. f. P. n. Scipio. Nasica. in. mag. mortuus. est. L. Calpurnius * L. f. C. n. Piso * Bestea.

PROPTER Iugurthini belli initium à multis nominantur hi Consules, quos Cassiodorus & Marianus P. Scipionem Nasicam & L. Calpurnium Bestiam vocant; tabulæ Græcæ & Cuspiniani Nasicam & Bestiam; Iulius Obsequens P. Scipionem, L. Calpurnium citat. Alij omnes, qui bellum Iugurthinum hoc anno cœpisse scribunt; vt Sallustius, Orosius, & Eutropius, P. Scipionem Nasicam & L. Calpurnium Besteam Consules nominant. Ceterùm de hoc P. Scipione P. Serapionis filio verba facit etiam Tullius in Bruto, dicens ipsum L. Bestiæ collegam, ac in Consulatu mortuum fuisse. *Bellum Iugurthinum.*

Lacte per triduum pluisse, hostiisque maioribus expiatum fuisse prodigium; & maximam insuper vrbis partem incendio consumptam cum æde Matris Magnę scribit Iulius Obsequens. Cuius item incendij meminit Valerius Max. lib. I. cap. VIII. de miraculis, in hunc modum: Q. Claudiæ statua in vestibulo templi Matris deûm posita, bis ea æde incendio consumpta, priùs P. Nasica Scipione & L. Bestia, item M. Seruilio & L. Lamia Coss. in sua basi Flaminis intacta stetit. *Prodigia varia.* *Statua Flaminis intacta.*

Consulibus ex lege Sempronia, vt ait Sallustius, prouinciæ Numidia atque Italia decretæ: P. Scipioni Italia, L. Besteæ Numidia obuenit. Hic cum Iugurtha bellum gesturus in Numidiam exercitum transtulit, atque acriter bellum aggressus, multos mortales, & vrbes aliquot pugnando cepit: sed mox animus æger auaritia per legatos Iugurthæ pecunia corruptus, pacem cum hoste flagitiosam, auctore M. Scauro legato suo, sed inconsulto Senatu, fecit; quam populus Romanus improbauit. Iugurthæ in deditionem accepto frumentum, equi, elephanti, atque pecunia imperatur. Consul Calpurnius Romam ad magistratus subrogandos proficiscitur: interim in Numidia & exercitu Romano pax agitabatur. Vide historiam latiùs apud Sallustium, Paullum Orosium lib. V. cap. XV. L. Florum lib. III. cap. I. Eutropium lib. IV. Liuij epitomen LXIV. & alios. *Prouinciæ Consulares.* *Pacem emit à Consule Bestia Iugurtha.*

Prætores.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
Vtramque. iurisdictionem. &c.
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
Quæstiones. ter. cap. sortiti. obtinuêre.

L. Cassius * Q. f. Q. n * Longinus. Inter ciues & peregrinos iurisdictonem hoc anno videtur obtinuisse, cùm scribat Sallustius, hunc L. Cassium, qui tum Prætor erat, C. Memmij Tribuni plebis rogatione missum in Numidiam fuisse, vt Iugurtham, interposita fide publica, Romam duceret. Solent autem peregrinæ iurisdictionis Prætores plerumque, rebus postulantibus, extra ordinem ab vrbe legari cum potestate vel imperio; atque absentium horum iurisdictio vrbanæ tunc annectere aliquando, vel collegarum alicui cómittere moris fuisse, fit verisimile. At Cassius Prętor perlata rogatione Memmia, ac omni nobilitate perculsa, in Numidiam proficiscitur: Regique timido persuadet, quoniam se populo Romano dedidisset, ne vim quàm misericordiam eius experiri malit. Priuatim pręterea fidé suam interponit, quam ille non minoris quàm publicam ducebat: talis *L. Cassius Prætor Iugurtham populo Romano deditum Romam ducit.*

lis ea tempestate fama de Cassio erat. Igitur Iugurtha contra decus cultu quàm maximè miserabili cum Cassio Romam venit. Sic fere Sallustius.

C. Atilius * M. f. M. n * Serranus   P. Rutilius * Sp. f. Sp. n * Rufus.
Q. Seruilius Q. f. Cn. n. Cæpio.   C. Terentius C. f. A. n. Varro]
[P. Iuuentius P. f * L. n. Thalna *]

Maiestatis, vt verisimile videtur, reus hoc anno factus est Cn. Papirius C. f. Carbo Consularis, quòd imprudenter ac temere cum Cimbris congressus in Illurico, prælioque victus exercitum perdidisset, atque turpi fuga prouinciam reliquisset. Accusauit reum M. Antonius orator ex Asia reuersus post Quæsturam suam. Meminit M. Cicero in epistola quadam ad Papirium Pætum libro Familiarium IX. qui hunc reum atramento sutorio absolutum fuisse scribit.

Prætores prouinciarum.

Ser. Sulpicius Ser. f. Ser. n. Galba. Hisp. * vlteriorem * sortitus. obtinuit. Hunc etenim successisse L. Pisoni in prouincia occisi, testatur Appianus in Iberica.

// // // f. // n. // Siciliam.   // // // f. // n. // Sardiniam
// // // f. // n. // Gal. cisalp.   // // // f. // n. // Asiam
// // // f. // n. // Illuricum

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

P. Rutilius * L. f. // n. Flaccus *   M. Pupius * Cn. f. P * nepos.
L. Fufidius // f. // nepos.   [C. Apustius C. f. L. n. Fullo]
[L. Aurunculeius C. f. C. n. Cotta]

Ædiles curules.

// // // f. // n. //   // // // f. // n. //

Ædiles plebis.

// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
L. Aurelius L. f. L. n. Orestes.   L. Annius // f. // n. Bellienus.
Cn. Aufidius * Cn. f. Cn * nepos.   M. Domitius * Cn. f. M. n * Caluinus.

Tribuni plebis.

Memmia rogatio de Iugurtha Romam vocando.

C. Memmius * C. f. C. n. Gallus * Rogationem tulit ad populum de Iugurtha rege Romam euocando ad caussam dicendam, vti L. Cassius, qui tum Prætor erat, in Numidiam ad Iugurtham mitteretur, eumque interposita fide publica Romam duceret: quo faciliùs indicio regis M. Scauri & reliquorum, quos pecuniæ captæ arcessebant, delicta patefierent. Iugurtham regem pro concione reum fecit, scelera in patrem fratresque perpetrata demonstrat, facinora multa, quæ Romæ, quæ in Numidia fecerat, latius exponit. Iam quibus iuuantibus, & quibus ministris ea egerit, coram populo Romano Regem apertiùs declarare iubet. Iugurthæ responsuro, caussamque dicturo C. Bæbius Memmij collega silentium imposuit, atq; intercessione concionem dissoluit. Ita populus ludibrio habitus, ex concione discessit; Iugurthæ Bestiæq; & ceteris, quos illa quæstio exagitabat, animi augescunt: auctor Sallustius.

Reum pro concione fecit.

Corruptus pecunia Tribunus plebis iudiciū turbat iustitiam tollit.

C. Bæbius * Q. f. Q. n. Sulca * Hunc vnum Tribunum plebis Iugurtha Romam cum Cassio Prætore veniens sibi malè conscius magna mercede parat, cuius impudentia contra ius & iniurias omnes munitus foret. Itaque caussam dicturo apud populum Iugurthæ regi, reclamantibus vniuersis, silentium imposuit, & actionem omnem intercessione sustulit: Sallustius.

// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
C. Cosconius * M. f. M * nepos   P. Popillius P. f. C. Lænas.

[P. Li-

[P. Licinius P. f. P. n. Crassus] C. Stertinius C. f. C. nepos]
[T. Otacilius T. f. T. n. Crassus] [P. Decius P. f. P. n. Subulo]
[Sp. Caruilius Sp. f. Sp. n. Maximus] M. Cæcilius M. f. M. n. Denter.

Quæstores vrbani.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Quæstores prouinciarum.

* P * Sestius * L. f. L * nepos. L. Besteæ. Cos. in. Numidia. In Vaccam oppidum Iugurthæ mittitur à Consule ad frumentum accipiendum, quod regiis legatis palàm induciarum nomine imperatum erat. Cùm interim Iugurtha in castra veniens se dedidisset, vti pro consilio imperatum erat, elephanti triginta pecus, atque equi multi, non cum paruo argenti pondere Quæstori item Sestio traduntur. Hæc Sallustius. Poterit videri hic P. Sestius fuisse, quem Prætorem designatum postea T. Iunius damnauit ambitus, vt suo loco dicemus. *Accepit à Iugurtha deditos elephantos, equos, argenti pondus ingẽs.*

L. Licinius P. f. P. n. Crassus /. //. Pr. in Asia. P. Licinij Crassi Muciani filius fuit, vir vt ingenio & eloquentia eximius, ita & sui temporis nobilissimus orator cum M. Antonio est habitus. Hunc Tullius in Bruto scribit collegam Q. Scæuulæ Pontificis fuisse in omnibus magistratibus, prꝫterquam in Tribunatu plebis & Censura: cuius verba paulò pòst opportuniore loco sum allaturus. Cum igitur hic annus Quæsturæ Q. Mucij Scæuulæ fuerit, sicut ex eius Tribunatu plebis patebit: certum est, Quæstorem L. Crassum hoc item anno fuisse. Hinc idem Crassus apud Ciceronem libro de oratore primo, Q. Scæuulam æqualem & collegam suum appellat. Asiam verò prouinciam in Quæstura sortitum declarat ibidem ipse libro tertio, his ferè verbis: » Paullum sitiens istarum » artium, de quibus loquor, gustaui Quæstor in Asia; & inde decedens Athenis. Rursus » libro de oratore primo, sic Crassus de eadem re loquitur: Cùm Quæstor ex Macedonia » venissem Athenas florente academia. Rediit itaque Crassus terrestri itinere ex Asia sua prouincia, veluti fratrem suum Q. Tullium redire per Macedoniam ex Asia scribit ad Atticum Cicero libro epistolarum tertio, ep. VIII. iter tamen commodius erat, nauigio ex Asia proficisci Athenas, atque etiam compendiosius: tardiùs itaque Romam venisse constat, Tribunatumque plebis eadem de caussa non anno suo, sed integro serius obtinuisse patebit. Extant denarij cum eius nomine, L. CRASSI. P. F. in hac Quæstura forsan cusi cum Iouis Victoris capite & Victoria trophæum coronante, in memoriam, mi fallór, rei bene per eius Prætorem in prouincia gestæ. *L. Licinius Asiam prouinciam obtinuit.*

// // // f. // n. // // //. Pr. in. Sicilia.
// // // f. // n. // // //. Pr. in. Sardinia.
// // // f. // n. // // //. Pr. in. Illurico.
// // // f. // n. // //. * Lucerinus *

Q. Mucius P. f. P. n. Scæuula. P. Scæuulæ Pont. Maximi, ac anno DCXX. Consulis filius hic fuit, quem Q. Scæuulam Pontificem Tullius plerumque vocat, ad differentiam alterius Q. Scæuulæ Auguris, qui socer L. Crassi oratoris fuit, eodemque tempore vixit. In iure ciuili hic de quo nunc agimus, erat eximius, vtpote peracutus ad excogitandum, eloquentia etiam cum summa breuitate iuncta mirabiliter aptus, quemadmodum Tullius in Bruto iudicat, qui de illius ingenio, doctrina, & virtutibus vbique multa memorat, sicut & alij Auctores, quos sparsim suis locis adferemus. Huius extant argentei in hac forsan Quæstura cusi cum Romæ capite & Castoribus, qui in equis iunctim decurrunt: subscriptum nomen, Q. MVCIVS. P. F. SCÆVVLA. *Iurisco. eximius hic Scæuula.*

C. Fonteius * M'. f. M'. n * Capito. Pater M'. Fonteij, quem M. Tullius repetundarum ex Gallia reum defendit oratione facundissima, cuius adhuc extat insigne fragmentum; ex quo discimus, sicut ex aliis etiam, hunc C. Fonteium Manij patrem Asculi post Præturam, cùm legatus Q. Seruilij Procos. esset, in detectione socium belli Marsici exordio occisum esse. Eiusdem suspicor denarios esse cum Iani iuuenis barbatuli capite laureato, & quadriremi, in quibus inscriptum vtrimque nomen notis, C. FONT. Q. Hinc colligi potest, cusos esse Fonteio Quæstore ad vsum ac impẽdia classis instruendæ.

C. Claudius * M. f. M. n * Marcellus. Ex Otacilianorum, vt opinor, domo; cuius patrem post Prꝫturam in prouinciam Tarracone, conscensa naui in itinere fulmine tactum periisse anno DCXVI. retulimus ex Iulio Obsequente. Hic autem postea bello Marsi-

Æsernia capitur Marcellus. Marsico prouinciam obtinens Æserniæ à Samnitibus obsessus, ac fame coactus deditionem fecit, & captus est. A quo fortasse casu filius etiam illi natus ad differentiam aliorum Marcellorum eiusdem prænominis agnomen Æsernini sortitus est. De hoc autem M. Marcello sic in Bruto de claris oratoribus scribit Cicero: M. Marcellus Æsernini „ pater, non ille quidem in patronis, sed & in promptis tamen, & non inexercitatis ad di- „ cendum fuit, vt filius eius P. Lentulus; alter filius C. Claudius Marcellus Æserninus „ dictus fuit. „

C. Cassius * L. f. Q. n * Longinus. Frater patruelis L. Cassij anno DCXLVI. Cos. vt ex temporis ratione colligere est: atque seueri illius L. Cassij Rauulæ, qui Tribunus plebis legem tabellariam tulerat, bis Prætor, Consul, & Censor fuerat, filius. Et hic idem posteà Consul sequetur.

Ser. Cornelius * L. f. P. n * Sulla. Hic pater P. Sullæ, qui inter coniuratos Catilinæ celebratur à Sallustio & aliis, sicut postea suis locis patebit.

[L. Sergius M. f. M. n. Silus. Catilina] Sceleratissimi illius L. Catilinæ pater; cuius historiam Sallustius nobis scriptam reliquit.

Prouinciæ f prorogatæ.

Macedoniam à Scordiscis defendit. M. Liuius C. f. Mamiliani. n. Drusus. Procos. Macedoniam. prorogato. in. annum. imp. obtinuit. Contra Scordiscos Thraces prouinciam fortiter tutatus est, atque hostes quàm longissimè profligatos Danubium transire vetuit, vt volunt L. Florus & Sex. Rufus.

//. //. //. f. //. n. //. Africam. //. //. //. f. //. n. //. Hisp. citer.
//. //. //. f. //. n. //. Achaiam. //. //. //. f. //. n. //. //. Galliam. Narb.

Pro. Prætoribus. prorogato. imperio. obtinuêre.

Cn. Manlius Cn. f. //. n. Maximus. M. Aurelius * M. f. C. n * Scaurus.
[Sex. Antistius Sex. f. Sex. n. Vetus] P. Licinius * P. f * //. n. Murena.

Pro. Quæstoribus. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. P. Nasicæ Cos. in. Italia. Ostiens.
//. //. //. f. //. n. //. M. Drusi Procos. in. Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Africa.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Hisp. citer.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Gallia. Narb.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Gallia. Cisalpina.
//. //. //. f. //. n. //. Ser. Galbæ. Pr. in. Hisp. vlteriore.
//. //. //. f. //. n. //. Calenus.

C. Popillius P. f. C. n. Lænas. C. Sempronius C. f. C. n. Tuditan.
C. Papirius * L. f. C. n * Maso * C * Seruilius * C. f. C. n. Casca.
* Sp. Thorius //. f. //. n * Balbus * M. Gratidius //. f. //. nepos.
C. Marcius C. f. C. n. Figulus. [L. Æmilius L. f. M. n. Paullus]
L. Manilius //. f. //. n. Mancinus.

ANNI P. R. C. DCXLIII.

Consules.

M. Minucius Q. f * M. n * Rufus. Sp. Postumius Sp. f. Sp. n. ALBINVS.

CONSVLES huius anni prodit Cassiodorus Sp. Postumium & M. Minucium: in Cuspiniani & tabulis Græcis habemus Rufum & Albinum: Sallustius Sp. Albinum cum Q. Minucio Rufo refert: sed huius prænomen in exemplaribus esse corruptum, consensus aliorum Auctorum demonstrat, qui M. Minucium appellant; vt item in antiquissima

quissima illa tabula Genuate ærea, in qua cum suo fratre, Q. M. MINVCIEI. Q. F. RVFEI. scriptus sic legitur.

Albino prouincia Numidia, M. Minucio Macedonia obuenit. Hic Scordiscis atque Triballis bellum intulit: Albinus contra Iugurtham (qui anno superiore tamquam Italia decedere iussus erat, eò quod cædem Massiuæ Gulussæ competitoris regni procurasset) missus, pecunia vt creditur corruptus, bellum traxit, nihilque memoria dignum æstate tota gessit. Cuius frater A. Postumius legatus Propr. in castris relictus à Consule Romam ad habenda comitia decedente, prælium temere cum Iugurtha commisit: sed pretio corruptis centurionibus, voluntaria militum fuga desertus & victus est, atque ad ignominiosam pacem compulsus, quam Senatus Romanus minimè seruandam esse censuit. Pulchre Sallustius omnia: vide L. Florum, Orosium, & Liuium, & Eutropium locis ante citatis. *Prouinciæ Consulares. Sp. Albinus Cos. muneribus à Iugurtha vincitur. Succumbit virtus Rom.*

Prætores.

Q. Marcius * Q. f. Q. n. Philippus * Vrbanam. iurisdictionem. sortitus. obtinuit. Meminit A. Gellius Noctium Atticarum libro VII. cap. IX. ex Valerio Antiate sic: Peposci quoque (Gellius inquit) non poposci Valerius Antias in libro Annalium XLV. scriptum reliquit. Deinde Licinius Tribunus plebis perduellioné ei dixit, & comitiis diem à Q. Marcio Prætore peposcit. Hæc Antiatis pauca sunt verba, quæ videntur etiam indicare, Licinium vni tunc ex collegis obstitisse, perduellionisque reum ipsum fecisse, quòd continuare Tribunatum contra leges volebat: quemadmodum eius rei meminit obiter Sallustius, scribens eadem tempestate Romæ seditionibus Tribuniciis atrociter rempublicam agitatam fuisse, dum duo Tribuni plebis continuare magistratum, resistentibus collegis, niterentur. Atqui de P. Licinio Crasso Diuite loqui Antiatem fit verisimile, quòd is Tribunus plebis eodem hoc anno legem sumptuariam tulit, vt paullò pòst suo loco latiùs dicemus. *Tribunorum plebis discordia Romæ turbas ordinės.*

// // // f. // n. // inter. ciueis. &. peregrinos.
Iurisdictionem. sortitus. obtinuit.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
Quæstiones. rerum. capitalium. sortiti. obtinuêre.

A. Manlius * A. f. A. n * Torquatus. C. Popillius * C. f * C. n. Lænas.
C. Licinius C. f. //. n. Sacerdos. * A * Cæsellius //. f. //. n * Bassus.
[C. Cornelius C. f. C. n. Cethegus]

Prætores prouinciarum.

Q. Seruilius Q. f. Cn. n. Cæpio. Hispaniam. vlteriorem. sortitus. obtinuit. Lusitanos rebelles ac latrociniis grassantes vicit & repressit, vt obiter meminit Eutropius libri quarti fine.

// // // f. // n. // Hisp. cit. // // // f. // n. // Achaiam.
// // // f. // n. // Africam. // // // f. // n. // Gall. Cisalp.
// // // f. // n. // Galliam Narbonensem
Prouincias. sortiti. obtinuêre.

L. Cassius Q. f. Q. n. Longinus. C. Atilius * M. f. M. n * Serranus.
P. Rutilius * Sp. f. Sp. n * Rufus. [C. Terentius C. f. A. n. Varro]
[P. Terentius P. f * L. n. Thalna *]

Ædiles curules.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
Ap. Claudius * Ap. f. Ap. n * [M. Sergius. M. f. M. n.
Pulcher Silus]

Ædiles plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
Sex. Peduceius //. f. //. nepos. C. Annius //. f. //. n. Bellienus.

Tribuni plebis.

Lex Licinia sumptuaria. P. Licinius M. f. P. n. Crassus. Diues. Ex Senatus auctoritate legem sumptuariam tulit Fanniæ non dissimilem, quæ propter conuiuiorum eius temporis luxus optimatum tanto studio promota probataque fuit, teste Macrobio Saturnalium libri secundi cap. XVII. vti Senatus iuberet mox promulgatam obseruare non minus, quàm si post trinundinum populi suffragiis fuisset comprobata. Quod quidem præiudicium legis *Festi dies lautiores.* sanctionem magnopere prouexit. Eius hanc summam adfert Macrobius, Vti Kalendis Nonis, nundinis Romanis cuique in dies singulos triginta dumtaxat asses edundi caussa consumere liceret: ceteris diebus, qui excepti non essent, ne ampliùs apponeretur quàm carnis aridæ pondo tria, & salsamentorum pondo libra, & quod ex terra, vite, arboréve natum sit. Sic Macrobius legem hanc nobis exponit. Aliter de eadem aliquantùm dis- *Discrepant Auctores in legis Liciniæ sententia.* serit A. Gellius Atticarum Noctium lib. II. cap. XVII. Lex, inquit, deinde Licinia rogata » est, quæ cùm certis diebus, sicuti Fannia, centenos æris impendi permisisset, nuptiis du- » cenos indulsit: ceterisque diebus statuit æris tricenos, cùm & carnis aridæ & salsamenti » certa pondera in singulos dies constituerit. Sed quidquid esset natum è terra arboreque, » promiscuè atque indefinitè largita est. Sic quidem de lege Gellius, cui conciliandus Ma- » crobius, qui certis diebus, nempe Kalendis, Nonis, ac nundinis Romanis non centenos, sed triginta tantùm asses statuisse Liciniam legem scribit: quam summam, ceteris non exceptis diebus, permisisse legem Gellius auctor est. Hinc etiam Sex. Pompeij Festi detruncator Paullus Longobardus nobis prodidit, centenarias antiquis cœnas illas vocari solere, in quas lege Licinia non plus centussibus, præter terrâ nata impendebantur. Verùm si nobis integra Festi verba lanius ille Paullus protulisset, multò certius quid de hac lege constaret, centenariasque non viles aut vulgares, sed splendidiores secundùm *Gulæ irritamenta quæsita luxus.* Liciniam cœnas exceptorum dierum intelligendas esse, doceret apertiùs. Quanta porrò cura gulæ delicias è terra natis Romani sumptuariis istis legibus crebrò repetitis ad parsimoniam compulsi quæsierint, eleganter nobis ostendit M. Tullius in epistola quadam ad Gallum Familiarium libro VII. vbi de mala sua valetudine scribens e Tusculano, conqueritur legem sumptuariam sibi fraudi fuisse. Nam, inquit, cùm volunt isti lauti ter- » râ nata, quæ lege excepta sunt, in honorem adducere; fungos, heluellas, herbas omnes ita » *Cœna Auguralis.* condiunt, vt nihil possit esse suauius. In eas cùm incidissem in cœna Augurali apud Len- » tulum, tanta me διάῤῥοια arripuit, vt hodie primùm videatur cœpisse consistere. Ita ego, » qui me ostreis & murenis facilè abstinebam, à beta etiam & malua deceptus sum. Pul- » chrè Tertullianus item in Apologetico suo contra Gentes meminit, sumptuum atq; ambitionum leges suo tempore antiquatas esse conquerens; centenarias tunc cœnas non à *Centenaria cœna non assibus, sed HS.* centum assibus, sed verius à centum sestertiis dicendas esse indicat. Celebrem verò legem hanc Liciniam olim apud Romanos fuisse, antiquorum, qui non extant, Auctorum monumenta ab aliis citata declarant etiam: vt illa quæ apud Gellium sunt adducta *Eratopægnia Lælij poetæ.* ex Lælij poëtæ Eratopægniis in hunc modum: Quibus hœdum, qui ad epulas fuit allatus, » dimissum; cœnamque, ita vt lex Licinia sanxisset, pomis oleribusque instructam. Lex » Licinia, inquit, introducitur; lux liquida hœdo redditur. Mox addit ex Lucilio sic: Lu- » cilius quoque legis istius meminit in his verbis: Legem vitemus Licini. Et hæc quidem » Gellius lib. II. iam prius memorato, quæ considera, Lector studiose, an satis correcta tibi videantur.

C. Mamilius * C. f. C. n * Limetanus. Legem tulit priuilegij similem de captarum ab hoste pecuniarum quæstione. Vti quæreretur in eos, quorum consilio Iugurtha Senatus decreta neglexit; quique ab eo in legationibus aut imperiis pecunias accepissent; qui elephantos, qui perfugas tradidissent; quique de pace aut bello cum hostibus pactiones fecissent. Lege perlata, creati sunt quæsitores extra ordinem tres, atque inter eos M. Æmilius Scaurus princeps Senatus, licet huic crimini obnoxius; qui artificio quodam effecerat, vt non inter reos, sed inter quæsitores reciperetur. Acerbe violenterque quæstio est exercita contra nobilitatem ex rumore & libidine plebis per biennium *Damnati multi.* fere: inuidiosaque hac lege Gracchani iudices, vt Tullius ait in Bruto, permultos sustulerunt, atque inter eos quatuor Consulares, L. Bestiam, C. Catonem, Sp. Albinum, & L. Opimium Gracchi interfectorem à populo absolutum; cùm is contra populi studium *Sacerdotum primus lege publica damnatus.* stetisset. Eademque procella in ipso honorum cursu cecidit C. Sulpicius Galba Pontifex, Sacerdotum primus post Romam conditam publico iudicio condemnatus. Sed vide de his Sallustium & Ciceronem loco iam citato, qui sæpius Mamiliæ legis istius meminit. C. Catonem vero repetundarum ex Macedonia reum prius, litemque eius damnatius.

ti HS. ∞ . octo, nec ampliùs æstimatam, superiùs ex Cicerone & Velleio Paterculo retulimus. Si hoc anno rursus, vt vult Cicero, Iugurthinæ coniurationis inuidia reus, ac lege Manilia postulatus est: fit verisimile, tunc ipsum denique Romam reliquisse, iudicioque non expectato, Tarraconem abiuisse in exilium. Cuius Cicero non semel in Verrinis & in Balbiana meminit. Huius itaque legis ob caussam magnæ dissentiones, variique in vrbe tumultus feruebant; dum C. Mamilius cum suis legem tuetur, institutaque quæstio acerbius exercita dum latiùs ac quasi in infinitum serpit: adeò vt etiam anni exitu, ne interrumperetur, quidam ex collegio Tribunorum plebis impedire comitia nouorum magistratuum, continuareque suum Tribunatum conarentur, vt auctor est Sallustius. Sed inquirere operæpretium est, studiose Lector, num in ista ciuili contentione Q. Metellus L. f. vir præstantissimus, qui in annum sequentem deinde Consul est designatus, & ex victoria nomen Numidici reportauit, contra C. Mamilium legislatorem oratione sit inuectus; ex qua Gellius Atticarum Noctium libro VI. cap. XI. scitu quædam digna recitat verba. Quòd si ita se res habet, certè corrigendum est Tribuni plebis nomé; quod perperàm in Gellianis exemplaribus C. vel Cn. Manlius legitur. Verba ipsa, quoniam prudentiæ & auctoritatis neruis valida, tantoque viro digna videntur, & ad historiam faciunt, ex Gellio repetere non pigebit. Verba hæc sunt Metelli aduersus *Cn. Manlium Tribunum plebis, a quo apud populum in concione lacessitus iactatusque fuerat dictis petulantibus. Nunc quod ad illum attinet Quirites, quoniam se ampliorem putat esse, si se mihi inimicum dictitauerit: quem & ego mihi neque amicum recipio, neque inimicum respicio, in eum ego non sum plura dicturus. Nam cum indignissimum arbitror, cui a viris bonis benè dicatur: tum ne idoneum quidem, cui à probis malè dicatur. Nam si in eo tempore huiuscemodi homunculum nomines, in quo punire non possis; maiore honore quàm contumelia afficias.

Flammas seminariorum accendit lex Mamilia.

Comitia impedita dissensionibus.

A. Gellij locus.

* C. Mamilium ferè legendum est.

L. Annius //. f. //. nepos. L. Lucilius //. f. //. n * Balbus * Resistentibus collegis continuare magistratum suum nitebantur, quæ dissensio totius anni comitia impediebat, quemadmodum Sallustius in Iugurthina scribit.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

* M * Iuuentius * M'. f. M'. n. Thalna * Laterensis. [L. Volumnius L. f. C. n. Flamma]
[L. Caruilius Sp. f. Sp. n. Maximus] [Q. Ælius Q. f. P. n. Ligus]
[L. Claudius L. f. L. n * Asellus] [C. Munatius. C. f. C. n Plancus]

Quæstores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. M. Rufi Cos. in. Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. Sp. Albini Cos. in. Numidia.
//. //. //. f. //. n. //. Q. Seruili. Pr. in. Hisp. vlter.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Hisp. citeriore.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Gallia. Cisalp. Gallicus.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Gallia. Narbon.

* Cn * Tremellius * L. f. C. n * Scrofa. Frater, vt autumo, L. Scrofæ triennio antè Quæstoris, & primi L. Scrofæ filius alter, necnon pater Cn. Scrofæ, rei rusticæ scriptoris, quem & M. Varro differentem inducit. Videtur etiam fuisse ex septem Prætoriis vnus, eius gentis ac familiæ, quos hanc suo tempore domum habuisse testatur idem Varro de re rustica scribens.

C. Seruilius //. f. //. n. Glaucia. Longè post natos homines improbissimos, sed peracutus & callidus, cumprimisque ridiculus, vt scribit Tullius de claris oratoribus in Bruto: quem Atheniensis Hyperboli simillimum dicit fuisse, cuius improbitatem veteres Atticorum Comœdiæ notauerant. Nec minùs apud Romanos vulgò probris iactabatur, quem Curiæ stercus appellatum fuisse, testatur idem Tullius de oratore libro III.

Scurra ridiculus.

Is tamen ex summis & fortunæ & vitæ sordibus in Prætura Consul factus fuisset, si rationem eius haberi licere iudicatum esset; vt ait idem Cicero.

L. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus. Cn. Domitij, qui Allobroges & Aruernos superauerat, filius, & frater Cn. Domitij, qui Tribunus plebis legem de sacerdotiis tulit, de quo pòst dicemus: amborum etenim maiores magistratus subsequentur.

P. Cornelius P. f. Cn. n. Lentulus. Cn. Cornelius * P. f. Cn. n * Lentulus. Patre Prætorio, qui à seruis fugitiuis in Sicilia victus fuerat, vt suo loco diximus. Horum Cneus per magistratuum gradus ad fasces vsque Consulares peruenit.

C. Sextius * C. f. C. n * Caluinus. Ratio temporis insinuare videtur, C. Sextij Triumphalis, qui Saluios deuicit, & Aquas Sextias coloniam in prouincia condidit, hunc fuisse filium. Quem Tullius in Bruto recenset inter claros oratores post C. Liciniam Neruam & C. Fimbriam: Atque etiam, inquit, ingenio & sermone eleganti, valetudine » incommoda C. Sextius Caluinus fuit: qui etsi, cum remiserant dolores pedum, non » deerat in caussis, tamen id non sæpè faciebat. Itaque consilio eius, cùm volebant, homi- » nes vtebantur, patrocinio non licebat. Hunc ex Prætura Macedoniam obtinuisse, suo » loco demonstrabo.

[Q. Antonius Q. f. Q. n. Balbus] [C. Claudius C. f. Ap. n. Centho]

Prouinciæ f. prorogatæ.

// // // f. // n // Siciliam. // // // f. // n. // Sardiniam
// // // f. // n. // Illuricum. // // // f. // n. // Asiam

Pro. Prætoribus. prorogato. imp. obtinuêre.

P. Rutilius * L. f. // n. Flaccus * M. Pupius * Cn. f. P * nepos.
[C. Apustius C. f. L. n. Fullo. [L. Aurunculeius C. f. C. n. Cotta]

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

// // // f. // n. // //. // Propr. in. Sicilia.
// // // f. // n. // // // Propr. in. Sardinia.
// // // f. // n. // // // Propr. in. Illurico.
L. Licinius P. f. P. n. Crassus. // // Propr. in. Asia.

Asserit autem hic ipse Crassus de oratore libro II. apud Ciceronem, puerum se in forum venisse, neque inde vnquá diutiùs, quàm Quæstorem abfuisse. Asiam igitur prouinciam Quæstoriam, prorogato Prætoris sui imperio, videtur diutius obtinuisse, quàm Galliam cum imperio Proconsulari, de qua suo loco dicemus.

// // // f. // n. // // // Pr. in. Achaia.
// // // f. // n. // // // Pr. in. Africa.
// // // f. // n. // * Lucerin. * // // // f. // n. // Calenus.
// // // f. // n. // Ostiensis.

M. Claudius * M. f. M. n * Marcellus. C. Cassius * L. f. Q. n * Longinus.
Ser. Cornelius * L. f. P. n * Sulla. Sp. Thorius // f. // n * Balbus *
C. Papirius * L. f. C. n * Maso. [L. Sergius M. f. M. n. Silus. Catilina]
L. Manilius // f. // n. Mancinus [L. Furius C. f. C. n. Bibaculus]

M. Liuius C. f. Mamiliani. n. Drusus. an. DCXLIII.

Procos. de. Scordisceis. ex. Macedonia. // // //.

Res prosperè gessisse in Macedonia M. Drusum Consulem aduersus Thracas, superiùs retuli; atque ideò triumphum quoque post T. Didium obtinuisse, facilè inducor vt credam; maximè cùm in Epitoma Liuij lib. LXIII. notatum sit, Liuium Drusum Cos. aduersus Scordiscos gentem à Gallis oriundam in Thracia feliciter pugnasse, magnumque honorem tulisse. Deinde quòd M. Tullius in oratione contra L. Pisonem loco suprà memorato dicat, post T. Flamininum, L. Paullum, Q. Metellum, T. Didium, innumerabiles alios ex Macedonia triumphasse: inter quos M. Drusum hunc censeri posse quid vetat? Est & alius Suetonij locus, qui non minus me mouet, cum scribat in Tiberij vita, gentem Liuiorum, etsi plebeiam, octo tamen Consulatibus, Censuris duabus, triumphis tribus, Dictatura etiam ac magisterio equitum honoratam fuisse. Atqui non reperio in

tota illa gente ante Augusti tempora triumphos vllos, præterquam M. Liuij Salinatoris duos, vnum de Illurieis, alterum de Pœneis bello Punico secundo partos: idcircò tertium hunc M. Drusi de Scordiscæis opinor fuisse. Quem Triumphalem senem videtur appellare Plinius libro XXXIII. cap. XI. vt quidam opinantur, cùm dicit, de priuatorum quorumdam apud Romanos luxu in argento facto verba faciens: » At Liuius Drusus in Tribunatu plebis XI. milia (argenti pondo scilicet) habuit. Nam propter quinque pondo notatum à Censoribus Triumphalem senem, fabulosum iam videtur. Sic Plinius. Ex quo cùm nihil certi constat, de quonam Druso loquatur, nil etiam certi statuo: sed videndum, an P. Cornelium Rufinum Triumphalem senem non intelligat: qui belli Tarentini tempore propter decem argenti facti pondo notatus à Censoribus fuit, vt ante relatum est in Annali suo.

Tres Liuij Triūphales.

ANNI P. R. C. DCXLIV.

Consules.

Q. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus. Qui. postea. Numidicus. appell. est. M. Iunius * M. f. n * SILANVS.

SEQVVNTVR in Cassiodoro Consules huius anni Q. Metellus, M. Silanus; in tabulis Græcis Metellus & Silanus, sic in Sallustij Iugurthina; in Mariano Scoto Q. Cæcilius Metellus, M. Iunius Silanus. Eutropius M. Iunium Silanum Q. Metelli collegam prodit in fine libri quarti. Sic Cicero in Bruto de claris oratoribus; » Q. Metellus Numidicus, inquit, & eius collega M. Silanus dicebant de republica, quòd esset illis viris, & Consulari dignitati satis. Nominauit eosdem in oratione pro C. Cornelio de maiestate, cuius verba hæc adfert Pædianus in suis commentationibus: » Quatuor omnino genera sunt, iudices, in quibus per Senatum more maiorum statuatur aliquid de legibus. Vnum est eiusmodi, Placere legem abrogari; vt Q. Cæcilio, M. Iunio Coss. quæ leges rem militarem impedirent, vt abrogarent. Quæ quidem Ciceronis verba ad anni huius historiam facientia sic nobis explicat idem commentator Pædianus: » Q. Cæcilius Metellus Numidicus, M. Iunius Silanus Consules bello Cimbrico, quod diu praue simul & infeliciter gestum est. Atque ipse quoque hic Iunius malè rem aduersus Cimbros gessit; ac plures leges, quæ per eos annos, quibus hæc sic gerebantur, populo latæ erant, quibus militiæ stipendia minuebantur, abrogauit. Hæc ita Pædianus diserte. Ex cuius verbis colligimus, instantis huius Cimbrici tumultus metum ac terrorem delectus militares difficiles admodum effecisse; eamq; ob caussam leges rem militarem impedientes, ac in primis quæ minuebant stipendia, S. C. Iuniano sublatas fuisse.

Consulibus prouinciæ decretæ Numidia cum bello Iugurthino, & Gallia Narbonensis, quæ Consularis hoc anno facta est propter aduentum Cimbrorum. Hi namque vagabundi, iamdudum Gallia Transalpina atque Hispania exclusi, atque Teutonis iuncti, remigrantes Italiam intuebantur. Itaque Galliam ac bellum Cimbricum M. Silanus sortitus, his obuiam cum exercitu profectus est. Miserunt autem Cimbri legatos in castra Silani, atq; inde ad Senatum, vt populus Rom. aliquid sibi terræ daret, quasi stipendium; » ceterùm, vt vellet, manibus atque armis suis vteretur. Sed quas daret, inquit Florus, terras » populus Romanus, agrariis legibus * mox inter se dimicaturus? Repulsi igitur, quod ne- » quiuerant precibus, armis petere constituunt. Sed nec primum impetum barbarorum Silanus ferre potuit; qui victus prælio, castra etiam amisit. Hæc fere L. Florus lib. III. cap. III. Item Liuius lib. LXV. omnia latiùs nobis explicaret, in cuius Epitomis hæc tan- » tùm nunc habemus: M. Iunius Silanus Cos. aduersum Cimbros infeliciter pugnauit, » Legatis Cimbrorum sedem & agros, in quibus considerent, postulantibus, Senatus negauit. Sic quidem de Cimbris auctores, quos nunc habemus. Quare perperam in Eutro- » pio libri quarti fine sic scriptum legimus: A M. Iunio Silano collega Q. Metelli Cimbri » * in Italia victi sunt. At in nostro Sanctensis bibliothecæ manuscripto codice rectiùs (in Gallia) habetur. Q. Metellus Cos. cui Numidia obuenerat prouincia, cum supplemento commeatuque necessario veniens in Africam, mox veterem ab Albino Procos. acceptum exercitum ad disciplinam militarem reuocauit, à qua superiorum ducum neglegentia iamdudum deflexerat. Quem cum vigiliis, laboribus, transuersisque itineribus satis exercuisset, ac magis prohibendo a delictis, quam ea vindicando breui confirmasset; Iugurtham variis figmentis bellum detrectantem, orare pacem, præter suam liberorumque vitam

Consulares Prouinciæ.

** In vulgatis mox deest.*

Disciplinam militarem in Africano exercitu Q. Metellus Cos. restituit Iugurthamque subiugare pergit.

tam omnium deditionem præsentare coëgit. Intereà Vaccam oppidum Numidarum regni totius emporium maxime celebratum Metellus cepit, præsidioque firmauit: atque frumentum, aliaque bello vsui futura inde ad exercitum comportare iussit. Iugurtham, pace desperata, variis locis per insidias eius exercitum carpere conantem, duobus prælius inter saltus & iniquissima loca vicit, & Numidiam totam multis oppidis, castellis, pagis, & villis captis, ferro flammisque vastauit. Hæc latius apud Sallustium habentur. Velleius Paterculus, L. Florus libro III. cap. I. Orosius lib. V. cap. XV. Eutropius in fine quarti breuiter. Quomodo disciplina militaris per Metellum in Africano exercitu restituta fuerit, pulchre narrant Valerius Maximus lib. II. cap. VII. & Frontinus Stratagematum libro IV. cap. I.

Bis prælio victus Iugurtha.

Censs. M. Æmilius M. f. L. n. Scaurus. coactus. abd. M. Liuius C. f. Mamiliani. n. Drusus. IN. MAG. M. EST.

Censores hos simul fuisse, nos clare docet Plutarchus in quæstionibus Romanis, disserens ex Ateio, cur Flamen Dialis diuortium facere non posset, & vxore mortua sacerdotio se abdicaret: quemadmodum Censor, collega mortuo, se magistratu abdicare cogitur. Additque mox exemplum de hoc Censorum collegio, Æmilium scilicet Scaurum Censorem, mortuo collega Liuio Druso, se magistratu abdicare noluisse, antequam eum Tribunorum plebis quidam duci in carcerem iussissent. De Druso Censore nil aliud reperio. Agnoscit tantum in Liuia gente duas Censuras Suetonius in vita Tiberij Cæsaris, quarum vnam gessisse M. Liuium Salinatorem palam est, vt in Annali suo declarabimus latissime. Et hanc alteram Drusi reperimus apud Plutarchum; nec dubium nobis, quin hic M. Drusus fuerit patronus Senatus, Cõsularis ac Triumphalis, quemadmodum & M. Scaurus eius collega Consularis ac Triumphalis erat. De Scauri quidem Censura mentionem facit Auctor de viris illustribus: Censor, inquit, Æmiliam strauit, pontem „ Muluium fecit. Abdicare igitur ipsum detractasse verisimile est Ap. Claudij Cæci exem- „ plo, vt hæc opera in magistratu absoluere posset. De Muluio ponte scribit idem Ammianus Marcellinus historiarum libro XXVII. dicens, Lampadium Præfectum vrbis, metu crebrescentis seditionis in maius, per vrbem secessisse ad Muluium pontem, quem struxisse superior dicitur Scaurus, ad lenimenta ibidem tumultus operiendo. Æmilia autem via, quam M. Scaurus muniisse scribitur, ea intelligenda est, quam Strabo libro quinto Geographiæ tradit, Scaurum per Pisas & Lunam vsque ad Sabatium, atque inde Derthonem duxisse: qua in regione fossis nauigabilibus ductis inter Placẽtiam Parmamque, in maritumo tractu multas ipsum exiccasse paludes, per quas Annibal Etruriam petens difficulter cum exercitu transiit, refert idem Auctor. Altera Æmilia, quæ Flaminiam excipit, M. Lepidi scilicet, multò ante fuit strata, vt suprà in Annali suo memorauimus.

Censor collega mortuo, & Flamen Dialis vxore defuncta, coguntur abdicare.

Æmilia Scauri Censoris via, & pons Muluius.

Æmilia Lepidi.

Prætores.

// // //. f. //. n. //. // // //. f. //. n. //.

Vrbanam. &. Peregrinam. iurisdictiones.

// // //. f. //. n. //. // // //. f. //. n. //.

// // //. f. //. n. //. // // //. f. //. n. //.

Quæstiones. rerum. cap. sortiti. obtinuêre.

Q. Lutatius Q. f * Q. n * Catulus. L. Cœlius * C. f. C. n * Caldus.

C. Flauius T. f. //. n * Fimbria. [A. Licinius A. f. A. n. Nerua]

C. Petillius Q. f. Q. n. Spurinus. L. Ælius //. f. //. n. Lamia.

Quęstio legis Mamiliæ violenter atque acerbè prorogata non desijt exerceri, vt ex Cicerone superius dixi.

Prætores prouinciarum.

// // //. f. //. n. //. Siciliam. // // //. f. //. n. //. Sardiniam

// // //. f. //. n. //. Illuricum. // // //. f. //. n. //. Asiam

// // //. f. //. n. //. Africam. // // //. f. //. n. //. Achaiam

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

A. Manlius * A. f. A. n * Torquatus Q. Marcius * Q. f. Q. n * Philippus.

C. Popillius * C. f * C. n. Lænas. C. Licinius C. f. //. n. Sacerdos.

* A * Cæsellius //. f. //. n * Bassus * [C. Cornelius C. f. C. n. Cethegus]

Ædi-

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Ædiles plebis.

M. Licinius * M. f. P. n * Craſſus. Ser. Fuluius * Ser. f. Q. n * Flaccus.
M'. Aquillius M'. f. M'. nepos. T. Albucius //. f. //. nepos.

Tribuni plebis

M. Æmilium Scaurum Cenſorem, cùm, mortuo M. Druſo collega, more maiorum nollet abdicare, duci in carcerem iuſſerunt. Qua neceſſitate compulſus Scaurus, tandem inuitus abdicauit: auctor eſt Plutarchus in quæſtionibus Romanis. *M. Scaurus Cenſor in carcerem duci iuſſus.*

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

L. Licinius L. f. L. n. Lucullus. Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Nepos.
C. Marcius C. f. C. n. Figulus. * C * Seruilius * C. f. C. n. Caſca *
M. Gratidius //. f. //. nepos. C. //. //. f. //. n. Verres.
[L. Porcius M. f. L. n. Licinus] [L. Rutilius L. f. L. n. Lupus]
[M. Coſconius M. f. M. nepos] * M * Fuluius * M. f. Q. n. Nobilior *

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Metelli Cos. in. Numidia.
//. //. //. f. //. n. //. M. Silani Cos. in. Gallia. Narb.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Aſia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Africa.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. Oſtienſis.

Cn. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobardus. L. Marcius Q. f. Q. n. Philippus. Vrbanos Quæſtores hos ſimul fuiſſe, conijcere quodammodò poſſumus ex argenteis in vno magiſtratu ab eis cuſis: quibus ſumptus memorabiles in Veſtæ vel ſacra vel ædificia reſtauranda per eos eſſe factos inſinuare videntur. Habent enim in vno latere virginis deæ faciem, capillis à fronte ſub capitis velo reductis, & adſcriptum nomen, VESTA. In altero latere monſtrant menſam deæ ſacram quadripedem, in quo politum ſimpuuium, ſiue ſimpullum; vtroque nam nomine vocari ab antiquis comperimus. Eſt autem fictile vaſculum, cyathi aut cymbij forma, quo minutatim libare Veſtales ſacrificando ſolent. Circumſcripta ſunt ſacræ menſæ horum nomina, quorum iuſſu cuſi ſunt argentei dicti, L. MARCI. Q. F. Q. N. PHILIPPVS. CN. DOMIT. CN. F. L. Marcius patrem habuit bis Conſulem atque Cenſorem; ſic & ipſe ad Conſulatum atque Cenſuram peruenit. M. Tullius in Bruto de claris huic ſummam eloquentiam attribuit, virumque in primis clarum in Mureniana vocat, & Q. Marcij filium Officiorum libro tertio. Cn. Domitius patre Conſulari atque Cenſorio natus erat atq; Triumphali, cuius triumphum de Allobrogibus & Aruernis ſuo in Annali ſuperius recenſui. In hoc illius filio Tullius ſcribit fuiſſe popularem dictionem elegantem, cenſetque ſatis in eo orationis & ingenij, quo & magiſtratus perſonam, & Conſularem dignitatem tueretur: Conſul etenim fuit & Cenſor. Cum vero poſtea ciuile bellum turbaret rempublicam, cum alijs ſui ordinis Marianæ partis à victore L. Sulla proſcriptis, à Cn. Pompeio in Africa eſt occiſus anno DCLXXII. Auctoritate plurimum valuiſſe apud plebem populari ſua dictione, docebit eius Tribunatus plebis.

Nummi argentei explicatio

Simpuuium & ſimpullũ.

Eloquentia clarus.

Tullij de Cn. Domitio ſententia.

L. Caſſius L. f * L. n * Longinus. Tribunum plebis hunc fuiſſe, conſtabit ex Pæ-

diano. De cuius progenie nil aliud inuenio, quàm patrem habuisse L. Longinum, vt declarat Pædianus; qui Ciceronis in orationem pro C. Cornelio scribens, L. Cassium L. f. Longinum appellat.

M. Herennius C. f. //. nepos. Per magistratuum gradus ad Consulatum peruenit; & extant eius denarij, in quibus Romæ caput armatum, & gemini Castores equites in diuersum abeuntes visuntur, cum nomine, M. HERENN. C. F. Hunc verò Tullius in Bruto numerat in mediocribus oratoribus, diligenter Latinè loquentibus.

Q. Hortensij oratoris pater. L. Hortensius * L. f. L * nepos. Pater hic fuit Q. Hortensij celeberrimi oratoris, quem ex Prætura Siciliam obtinuisse suo loco demonstrabimus.

Tullij de C. Luscio sententia. C. Luscius //. f. //. n. Ocrea. Cicero in oratione pro C. Roscio, testes producit hunc C. Luscium & T. Manilium, quos depingit ornatissimos Senatores, ætate grandes natu, natura sanctos & religiosos, copijs rei familiaris locupletes & pecuniosos. Acta autem est Q. Roscij caussa abhinc circiter annis XXX. Quocircà hoc ferè tempore C. Luscium arbitror gerere cœpisse suos magistratus: & T. Manilium fuisse suspicor, apud quem L. Crassus orator M'. Curij caussam defendit, vt suo loco dicam.

[N. Fabius Q. f. Q. n. Buteo] [C. Fabius M. f. M. n. Dorso. Licinus]

Prouinciæ prorogatæ.

M. Minucius Q. f * M. n * Rufus. Procos. Macedoniam. prorogato. imperio. obtinuit. Scordiscos & Triballos Thracas ad Æbrum flumen ingenti contudit prælio, vt Liuius libro LXV. & Eutropius auctores sunt. Itaque & Sex. Rufus, Minucius „ Thracas, inquit, in Æbri fluminis glacie vastauit. Item L. Florus libro III. cap. IV. Mi- „ nucius toto vastauit Scordiscos Æbro, multis quidem amissis, dum per perfidum glacie „ flumen equitatur. Narrat eius in hac expeditione stratagema, quo victoriam in prælij „ *Stratagema Rufi.* cursu obtinuit, Frontinus libro stratagematum secundo, cap. quarto his verbis: Minucius „ Rufus imperator, cùm à Scordiscis Dacisque premeretur, quibus impar erat numero; „ præmisit fratrem, & paucos equites vnà cum æneatoribus; præcepitque, vt cùm vidisset „ contractum prælium, subitus ex diuerso se ostenderet, iuberetque æneatores concinere. „ Sonantibus montium iugis, species ingentis multitudinis offusa est hostibus, qua perterri- „ ti dedere terga. „

Sp. Postumius Sp. f. Sp. n. Albinus. Procos. Numidiam. prorogato. in. successoris. aduentum. imperio. obtinuit. Habitis enim Romæ comitijs, cum supplemento ad exercitum redierat; & quantum temporis in imperio fuit, plerumque milites in *Exercitum ignauum successori Metello tradidit.* stariuis tenuit, successorem expectans Metellum. Cui deinde in prouinciam venienti exercitum tradidit inertem, imbellem; neq; periculi neque laboris patientem, lingua quàm manu promptiorem, vt eleganter refert Sallustius. Sp. Postumius autem, cùm Romam *Damnatus Romæ lege Mamilia.* reuersus esset, lege Mamilia reus factus & damnatus est, vt anteà ex Cicerone docui.

Q. Seruilius Q. f. Cn. n. Cæpio. Propr. Hispaniam. vlteriorem. prorogato. in. annum. imperio. obtinuit. Prouinciam expurgare latrocinijs iussus, cùm prouinciam, Eutropio teste, Lusitanis subactis, in potestatem redegisset.

//. //. //. f. //. n. //. Hisp. citer. //. //. //. f. //. n. //. Galliã. Cisalp.
Propr. prorogato. imperio. obtinuêre.

L. Cass. : Q. f. Q. n. Longinus. P. Rutilius * Sp. f. Sp. n * Rufus.

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. M. Minucij Procos. in Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. Sp. Postumij Procos. in Numidia.
//. //. //. f. //. n. //. Q. Seruilij Propr. in. Hisp. vlteriore.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Hisp. citeriore.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Gallia. Cisalpina.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Sicilia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Sardinia.
//. //. //. f. //. n. //. * Lucerin. * //. //. //. f. //. n. //. Calenus.

L. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarb. [P. Cornelius P. f. Cn. n. Lentulus]
Cn. Cornelius * P. f. Cn. n * Lentulus. C. Sextius C. f. C. n. Caluinus.

[Q. An-

[Q. Antonius Q.f. Q.n. Balbus] Ser. Cornelius * L.f. P.n * Sulla.
M. Claudius * M.f.M.n. Marcellus. C.Cassius * L.f.Q.n * Longinus.
[L. Sergius M.f.M.n. Silus.Catilina] L.Manilius //. f. //. n. Mancinus.

ANNI P. R. C. DCXLV.

Consules.

Ser. Sulpicius Ser. f. Ser. n. Galba * Q* Hortensius * Q. f. Q * nepos.
aggress. M. N. EST. IN. E. L. F. E.
M. Aurelius * M. f. C. n * SCAVRVS.

CASSIODORVS & Iulius Obsequens Ser. Galbam & M. Scaurum Consules adferunt: antiquæ autem Latinæ tabulæ, quas Cassiodoro suo Io. Cuspinianus accommodauit, tres produnt in hunc annum Consules, Sulpicium, Scaurum, Hortensium. Hinc colligo, duos collegas Sulpicium in hoc Consulatu habuisse: quorum alter suffectus in locum designati alterius fuit. Quod apertiùs aliquantò nobis ostendit frustum Capitolini marmoris, in quo leguntur istæ verborum notæ, M. N. EST. IN. E. L. F. E. SCAVRVS. Sic autem eas ipse in Capitolio quàm diligentissimè descripsi, & in tabulas retuli, quas Christophorus Plantinus Antuerpiæ ante annos XXXV. in publicum protulit. Constat itaque Scaurum suffectum Cos. Hortensio prius designato, perperàm in Cuspiniani tabulas præpositum esse. Cur autem hic Hortensius magistratum non sit aggressus, caussa non liquet in tanta Romanæ historiæ istius temporis inopia. Quid tamen de ea re breuiter adnotatum in Capitolinis Fastis fuisse, residui marmoris litteræ videntur indicare: quæ, si extarent integræ, multum lucis adferrent. Onufrius Panuinus frustum hoc ita supplere voluit in suis Fastorum commentariis, ANTEQ. INIRET. DAMN. EST. sed frustrà. Non enim animaduertit, priores duas in marmoris frusto litteras, M. N. sic puncto interposito separatas esse, vti vnaquæque verbum integrum significet. Malui igitur de re tam obscura coniecturam aliam adferre in medium, & obscura non accepti Consulatus caussa (quam fortasse Capitolinorum Fastorum auctor item dubius non addidit) prætерita, in hunc modum supplere locum, aggress. M. N. EST. Hoc est, aggressus magistratum non est; vel morte forsan præuentus vel morbo, alióve quopiam casu impeditus, aut etiam ambitus, antequam iniret, damnatus. Verùm hæc qualiacumque nunc adferuntur, candide Lector, boni quæso consule. Porrò, non minùs obscurum est, quis nam hic Consul designatus Hortensius fuerit: nullam enim eius aliam, quàm in Cuspiniani tabulis, mentionem apud veteres Auctores reperio. Onufrius opinatur, Q. Hortensij oratoris celeberrimi patrem L. Hortensium fuisse, cuius ætas hoc anno Quæstoria potius quàm Consularis esse potuit. Ipsum verò Prætorem fuisse, & ex Prætura Siciliam obtinuisse, non diu ante bellum Marsicum, ex M. Tullij Verrinis colligere est, quemadmodum suo loco demonstrauimus. Ceterùm an ad Consulatum aspirarit aut peruenerit; quis, rogo, veterum scriptorum nobis certi quid adferet? De Consule suffecto Scauro, recte censet doctissimus Sigonius M. Aurelium Scaurum fuisse, cuius meminere Cicero, Velleius, & Tacitus. Non enim potest videri M. Æmilius Scaurus princeps Senatus, qui antea Consul fuerat: quia non extat iterati Consulatus nota post eius cognomen in adducto marmoris Capitolini fragmento. *Difficilis nodus marm. Capitolini.* *Cespitat Onufrius.*

Consulares autem eius anni prouincias decretas fuisse Italiam & Galliam ob metum Cimbrici belli, fit verisimile, cùm in Numidia Q. Metello Procos. prorogatum fuerit imperium, vt ex Sallustio & aliis discimus. Ser. Galba sortitus videtur Italiam; M. Scaurum constat Galliam obtinuisse Narbonensem, nec non expeditionem contra Cimbros infeliciter suscepisse. Tacitus enim in libello de moribus Germanorum hunc Scaurum Aurelium inter alios quinque Consularium exercituum Romanos duces à Germanis bello Cimbrico deuictos recenset, cuius postmodum adducam verba. De eodem Velleius Paterculus historiarum secundo, de Cimbrorum eruptione scribens, inter alia memoriæ prodidit, hos etiam in Galliis, antequam ad Alpes peruenirent, post Carbonem Silanumque fusos, fugatos, & exercitibus exutos, Scaurum Aurelium Cos. & alios celeberrimi nominis viros trucidasse. Non tamen Consul in isto Velleij loco scribendus est Aurelius Scaurus: aduersatur enim Capitolinum fragmentum, nec monstrat in magistratu occisum fuisse; sicut in Fastorum tabulis annotari semper solet. Cuius item sententiæ videntur esse Liuius, & alij: qui ipsum post hanc cladem acceptam anno tertio *Prouinciæ Consulares.* *Cimbri multis præliis victores in Galliis.* *Velleij locus.*

P.Ru-

P. Rutilio, Cn. Manlio Coss. Consularem legatum in exercitu Romano fuisse volunt; eoque à Cimbris fuso captum, & deinde occisum, sicut suo loco demonstrabitur.

Prodigia varia. Hic annus prodigiis varijs hinc inde nuntiatis, ciuitatem suspensam pauidamque tenuit, quorum pleraque refert Iulius Obsequens: Ser. Galba scilicet, M. Scauro Coss. auem incendiariam & bubonem in vrbe visas, quod anno sequenti contigisse scribit Plinius. In latomiis hominem ab homine adesum. Ex Sibullinis in Cimolia sacrificatum idcircò per triginta ingenuos patrimos & matrimos, totidemque virgines. Multa *Inundationes damnosa.* milia hominum, intumescente Pado & stagno Aretino, obruta esse; bis lacte pluisse: Nursiæ geminos ex muliere ingenua natos: puellam integris omnibus membris; puerum à parte, priore aluo aperto, ita, vt nudum intestinum conspiceretur: * idem, posteriore natura solidum natum, quæ voce missa expirauit. Addit denique, quod ad eius anni res gestas pertinet, contra Iugurtham prospere dimicatum fuisse.

** inde melius fortè.*

Censs. Q. Fabius Q. f. Q. n. Max. Allobrogicus. C. Licinius P. f. . . n. Geta.

L. F. LXIII.

Eodem anno Lustrum vrbis conditum fuisse sexagesimum tertium, ex Capitolino dumtaxat fragmento nobis palam fit. In Liuianis argumentis nulla eius est mentio: & quinam Censores hoc Lustrum condiderint, quot ciuium milia in tabulas retulerint, incognitum idcircò nobis est. Nos igitur Sigonium doctissimum sequimur, & eius ætatis duos Consulares & Censorios viros hoc Lustrum condidisse putamus, Q. Fabium Maximum Allobrogicum scilicet, & C. Licinium Getam: cùm aliò referri ad annum certum hi duo non possint, & pleraque huius temporis Lustra suos habeant Censores. Neque etiam video alioquin, ad quosnam alios deploratæ lectionis illa Censorum nomina possint referri, quæ apud Iul. Frontinum in libello secundo de aquæductibus extant: vbi scribit, aquæ dandæ vendendæ ius, atque aquæductuum probandorum curam penes Ædiles, ac potissimum, quotiens in republica erant, penes Censores fuisse. Interdum etiam Censoribus * S. C. eam prouinciam affirmat obuenisse: vt apparet, inquit, ex eo, quod factum est C. Licino Cesula & M. Fabio Censoribus. Quid si legas, C. Licinio Geta & Q. Fabio Censoribus? Quæ fuerit autem hactenus in exscribendis veterum codicum notis apud maiores nostros propter imperitiam incuria, quæ supina procliuitas in deprauandis nominum propriorum characteribus, nimis crebrò comperiunt, qui diligentem operam aliquando in conferendis exemplaribus euulgatis & manuscriptis impendunt. Iam vti probem, Q. Fabium & C. Licinium, quos adduximus, Censores fuisse; testem habeo Pædianum, qui in Tullij Verrinarum secundam scribens, satis ostendit, Q. Fabium Allobrogicum post Consulatum atque triumphum Censuram gessisse. Cuius verba sunt hæc: Fornix Fabianus, arcus est iuxta Regiam in Sacra via à Fabio Censore constructus, qui à deuictis Allobrogibus * Allobrox cognominatus est; ibique statua eius posita propterea est. De C. Licinio Geta verò, sicut iam etiam antè retuli, diserte tradunt Cicero pro Cluentio, & Valerius Max. libro II. cap. IX. ipsum anteà Senatu motum a Censoribus L. Metello & Cn. Domitio; & postea tamen Censorem factum fuisse. Consularem quoque Senatorem tum fuisse, cum Senatu moueretur, superiores Annales suis locis abunde declarant. Hoc autem Lustro principem Senatus arbitror denuò lectum fuisse M. Æmilium Scaurum, quem eo titulo frequenter ordinari ab Auctoribus videmus. Quin etiam apud Ciceronem de oratore libro secundo legimus M. Scaurum principem Senatus & ciuitatis, in seditione C. Norbani anno DCLVII. posteà lapide percussum: vti hinc appareat, Scaurum tunc etiam eo titulo gauisum fuisse.

Iulii Frontini locus.

** S. C. desunt hæ notæ in Aldinis.*

** Allobrogicus fortè.*

Prætores.

.. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. ..

Vrbanam. &. Peregrinam. iurisdictiones.

.. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. ..

.. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. ..

Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuêre.

L. Aurelius L. f. L. n. Orestes.	L. Annius .. f. .. n. Bellienus.
Cn. Aufidius * Cn. f. Cn * nepos.	M. Domitius * Cn. f. M. n. Caluinus.
[L. Minucius L. f. Q. n. Thermus]	[M. Sempronius M. f. M. n. Tuditanus]

Præ-

Prætores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. Siciliam. //. //. //. f. //. n. //. Macedoniam
//. //. //. f. //. n. //. Hisp.cit. //. //. //. f. //. n. //. Hisp. vlter.
//. //. //. f. //. n. //. Galliam Cisalp. //. //. //. f. //. n. //. Illuricum
Prouincias. sortiti. obtinuêre.

Q. Lutatius Q. f * Q. n * Catulus. Siciliam obtinuisse videtur. Hunc etenim prouinciæ suæ, quemadmodum iuris tum erat, cellæ nomine frumentum imperasse, testatur in frumentaria sua contra C. Verrem Cicero.

C. Flauius T. f. //. n. Fimbria. C. Licinius C. f. //. n. Sacerdos.
* A * Cæsellius //. f. //. n. Bassus. L. Ælius //. f. //. n. Lamia.
C. Petillius Q. f. Q. n. Spurinus.

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
L. Valerius * L. f. C. n * Flaccus. L * Veturius L. f. L. n * Philo.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
C. Cosconius * M. f. M * nepos. C. Bæbius * Q. f. Q. n. Sulca.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
L. Tremellius * L. f. C. n * Scrofa C. Aurelius * L. f. C. n * Scaurus.
* C * Calpurnius * L. f. C. n * Piso. L. Cassius L. f. Q. n. Longinus.
Cæsoninus.
M. Antonius C. f * M * nepos. C. Popillius P. f. C. n. Lænas.
[M. Iunius D. f. M. n. Brutus] [D. Iunius D. f. L. n. Silanus]
[M. Fuluius M. f. M. n. Nobilior] [L. Flauius M. f. M. n. nepos]

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. M. Scauri. Cos. in. Gallia. Narbon.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Sicilia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Hisp. vlter.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. Calenus.

Sex. Pompeius Sex. f. Cn. nepos. Frater Cn. Pompeij Strabonis Consularis ac Triumphalis, atq; patruus Cn. Pompeij Magni. Hunc Tullius in Bruto de claris Orat. scribit, præstantissimum ingenium suum non ad eloquentiam, sed ad summam iuris ciuilis, & ad perfectam Geometriæ rerumque Stoicarum scientiam contulisse. Cognouerat enim ipsum adolescentulus Cicero, sicut testatur Officiorum libro primo, & vbique laudat ab eruditione & sapientia, qua celebrior fuit quàm magistratibus gestis. Pulchrè quidem Tullius de eodem hoc adfert Philippica in M. Antonium XII. Memini, inquit, colloquia & cum acerrimis hostibus, & cum grauissimè dissentientibus ciuibus. Cn. Pompeius Sex. f. Consul me præsente, cum essem tiro in eius exercitu, cum P. Vettio Catone duce

Tullij de hoc Pompeio sententia.

M. Tullij Ciceronis testimonium Martium.

duce Marsorum inter bina castra colloquutus est. Quo quidem memini Sex. Pompeium „ fratrem Consulis ad colloquium ipsum Roma venire, doctum virum atque sapientem: „ quem Cato cum salutasset, Quem te appellem? inquit. At ille, Voluntate hospitem, necessitate hostem. „

Prudens responsum.

M. // * M. f. M. n * Perperna. Filius, vt ex annorum interuallo fit verisimile, M. Perpernæ Consularis, qui de Aristonico rege triumphauit; cùm ipse etiam per magistratuum gradus ascenderit ad Consulatum atque Censuram.

L. Cosconius M. f * M * nepos. Extant denarij cum Romæ galeato capite, quos hic III. vir monetæ cudendæ Præfectus cum L. LIC. CN. DOM. hoc est, cum L. Licinio Crasso & Cn. Domitio Ahenobarbo collegis signari curauit, vt monstrat eius nomen, quod apud Romæ caput ita notatum est, L. COSCO. M. F. Ex quo colligere est, huius patrem fuisse M. Cosconium, qui Prætor anno DCXVIII. Macedoniam obtinens, Scordiscos Thracas feliciter profligauit.

L. Cornelius L. f. L. n. Dolabella. Qui sic nobis extat descriptus inter Triumphales in fragmentis Capitolinis, vt suo loco demonstrabitur. De parente nihil reperio: verùm auus illius fortasse videri poterit L. Cornelius Dolabella, quem Liuius libro historiarum XL. scribit Regem sacrorum, surrogandum in locum Cn. Dolabellæ creatum fuisse duovirum naualem, vrbis anno DLXXIII. & iterùm anno DLXXV.

* M * Valerius * M. f. M. n * Messalla. Patre Consulari atque Censorio natus, sicut apparet ex annorum interuallo. Et huius meminit Appianus Alexandrinus ciuilium libro primo, nominatque inter legatos, qui bello Marsico contra socios exercitibus præfuere.

[C. Aquillius P. f. P. n. Gallus] [C. Flaminius C. f. C. nepos]
[A. Sempronius Ti. f. A. n. Musca]

Prouinciæ prorogatæ.

Q. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus. Qui. postea. Numidicus. appellatus. est. Procos. Numidiam. prorogato. in. annum. imperio. obtinuit. Res fortiter ac prosperè contra Iugurtham gessit. Vaccam vrbem, quæ occiso Romano præsidio defecerat, subita irruptione recuperauit, militibusque in prædam dedit. Thalam vrbem regiam opulentam ac valde munitam vi expugnauit, & diripiendam dedit, hostiles vbique per Numidiam agros ferro flammisque vastauit, dum Iugurtham per Gætuliam ac Mauros fugientem insequitur. Vide Sallustium, & Florum libro tertio, cap. primo.

Res in Numidia gesta.

// // // f. // n. // Sardiniam. // // // f. // n. // Africam
// // // f. // n. // Achaiam. // // // f. // n. // Asiam

Pro. Prætorib. prorogato. imperio. obtinuêre.

Q. Marcius * Q. f. Q. n * * A * Philippus. Cæsellius // f. // n * Bassus *
[C. Cornelius C. f. C. n. Cethegus. C. Licinius * C. f * // n. Sacerdos.

Pro. Quæstoribus. f. fuêre.

// // // f. // n. // Q. Metelli Procos. in. Numidia.
// // // f. // n. // // // Propr. in. Sardinia.
// // // f. // n. // // // Propr. in. Asia.
// // // f. // n. // // // Propr. in. Africa.
// // // f. // n. // // // Propr. in. Achaia.
// // // f. // n. // // // Pr. in. Gallia. Cisalp.
// // // f. // n. // // // Pr. in. Hisp. citeriore.
// // // f. // n. // Ostiens. // // // f. // n. // * Lucerinus *
L. Cassius L. f * L. n * Longinus C. Cassius * L. f. Q. n * Longinus.
L. Hortensius * L. f. L * nepos. C. Luscius // f. // n. Ocrea.
[N. Fabius Q. f. Q. n. Buteo] [Q. Antonius Q. f. Q. n. Balbus]
Cn. Cornelius * P. f. Cn * Lentulus. [C. Fabius M. f. M. n. Dorso. Licinus]
L. Sergius M. f. M. n. Silus. Catilina.

Q. Seruilius Q. f. Cn. n. Cæpio. Propr. an. DCXLV.
de Lusitaneis. ex. Hispania. vlteriore. // // //

Ex Eutropio suprà demonstraui, à Q. Seruilio Cæpione Lusitanos in Hispania subactos

actos esse. Eumdem quoq; triũphasse,& res triumpho dignas in ista prouincia sua gessisse, testantur argentei adhuc temporis reliqui: in quibus Victoria dea quadrigam regens, ac laureatn coronam ostendens videtur,sub qua scriptum nomen est, Q. CÆPIO. Q. F. Altera verò nummi facies per anagogen, vt suspicor, vult indicare nauales Cæpionis victorias triumpho dignas. Repræsentat enim Dionysij Thriambi,siue Triumphi dei caput imberbe longis cincinnis decorum,& laurea alata coronatum,de quo prius etiam libro VII. in Q. Catuli triumpho nauali latius disserui: iuxta cuius ceruicem tridens insculptus,sub tridente cornu Copiæ deæ. Quibus symbolis significare videtur voluisse Cæpio, suis victoriis piratica sublata,tutam Oceani nauigationem per Hispaniæ litora factam esse, atq; inde mercium exterarum abundantiam, facilesque negotiationes oriri per prouincias. Tridens autem Neptunius marinos fluctus, Copiæ deæ cornu rerum vel fructuum omnium,quæ ad vitam sustentandam conducunt,abundantiam apud antiquos notare solent. Tali igitur nummo Q. Cæpio memoriam à se præclarè gestarum rerum, triumphique propterea sibi decreti propagare voluit. De triumpho quidem ipsius satis perspicuè mentionem facit Val. Max. libro VI. cap. nono, vbi casuum varietates plures exponit, & inter infelices haud immeritò hunc Q. Cæpionem collocat: qui, vt ait, Præturæ splendore, triumphi claritate, Consulatus decore, maximi Pontificatus sacerdotio, vt Senatus patronus diceretur, assecutus; in publicis vinculis spiritum deposuit: cuiusque corpus funesti carnificis manibus laceratum, in scalis Gemoniis iacens, magno cum horrore totius fori Romani conspectum est. Hæc de Cæpione Valerius: ex cuius verbis fit manifestum, post Præturam ipsum triumphasse, post Consulatus deinde decora fuisse infelicem; vt suis locis cum caussa damnationis declarabo.

Denarij triumphales. *Dionysius Thriambus.* *Tridens & Copiæ cornu quid signent.* *Tristis magni viri exitus.*

M. Minucius Q. f. * M. n * Rufus. ann. DXLV.
Procos. de. Scordisceis. &. Triballeis. //. //. //.

M. Minucio prorogatum fuisse imperium, ex Liuio patet, qui libro LXV. scribit, eum Procos. contra Thracas feliciter pugnasse. Sic Eutropius libri quarti fine tradit, à Minucio Rufo Scordiscos & Triballos subactos fuisse. Quòd victor Romam reuersus idem triumphauerit, Velleium Paterculum auctorem habemus, cùm is obiter libro secundo scribat ita: Per eadem tempora clarus eius Minucij, qui porticus, quæ hodieque celebres sunt, molitus est, ex Scordiscis triumphus fuit. Extant etiam antiqui denarij in huius, vt apparet, triumphi memoriam cusi, cum Romæ Martiæ galea pinnata tecto capite, & literis, ROMA. item cum triumphante Minucio in quadriga, cui in manu est lauri ramus. Adscriptus titulus est, M. MINVCI. Q. F. RVFVS. PROCOS.

Porticus Minucia ex manubijs in regione circi Flaminij, P. Victori Minucia vetus & frumentaria dicta.

Triballos autem Illuriorum genus esse tradunt Stephanus & Liuius libro XXXI. Partim Illuricam partim Thracicam nationem fuisse vult Strabo, ab Agrianis vsq; ad Istrum itinere quindecim dierum protensam. Extinctos Triballos refert idem, primum ab Antariatis Illuriis, deinde à Scordiscis, postremò à Romanis; qui etiam Scordiscos diu potentissimos debellarunt. Sed vide Strabonem libro VII. & Plinium libro IIII. cap. primo, & lib. III. cap. XXVIII.

ANNI P. R. C. DCXLVI.

Consules.

L. Cassius * Q. f. Q. n * Longinus. C. Marius. C. f. . nepos.
in. prælio. occisus. est. in. e. loc. f. est.
//. //. //. f. //. n. //.
M. Æmilius. M. f. L. n. Scaurus. II.

REPERIVNTVR deinde Consules in Cassiodoro & Mariano L. Cassius & C. Marius: in tabulis Græcis Longinus & Marius: Plinius autem naturalis historiæ libro X. cap. XIII. scribit auem incendiariam Romæ visam & bubonem, L. Cassio & C. Mario Coss. atque ob hæc prodigia vrbem lustratam fuisse. Quanta cum ambitione C. Marius ad hunc Consulatum peruenerit, pulchrè M. Tullius Officiorum libro III. declarat; C. Marius, inquit, cùm à spe Consulatus longè abesset, etiam septimum annum post Præturam iaceret, neque petiturus vmquam Consulatum videretur: Q. Metellum, cuius legatus erat, summum & virum & ciuem, cùm ab eo Romam missus esset, apud populum Romanum criminatus est, bellum illum ducere: si se Consulem fecissent, breui

Ambitio Marij cæca nimis aberrat à fide debita, & iniusta.

tempore aut viuum aut mortuum Iugurtham se in potestatem populi Romani redacturum. Itaque factus est ille quidem Consul, sed à fide iustitiaque discessit. Eadem fere scribunt de Mario Plutarchus & Sallustius.

C. Mario populus Numidiam dedit.

L. Cassij Cos. clades.

Mario Consuli Numidia extra sortem populi iussu data est, quamuis in ea prouincia paullo ante Senatus Q. Metello Procos. prorogasset imperium; sed ea res frustrà fuit. L. Cassio Consuli Gallia Narbonensis decreta est cum bello Cimbrico. Is in prouinciam veniens, contra Cimbros moturus expeditionem, à Tigurinis Gallis, qui à ciuitate Heluetiorum defecerant, vt auctor est Liuius, in finibus Allobrogum circumuentus, cum exercitu occiditur. Cum eo cecidit L. Calpurnius Piso legatus Consularis; alter legatus C. Popillius, ne residua exercitus portio deleretur, cùm obsessus fuga se seruare non posset, obsidibus datis, indecitate rerum omnium turpissimo fœdere cum hostibus pactus est. Hæc ex Liuij fragmentis libro LXV. Breuiter item Orosius libro V. cap. XV. recenset cladem istam. C. Cæsar in commentariis belli Gallici libro primo victi exercitus reliquias sub iugum missas fuisse scribit. Et Tacitus in libello de Germanorum moribus, L. Cassium nominat inter Romanorum duces Consulares in Gallia a Cimbris deuictos. Verisimile est igitur, Tigurinos, cùm à ceteris Heluetiorum pagis defecissent, Cimbris vicinis se consociasse, & eorum auxilio victoriam istam obtinuisse. Consuli L. Cassio occiso, Romæ suffectus fuisse videtur M. Æmilius Scaurus, qui princeps Senatus, & Triumphalis erat, & Consul ante fuerat: cuius artibus in hac petitione P. Rutilius Rufus, opinor, repulsam passus est, cum altero dein anno fit Consul factus. Meminit istius repulsæ non semel M. Tullius. Et quia ex eodem nobis palam est, cum M. Æmilio Scauro Senatus principe P. Rutilium de Consulatu cótendisse; non mihi facile persuadeo, virum abstinentia, probitate atq; modestia laudatissimum, alieno sibi anno competitorem Scauro primum Consulatum petenti fuisse. Nam cùm M. Scaurus primum Consulatú peteret, Rutilius ex annali lege vix Ædilitaté petere poterat, qui quinquennio anté Quæstor tantùm fuerat, & Tribunatum plebis necdum obtinuisset, quem gessit post anni sui legitimi repulsam M. Scauro primum Consule, vt suo loco demonstraui. Non igitur verisimile est, ipsum tunc temporis Consulatum ambiisse. Iam, quando M. Scaurus inter ordinarios bis Consul non reperitur, adducor in coniecturam, hoc fere tempore post Censuram ipsum alterum Consulatum in mortui locum petiisse, atque tunc competitorem habuisse P. Rutilium. Qui repulsam passus, Scaurum Consulem designatum mox ambitus reum egit; verùm Scaurus absolutus, Rutilium accusatorem suum, vt talionem illi redderet, in idem iudicium vocauit, atque etiam ambitus accusauit, quemadmodum ex Cicerone colligimus, qui in Bruto de claris Oratoribus de ea re mentionem facit obiter. Ceterùm libro de oratore secundo diserte & eleganter quid ridiculum, quod in iudicio, in quo Scaurus Rutilium accusauit, contigit, his verbis exponit: Vt, cum Scaurus accusaret Rutilium ambitus, cùm ipse Cos. esset factus, ille repulsam tulisset: & in eius tabulis ostenderet litteras A. F. P. R. idq; diceret esse, Actum fide P. Rutilij; Rutilius autem, Antè factum, pòst relatum; C. Cannius eques Rom. cùm Rufo adesset, exclamat, neutrum illis litteris declarari. Quid ergo? inquit Scaurus. Æmilius fecit, plectitur Rutilius.

C Popillius leg. obsessus exercitus partem fœda deditione seruauit.

L. Cassio occiso suffectus M. Scaurus II.

Repulsa P. Rutilij Rufi.

Aduersariorum de ambitu prælium.

In Numidia res gestæ.

Iugurtha regno exutus.

Bochū Maurum & Iugurtham reges simul prælio vicit Marius.

C. Marius, transportato in Africam supplemento, exercitum à Q. Metello Procos. accepit. Primùm leuibus aliquot præliis hostem tentans, oppida quædam cepit; Gætulos atque Iugurtham, cùm ex sociis Romanorum prædas agerent, non semel adortus fudit, ipsumque regem armis Numidiæ finibus expulit, atque vrbibus exuit, bellum ad oppida singula transferendo, Capsa atque Mulacha captis. Cùm verò Iugurtha Bochum Mauritaniæ regem, ad quem confugerat, cum magnis auxiliis adduxisset, eosdem in hiberna profecturus non procul Cirta maximo prælio superauit. Vide Sallustium atque Plutarchum, qui omnia latissimè narrant: insuper Orosius, Eutropius, Florus, & alij breuiter.

Prætores.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Vrbanam. &. Peregrinam. iurisdictiones.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæst. rerum. capitalium. sortiti. obtinuêre.

Sex. Peduceius //. f. //. nepos. Ap. Claudius * Ap. f. Ap. n * Pulcher.

[P. Aquillius P. f. P. n. Gallus] [M. Sergius M. f. M. n. Silus]

[Q. Næ-

[Q. Næuius Q. f. Q. n. Matho] [M. Oppius L. f. L. n. Salinator]

Prætores prouinciarum.

L. Annius //. f. //. n. Bellienus. Africam. sortitus. obtinuit. Sallustius in Iugurthina.

//. //. //. f. //. n. //. Sardiniam. //. //. //. f. //. n. //. Asiam

//. //. //. f. //. n. //. Galliã. Cisalp. //. //. //. f. //. n. //. Achaiam

//. //. //. f. //. n. //. Hispaniam. citeriorem

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

Cn. Aufidius * Cn. f. Cn * nepos. L. Aurelius L. f. L. n. Orestes.

M. Domitius * Cn. f. Cn. n * Caluinus. [Minucius L. f. Q. n. Thermus]

[M. Sempronius M. f. M. n. Tuditanus]

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

A. Posthumius * Sp. f. Sp. n * Albinus. C. Papirius * L. f. C. n * Maso.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

C. Mamilius * C. f. C. n * Limetanus. L. Annius //. f. //. nepos.

Tribuni plebis.

L. Manilius //. f. //. n. Mancinus. Rogationem de bello Iugurthino, prouinciaque Consulari Numidia ad populum tulit, Quem vellet obtinere, bellumque cum Iugurtha gerere? Populus C. Marium Consulem frequens iussit. Sic Sallustius. *Manilia rogatio contra Semproniam de prouincijs.*

C. Cœlius * C. f. L. n * Caldus. C. Popillium legatum alteram L. Cassij Cos. in Gallia occisi post cladem acceptam, cùm in castris obsessus turpi fœdere se & exercitus reliquias liberasset, Romam reuersum maiestatis ad populum accusauit, quòd turpi fœdere cum hostibus conuenisset, Tigurinis obsides dedisset. Meminit Orosius libro v. cap. xv. Sed mendose ibidem in exemplaribus nomen legati Q. Publius legitur. Eius *C. Popillius legatus maiestatis reus. Orosij locus.* „ verba sunt hæc: L. quoque Piso vir Consularis legatus Cassij Cos. interfectus. * Q. Publius „ alter legatus, ne residua exercitus portio, quæ in castra confugerat, deleretur, obsides & **C. Popillius legendum ex Cicerone.* „ dimidiam partem rerum omnium Tigurinis turpissimo fœdere dedit. Qui Romam re„ uersus, à Cœlio Tribuno plebis die dicta, eò quòd Tigurinis obsides dederat, in exilium „ profugit. Ceterùm libro Rhetorices ad Herennium primo, eius caussa in hunc modum disputatur: ex quo loco nobis palàm fit, vt etiam ex Cicerone, C. Popillium appellari de„ bere, non Q. Publium. Verba quidem sunt hæc: C. Popillius, cum a Gallis obsideretur, „ neque effugere vllo modo posset, venit cum hostium ducibus in collocutionem: ita dis„ cessit, vt impedimenta relinqueret, exercitum educeret. Satius esse duxit, amittere impe„ dimenta, quam exercitum: exercitum eduxit, impedimenta reliquit. Accersitur maiesta„ tis. Hæc apud Ciceronem vel Cornuficium in Rhetoricis ad C. Herennium. C. Cœlius autem Tribunus plebis, vt reum suum C. Popillium affligeret facilius, legem tabellariam quartam hoc anno tulisse videtur, sicut ex Ciceronis verbis, quæ mox adducemus, & Orosio ferè colligo. *Cœlia lex tabellaria quarta.*

Vti. in. perduellione (cui maiestatis etiam affine tunc crimen erat) non. secùs. ac. in. aliis. iudiciis. legibus. ferundis. mandandisve. magistratibus. populo. tabellæ. suffragium. esset.

Cassia lex, quæ in iudiciis publicis prima tabellam dederat, perduellionis iudicium exceperat. Nam iniquum latori L. Cassio videbatur, tabellarum licentiæ locum dare in eo iudicio, in quo de capite bonisque ciuis Romani certatur. Verum Cœlius, vti ciuem sibi inimicum prosterneret, non dubitauit tacitam iudicandi de capite bonisque ciuium licentiam lege hac sua populo potestatem facere. Hanc etiam M. Tullius, sicut tabellarias leges omnes non solum improbat, ita etiam e bona ciuitate proscribit libro de legibus *Cœlium ac tabellarias leges omnes improbat Cicero.* „ tertio, vbi de his eleganter admodum disserit: Vno, inquit, in genere relinqui videbatur „ vocis suffragium, quod ipse Cassius exceperat, perduellionis: dedit huic quoq; iudicio „ Cœlius tabellam, doluitque quoad vixit, se, vt opprimeret C. Popillium, nocuisse reipublicæ.

Ciceronis locus à Turnebo correctus. *Lambini lectio.*

blicæ. Sic M. Tullius rectè, cuius adſcripſi verba ex emendatione doctiſſimi Hadriani Turnebi, quam multis calculis præfero vulgatæ lectioni: quæ ſic in correctis Dionyſij Lambini exemplaribus poſtremam periodum exprimit: Doluitque, quoad vixit. Sed, vt » opprimeret Cœlius Popillium, nocuit & reipublicæ. Verbum tamen (doluit) non mu- » tandum videtur in (docuit) vel (nocuit) vt quidam correxere. C. Popillius itaque die dicta reus factus, lege Cœlia ſui accuſatoris perlata, non expectato tabellæ iudicio, profugit in exilium, vt auctor eſt Oroſius iam loco citato. Quam verò ſicam Cœlius Tribunitio furori ſua lege hac dediſſet in perniciem Senatus, ac optimorum ciuium necem, intellexit poſtea ex rerum ſucceſſu; doluitque quoad vixit, vt ait Tullius, videns, ni fallor, quàm iniquas damnationes tacita illa ſuffragia proferrent indies, & quantum inde diſſenſionis & inimicitiarum incendium in ciuitate naſceretur.

Sica furoris Cœlia lex.

Quis hic Cœlius legiſlator, ex argenteo nummo clareſcit.

Quis autem hic Cœliæ gentis legiſlator fuerit, dubitatur: cùm in Cicerone dumtaxat Cœlius vocetur, nec ab aliis eius gentis cognomine prænomineve diſtinguatur. Debemus tamen nunc temporis antiquitatum ſtudioſis, quòd in lucem vtcumque prodierit; inter quorum numiſmata conſeruantur adhuc argentei denarij antiqui cum legiſlatoris nomine, atque tabella. Viſuntur enim in his ſigilla, notæque variæ, quibus eius poſteri nobilitatem atque vetuſtatem gentis familiæque ſuæ publicare voluerunt. Vnum autem ex iis hîc exponere, ſubſeruientem huic argumento, non pigebit. Habet in vna parte faciem, ad viuum vt appa-

Cœlius Viuenna Tuſcus. *Mōs Cœlius.* *Cœlij Caldi.*

ret, ex ſtatuis imitatam principis gentis Cœliæ, qui natione Tuſcus, & nomine Cœlius Viuenna dictus, Romulo contra Sabinos bellanti, ſuæ gentis auxilium ingens adduxit, & poſt victoriam Romulo gratus, Romæ manens in monte ſedem fixit, qui ab ipſo Cœlius eſt appellatus, vt M. Varro, Feſtus, Dionyſius, Tacitus, & alij memoriæ prodiderunt. Ab iſta ſtirpe ſe prognatos Cœlij Caldi iactitarunt, vt docent antiqui denarij, quos eius familiæ Caldus quidam III. vir monetalis, cum L. Caldo VII. viro epulone, qui ex nepotibus, niſi fallor, huius legiſlatoris fuêre, cudi curauit: quod ex ſummorum ſigillis atque notis colligimus. Nam præter gentis Cœliæ principem, familiæ quoque ſuæ decora promulgare in his voluerunt titulis atque rebus geſtis, huius præcipuè legiſlatoris, aui fortaſſis ipſorum, cuius hanc legem tabella tali [L.D.] ſignarunt, eius vim exprimendo notis L. D. id eſt, Libero, Damno. Itaque factum opinor, vti diuerſam hanc eſſe legem à Caſſia tabellaria cognoſceremus, in cuius tabella viſuntur litteræ A. C. hoc eſt, Abſoluo, Condemno. Iam addidere nomen eius cum titulo ſummi magiſtratus in hunc modum, C. COEL. CALDVS. COS. Hic enim primus eius gentis ac familiæ homo nouus, vt ait Cicero, contendit haud paruis nobilium inimicitiis ad ſummos honores. Alia verò nummi

Solis caput inter clupeos.

dicti pars repræſentat nobis caput Solis cum radiata corona inter ſcutum oblongum, rotundamque parmam, quæ fulminis atque ſtellarum quaſi globulis vel punctis ornantur. Quibus ſymbolis per anagogen reſpicere videntur ad gentis familiæque nomina. Nam

Cœlii, vel Cæly vnde dicti. Caldi à calore.

Cœlij, vel Cælij (vtraque nimirum diphthongo nomen hoc indifferenter antiquos ſcripſiſſe comperimus) à conuexitate & cælatura, ſicut & Cælum ipſum; & Caldi à calore cæli & Solis appellari voluere, quemadmodum indicare videntur eorum numiſmata.

//. //. //. f. //. n. //. ... /'. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Thoria lex agraria.

Sp. Thorius //. f. //. n * Balbus * Legem agrariam tulit in hanc ferè ſententiam: Ne ex lege Sempronia diuiderentur ampliùs agri publici, ſed poſſeſſoribus relinquerentur in poſterum ſub veſtigali ſiue tributo; quod non in ærarium publicum redi- „ gendum eſſet, ſed plebi agros non habenti diuideretur. Sic quidem de hac lege ſcribit „ Appianus ciuilium bellorum libro primo: vbi mendosè legiſlatoris nomen in exemplaribus Græcis ſcriptum extat, Σπόυειος Βόειος, pro Θόειος; quem errorem & Latini interpretes eius ſequuti ſunt.

Nomen corrigendum in Appiano.

Sp. Thorium appellat hunc Tullius in Bruto, quem dicit ſatis valuiſſe in populari genere dicendi, ſed agrum publicum vitioſa & inutili lege vectigali leuaſſe. Inutilem legem appellat, quia fraudat ærarium publicum, plebi viritim pecuniam ex vectigali prouenientem diuidendo. Meminit legis item de oratore libro II. cuius adfero nunc verba, ſicut ex manuſcriptis exemplaribus illa prius in Ap. Pulchri Quæſtura annali DCXXXIIX. correxi: Vt Appij maioris illius, qui, cum ageretur in Senatu de agris » publicis & de lege Thoria, & premeretur Lucullus ab iis qui à pecore eius depaſci agros » publicos dicerent, Non eſt, inquit, Luculli pecus illud, erratis: (defendere Lucullum vi- » debatur.) ego Lucullum puto eſſe, quà lubet, paſcitur. Extat Venetiis apud heredes Petri » Bembi Cardinalis, fragmentum æneæ tabulæ in vtroque latere verbis antiquæ legis agra-

riæ

riæ insculptum, quam Thoriam esse, persuasum habent ibidem docti. Mihi tamen, vt ingenuè dicam, hæret aqua: cum nihil certi ex ipso fragmento possim colligere, nisi quòd hoc ferè tempore lata fuerit, sicut ex citatis in eadem Consulibus constat, ipsam post annum vrbis DCXLII. fuisse latam. Idipsum tale quidem est, ne quisquam studiosus Antiquitatum desideret, eius exemplum hoc loco per legem Thoriam subijcere non pigebit.

In vno fragmenti latere hæc leguntur:

A.AGER.LOCVS.PTIVI.

H.S.

DVS.II.VIR.EX. LAVTVS.CREATVS.VE.ERIT.FACITO.QVAM

VIR.QVEI.EX.H.L.FACTVS.CREATVS.VE.ERIT.IS.IN.DIEBVS.C ⊥.PROXumeis.C ⊥.centum.quinquaginta.

.S.

I.ROMANEI.ESSE.OPORTET.OPORTEBITVE.IS.STIPENDIARIEI.DET.ADSI.

MVTATVS.REDDITVSVE.NON.ERIT.EXTRAQVE.EVM.AGRVM.QVEI.AGER. //.

S

EX PRA.EVM.AGRVM.QVEI AGER.EX H.L PRIVATVS.FACTVS.ERIT.QVO.PRO.AGRO.LOCO.

E

GREIS.REGIS.MASSINISSÆ.DEDIT.HABEREVE.FRVIVE.Q: VS.//.EXTRAQVE EVM.AGRVM.LOCVM.VTLI // MLHAB.

O.PECORE.EX.LEGE.SEMPRONIA.DARE.NON.SOLITEI.SVNT.QVEI.AGER.EIS.EX.H.L.DATVS.REDDITVS.COMMVTATVS.ERIT

.SCRIPTVRAM.POPVLO.AVT.PVBLICANO.ITEM.DARE.DEBETO VTEI.PRO.EO.AGRO.LOCO.QVEM.AGRVM.LOCVM.POPVLVS

.S

RIS.TER.TANTI.!!!VITO.EO.QVEI.DABIT.ACCIPITO.FACITOQVE.QVEI.EX H.L.PRÆDIA.DEDERIT.VTEI.EI.SATIS.SVBSIG

LOCVS.POPVLORVM.LEIBERORVM.PERFVGARVM.NON FVERIT.PRO.EO.AGRO.ÆDIFIO.LOCOQVE.EX.L.DICTA.

MQVE.PECORIS.DARE ::::: DEBETO.NEIVE.AMPLIVS.EA.ALIVBEIVE.ALITERVE.DARE DEBETO.PEQVSQVENE.

VS.POPVLO.DARE.DEBEAT.SOLVATQVE.E./// H.L.N.R.MAG.PROVE.MAG.QVEIVE.PRO.EO.IMPERIO.IVDICIO.

E.EX.LEGE.DICTA.QVAM.L CÆCIL.CN DOM.CENS.QVOM.EORVM.AGRORVM.VECTIGALIA.FRVENDA.LOCAVERVNT. a.v.638.

.S.

OMINVS.EA.LEGE.SIENT.PAREANTQVE.QVAM LEGEM CN.PAPERIVS.COS.EIS.VENDVNDEIS.E.H.N.R. QVEI a.v.640.

GRVM.IN.EO.NVMERO.AGRI PROFESSVS.ERIT.QVO.IN.NVMERO.EVM.AGRVM.QVEM.IS.QVI.ADSIGNATus.erit

&

FACTVM.EST.VTEI.BONA.QVÆ.HABVISENT.agrVMQVE.QVEI.EIS.PVBLICE.ADSIGNATVS.ESSET.HABERENT

E.FRVITVRVE.QVEM.AGRVM.//.//.//.//.//.//.//.//.VE.AGRI.POSSESSIONISVE.SVPERFICIVM.Q.PR.VE.P

.IS.AGER.EX.S.C.DATVS.ADSignatus.//.//.//.//.////. S.S.POSSESSIONESQVE.EA.OMNIA.EORVM.H

OS.COMPORTENT.QVIBVS.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.redDITVS.COMMVTATVS.ADSIGNATVS. a.v.642.

QVODQVE.IN.EO.AGRO.LOCO.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.ESIS.VINDEMIAQVE.P.CORNELIO.L.calpurnio.cos.

IS.QVIBVS.EX.H L.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.agrVM.LOCVM.QVEI.CORINTHIORVM.fuit,

.QVEM.EX H.L.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.DVM.TERMINOSQVE.STATVI.iubendum.

SQVE.LOC. //.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//. ECTVM.SIET.FACITOQVE.

CRVM.//.ERIT.IS.EIVS PEQVNIAI.Q.

NOMINA.MANCVP.VS.

AGER.LOCVS.EDIFI.

RE.IN.IOVS.ADV

In altero fragmenti latere hæc habentur:

M.PALAM.VBEI.DE.PLANO.

.S.

EX.HACE.LEGE.IN.ÆRARIVM.POSITA.ERIT.QVOD.IN.ANN.F.

TISCIS.OPSIGNETVR ... QVÆQVOMOVE.PEQVNIA.EX.HACE.LEGE.AD.Q.

XVMEIS.QVIBVSQVOMQVE.EIEI.ÆRARIVM.PROVINCIA.OBVENERIT.

EXTRA.ORDINEM.DATO.SOLVITOQVE.QVÆSTOR.MORAM.NEI.FACITO

.S.

MINVS.SETIVSVE.FIAT.IVDICETVRVE.QVIS.EVM QVEI.EX.HACE.LEGE.IVDICIVM.EXERCEBIT.NEIVE.EVM.QVE

E

VERBA.AVDIRE.IN.CONSILIVM.EIRE.IVDICARE.LICEAT.NEIVE.IVDICIVM.DIMITERE.IVBETO.NISEI.QVOM.SENATVS.

IA.OBVENERIT.IVDICIOVE.INPERIOVE.ABIERIT.ABDICAVERIT.MORTVOSVE.ERIT.ANTE.QVAM.EA.OMNIA.IVDICA

PRÆTORI.QVÆSTORIVE.OMNIVM.RERVM.QVOD.EX.HACE.LEGE.FACTVM.NON.ERIT.SIREMPS.LEX.ESET.QVA

AGIS.DE.EA.RE.EIVS.NOMEN.HACE.LEGE.DEIVRATVRVM.QVOVE.MAGISTRATVS.IS.DE.EA.RE.QVOM

.S.
DICANDAM.ADFVERINT.QVEI.VIVENT.EORVM.MAIOREI.PARTI.SATIS FACTVM.ERIT.NOMEN.QVOD.EX.
.S.
EM. QVOIVS.EX.HACE.LEGE.QVÆSTIO.ERIT.DETOLERIT.ET.IS.EO.FO.IVDICIO.HACE.LEGE.CONDEMNATVS.ERIT.TV
.S.
M.PERVNTO.INQVE.EA.TRIBVM.CENSENTO.MILITI ÆQVE.BIS.VOCATIO.ESTO.ÆRA.STIPENDIAQVE.
TOR.PRÆTOR.ÆDILISVE.NON FVERINT.AD.PRÆTOrEM.QVOIVS.EX HACE.LEGE.QVÆSTIO.ERIt.
IEI.VRBANA.PROVINCIA.OBVENERIT.EO.MAGISTR.//.//.//.//.//.//.//.//.VE.ABIERIT.ABDICAVERITVE.mortuosve.
aPVD.EVM.EA.RES.ACTA.ESSET.DEQVE.EA.RE.//.//.//.// .//.// //.//.//.NIVM.RERVM.QVOD.EX.
NATVS.EST.ERITVE.QVO.MAGIS.DE.EA.RE.//.//.//.//.//.//.//.//.//.VR.QVOVE.MAGIS.DE.E
M.REM.IOVDICANDAM.ADFVER.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.PARTI.SATIS.FECERIT
X HACE.LEGE.QVÆSTIO.ERIT.DETVLER.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.VS.ERIT.TVM.EIS.QV
S.VOCATIO.ESTO.ÆRA.STIPENDIA.// .//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.//.ATVS.PR.
NATVS.ERIT.TVM.QVEI.EIV
SI.PETETVR.DE.EA.RE.EIVS.
ABERE.LICETO

QVOI.EX.HAC

C. Sempronius C. f. C. n. Tuditanus.
[M. Decimius M. f. M. n. Flauus]
[T. Pedanius T. f. T. nepos]
L. Iunius * L. f. D. n * Silanus.
L. Memmius * C. f. C. n. Gallus *
[A. Persius C. f. C. nepos]
[Sex. Næuius C. f. Sex. n. Crispus]

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

L. Cornelius L. f. P. n. Sulla. Qui. posteà. Felix. appellatus. est. C. Marij. Cos. in. Numidia. Is idem, qui paullò pòst rempublicam malis domesticis fatigatam, iniuriis lacessitus in potestatem suam redegit, atque eius statum ex arbitrio constituit, quemadmodum ordine declarabitur. Nobilis fuit patricius, litteris Græcis atque Latinis doctissimè eruditus, & sextus à P. Cornelio Rufino, qui bello Pyrrhi Tarentino inter celeberrimos duces habitus fuerat; quique post Dictaturam, alterumque Consulatum ob decem argenti pondo à Censoribus notatus est, vt suo loco diximus. Sed cùm illa eius familiæ claritudo per aliquot ætates intermissa iacuisset, diu ita se gessit L. Sulla, vt nullam petendi Consulatus cogitationem habere videretur, quem tardius idcircò est assecutus, anno scilicet ætatis vndequinquagesimo, vt auctor est Velleius Paterculus. Verùm de hoc L. Sulla pulchrè Valerius Max. libro VI. cap. IX. cuius verba sunt hæc:

Dictatorem resp constituenda se faciens.

Iacuit domus Rufina.

Vita, rerúmque gestarum L. Sullæ breuiarium.

» L. verò Sulla vsque ad Quæsturæ suæ comitia vitam libidine, vino, ludicræ artis amore perinquinatam perduxit. Quapropter C. Marium Cos. molestè tulisse traditur, quòd sibi asperrimum in Africa bellum gerenti, tam delicatus Quæstor sorte obuenisset. Eiusdem virtus, perruptis quasi & disiectis nequitiæ, qua obsidebatur, claustris, catenas Iugurthæ manibus iniecit, Mithradatem compescuit, socialis belli fluctus repressit, Cinnæ dominationem fregit; eumque, qui se in Africa Quæstorem fastidierat, ipsam illam prouinciam proscriptum & exulem petere coëgit. Quæ tam diuersa, tamque inter se contraria, si quis apud animum suum attentiore comparatione expendere velit, duos in vno homine Sullas fuisse crediderit: turpem adolescentem, & virum dicerem fortem, nisi ipse Felicem se appellari maluisset.

Hæc ita Valerius. Cuius sane verba præterire non potui quin adferrem hoc loco: quia nobilissimû hunc L. Sullam, qui Monarchiæ reclusæ claustra resoluit primus, perquàm eleganter suo penicillo nobis depinxit, vt ex succedenti rerum gestarum ipsius historia, Lector amice, possis animaduertere, quam vera Valerius scripserit. Quod ad primum hunc eius magistratum attinet, hoc anno Quæstor L. Sulla a suo Consule Mario Romæ relictus, vt ex Latio & sociis cogeret exercitum, cum magno equitatu Consulem sequutus venit in Africam; vbi in prælio ad Cirtam periculosissimo, Mauris, qui primam exercitus ad hiberna proficiscentis frontem inuaserant, equitatu suo repulsis, inclinatam & oppressam hostium multitudine mediam aciem, quam maxime confertis equis auxilio

Monarchia claustra per L. Sullam reclusa.

Prælium eius ad Cirtam.

lio veniens,ad victoriam plurimum momenti attulit,quemadmodum exactè narrat Sallustius in Iugurthina:vbi item operæ pretium est perlustrare,quid de Sullæ virtutibus atque vitiis ille summatim censet,item quæ Plutarchus in Sullæ vita memorat. Ex quibus intelliges,Lector,hos ambos in Valerij Maximi sententiam pedibus lubenter ire.De maximo quidem & ancipiti prælio ad Cirtam,quo Iugurtha Numidiæ, Bochusque Mauritaniæ reges ambo victi fugatique fuere,multa scribit item Orosius libro v. cap. xv.

// . // . // . f. // . n. // . L.Cassij Cos. in. Gallia. Narb.

// . // . // . f. // . n. // . L.Bellieni Pr. in. Africa.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Sardinia.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Gallia. Cisalp.

// . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *

Cn. Octauius * C. f. C. n * Rufus. Stipendium in Africam ex S. C. missus exercitui portauit.Et cùm reuerteretur,Consulis Marij iussu tres Mauros ex Bochi regis legatis amicitiam fœdusque petendi caussa missis,Romam secum duxit. Auctor est Sallustius in Iugurthina:ex cuius verbis ferè colligere est,hunc alterum ex vrbanis Quæstoribus ab ærario in Africam tunc missum fuisse.Sed perperam, ni fallor, in exemplaribus Sallustij multis hic Quæstor Cn. Octauius Rufo vocatur.Ruforum autem domum siue familiam in Octauia gente perantiquam nec ignobilem fuisse,cognoscimus ex Suetonio, ac in ea natum Augustum Cæsarem Octauianum,cuius hic fortassis patruus maior, aut scilicet frater,ex annorum interstitio videri poterit. *Sallustij locus. Octauia Ruforum familia expis emergere.*

A.Pompeius * Q. f. Q. n * Rufus.Quem Tribunum plebis inueniemus posteà.

C. Luscius * Q. f. M * nepos. Sororis C.Marij filius,qui posteà bello Cimbrico sub auunculo Consule iterùm militans Tribunus militum, à suæ legionis manipulario iuuene C. Plotio (vt illum Valerius Maximus libro vi. cap. i. nominat) cui vim stupri intentabat,in tentorio suo pugione occisus est. Virum alioquin non malum fuisse testatur Plutarchus,si παιδεραστίας crimen abfuisset,cui erat obnoxius. Marius cædis caussam cognoscens,examinatis testibus, sororis suæ filium pro tribunali iure cæsum pronuntiauit, vindicemque castitatis suæ iuuenem virtutis caussa laudatum corona donauit. Hoc iustitiæ exemplum imperatoriam Marij maiestatem in castris plurimum ampliauit, Romamque renuntiatum etiam absenti haud parum momenti ad tertium Consulatum obtinendum attulit. Vide Plutarchum in eius vita,qui Trebonium, non C. Plotium iuuenem illum vocat. *Affinis C. Marij. Marium iustitia prœcxii.*

T. Iunius L. f. // . nepos. Quem Tribunitium scribit Tullius in Bruto, damnasse P. Sestium ambitus,cùm Prætor esset designatus.Fuit facilis & expeditus ad dicendum vitæ splendore multo,& ingenio sanè probabili,qui processisset honoribus longiùs, nisi semper infirma,atque etiam ægra valetudine fuisset. Igitur post Tribunatum plebis ob valetudinis infirmitatem T. Iunius magistratus maiores non ambiit, vt ex dictis Tullij verbis constat.

[L. Rubrius L. f. // . n * Varro *] Pater huius collega Ti. Gracchi in Tribunatu plebis fuerat.

[T. Ciceronis T. f. C. nepos] Cuius auus postquam Prætor Corsos subegerat, in monte Albano triumphum duxit,vt auctor est Liuius libb. xli. & xlii.

L. Cornelius * C. f. Cn. n * Scipio * Hispallus * Qui cum L. Acilio sociali bello Æserniæ obsessus,seruili habitu per hostes elapsus effugit, vt auctor est Appianus Alexandrinus ciuilium bellorum primo. Filius C. Scipionis Hispalli Prætoris an. dcxiv. & frater Cn. Hispalli Hispaniâ prouinciâ ex S. C. prohibiti, vt ex Valerio suprà diximus, fuisse videtur,si temporis rationem consideremus.

Prouinciæ f. prorogatæ.

// . // . // . f. // . n. // . Siciliam. // . // . // . f. // . n. // . Hisp. vlter.

// . // . // . f. // . n. // . Macedoniam // . // . // . f. // . n. // . Illuricum

Pro. Prætoribus. prorog. imperio. obtinuère.

Q. Lutatius Q. f * Q. n * Catulus.	* A * Cæsellius // . f. // . n. Bassus.
C. Flauius T. f. // . n. Fimbria.	C. Petillius Q. f. Q. n. Spurinus.

 Pro.

Pro Quæstorib. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Lutatij Propr. in. Sicilia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Hisp. vlter.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Hisp. citer.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Asia.
//. //. //. f. //. n. //. Calenus. //. //. //. f. //. n. //. Ostiensis.

L. Cornelius L. f. L. n. Dolabella. [C. Aquilius P. f. P. n. Gallus]
* M * Valerius * M. f. M. n * Messalla. [C. Flaminius C. f. C. nepos]
[N. Fabius Q. f. Q. n. Butco] [Cn. Cornelius * P. f. Cn. n * Lentulus]
L. Hortensius * L. f. L * nepos. [A. Sempronius Ti. f. A. n. Musca]
[C. Fabius M. f. M. n. Dorso. Licinus]

Q. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus. an. DCXLVI.
Numidicus. Procos. de. Numideis.
&. rege. Iugurtha. //. //. //.

Q. Metellus Procos. cùm Iugurtham non semel acie victum, variis præliis iam quasi debellatum regno spoliasset; belli pænè patrati reliquias cum victore exercitu successori C. Mario in prouinciam venienti per P. Rutilium suum legatum tradidit. Et inimici calumniatoris conspectum atque præsentiam non sustinens, Mario non viso, Romam est profectus: vbi præter expectationem suam lætissimis omnium animis excipitur; plebi, Patribusque, postquam inuidia decesserat, iuxtà charus, vt ait Sallustius, qui nullam triumphi mentionem facit. Attamen Metelli triumphum fuisse clarissimum, testatur Velleius Paterculus, & ob virtutem ipsi meritum Numidici cognomen inditum fuisse. Auctor autem de viris illustribus in huius Metelli vita cap. XLVII. triumphi item mentionem facit, quem de rege Iugurtha duxit. Sic Eutropius bis de eodem rege triumphatum fuisse scribit libri quarti fine, semel à Q. Metello, & iterum à C. Mario, vt postea dicendum erit. Extant item verba quædam Q. Metelli Numidici ab A. Gellio citata libro Noctium Atticarum XII. cap. IX. ex oratione, quam de suo triumpho ad Quirites habuit; quibus in criminatorem C. Marium inimicum suum satis acerbe videtur inuehere.

Virtus facit Q. Metellum triumphare, atque Numidicum appellat. Iugurtha bis triumphatus.

ANNI P. R. C. DCXLVII.

Consules.

C. Atilius * M. f. M. n * Serranus. Q. Seruilius Q. f. Cn. n. Cæpio.

DEINDE Consules sequuntur in Cassiodoro Q. Seruilius & C. Atilius, in tabulis Græcis Serranus & Cæpio, in Obsequente autem Q. Seruilius Cæpio, C. Atilius Serranus. Eorumdem Consulum ita meminit A. Gellius lib. XV. cap. XXVIII. „Q. Cæpione, C. Serrano Coss. ante diem IV. Nonas Ianuarias M. Cicero natus est. Sic & Vel- „leius Cn. Pompeium Magnum hisce C. Atilio & Q. Seruilio Coss. natum fuisse scribit. Qui Pompeius annum agens duodesexagesimum, in Ægypto iugulatus est pridie natalem suum, C. Cæsare II. P. Seruilio Coss. vrbis anno DCCV. Quod & M. Ciceroni quinto deinde anno contigit, Hirtio & Pansa Coss. cum annos haberet LXIII. Itaque duo eximij toga sagoque ciuitatis principes, collabente libertate publica, infra quinquennium eiusdem sortis morte violenta periere. C. Serranum Consularem Mario VI. Consule appellat M. Tullius in Rabiriana. Hunc opinor esse, cui his comitiis postpositus est Q. Lutatius Catulus, qui post huius & sequentis anni repulsas aliquamdiu iacuit, donec tandem cum C. Mario Consul est factus. Meminit istius repulsæ idem Tullius in Planciana, scribens populum Rom. præposuisse Q. Catulo in summa familia nato, non dico C. Serranum subtilissimum hominem (fuit enim & animi satis magni & consilij:) sed Cn. Man- „lium non solum ignobilem, verùm sine virtute, sine ingenio, vita etiam contempta & „sordi-

M. Cicero & Cn. Pomp. Magnus hoc anno nati.

Repulsa Q. Catuli prima.

sordida. In vulgatis autem exemplaribus mendosè nomen huius Consulis, qui Catulo præpositus fuit, C. Serenus legitur.

In Cicerone cognomen corruptum.

Plura eius anni prodigia narrat Iul. Obsequens: Romæ & in agro Perusino locis aliquot lacte pluisse, fremitus cælestes auditos, & pila cælo cadere visa. Addit denique post alia, per Cæpionem Consulem Senatoribus & equitibus Romanis iudicia communicata esse, quæ anteà C. Gracchus sua lege ad solos equites ab Senatu transtulerat. Idem Cassiodorus sub hisce Consulibus in suis Fastorum tabulis annotauit. Tulit igitur Cæpio Consul legem, qua ordini Senatorio iudicia communicabantur cum equitibus Romanis: qua de caussa Cæpionem Consulem, lege perlata, Senatus patronum appellauit, quemadmodum testatur Valerius Max. lib. VI. cap. IX. Suasit legem L. Licinius Crassus orator, cùm esset annorum XXXXIV. de qua re sic Tullius in Bruto mentionem facit:
" L. Crassus Seruiliam legem suasit iis Consulibus quibus nati sumus. Quam L. Crassi
" orationem paullò pòst ibidem Tullius sibi à pueritia quasi magistram fuisse scribit, in
" qua & auctoritas ornabatur Senatus, & inuidia concitabatur in iudicum & accusatorum
" factionem, contra quorum potentiam populariter tum dicendum fuit. Meminit item legis libro de inuentione Rhetorica primo, offensum fieri dicẽs hoc modo, vt si quis apud equites Romanos cupidos iudicãdi, Cæpionis legem iudiciariam laudet. Rursum meminit obiter aliis in locis sæpius, vt in libris de oratore primo & secundo, item in Cluentiana. Sed quomodo lex ista Seruilia Senatoribus contra Semproniam communicarit iudicia, non satis liquet, nec ex Ciceronis, aliorúmve qui nunc extant Auctorum locis quid certum colligi potest. Ex æquo tamen, vel pari sorte tunc communicata nondum fuisse, colligere est ex Liuia & aliis legibus, quæ posteà de iudiciis exercendis latæ sunt.

Prodigia. — Seruilia lex de iudiciys. — Suasit Seruiliam L. Crassus orator. — Forma legis non liquet.

Ex huius anni historia, & prouinciarum statu cognoscimus, Galliam Narbonensem atque Italiam ob Cimbrici belli metum Consulares prouincias fuisse; cùm in Numidia C. Mario imperium prorogatum esset, & alibi omnia pacata. C. Atilio Consuli Italia, Q. Seruilio quidem Gallia Narbonensis obuenere. Hic autem prædæ magis quàm victoriæ cupidus, cùm in prouinciam venisset, non exspectato Cimbrorum aduentu, Tectosagis Gallis bellum intulit, & Tolosam diripuit oppidum antiquum ac celebre, sacrosancto templo, thesauris ac multis donariis abundante; vbi inuentas pecunias scribit ex Posidonio Cornelius Strabo Geographiæ libro quarto, ad quindecies centum milia talentûm. Iustinus ex Trogo Pompeio refert fuisse auri pondo CX. ∞. & argenti pondo quinquies decies centum milia. Sed minuit summam Orosius lib. V. cap. XV. Cæpionem Tolosa capta centum milia pondo auri, & argenti cẽtum decem milia ex Apollinis templo sustulisse scribens. Quod infame sacrilegium cum ipsi priuatim Cæpioni & suis, tum exercitui etiam, omnibusque qui eius criminis contagione semet pollucrant, postmodum calamitati atque excidio fuisse consentiunt Auctores suprà citati. Hinc etiam A. Gellius
" Noctium Atticarum libro III. cap. XIX. sic: Cùm oppidum Tolosanum in Gallia
" Q. Cæpio Cos. diripuisset, multumque auri in eius oppidi templis fuisset, quisquis ex ea
" direptione aurum attigit, misero cruciabilique exitu periit. Atque inde de calamitosis
" vulgari prouerbio dici cœptum est, aurum Tolosanum eos attigisse. De huius autem Q. Cæpionis infortuniis & exitu calamitoso, suis locis nos quædam adferemus.

Prouinciæ Consulares. — Auarum & Seruilij tedium. — Sacrilegium Tolosanum grande. — Exitiale sacrilegiu.

Prætores.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Vrbanam. &. Peregrinam. iurisdictiones.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæstiones. rerum. cap. sortiti. obtinuêre.

M. Licinius * M. f. P. n * Crassus. Vrbanam. iurisdictionem. sortitus. obtinuit. Quod nobis demonstrant Ciceronis hæc verba libro primo de oratore. Potes igitur, inquit Crassus, (vt alia omittã, quæ sunt innumerabilia & immensa, & vt ad ipsum tuum ius ciuile veniam) oratores putare eos, quos multas horas exspectauit, cùm in campum properaret, & ridens & stomachans Scæuula? cùm Hupsæus maxima voce, plurimis verbis à M. Crasso Prætore contenderet, vt ei, quem defendebat, caussa cadere liceret; Cn. autem Octauius homo Consularis non minùs longa oratione recusaret, ne aduersarius caussa caderet; ac ne is, pro quo ipse diceret, turpi tutelæ iudicio, atq; omni molestia stultitia aduersarij liberaretur. Hęc ita pulchrè L. Crassus orator apud Ciceronẽ, probare cupiẽs hoc exemplo, patronum caussarum oratorem imperitum iuris esse non debere; quemadmodum Hupsæus, M. Hupsæi Consularis, ni fallor, viri filius, & Cn. Octauius, qui Consul anno

Oratores iuris peritos esse debere, probat exemplo L. Crassus orator.

Cn. Octauij imperitia in-ru.

anno DCXXV. fuerat. Quorum imperitiam iuris non sine stomacho derisit à iudicio in campum, vt ait Crassus, properans Scæuula. Iam quia hæc ad socerum suum Q. Scæuulam Q. f. Augurem dicit, sanè clarum est, ipsum loqui de altero tum absente Q. Scæuula P. f. Pontifice, qui item doctissimus Iuriscos. & tunc Tribunus plebis à iudicio, vt dictum, ridens & stomachans in campum Martium ex officio properabat. Ex iam citatis item L. Crassi verbis liquide patet, M. Crassum Prætorem vrbanum tunc fuisse, apud quem hæc caussa tutelæ tunc agebatur.

M'. Aquilius. M'. f. M'. nepos. T. Albucius //. f. //. nepos.
Ser. Fuluius * Ser. f. Q. n * Flaccus. P. Popillius P. f. C. n. Lænas.

C. Annius. / . f. / . n. Bellienus. Post Ædilitatem præfectus militauerat sub Q. Metello contra Iugurtham in Numidia, cum quo superiore anno reuersus Præturam haud dubie obtinuit. Nam anno deinde suo legitimo Consulatum petens repulsam est passus, C. Mario prælato, quemadmodum ex Ciceronis Bruto colligimus.

C. Flauius T. f. / . n. Fimbria. Reuersus ex prouincia post Præturam, reus est factus repetundarum à M. Gratidio Ciceronis propinquo, quemadmodum in Bruto memorat. Et quamuis Fimbria reus grauiter premeretur, cùm aduersus eum testis iuratus produceretur M. Æmilius Scaurus princeps Senatus, cuius iniurati nutu prope terrarum orbis regebatur, non tamen creditum illi est; sed reus Fimbria est absolutus. Noluerunt enim illi, qui tum lege Seruilia ex ordine Senatorio & equestri iudicabant, hanc patere inimicitiis viam; quem quis odisset, vt eum testimonio posset tollere, vt pulchrè Cicero in oratione pro M'. Fonteio. Meminit Valerius Max. libro VIII. cap. V. de testimoniis irritis.

M. Scaurus testis suspectus.

Prætores. prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. Siciliam. //. //. //. f. //. n. //. Macedoniam
//. //. //. f. //. n. //. Hisp. citer. //. //. //. f. //. n. //. Hisp. vlter.
//. //. //. f. //. n. //. Asiam. //. //. //. f. //. n. //. Illuricum

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

Ap. Claudius * Ap. f. Ap. n * Pulcher. Sex. Peduceius //. f. //. nepos.
[P. Aquilius P. f. P. n. Gallus] M. Sergius M. f. M. n. Silus.
[Q. Næuius Q. f. Q. n. Matho] [M. Oppius L. f. L. n. Salinator]

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

P. Licinius M. f. P. n. Crassus. Diues. Ædilitate functum cum insigni splendore publici muneris, auctor est M. Tullius Officiorum libro secundo his quidem verbis: Quamquam in nostra ciuitate inueteratum iam à bonis temporibus, vt splendor Ædilitatem ab optimis viris postuletur. Itaque & P. Crassus cum cognomine Diues, tum copiis functus est Ædilitio munere maximo. Vidi apud Perenotum Cardinalem Granuellanum artis elegantissimæ denarios aureos atque argenteos, in quibus Matris deûm turrita facies in vna parte, & in altera sedens eadem in biga cum suo tympano, cui subiugati coëunt ad fræna leones duo, pulcherrimè signata videtur, circûscripto sic huius P. Crassi nomine, P. LIC. M. F. P. N. CRASSVS. Ex argumento fere colligere est, Matris Magnæ ludos Megalenses ipsum Ædilem curulem magnificentissimè fecisse, atque in horum memoriam suis sumptibus nummos illos esse cusos.

Munus Ædilitium Crassi sumptuosum.

Megalesia Crassi.

* C * Seruilius * C. f. C. n. Casca * L. Licinius L. f. L. n. Lucullus.

Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Nepos. Hunc magistratum petiturus, Ædilitatis paternæ merita nummis publicatis populo renouauit, quemadmodum in patris Q. Balearici Ædilitate latiùs exposui, in Annali DCXXII.

Tri-

Tribuni plebis.

Q. Mucius P. f. P. n. Scæuula. Hic idem est Q. Scæuula Pontifex, cuius suprà in M. Crassi Prætura mentionem fecimus, quem hoc anno Tribunum plebis fuisse, non solùm L. Crassi oratoris verba ibidem adducta nobis insinuant, verùm etiam aperte suffragatur his M. Tullius in Bruto: qui, vbi de L. Crassi magistratibus disserit, ipsum ait Q. Scæuula Tribuno plebis in Rostris sedente, legem Seruiliam suasisse; quod hisce Consulibus contigit, quibus Tullius est natus, vt ante dictum est.

// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
// // // f. // n. //

*P * Sestius * L. f. L * nepos.   C. Fonteius * M'. f. M'. n * Capito.

M. Claudius * M. f. M. n * Marcellus.   [Q. Fulcinius Q. f. Q. n. Trio]

[Q. Næuius Q. f. Q. n. Pollio]   [M. Muluius M. f. M. nepos]

[P. Heluius M. f. M. n. Blasio]   [L. Egilius L. f. L. nepos]

P. Antistius * C. f. C. n * Labeo * Socer Cn. Pompeij Magni posteà, post Præturam occisus posteà à Damasippo, vt dicetur.

Quæstores vrbani.

// // // f. // n. //   // // // f. // n. //

Quæstores prouinciarum.

// // // f. // n. // Q. Seruili. Cos. in. Gallia. Narb.
// // // f. // n. // // // Pr. in. Siciliæ.
// // // f. // n. // // // Pr. in. Asia.
// // // f. // n. // // // Pr. in. Hisp. citeriore.
// // // f. // n. // // // Pr. in. Hisp. vlteriore.
// // // f. // n. // C. Atili. Cos. in. Italia. Ostiens.

M'. Acilius * M'. f. M'. n * Glabrio. Hic pater fuit M'. Glabrionis Prætoris, apud quem C. Verres repetundarum accusatus est à M. Tullio Cicerone; cuius meminit actione secunda, sicut in huius Tribunatu plebis dicemus. Præturam excessisse non videtur, quamuis illustri stirpe natus esset, auo proauoque Consularibus; quorum hic de rege Antiocho & Ætolis ad Thermopylas cæsis triumphauerat. Constat tamen ex Iustino, legatum hunc missum, nisi fallor, post Præturam cum M'. Aquilio Consulari in Asiam, anno vrbis DCLXIII. ad restituendos reges Nicomedem & Ariobarzanem, vnde exortum est bellum Mithridaticum, vt suis locis exponetur.

P. Rutilius L. f. L. n. Lupus. Sic scriptus extat partim in Capitolinis Fastorum marmoribus eius Consulatus; in quo magistratu fuit bello sociali occisus in prælio.

C. Valerius * L. f. C. n. Flaccus. Filius, vt ex annorum interuallo colligere est, L. Valerij Flacci Consularis ac Flaminis Martialis. Hic Prætor & Consul sequetur.

Q. Seruilius * Cn. f. Cn. n * Cæpio. Cui graues inimicitiæ fuerunt cum M. Druso Tribuno plebis posteà, quæ ortæ fuerant ob annuli alicuius emptionem interceptam in auctione, vnde origo socialis belli, & exitia rerum, vt ait Plinius libro XXXIII. cap. I. Meminit & libro XXVIII. cap. IX. tradens, Drusum Tribunum plebis hircinum sanguinem bibisse, cùm pallore & inuidia veneni sibi dati insimulare Q. Cæpionem inimicum vellet. Cæpio hic quidem videtur idem, qui post Præturam bello sociali in prælio occisus est, vt suo loco dicemus.

Grauissimi inimicitiæ inter priuatos etiam lædunt remp.

Mira Drusi Kalumnia.

M'. Æmilius * M. f. M. n * Lepidus. Cuius pater Consul anno DCXXVII. auus anno DXCV. proauus autem M'. Æmilius M'. f. M'. nepos, quem Liuius agnomine Numidam appellat, magister X. virûm cum M. Liuio Salinatore fuerat, ludis Sæcularibus tertiis, anno vrbis DXVII. sicut Capitolina docent nos marmora. Hunc verò pronepotem

tem illius opinor adoptasse Mamercum Lepidum Liuianum, posteà Consulem: & reperio, ni fallor, apud Liuium libri LXXVI. Epitoma recenseri hunc eumdem Mam. Æmilium inter Senatores legatos, qui sociali bello finem imposuere, vt suo loco latius.

Miseria ciuilis belli.

M. Bæbius * A. f. A. n. Sulci * C. Numitorius * C. f. C * nepos. Hos duos inter illustres Senatores nominat Appianus Alexandrinus ciuilium bellorum primo libro, quos Cinna & Marius absente Sulla ab exilio reuersi, vrbem vi occupantes tamquam aduersarios in plateis occiderunt anno DCLVI. L. Florus lib. III. cap. XXI. horum cadauera vncis carnificum tracta per medium forum dicit fuisse.

Seditiosorum post Gracchos eloquentissimus. *Frumentaria procuratio huius prouinciæ ablata.*

L. Appuleius * L. f. L. n * Saturninus. Nepos, vt apparet, ex annorum intersti-tio, L. Saturnini, qui Prætor fuit anno vrbis DXXCVII. Seditiosorum omnium, vt ait » M. Tullius in Bruto, post Gracchos eloquentissimus visus est: magis specie tamen & » motu atque ipso amictu capiebat homines, quàm aut dicendi copia, aut mediocritate » prudentiæ. Quæstor Ostiensem prouinciam sortitus obtinuit, vt ab eodem Tullio do- » cemur: cuius prouinciæ suæ frumentariam procurationem cum in annonæ caritate Senatus ab ipso transtulisset ad principem Senatus M. Æmilium Scaurum, hoc per ignominiam factum intelligens, ab optimatibus defecit ad plebem, & ingentes postmodum seditiones concitauit. Meminit eius rei diserte suis in orationibus, Sextiana videlicet & de Aruspicum responsis. C. Mario igitur & plebeiæ factionis principibus alijs se mox applicuisse constat ex historia sequenti; & eorum fauore, tertio ab hoc anno Tribunum plebis factum, vti Marium proueheret ad quartum Consulatum.

Prouinciæ prorogatæ.

Bochus Mauros ad pacem petendam cõpulsus. *Responsum Bocho Romæ datum.* *L. Sulla Quæstor conciliator pacis.* *Iugurtha soceri insidijs circumuentus capitur.*

C. Marius C. f. //. nepos. Procos. Numidiam. prorogato. in. annum. imperio. obtinuit. Qua in potestatem populi Romani, Iugurtha expulso, redacta, Mauritaniæ regem Bochum, qui Iugurthæ socero suo magna dederat auxilia, metu cõpulit ad pacem petendam. Cuius quinque legatis, qui ad ipsum Cirtam ad hiberna reuersum venerant, intercedente L. Sulla Quæstore, datis induciis, potestatẽ fecit eundi Romam ad Senatum, vti Regis nomine fœdus ac amicitiam peterent. Ex iis tres profecti sunt cum Cn. Octauio Rufo Quæstore, qui stipendiũ in Africam portauerat. Qui Romæ auditi, hoc à Senatu responsum accipere: S. P. Q. R. beneficij & iniuriæ memor esse solet. Ceterùm » Bocho, quoniam pœnitet delicti, gratiam facit: fœdus & amicitia dabuntur, cùm prome- » ruerit. Quo responso intellecto, Bochus per litteras à C. Mario petiit, vt L. Sullam ad se » mitteret, quo cum de rebus communibus consulere posset. Ad eum missus Sulla, barbaro Regi persuasit; non meliore compendio fœdus amicitiamque populi Rom. ipsum promereri posse, quàm si Iugurtham viuum tradidisset. Quem tandem Bochus amicè cum paucis euocatum è suis castris, quasi spes quædam reconciliandi ipsum cum Romanis per Sullam adesset, in insidias positas duxit; captum, vinctumque Sullæ tradidit, à quo ad Marium Procos. est deductus. Vide hæc latius apud Sallustium, Plutarchum in Mario & L. Sulla, Paullum Orosium, & alios.

L. Annius //. f. / . n. Bellienus. propr. Africam. prorogatq. in. annum. imperio. obtinuit. Ab Vtica euocatus fuit Cirtam in Numidiam cum reliquis Senatorij ordinis in Africa degentibus, ad Mauros Bochi regis legatos audiendos: auctor Sallustius in Iugurthina.

//. //. //. f. //. n. //. Hisp. cit. //. //. //. f. //. n. //. Achaiam

//. //. //. f. //. n. //. Galliam. Cisalpinam

Pro. Prætorib. prorogato. imp. obtinuêre.

Cn. Aufidius * Cn. f. Cn * nepos. [L. Minucius L. f. Q. n. Thermus]

M. Domitius * Cn. f. M. n * Caluinus.

Pro. Quæstoribus. f. fuêre.

Consilium Bocho regi datum a L. Sulla.

L. Cornelius L. f. P. n. Sulla. Qui. posteà. Felix. appell. est. C. Marij. Procos. in. Numidia. A Bocho rege per litteras euocatus in Mauritaniam militari cum præsidio equitum atque peditum est profectus. A quo cùm Bochus fœderis ac amicitiæ à Senatu impetrandæ consilium peteret, huic tandem persuasit, vt socerum suum Iugurtham perfidum ac paricidam sibi vinctum traderet: fore tum, vt illi plurimùm deberetur, amicitiam, fœdus, Numidiæ partem, quam nunc peteret, tunc vltrò aduenturam. Qua spe delinitus Rex barbarus immensùm fluctuat animo, dum interim Iugurtha per suos ipsum

sum sollicitat, vti Sullam sibi traderet, si ambobus consultum & ratã pacem vellet. Tum enim fore, vt iussu Senatus populique Rom. fœdus fieret, ne tantus vir non sua ignauia, sed ob remp. captus in hostium potestate relinqueretur. Hęc Maurus secum diu voluens, in partes variè distrahitur: sed animo reuoluens Romanorum potentiam, quibus nulli Reges populive resistere potuerant, caduco inclinare se muro male tutum existimauit, & ex Sullæ consilio Iugurtham amicè cum paucis euocatum, & per insidias captum ipsi vinctum tradidit. Quem Sulla cum firma militum custodia ad Marium Procos. deduxit in Numidiam. Hæc latè Sallustius: breuiter Plutarchus, Orosius, Eutropius, & Liuij Epitoma libri LXVI. Itaque quamuis de capto Iugurtha Marius triumphauerat, præcipua tamen victoriæ gloria penes Sullam, qui quasi truncato belli capite, huic finem imposuisset, remansit. Quod quidem Mario dolori non parum fuit, & ipsum à Sulla vehementer alienauit: maximè cùm Sulla gloriæ cupidior rei gestæ memoriam, vt scilicet Bochus Iugurtham sibi tradiderat, figuris annulo signatorio insculptam deinde gestaret & vteretur, vt Plutarchus in Sullæ vita scribit. Meminit item Plinius historiæ naturalis libro XXXVII. cap. 1. dicens L. Sullam Dictatorem Iugurthæ traditione semper signasse.

Iugurtha ex trarium consilium socero datum. *Ex duobus malis quod minimum electũ.* *Gloria capti Iugurthæ per Sullam.* *Inuidia comes gloriæ.* *Annulus L. Sullæ signatorius.*

// // // f. // n. // M. L. Bellieni Propr. in Africa.
// // // f. // n. // // // Propr. in Sardinia.
// // // f. // n. // // // Propr. in Achaia.
// // // f. // n. // // // Propr. in Gallia Cisalp. Gallicus.
// // // f. // n. // // // Pr. in Macedonia.
// // // f. // n. // // // Pr. in Illurico.
// // // f. // n. // * Lucerinus * // // // f. // n. // Calenus.

T. Iunius L. f. // nepos.	[L. Rubrius L. f. . n * Varro *]
[N. Fabius Q. f. Q. n. Buteo]	[T. Cicereius T. f. C. nepos]
* M * Valerius * M. n * Messalla.	[C. Flaminius C. f. C. nepos]
[A. Sempronius Ti. f. C. n. Musca]	L. Cornelius * C. f. Cn. n. Scipio * Hispallus *

ANNI P.R.C. DCXLVIII.

Consules.

P. Rutilius * Sp. f. Sp. n * Rufus.	Cn. Mallius Cn. f. // n. Maximus.

CONSVLES subsequuti sunt, vt in Cassiodoro legimus, P. Rutilius Rufus, C. Manilius; vt in Mariano Scoto, P. Rutilius Rufus, C. Manlius Maximus: vt autem est in tabulis Græcis, Rufus & Mallius; in Cuspiniani Rufus & Maximus. Mendosissimè eduntur in Obsequente P. Atilius & Cornelius Manilius. De P. Rutilio Rufo post plures repulsas Consule satis constat: sed in collegæ nomine magna variatio est apud Auctores: Eutropius enim M. Manilium vocat prænomine, discrepans à Cassiodoro, cui congruit Orosius: Liuius, Tacitus, & Sallustius falso prænomine M. Manlium appellant. At rectiùs Cicero in orationibus pro Murena & pro Cn. Plancio Cn. Manlium nominat: vbi ignobilem hunc candidatum Consulatus sine virtute, sine ingenio, vita etiam contempta, præter omnium opinionem populi suffragiis Q. Catulo sapientissimo viro prælatum fuisse scribit. Sic item correctissimè reperimus expressum eiusdem Cos. nomen apud Valerium Maximum lib. II. cap. III. de militaribus institutis, vbi refert armorum tractandorum meditationem à P. Rutilio Cos. Cn. Mallij collega militibus esse traditam. Ita namque manuscripti & correctiores codices nomen hoc exprimunt; non secùs ac in tabulis nostris antiquis Siculis Græcè, nec non in vetustissima lege illa ædificatoria legitur, quam habet marmorea tabula in agro Puteolano reperta ante aliquot annos. Hanc vidi, & exscripsi Neapoli apud Hadrianum Guiliermum humanissimum atque historiæ antiquæ studiosissimum virum: in qua leguntur ita Consulum nomina in ipso capite legis his verbis:

Consulum nomina variè mendosè scripta notantur. *Q. Catuli altera repulsa.* *Puteolana tabula legis ædificatoriæ.*

AB. COLONIA. DEDVCTA. ANNO. XC.
N. FVFIDIO. N. F. M. PVLLIO. DVO. VIR.
P. RVTILIO. CN. MALLIO. COS.
OPERVM. LEX. II.

Et quamuis lex extet integra paginis tribus insculpta tabulæ marmoreæ latæ pedes quatuor semis, altæ pedes duos: quia tamen non Romæ, vel à Romano magistratu, sed Puteolis arbitratu duovirûm eius coloniæ fuit lata, nec ad scopum nostrum respiciat; operæ pretium non putaui totam hic adscribere, ne prolixitate nimia tædium adferamus. Ceterum quia lex ista rationes architectonicas antiquorum exactius repræsentare studiosis eius artis poterit, non inutile fore puto, eamdem apud Vitruuium, cùm denuò recudetur, pro coronide vel appendice quodam annectere, studiosisque ingenuarum artium communicare. Præterire tamen hic nequeo, notatu dignum videri, quòd apertè nobis titulus legis adductus ostendit eamdem hisce Coss. esse latam anno XC. post coloniam deductam Puteolis: vnde colligimus, deductam esse anno vrbis conditæ DLVIII. M. Catone, L. Flacco Coss. Et quamuis Velleius Paterculus multò tardius deductam fuisse existimet, non tamen hoc sine dubij scrupulo recenset. Liuius ab hac tabula anno tantùm vno discrepat, Varronis nisi fallor, supputationem, vt aliquando solet, sequutus.

Prouinciæ Consulares Consulibus P. Rutilio, vt verisimile est, Italia, Cn. Mallio Gallia Narbonensis obuenit: in qua prouincia & Q. Cæpioni prorogatum est imperium, vt duo Consulares exercitus ingruentibus Cimbris, Teutonis, Tigurinis, & aliis Gallorum gentibus obsisterent, quæ ad extinguendum Romanum imperium conspirasse videbantur. Iustinus ex Trogo refert, belli Cimbrici tumultum Romanos insequutum esse, quasi vltorem sacræ pecuniæ à Cæpione Consule direptæ. *Sacrilegij Tolosani noxam bellum Cimbricum sequitur.* Prouincias igitur duo dicti imperatores sibi Rhodano flumine medio terminarunt; vbi dum inter se grauissima inuidia & contentione disceptant, cum magna ignominia & periculo Romani nominis victi sunt, & cladem Alliensi parem acceperût. *Clades magna Romanorum.* Siquidem in ea pugna M. Aurelius Scaurus Consularis legatus captus, cùm post victoriam ab hostibus in consilium vocatus deterreret eos, ne Alpes transirent Italiam petituri, quòd diceret Romanos vinci non posse; a regulo Bolo feroci iuuene occisus est. *M. Aurelius Scaurus captus & occisus.* Occisi item in prælio Mallij Consulis filij duo; bina Romanorum castra capta sunt, octuaginta Romanorum sociorumque milia trucidata, calonum prætereà lixarumque quadraginta milia, sicut Valerius Antias annotauit. *Occisorum numerus.* Ita vt ex omni penitus exercitu decem tantummodò homines, qui nuntium ad augendas miserias referrent, superfuisse dicantur. Hostes binis castris atque ingenti præda potiti, barbarico more cuncta, quæ ceperât, pessumdando perdidere. *In prædam ac manubias sæuit hostis barbarus.* Vestis discissa proiectaque aurum argentumque in flumen abiectum, loricæ virorum concisæ, phaleræ equorum dissipatæ, equi ipsi gurgitibus submersi, homines laqueis ex arboribus suspensi, ita vt nihil prædæ victor, nihil misericordiæ victus perciperet. Maximus non solùm inde luctus Romæ, verùm etiam metus ingens ac trepidatio fuit; ne confestim Italia occupata Cimbri ad vrbem properarent. *Trepidatio & pauor Romæ.* Itaque haud dubiè iustitium indictum, saga sumpta, nec non delectus in vrbe atque Italia tota diligentissimè sunt habiti. *Iustitium indictum, & saga sumpta.* P. Rutilius Consul iussus est iuuentutem omnem sacramento adigere, atq; nouas legiones scribere, cum quibus hosti occurreret. Is autem vt aliis præiret, & ne quispiam vocationum caussas prætenderet: cùm secundùm leges filium suum in contubernio posset habere, in legione militem fecit, quemadmodum Frontinus Stratagematum secundo memorat. Idem primus, vt apud Valerium Max. libro II. cap. III. legimus, cõtra prælij peritum hostem pugnaturus, rudem inexpertumq; tironem, doctoribus gladiatorum accersitis, arte dimicandi instruxit. *Tirones arte gladiatoria primùm imbuti.* Vide hæc omnia latiùs apud Orosium lib. V. cap. XVI. Eutropium libro V. Epitomen Liuij libro LXVII. Meminerunt Plutarchus in Lucullo, & in Mario; Iustinus, Tacitus, & Sallusthius in Iugurthina.

Prætores.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Vrbanam. &. Peregrinam. iurisdictiones. sortiti. obtinuêre.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuêre.

L. Valerius * L. f. C. n * Flaccus.	C. Memmius * C. f. C. n. Gallus *
C. Bæbius * Q. f. Q. n. Sulca *	M. Gratidius // f. //. nepos.
C. Cosconius * M. f. M * nepos.	L * Veturius L. f. L. n * Philo.

Prætores prouinciarum.

// // // f. // n. //. Sardiniam. // // // f. // n. //. Siciliam.

// //

// . // . // . f. // . n. // * Africam. // . // . // . f. // . // . // . Achaiam
// . // . // . f. // . n. // Macedoniam. // . // . // . f. // . n. // . Illuricum
Prouincias. sortiti. obtinuêre.

T. Albucius // . f. // . nepos. Sardiniam. sortitus. obtinuit. Homo leuis, ac moribus planè Græcus, prouinciæ grauis fuit. Qui cùm belli materiam vbique quæreret, cum Mastrucatis quibusdam latrunculis vna cohorte auxiliaria res gessit: atque in ipsa prouincia insolenter ac superbè se gerens, quasi triumphum sibi decreuit, & duxit. Ob quas res, vt sibi persuaserat, fortiter gestas cùm à Senatu supplicationem petiisset, non impetrauit: immò posteà Romam reuersus, postulantibus Sardis reus est factus atque damnatus: auctor est Cicero in oratione de prouincus Consularibus, & in Verrina de diuinatione. *Prætoris vana superbia.* *Damnatus.*

M. Licinius * M. f. P. n * Crassus. M'. Aquilius M'. f. M'. nepos.
Ser. Fuluius * Ser. f. Q. n * Flaccus. C. Annius // . f. // . n. Bellienus.
P. Popillius P. f. C. n. Lænas.

Ædiles curules.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
[P. Cornelius P. f. Cn. n. Lentulus] Cn. Cornelius * P. f. Cn. n * Lētulus.

Ædiles plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
L. Cassius L. f. Q. n. Longinus. L. Tremellius * L. f. Cn. n * Scrofa.

Tribuni plebis.

L. Licinius P. f. P. n. Crassus. De huius L. Crassi oratoris Tribunatu plebis colloquuntur ita Cicero & M. Brutus in dialogo de claris oratoribus: Multæ (inquit Cicero) Crassi deinde caussæ, sed ita tacitus Tribunatus, vt nisi in eo magistratu cœnauisset apud præconem Granium, idque nobis narrauisset Lucilius, Tribunum plebis nesciremus fuisse. Ita prorsus, inquit Brutus. Sed ne de Scæuulæ quidem Tribunatu quidquam audiuisse videor, & eum collegam Crassi credo fuisse. Omnibus quidem aliis (inquam) in magistratibus; sed Tribunus anno pòst fuit, eoque in Rostris sedente, suasit Seruiliam legem Crassus. Nam & Censuram sine Scæuula gessit: eum enim magistratum nemo vmquam Scæuularum petiuit. Hæc apud Tullium in Bruto. Seruiliam verò legem suasit L. Crassus anno superiore, quo Tribunum plebis Q. Scæuulam fuisse docuimus.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .

L. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus. Cn. Tremellius * L. f. C. n * Scrofa.
C. Sextius * C. f. C. n * Caluinus. [Q. Antius Q. f. Q. n. Balbus]
[C. Decimius M. f. M. n. Flauus] [C. Cicereius T. f. C. nepos]
[C. Considius C. f. C. n. Gallus] [C. Cluuius C. f. Sp. n. Saxula]

C. Cassius * L. f. Q. n * Longinus. Quem in huius magistratus petitione repulsam passum fuisse, & Consulem nihilominùs factum dicit Cicero in Planciana. Quod ante annum superiorem contigisse, colligi poterit ex ordine aliorum ipsius magistratuum.

Quæstores vrbani.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciarum.

// // // f. // n. // Cn. Malli. Cos. in Gallia. Narbo.
// // // f. // n. // T. Albuci. Pr. in. Sardinia.
// // // f. // n. // // // Pr. in. Africa.
// // // f. // n. // // // Pr. in. Achaia.
// // // f. // n. // // // Pr. in. Macedonia.
// // // f. // n. // Calenus.

Cn. Pompeius Sex.f.Cn. n. Strabo.T. Albucij. Pr.in. Sardinia. Is idem, qui bellum Marsicum Consul confecit, & fulmine posteà periit, vt suis locis dicendum erit. Hunc in aliquo numero oratorum fuisse scribit M. Tullius in Bruto: ipsum verò Quæstorem obtinuisse Sardiniam, docet nos idem Tullius in Verrina de diuinatione. Nam è Prouincia reuersus Pompeius post Quæsturam, T. Albucium Prætorem suum repetundarum rerum accusare voluit: sed à iudicibus reiectus est, ne libido violandæ necessitudinis, quæ inter Prætorem & Quæstorem requiritur, auctoritate iudicij comprobaretur, vt ait ibidem Cicero. Vbi commentator illius Pædianus testatur, hunc Cn. Pompeium Strabonem fuisse patrem Cn. Pompeij Magni, quemadmodum etiam Plutarchus, Appianus Alexandrinus, & alij memoriæ produnt.

Quæstori illicitum accusare Prætorem prouinciæ suæ.

Sex. Iulius C. f. Sex. n. Cæsar. Hic patruus, ni fallor, C. Cæsaris Dictatoris, qui primus monarchiam Romanæ reip. inuexit; cuius frater C. Cæsar posteà Prætorius Pisis mortuus est. Et soror vtriusque Iulia C. Marij vxor fuit, teste Plutarcho, quam Suetonius amitam Cæsaris Dictatoris appellat. Hic autem Sex. Cæsar Consul belli socialis exordio sequetur.

* M * Plautius M. f * L. n * Hupsæus. Cuius pater Cos. an. DCXXIIX. fuerat. Hic studiosus eloquentiæ, & inter patronos caussarum est habitus: sed non orator, ob imperitiam iuris, vt censet L. Crassus orator apud Ciceronem de Oratore libro primo.

Patronus caussarum, sed non orator, cur.

* Cn * Bæbius * Cn. f. Cn. n. Tamphilus * Tribunus plebis posteà reperietur cum L. Saturnino.

A. Nonius //. f. //. n * Sufenas * Hunc designatum Tribunum plebis, hortatu competitoris L. Saturnini occisum dicemus. Non obscuræ, vt apparet, gentis ac familiæ. Hunc enim ἐπιφανῆ ἄνδρα, virum scilicet illustrem fuisse scribit. Et huius fortè frater videri poterit Sex. Nonius Sufenas, quem discimus ex Plutarcho natum fuisse ex sorore L. Sullæ Dictatoris, vt suo loco posteà demonstrabo.

C. Sergius * M. f. M. n. Silus * Orata. Diuitiis & summo luxu famosus, qui primus pensilia balnea excogitauit, primus ostrearum viuaria in Baiano sinu instituit, ætate L. Crassi oratoris ante Marsicum bellum: nec gulæ caussa, sed auaritiæ, magna vectigalia tali ex ingenio suo percipiens, vt pulchrè Plinius naturalis historiæ libro nono cap. LIV. item Macrobius Saturnaliorum tertio cap. XV. Fuit autem L. Crasso propter splendorem & gulam familiaris & amicus, vt colligimus ex Ciceronis de Officiis libro tertio, & de Oratore lib. I. Oratę quidē agnomen est adeptus, vt vult Macrobius, quòd ei & pisces, qui oratæ vel auratæ vocantur, charissimi fuerint. Auctorem adducit M. Varronem, asserentem, eodē modo Licinios à piscibus Murenas appellatos, quo Sergius Orata est agnominatus. Aliam eius caussam adfert Festus ex Verrio Flacco, ni fallor; Oratam dicēs piscem ab auri colore vocari, eò quòd rustici aurum, orum dicebant; vt auriculas, oriculas. Itaque Sergium quoque quemdam prædiuitem, quòd & duobus annulis & grandibus vteretur, Oratam esse appellatum. Duplici igitur de caussa Sergius hic Orata vulgari agnomine dictus fuit, tam à piscibus, quàm ab annulis: poterit videri patruus L. Catilinæ.

Gula luxuq; famosus.

Orata cur sit appellatus.

M. // . //. f. //. n. Cornutus. Hunc inter Prætorios legatos belli gerendi peritissimos recenset Tullius in oratione pro M'. Fonteio, atque inter primos cum L. Cinna & L. Sulla; qui sub Consulibus bello sociali ordines duxere. Hunc igitur eumdem Cornutum puto fuisse, qui tertio post sociale bellum anno inter ciuitatis principes proscriptus in tugurio villæ latitans, seruorum suorum fide ac industria à morte seruatus est: qui cadauer aliud rogo impositum cremarunt, ac militibus Cornutum ad cædem quærentibus mœsti hoc ostendentes, persuasere, heri laqueo, ne in hostium manus veniret, præfocati corpus esse. Quod pulchre narrat Appianus ciuilium bellorū libro primo. Plures Cornutorum magistratus reperimus postea; sed cuius gentis fuerint, in obscuro nobis manet,

Fide seruorum saluus.

cùm

cùm hos Tullius & alij veteres prænomine & cognomine tantùm exprimant. In Sulpiciæ gentis antiquissima Camerina domo patricia fuisse Cos. reperio in Fastis anno CCLXIII. Ser. Sulpicium Camerinum Cornutum, nec alium quempiam posteà.

L. Acilius * M'. f. M'. n. Balbus * Hunc autem cum L. Scipione obsessum Æserniæ, seruili habitu bello Marsico elapsum effugisse diximus ex Appiano Alexandrino.

Prouinciæ prorogatæ.

Q. Seruilius Q. f. Cn. n. Cæpio. Procos. Galliam. Narb. prorogato. in. annum. imperio. obtinuit. Res, vt dixi, infelicissimè contra Cimbros gessit, prælio fusus, & castris exutus; eamque ignominiam Romano nomini deûm ira obuenisse creditum est, quòd Cæpio religioni populum Romanũ obstrinxisset, auro sacro Tolosæ direpto, quemadmodum suo loco diximus. Huic itaque primo post Tarquinium Superbum regem imperium est abrogatú, vt auctores sunt Liuius lib. LXVII. & Pædianus in Cornelianam. Addit Liuius, Cæpionem, cuius temeritate clades accepta erat, secundum populi Romani iussionem bonis publicatis damnatum fuisse; quod non hoc simul anno, sed decennio postea contigisse puto; cùm à C. Narbone plebis Tribuno maiestatis reus cùm ob alia, tum ob hanc maximè cladem acceptam factus esset. *Sacrilegium punitur Cæpi. Imperium illi abrogatũ.*

C. Marius C. f. ‖. nepos. Procos. Numidiam. prorogato. imperio. obtinuit. Iugurtha rege capto, belloque in Numidia confecto, cum extremo primùm anni, Numidiæ regna constituisse videtur, decem ni fallor legatorum ex sententia. Nam Sex. Rufus scribit, Numidiam, Iugurtha rege per Metellum attrito, per Marium capto, in potestatem pop. Rom. peruenisse. non tamen mox in prouinciæ formam fuisse redactam constat. Nam Bocho Mauritaniæ regi ob Iugurtham deditum ex promisso L. Sullæ Quæstoris Numidiæ pars ea, quæ Massæsulorum vocatur, & Mauritaniam attingit, donata est, & Mauritania noua deinde dicta. Quæ verò Carthaginensium finibus propinquior, Massulorum regio, Massanissæ regis fidissimi ac amicissimi heredibus, ni fallor, proximis attributa fuit, vt ex Plutarchi Mario, & Appiano Alexandrino colligimus. Nam Plutarchus Hiempsalem, Appianus Mandrestalem Numidiæ post Iugurtham regulos nominat; ad quos C. Marij filius cum ducibus aliquot proscriptis confugerat; si Appiani interpretes non fefellerit locus ille satis obscurus, vbi sic in Græco legitur exemplari, quod edidit Henricus Stephanus, οἱ ὡς μὲν ἀνδρες ἐσθλοί. Eumdem enim Hiempsalem appellare videtur Plutarchus, cum eamdem fere narret historiam, sed aliquantò latiùs. C. Marius Procos. in. Numidia manens Romæ comitiis Consularibus, postquam bellum confectum, & Iugurtham vinctum Romam adduci nuntiatum est, absens legibus solutus Consul iterùm est creatus in annum sequentem, & ei prouincia Gallia extra sortem est decreta. Idque propter Cimbrici belli metum, quo post tantam cladem omnis Italia contremuerat, vt ait Sallustius. Igitur populus Romanus non magis idoneum repellendis iis hostibus imperatorem, quàm C. Marium tunc est ratus. Qui constitutis in Africa rebus, sub finem anni Romam ad triumphum & ad alterum Consulatum concessit: auctores sunt Liuius, Plutarchus, Sallustius, Velleius, & alij plures. *Numidiæ regna constituta. Bochi Mauri perfidiæ præmium. Massanissæ regis heredibus Massulorum regnum datum. Appiani Alexandrini locus. C. Marius absens Cos. II. creatur.*

‖. ‖. ‖. f. ‖. n. ‖. Galliã. Cisalp. ‖. ‖. ‖. f. ‖. n. ‖. Asiam

‖. ‖. ‖. f. ‖. n. ‖. Hisp. citer. ‖. ‖. ‖. f. ‖. n. ‖. Hisp. vlter.

Pro. Prætoribus. prorogato. imp. obtinuêre.

In Hispania autem vlteriore Lusitani hoc anno rebellarunt, & exercitus Romanus cladem accepit, vt Iulius Obsequens inter prodigia annotauit.

M. Domitius * Cn. f. M. n * Caluinus. [Q. Næuius Q. f. Q. n. Matho]

[P. Aquillius P. f. P. n. Gallus] [M. Sergius M. f. M. n. Silus]

Pro. Quæstorib. fuêre.

L. Cornelius L. f. P. n. Sulla. Qui. posteà. Felix. appellatus. est. C. Marij. Procos. in. Numidia. Cuius & militiam anno insequenti sequutus est in Gallia legatus Proquæstore contra Cimbros: vbi Tectosagorum ducem Copillum cepit, vt auctor est Plutarchus in eius vita. Velleius Paterculus historiarum secundo scribit Sullam in ea legatione sub Mario eminentissimos hostium duces fudisse, & ex successu animum sumpsisse. Meminit & Auctor de viris illustribus.

‖. ‖. ‖. f. ‖. n. ‖. P. Rutilij Cos. in. Italia. Ostiensis.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Seruilij Procos. in. Gallia. Narb.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Gallia. Cisalpina.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Asia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Hisp. citer.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Hisp. vlter.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Sicilia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. * Lucerinus *

L. Appuleius * L. f. L. n * Saturninus. C. Valerius * L. f. C. n * Flaccus.
[T. Cicereius T. f. C. nepos] Mam. Æmilius * M. f. M. n * Lepidus.
M. Bæbius * A. f. A. n. Sulca * C. Numitorius * C. f. C * nepos.
Q. Seruilius * Cn. f. Cn. n * Cæpio. [C. Flaminius C. f. C. nepos]
L. Cornelius * C. f. Cn. n * Scipio * Hispallus *

ANNO P. R. C. DCXLIX.

C. Marius C. f. //. nepos. Cos. II. anno. DCXLIX.
de. Numideis. &. rege. Iugurtha. Kal. Ianuarieis.

C. Marius capto per L. Sullam Iugurtha rege, & in vinculis iam sibi tradito, Numidiaque in potestatem populi Rom. redacta; hoc demum anno secundum Consulatum initurus Romam rediit, atque ipsis Kal. Ianuariis magna gloria amplissimum triumphum duxit: Iugurtham regem catenis onustum cum duobus filiis egit ante currum, qui post triumphum mox in carcere necatur. Eius autem interitum graphice nobis depingit Plutarchus in Marij vita; Iugurtham in triumpho ductum excidisse rationis calliditatisque suæ potestate. In carcerem coniecto cùm quidam vestes detraherent, alij inaurem auream, aure simul rescissa, diuellerent, nudumque detruderent in barathrum: vultu in risum verso, Hercules, inquit, quàm frigidum nobis hoc balneum est. Vbi per sex continuos dies cum fame colluctatus tandem expirauit, & dignas sceleribus suis pœnas pependit. Cognoscimus ex Appiano Alexandrino ciuilium bellorum libro primo, filios eius duos non necatos, sed in custodia seruatos fuisse. Apud hunc enim legimus, Sex. Iulium Cæsarem Consulé bello Marsico Numidas equites, qui inter Regum auxilia tunc apud ipsum erant in exercitu, tamquam suspectos in Africam remisisse, eò quòd crebra tamquam ad Regem suum facerent transfugia; cùm C. Papius hostium dux Oxintam Iugurthæ regis filium Venusina, quia seruabatur, custodia eductum, purpuraq; indutum, his ostentaret. Auri verò septem ac tria milia pondo Marium detulisse in ærarium; argenti non signati quinque milia septingenta septuaginta quinque pondo; signati ducenta octuaginta septem milia denariûm, apud Plutarchum legimus. Vide insuper Liuij Epitomen libro LXVII. Sallustium & Velleium: item L. Florum lib. III. cap. I. Auctorem de viris illustribus cap. LXVII. Orosium, Eutropium, & alios qui triumphi huius mentionem faciunt. De eodem ita Plinius scribit libro XXXIII. cap. I. vbi de annulorum vsu multa. Triumphauit de Iugurtha C. Marius, sed aureum annulum non ante tertium Consulatum sumpsisse traditur. Triumphum quoque Marij signauit in argenteis denariis L. Sulla Proquæstore, vt verisimile est ex manubiis ad remunerandos milites. In his videtur Consul in quadriga cum palmæ ramo in vna facie, & eius hoc titulo, C. MARIVS. C. F. COS. II. In altera Iouis Victoris laurea coronatum caput cum hisce litteris, L. CORNEL. SVLLA. PRO. Q. Peracto triumpho Marius Consul triumphali in habitu venit in Senatum, quod cum nemo fecisset antea, latum à Patribus ægrè: mox vbi sensit, discedens sumpta toga prætexta rediit, vt auctor est Plutarchus. Meminit Liuiana Epitoma libri LXVII. & item C. Marij rerum gestarum elogium antiquum, quod in eius secundo triumpho adferemus, in cuius extremo tabulæ fragmento legimus Marium, VESTE. TRIVMPHALI. CALCEIS. PVNICEIS. //. //. //. Reliqua desiderantur.

Iugurtha rex cum duobus filiis ante currum ductus, & in carcere necatus.

Filij non necati.

Oxinta filius Iugurthæ custodia elapsus.

Aurum atque argentum translatum.

Denarij triumphales.

Insitatum, ingratum ac scandalosum.

ANNI P. R. C. DCXLIX.

Consules.

C. Marius C. f. // . nepos. II. C. Flauius T. f. // . n. Fimbria.

SIC nominat Consules eius anni Cassiodorus, tabulæ Græcæ, sicut & Cuspiniani Latinæ Marium iterùm & Fimbriam subijciunt. In Obsequente de prodigijs, & Pædiano perperam C. Marius & C. Flaccus leguntur, pro C. Flauius. Posteà tamen in fine secundæ orationis pro C. Cornelio habentur C. Marius iterùm & C. Fimbria. Apud Valerium Maximum libro VII. cap. II. mendosè L. Fimbria Consularis scriptus est, & in quibusdam exemplaribus Licinius Fimbria fœdiore mendo: non enim Consularem alium Fimbriam, quàm hunc, cuius item meminit Cicero Officiorũ libro tertio, nullum illi prænomen addens, & satis existimans, Consularem hunc appellasse, & honoris titulo ab aliis eiusdem nominis distinxisse. *Valerij Max locus.*

C. Mario Consuli legibus soluto, quæ in magistratibus dandis absentium habere rationem, vel eumdem intra decennium reficere vetabant, populus etiam extra sortem Galliam Narbonensem cum bello Cimbrico prouinciam esse iussit: sic C. Flauio collegæ, vt tunc moris erat, Italia remansit: C. Mario concessum propter belli Cimbrici difficultatem ex duobus præcipuis, qui in promptu erant, exercitibus, quem vellet eligeret. *Legibus solutus Marius* De qua re sic Frontinus disertè Stratagematum libro quarto: Cn. Marius, cùm facultatem eligendi exercitus haberet, ex duobus qui sub Rutilio, & qui sub Metello, ac posteà sub seipso meruerant, Rutilianum quemdam minorem, qui certioris disciplinæ arbitrabatur, præoptauit. Sed hæc quidem aliquantò pleniùs ac elegantiùs ex manuscripto veteri codice Iacobi Susij doctissimi humanissimique viri Mechliniæ me quondam correxisse memini: C. Marius Cos. cùm facultatem eligendi exercitus haberet, ex duobus qui sub Rutilio, & qui sub Metello, ac posteà sub seipso meruerant, Rutilianum minorem quidem, sed quia certioris disciplinæ arbitrabatur, præoptauit. *Prouinciarũ & exercituũ distributio ex Marij voluntate.*

Prodigia multa eius anni atque insequentis narrat Iulius Obsequens, additque fugitiuos & desertores in Thurinis regiones vastasse. Atque interim Cimbri, fusis Romanorum exercitibus, cùm omnia, quæ inter Rhodanum ac Pyrenæum sunt, vastassent, per saltum in Hispaniam transgressi multa ibidem loca populati sunt: auctores sunt Liuius libri LXVII. Epitoma, Plutarchus in Mario, Iulius Obsequens, & alij. C. Marium Cos. intereà bellum in Gallia cum Tectosagibus gessisse, Plutarchus indicat; L. Cornelium Sullam legatum eius in hoc secundo Consulatu Copillum regem Tectosagum cepisse scribens in Sullæ vita. Sic Auctor de viris illustribus cap. LXXV. tradit Sullam legatum bello Cimbrico & Teutonico bonam operam nauasse. *Prodigia varia.* *Cimbri victores in Hispaniam pergunt.* *Res gestæ Marij.* *Copillus rex à Sulla captus.*

Prætores.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Vrbanam. & Peregrin. iurisdictiones. sortiti. obtinuère.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstiones. rerum. capitalium. sortiti. obtinuère.

A. Postumius * Sp. f. Sp. n * * Sp. M. Fuluius * M. f. Q. n.
Albinus. Nobilior *

* C * Seruilius * C. f. C. n. C. Manilius * C. f. C. n *
Casca * Limetanus.

* C * Calpurnius * L. f. C. n * M. Antonius C. f. * M *
Piso. nepos.

Extant argentei pulcherrimi M. Antonij oratoris cum Iunonis in pelle caprina, sicut à Tullio de nat. deorum describitur; deæ scilicet capite, iuxta quod tripes foculus ad sacra libanda. Et in altera parte cum deæ simulachro hastam vibrante, dracone, & sella matronali. Adscriptum est ita nomen, M. ANTONI. C. F. P. Sic nobis significare nummus iste videtur, M. Antonium C. f. Prætorem Lanuinæ Iunonis ædem ac sacra publica magnificè instaurasse, reique memoriam in denarijs ita publicari curasse. *Nummus in M. Antonij oratoris Prætura cusus.*

Prætores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //.Galliã.Cisalp. //. //. //. f. //. n. //. Asiam
//. //. //. f. //. n. //. Hisp.citer. //. //. //. f. //. n. //.Hisp.vlter.
//. //. //. f. //. n. //.Macedoniam. //. //. //. f. //. n. //. Illuricum

Prouincias . sortiti . obtinuêre.

C. Meminius * C. f. C. n. Gallus * M. Gratidius //. f. //. nepos.
L. Valerius * L. f. C. n * Flaccus. C. Bæbius * Q. f. Q. n. Sulca *
L * Veturius L. f. L. n * Philo. C. Cosconius * M. f. M * nepos.

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Crescunt insani sumptus ludorum. Munera cur vocentur. Gladiatorũ familiæ ad ludos empta.

C. Aurelius * f. C. n * Scaurus. Ad insanas impensas vsque munera Ædilitia hoc sæculo increuisse animaduertimus captandæ popularis auræ caussa: quæ non ineptè munera vocabantur, quòd cum populus Romanus spectaculis tamquam munere quodam capiebatur, & inescabatur ad largiendos curules magistratus, imperia, & prouincias. Hinc vsu tum quoque receptum est, vt Ædilitatem curulem petituri, quorum in primis erat ludos quosdam solemnes edere, si ad Præturam atque maiores magistratus aspirabant, familias gladiatorum magna pecunia coëmptas maioribus etiam sumptibus priuatim alerent, atque sub doctoribus siue lanistis arte dimicandi peritis instruerent. Colligere possumus igitur, C. Aurelium Scaurum ambiisse Ædilitatem anno superiore, cùm P. Rutilius Cos. ex eius ludo gladiatorum doctores aut lanistas vocari iuberet: vt arte dimicandi gladiatoria castris primum inuecta, tironem ac rudem militem nuper conscriptum eadem arte instrueret, & ad congressus statariasque pugnas peritiorem redderet. Quod pulchrè narrat inter exempla militaris disciplinæ Valerius Max. memorabilium libro secundo, capite tertio. Cuius verba sunt hæc: Armorum tractandorum meditatio a P. Rutilio Consule Cn. Mallij collega militibus est tradita. Is nullius ante se imperatoris exemplum sequutus, ex ludo C. Aurelij Scauri doctoribus gladiatorum accertitus, vitandi atque inferendi ictus subtiliorem rationem legibus ingenerauit: virtutemq́, arti, & rursus artem virtuti immiscuit; vt illa impetu huius fortior, hæc illius sciẽtia cautior fieret. Hæc ita Valerius. Itaque prima hinc origo campidoctorum, quod nomen & officium deinde castris inductũ, ac honoratius fuit. Sed perperàm campiductores appellantur apud scriptores, librariorum ni fallor scriptorum errore, Lampridiũ scilicet, Marcellinum Ammianum, atque Vegetium: cùm in antiquis marmorum inscriptionibus semper rectiùs, CAMPI. DOCTORES. vocentur. De quibus in epigrammatum antiquorum scholiis edendis aliquantò latiùs egi. Porrò Romæ postea ludi atq; scholæ plures diuersis in locis publicè sunt exstructi, quemadmodũ ex P. Victore de regionibus vrbis constat.

Ex Scauri ludo cur P. Rutilius Cos. lanistas in castra vocarit.

Campidoctores in exercitu deinde.

Ludi & scholæ gladiatoria plures Romæ.

C. Cœlius * f. L. n * Caldus. Sp. Thorius //. f. //. n * Balbus *
L. Manilius //. f. //. n. Mancinus.

Tribuni plebis.

Cassiæ leges.

L. Cassius L. f * L. n * Longinus. Qui plures hisce C. Mario II. & C. Flauio Coss. ad minuendam nobilitatis potentiam tulit. In quibus hanc etiam:

Vti.quem.populus.damnasset.cuive.imperium.abrogasset.in Senatu.nec.esset. Tulerat autem maxime propter simultates cum Q. Seruilio, qui ante biennium Consul fuerat: & cui populus, quia malè aduersus Cimbros rem gesserat, imperium abrogauerat. Sic Pædianus Asconius in Cornelianam Ciceronis est corrigendus, vbi in vulgatis exemplaribus nomina sunt vitiata, & pro Flauio, Flaccus; pro Seruilio, Cæcilius mendosè sunt positi.

Pædiani locus.

Cn. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus. M. Iunium Silanum, qui quinquennio antè Consul fuerat, maiestatis reum fecit, quòd iniussu populi rem malè cum Cimbris gessisset: idque principium fuisse calamitatum criminabatur, quas eo bello populus Rom. accepisset. Itaque de reo tabellam quoque dedit. Sed plenissime Silanus absolutus est,

M. Silanus Consularis maiestatis reus absolutur.

est,nam duæ solæ tribus eum,Sergia & Quirina,damnauerunt. Meminit Tullius in orationis pro Cornelio de maiestate fragmento; cuius verba sic declarat Pædianus, vt iam ferè dixi; addens hunc Cn. Domitium Tribunum plebis fuisse, C. Mario II. C. Fimbria Coss. ante duodequadraginta annos, quàm Cicero C. Cornelium maiestatis reum defendit; quod anno vrbis DCXXCVIII. L. Cotta & L. Torquato Coss. contigit, eodem Pædiano teste. Sunt igitur anni XXXVIII. intermedij inter hunc, quo Cn. Domitius Tribunus plebis fuit, & dictum DCXXCVIII. Ceterùm Velleius Paterculus historiarum lib. II. Cn. Domitium Tribunum legem de sacerdotiis per populum dandis tulisse vult anno sequenti sexcentesimo quinquagesimo, quo Marius III. Cos. cum L. Oreste fuit. Quòd si ita se res habet, C. Cornelius ipso duodequadragesimo anno post Domitij Tribunatum defensus est.

M. Scaurus princeps Senatus reus ad populum religionis neglectæ.

Idem Domitius Tribunus plebis M. Æmilium Scaurum principem Senatus atque ciuitatis non dubitauit in iudicium populi vocare, & multam irrogare, quòd eius operâ sacra multa populi Romani deminuta esse diceret. Crimini dabat, sacra publica populi Romani deum Penatium, quæ Lauinij fierent, operâ eius minùs rectè casteque fieri. Meminit Tullius in orationis fragmento pro M. Scauro filio; vbi hæc ita narrat commentator Pædianus, & addit iratum Scauro Domitium fuisse, quòd eum in Augurum collegium non cooptarat. Cuius rei opprimendi cùm summo studio flagraret Domitius, Scauri tamen seruum, delationes & criminum indicia clanculùm contra dominum offerentem, ob perfidiam non solùm repudiauit, sed vinctum etiam ad aduersarium deduci iussit. Hoc tam laudabile Domitij factum inter iustitiæ exempla memorat eleganter Valer. Max. libro VI. cap. V. Meminit pulchrè Tullius in oratione pro rege Deiotaro.

Domitij integritas.

Domitia lex de sacerdotiis à populo conferendis.

Religioni solerter prouisum.

Legem de sacerdotum comitiis tulit, Vti. sacerdotes. quos. anteà. conlegæ. sufficiebant. populus. deinde. crearet. Vti. absentium. quoque. ratio. in. iis. comitiis. haberi. posset. Obstante tamen religione, cùm ab vniuerso populo creari non possent sacerdotes, ita cauit, Vti. septemdecim. tribus. minor. scilicet. pars. populi. vocaretur. Ab. ea. parte. qui. esset. factus. is. à. collegio. cooptaretur. Itaque quod fieri fas fuit, quoad potuit religioni satisfecit, & populo potestatem mandandorum sacerdotiorum dedit, nec collegiis cooptionem ademit. De qua re vide quàm eleganter Cicero in agraria secunda contra Rullum disserat ad populum. Meminit legis istius Velleius, vt dixi; item Dio historiæ Romanæ libro XXXVII. Hac quidem lege non diu posteà latorem ipsum Domitium populi suffragio creatum fuisse constat Pontificem Max. ex Liuij compendio libri LXVII. & Valerio Maximo priùs citato loco, qui scribit, quòd Domitium populus cùm propter alias virtutes, tum hoc nomine libentius & Consulem, & Censorem, & Pontificem Max. fecerit. Absentem verò C. Marium lege Domitia factum Augurem cùm esset in Cappadocia, testatur Cicero in epistola ad M. Brutum ordine quinta. Sic & C. Cæsarem, cum esset in Asia, Romæ populi suffragiis Pontificem creatum, Velleius auctor est. Porrò Cn. Domitium hunc atauum fuisse Neronis Imperatoris Cæsaris, nos docet Suetonius Tranquillus, vbi Domitiæ gentis illustres recenset: „Atauus (inquit) Cn. Domitius in Tribunatu Pontificibus offensior, quòd alium „quàm se in patris sui locum cooptassent, ius surrogandorũ sacerdotum à collegiis ad po„pulum transtulit. Suffragatur Cicero in Corneliana apud Pædianum, dicens Domitium eripuisse potentissimorum hominum collegiis cooptandorum sacerdotum potestatem.

Domitius sua lege Pontifex Max. creatus.

Sic C. Marius absens Augur.

Et C. Cæsar. Pont. Max.

Atauus Neronis imp. hic Cn. Domitius fuit.

Seruilia lex de iudiciis.

Et de repetundis.

C. Seruilius C. F. C. N. Glaucia. Legem de iudiciis tulit, Vti. contra. Q. Cæpionis. legem. Seruiliam. equites. soli. ex. lege. Sempronia. iudicarent. Cuius legis beneficio, vt ait Tullius in Bruto, sibi deuinxerat equestrem ordinem. Alteram de repetundis tulit: in qua quidem hoc noui, Vti. comperendinaretur. reus. Nam anteà vel iudicari primò poterat reus, vel ampliùs pronuntiari, id est, non liquet. Tum enim is solus, in cuius actione latebat obscuritas, caussam retractare iubebatur: verùm in comperendinatione caussam iterùm ambæ partes dicebant, & prior reus, deinde accusator audiebatur. De qua re latiùs Cicero in Verrem actione tertia, & in eamdem Pædianus: Erat & legis eiusdem caput, quòd iubebat repetũdas pecunias persequi ab his etiam, ad quos illæ, quas damnatus ceperat, peruenere. Meminit Cicero in Postumiana, docetque caput istud legis Seruiliæ posteà translatum fuisse in Corneliam & Iuliam de repetundis leges. Aliud insuper huius caput fuisse videtur, Vti. Latini. (id est fœderati) damnatione. ciuis. Romani. ciues. ipsi. possent. fieri. Auctor est in Balbiana Cicero, qui legem acerbissimam vocat, qua principes viri, grauissimi & sapientissimi ciues patêre fœderatis viam ad ciuitatem populi iussu passi sunt, neque Licinia Mucia lege posteà

Comperendinatio.

Caput alterum legis.

repre-

reprehensum hoc fuisse dicit; cùm præsertim genus ipsum accusationis, & nomen, & præmium eiusmodi, quod nemo assequi posset, nisi ex Senatoris calamitate, neque Senatori, neque bono cuiquam nimis iucundum esse posset. Quibus verbis Cicero nobis ostendit, legem istam Seruiliam de repetundis esse, ac etiam ante Liciniam Muciam latam: cùm caput istud Seruiliæ grauissimi ac sapientissimi latores in sua, quam nono pòst anno tulere, de peregrinis ac ciuibus regundis lege non reprehenderint; atque declaret, præmium accusatoris peregrini fuisse calamitatem Senatoris, qui prouinciam obtinuerat. Eadem iam dicta lege Seruilia de repetundis posteà reus est factus princeps Senatus M. Æmilius Scaurus, vt suo loco latiùs dicemus ex Cicerone & Pædiano.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	

L. Marcius Q. f. Q. n. Philippus. Legem agrariam promulgauit, & ferre conatus est Gracchanæ similem: sed principum ciuitatis auctoritate motus à sententia, eam non pertulit. De qua re Cicero Officiorum libro secundo sic censet: In primis autem videndum erit ei, qui remp. administrabit, vt suum quisque teneat, neque de bonis priuatorum publicè diminutio fiat. Perniciosè enim Philippus, in Tribunatu cùm legem agrariam ferret; quam tamen antiquari facilè passus est, & in eo vehementer se moderatum præbuit. Sed cùm in agendo multa populariter, tum illud male, non esse in ciuitate duo milia hominum, qui rem haberent. Capitalis oratio ad æquationem bonorum pertinens, qua peste quæ potest esse maior? Hæc tantùm de Tribunatu plebis L. Philippi, & eius actis reperio.

Marcia lex de agris promulgata tantùm.

L. Philippi seditiosum dictum.

L. Hortensius * L. f. L * nepos.	M. Herennius C. f. / . nepos.
C. Luscius //. f. //. n. Ocrea.	[C. Gallius C. f. //. n. Lupercus]
[C. Caninius C. f. C. n. Rebilus]	[M. Caninius M. f. M. n. Rebilus]

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. C. Marij Cos. II. in. Gallia. Narb.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Gallia. Cisalp.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Hisp. citeriore.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Hisp. vlteriore.
//. //. //. f. //. n. //. * Lucerinus *

L. Porcius M. f. M. n. Cato. M. Catonis Salloniani filius, Gellio teste libro Noctium Atticarum XIII. cap. XVIII. atque patruus M. Catonis, quem Vticensem appellant, cuius pater M. Cato post Tribunatum plebis Præturam petens, vt Gellius ait, mortem obiit. Hic L. Cato Consul factus bello Marsico interiit, vt suo loco dicemus. Extant argentei cum planetarum signis, Solis radiato capite in vna parte, & Luna corniculata media inter quinque stellas. subscriptum nomen, L. CATO. M. F.

C. Claudius Ap. f. Ap. n. Pulcher. Ap. Claudij Pulchri, qui de Salassis triumphauit, filius alter fuisse videtur. De quo sic Tullius in Bruto de claris, vbi de M. Herennio & L. Philippo Consularibus. Eodem, inquit, tempore C. Clodius, etsi propter summam nobilitatem & singularem potentiam magnus erat, tamen etiam eloquentiæ quamdam mediocritatem adferebat. Ordine magistratuum peruenit ad honores amplissimos.

L. Valerius * L. f. L. n * Flaccus. Non ille Consularis, Censorius, princeps Senatus, ac magister equitum: sed pater L. Flacci, quem ex Prætura repetundarum reum M. Cicero defendit oratione, quæ nunc inter alias extat, in qua testatur hunc Ædilem curulem, Prætorem, & Consulem fuisse, quemadmodum suis locis constabit.

Q. Pompeius Q. f * Q. n * Rufus. Qui Cos. cum L. Sulla, & eius affinis est factus: nam Sullæ filia Q. Pompeij huius filio iuncta matrimonio fuit. Temporis interuallum indicat Q. Pompeij Censorij ac Consularis nepotem fuisse, qui primus ex ea familia per inimi-

inimicitias nobilium ad summos honores ascendit, vt suprà suo loco diximus. Patrem habuisse hunc, de quo nunc agimus, Q. Pompeium Rufum, quem Tribunum plebis anno DCXXI. fuisse docuimus, monstrant antiqui denarij in Consulatu eius cusi, in quibus Quincti filius appellatur.

Sex. Tidius * M. f. Sex * nepos. Homo loquax sanè, & satis acutus: sed tam solutus & mollis in gestu, vt saltatio quædam nasceretur, cui saltationi Titius nomen est inditum, quòd eius ridiculos gestus hæc exprimeret: auctor Cicero in Bruto. *Titius genus saltationis ridicula.*

Q. Calidius //. f. //. nepos. Clarus sua lege qua Q. Metellum Numidicum ab exilio reuocauit. Insuper ad Præturam peruenisse tardiùs, posteà dicemus.

C. Canuleius * C. f. L. n. Diues. * C. Geminius //. f. /. nepos.

Prouinciæ f. prorogatæ.

//. //. //. f. //. n. //. Siciliam. //. //. //. f. //. n. //. Sardiniam
//. //. //. f. //. n. //. Africam. //. //. //. f. //. n. //. Achaiam

Pro. Prætorib. prorogato. imp. obtinuêre.

M. Licinius * M. f. P. n * Crassus.

T. Albucius //. /. nepos. Hunc autem pro Prætore rem in Sardinia cum Mastrucatis latrunculis gessisse, testatur Cicero in oratione de prouinciis Consularibus. Constat igitur, imperium illi in hunc annum cum aliis prorogatum fuisse.

M'. Aquilius M'. f. M'. nepos. Ser. Fuluius * Ser. f. Q. n * Flaccus.

Pro. Quæstoribus. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. C. Fimbriæ Cos. in. Italia. Ostiens.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Sicilia.
Cn. Pompeius Sex. f. Cn. n. Strabo. T. Albucij Propr. in Sardinia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Africa.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Asia.
//. //. //. f. //. n. //. Calenus.

L. Appuleius * L. f. L. n * Saturninus
Q. Seruilius * Cn. f. Cn. n * Cæpio.
A. Nummius //. f. //. n * Gallus *
C. Sergius * M. f. M. n. Orata.
Silus * M. //. //. f. //. n. Cornutus.
Mam. Æmilius * M. f. M. n * Lepidus.
L. Acilius * M'. f. M'. n. Balbus *

ANNI P.R.C. DCL.

Consules.

C. Marius C. f. //. nepos. III. L. Aurelius L. f. L. n. Orestes. In. magistratu. mort. est.

CONSVLES sequuntur in Cassiodoro & Mariano, C. Marius III. L. Aurelius Orestes: in tabulis Græcis & Cuspiniani Marius III. & Orestes.

In hoc tertio Marij Consulatu, vt Plinius libro II. cap. LVII. narrat, ab Amerinis & Tudertibus arma cælestia inter se ab Ortu & Occasu concurrentia pugnare visa sunt, & quæ ab Occasu venerant, vinci. Quod prodigium inter alia superioris anni refert Iulius Obsequens: vbi tamen is auctor corruptus apparet, duorum annorum omissis Consulibus, prodigia confusè complexus. Addit etiam, quomodo procuratum hoc prodigium fuit. Sed ipsum Obsequentem audiamus, in cuius exemplaribus librarij scriptoris culpa vitia- *Iulij Obsequentis locus.*

vitiatum est oppidi nomen, vt ex Plinij iam adducto loco colligimus; qui ab Amerinis & Tudertibus in Vmbria visum hoc prodigium fuisse scribit; non ab Ariminensibus, vt volunt Obsequentis exemplaria. Adferam igitur in hunc modum verba Iulij Obsequentis, ne à Plinio dissentiant; in quo nulla mendi suspicio est. Sunt autem talia: *Ameriæ canis loquutus, arma cælestia tempore vtroque ab Ortu & Occasu visa pugnare, & ab Occasu vinci, Aruspicum responso populus stipem Cereri & Proserpinæ tulit; virgines viginti septem dona cânentes tulerunt.

*Arimini in vulgatis legitur.

Prouinciæ Consulares Gallia extra sortem & Italia.

Ob Cimbricum bellum, quod protrahebatur, Mario absenti populus Consulatum tertium, & prouinciam Galliam extra sortem dedit, vt nobis ex Plutarcho, Velleio, & Eutropio palam est. Astipulatur pulchrè Cicero de prouinciis Consularibus differens: Inimici, inquit, Marij, non modo illum inimicum ex Gallia sententiis suis non detrahebant: sed & propter rationem Gallici belli prouinciam extra ordinem decernebant. L. Aurelio igitur eius collegæ Italia decreta est.

Nil bello gestum in Gallia.

Cùm Cimbri in Hispania moram traherent, illam latè popularentur, nihil in Gallia dignum memoria bello gestum est. Nam tertium hunc Consulatum à C. Mario in apparatu belli, & exercendis militibus consumptum fuisse scribunt Velleius atque Plutarchus in Marij vita: qui meminit etiam in L. Sullæ vita, ipsum scilicet hoc anno Tribunum militum sub Mario militasse, & populosissimam gentem Marsos (nescio quos) ad belli societatem traxisse. Idem auctor est, L. Aurelium Consulem, cùm instaret comitiorum tempus, diem extremum obiisse: & eam ob caussam C. Marium collegam ad ea habenda Romam profectum, proposito castris M'. Aquilio legato. Tunc ipsum Romæ L. Saturnini Trib. plebis opera quartum obtinuisse Consulatum, vt suo loco dicemus.

L. Sulla Trib. militum

Marius Romam ad comitia.

Prætores.

// // //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Vrbanam. &. Peregrinam. iurisdictiones.

// // //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

// // //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstiones. public. sortiti. obtinuêre.

L. Licinius L. f. L. n. Lucullus. — C. Papirius * L. f. C. n * Maso.

Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Nepos. — P. Licinius M. f. P. n Crassus. Diues.

L. Annius //. f. //. nepos. — C. //. //. f. //. n. Verres.

Reus repetundarum factus est C. Memmius, contra quem testimonium iuratus dixit M. Æmilius Scaurus princeps Senatus: sed damnare reum non potuit, propter suspicionem inimicitiarum inter ipsos quæ fuerant, vt auctores sunt Cicero in oratione pro Fonteio, & ex Cicerone Val. Maximus lib. VIII. cap. v. de testimoniis irritis.

C. Cæsar Strabo orator.

Accusatus est item repetundarum T. Albucius è Sardiniæ Prætura reuersus. Accusauit Sardis rogantibus orator C. Cæsar Strabo, qui in hoc iudicio prima eloquentiæ suæ rudimenta deposuit. Subscripsit accusationi Q. Mucius Scæuula Augur, & in Albucium pro Sardis etiam dixit, vt meminit in Bruto Tullius. T. Albucius damnatus Athenas in exilium abiit. Vide eumdem Tullium diuinatione in C. Verrem, & eius commentatorem Pædianum. Meminit item Cicero de Officiis libro II. & Tusculanarum v. de eius exilio.

Prætores prouinciarum.

Bellum seruile nouum in Sicilia.

* C * Seruilius * C. f. C. n. Casca * Siciliam. sortitus. obtinuit. Vbi bellum seruile denuò motum est. Nam Athenio Cilix seruus pastor interfecto domino familiam ergastulo liberatam sub signis ordinat. Ipse veste purpurea, argenteoque baculo, & regium in morem fronte redimita, non minorem quam fanaticus ille prior Eunus conflat exercitum: acriusque multò etiam, quasi illum vindicaret, vicos, castella diripiens, in dominos; & in seruos infestiùs, quasi in transfugas, sæuiebat. Cum hoc duce Seruilius Prætor malè, castris amissis, rem gessit: auctor est L. Florus historiæ Romanæ libro tertio, cap. XIX.

Seruilius Prætor victus.

* M * Fuluius * M f. Q. n. Nobilior * Hispaniam * citeriorem * sortitus. obtinuit. Cum Cimbris castra contulit, & equites suos iussit succedere ad munitiones

nes hostium: lacessitisque ad pugnam barbaris, simulata fuga, recedere. Hoc cùm per aliquot dies fecisset, auide insequentibus Cimbris, animaduertit castra eorum solita nudari. Itaque per partem sui exercitus continuata lacessendi consuetudine, ipse cum expeditis, post castra consedit hostium occultus: effusisque eis ex more, repente adortus, & desertum proruit vallum, & castra cepit: auctor Frontinus Stratagematum libro secundo cap. v. de insidiis. Qui cùm imperatorem appellet Fuluium, verisimile est, ipsum cum imperio prouinciam obtinuisse, atque post victoriam ab exercitu imperatorem ex more salutatum. Cùm itaque hoc bello Fuluium imperatorem in Italia vel Gallius contra Cimbros rem gessisse non inueniam apud Auctores, quos habemus; ducor ad opinandum, hoc anno ipsum Prætorem Hispaniarum alteram obtinuisse, Cimbrosque ibidem castris exuisse. *Castris exuit Cimbros Fuluius.* *Fuluius imperator acclamatus.*

* C * Calpurnius * L. f. C. n * Piso * Cæsoninus * Macedoniam. sortitus. obtinuit. Thracas subegit, & Rhodopen Caucasumque penetrauit, vt auctor est L. Florus libro III. cap. IIII. Astipulatur Iulius Obsequens, qui prodigiis eius anni annotauit, in Macedonia Thraces subactos esse. *Thraces victi.*

M. Antonius C. f * M * nepos. Asiam sortitus. obtinuit. Cui decretum ex S.C. bellum piraticum cum Proconsulari imperio. Nam, vt ait L. Florus libro III. cap. VI. dum populus Rom. per diuersa terrarum distractus est, Cilices inuaserunt maria; sublatis commerciis, rupto fœdere generis humani, sic maria bello, quasi tempestate præcl[.]serunt. Hos bello compescere visum fuit, quod M. Antonium ex Prætura cum his gessis[.], T. Liuij hæc verba demonstrant libri LXVIII. Epitoma: Antonius Prætor in *Ciliciam maritimos prædones persequutus est. Atque ita legendum esse docet manuscriptum Iacobi Susij exemplar, sicut & rectè correxit locum Sigonius. Sic item corrigendus Obsequens, vbi legimus, piratas in Sicilia à Romanis deletos, C. Mario, Q. Lutatio Coss. perperàm, pro Cilicia. Eumdé Antonium hoc bello habuisse auxilia a Buzantiis fœderatis Romano populo, discimus ex Tacito, qui Annalium XII. scribit, quemadmodum legati horum, præsente Nerone Cæsare, in Senatu commemorarunt eius ciuitatis erga populum Romanum à primo fœdere benemerita, & auxilia in bellis contra Pseudophilippum, Antiochum, Persen, Aristonicum, & piratico bello adiutum Antonium, & quæ Sullæ, aut Lucullo, aut Pompeio obtulissent; mox recentia in Cæsares merita, quando ea loca insiderent. Hæc obiter Tacitus. M. Antonium verò non Prætorem (vt habet Liuianum, nescio an satis correctè, vulgatum libri LXVIII. compendium) sed Procos. prouinciam hanc obtinuisse, testatur ipse apud Ciceronem de oratore libro » primo his verbis: Cùm Proconsule in Ciliciam proficiscens Athenas venissem, complu- » res tum ibi dies sum propter nauigandi difficultatem commoratus. Igitur ipsum cum classe, non terrestri itinere profectum in Asiam atque Ciliciam Antonium, & mari etiam rem gessisse, ex his verbis intelligimus. *Cilices piraticam exercens.* ** Sicilia, in A dinu, & alijs item vulgatis, male.* *M. Antonius Procos. bella contra piratas gessit.*

// // // f. // n. // Sardiniam // // // f. // n. // Hisp. vlter.
Prouincias. sortiti. obtinuêre.

A. Postumius * Sp. f. Sp. n * Albinus. C. Mamilius * C. f. C. n * Limetanus.

Ædiles curules.

Q. Mucius P. f. P. n. Scæuula. L. Licinius P. f. P. n Crassus.

Collegas in hoc magistratu fuisse, quemadmodum in Quæstura & Consulatu, clarissimos istos viros, iam dixi ex Ciceronis Bruto. De eorum quidem hac Ædilitate sic mentionem facit idem Officiorum libro secundo: Paullò post P. Crassum (inquit) L. Crassus cum omnium moderatissimo Q. Mucio magnificentissima Ædilitate functus est. Sic idem Cicero in Verrem sexta, L. Crassi & Q. Scæuulæ Ædilitatem appellat ornatissimam. Quidnam præclaræ rei populo exhibuerint, memoriæ proditum vix reperio: haud vulgaria tamen dedisse spectacula, Auctores duo sunt, qui fidem faciunt. Plinius enim libro VIII. cap. XVI. tradit, leonum simul plurium pugnam Romæ primùm dedisse Q. Scæuulam P. f. in curuli Ædilitate. Et Solinus in Polyhistore, capite XXX. scribit, eumdem Scæuulam P. f. in hac sua Ædilitate primùm edidisse spectaculum ex leontophonis; vt scilicet ostenderet populo, quemadmodum a leonibus interficiantur. Animal illud in Suriæ & Africæ solitudinibus, vbi leonum est frequentia, reperitur corpore modicum: quod adeò pestiferum leonibus esse scribunt Aristoteles & Plinius, vt eius non solùm caro comesta, verùm etiam cineres, velut præsentissimum venenum leones exa- *Pugna leonũ cum leontophonis.*

nimet. Huius igitur animalis cineribus infectas carnes incolæ leonibus obiiciunt, cùm hos perimere volunt. Naturaliter igitur leontophonem odit leo, visumque aggreditur non dentibus aut morsu, sed pedum nisibus dilaniatum occidit: ille contra vrinam aspergens se defendit, sciens & hanc leoni noxiam & exitialem esse. L. Crassum verò suæ istius Ædilitatis gratia ad scænam ornandam peregrini marmoris columnas Romam primùm aduexisse, apud Plinium legimus libro historiæ naturalis XVII. cap. I. vbi sic ait: Iam columnas quatuor Hymettij marmoris Ædilitatis gratia ad scænam ornandam aduectas in atrio domus eius statuerat, cùm in publico nullæ essent marmoreæ. Sic ibidem Plinius; ex quo colligimus, Crassum postquam his vsus in Ædilitate sua fuerat, eas mox ad ornamentum domus suæ transtulisse, additisque duabus similibus, porticum siue propylæum atrij sui adornasse. Quæ domus cùm esset in Palatio, Crassus ab aduersario suo M. Bruto vehementi accusatore (vt hunc Tullius in Bruto vocat) Palatina Venus vocari cœpit: quia primus peregrini marmoris Romanæ columnas priuatim haberet, vt idem Plinius pulchrè libro XXXVI. cap. III.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

P. Sestius * L. f. L * nepos.   C. Fonteius * M'. f. M'. n * Capito.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Sex. Pompeius Sex. f. Cn. nepos.   M. //. M. n * Perperna.

L. Cosconius M. f * M * nepos.   [C. Aquillius P. f. P. n. Gallus]

[C. Flaminius C. f. C. nepos]   [A. Sempronius Ti. f. A. n. Musca]

[M. Atilius L. f. M. n. Regulus]   [P. Atilius A. f. C. n. Bulbus]

[Sex. Antistius C. f. C. n. Labeo]   [L. Bæbius L. f. L. n. Diues]

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. * C * Seruili. Pr. in. Sicilia.

//. //. //. f. //. n. //. * M * Fului. Pr. in. Hisp * citer *

//. //. //. f. //. n. //. * C * Calpurni. Pr. in. Macedonia.

//. //. //. f. //. n. //. M. Antoni. Pr. in. Asia.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Sardinia.

//. //. //. f. //. n. //. Ostiensis. L. Aureli. Cos. in. Italia.

C. Aquillius * L. f. L. n * Gallus. Pater celeberrimi Iurisconsulti hic esse videtur, vt interuallum & ratio annorum insinuat. De ipso Iurisconsulto posteà suo loco. Hunc autem Senatorij ordinis iudicem fuisse constat à Prætore vrbano datum anno DCLXXII. in caussa priuata P. Quinctij, quem Cicero tunc apud eumdem defendit oratione, quæ extat, prima. Non autem facilè persuadeor, Iurisconsultum ipsum hunc fuisse; qui æqualis Ciceronis item tunc adolescens erat, & necdum Quæstorius. Nam hæc caussa fuit acta non diu post translata per L. Sullam Dictatorem ad solos Senatores iudicia. Senator igitur hic C. Aquillius iudex, & magistratibus functus ad minus fuit: qui inter primos Senatores eodem anno, quo iudicia translata fuere, dicto iam iudicio præfuit.

M. Porcius M. f. M. n. Cato. Licinianus. M. Catonis anno DCXXXV. Consulis filius hic fuit, qui post Præturam cùm obtineret Galliam Narbonensem, in prouincia mortuus est, vt auctor est Gellius lib. XIII. cap. XVIII. Sic eius pater in Africa, Consul eam prouinciam sortitus, vt antè suo loco diximus.

L. Iulius L. f. Sex. n. Cæsar. Hic C. Cæsaris Strabonis celeberrimi oratoris frater germanus. Ambo viri insignes magistratibus gestis, qui posteà bello ciuili inter alios optima-

optimates à Marianis proscripti & crudeliter occisi sunt: Lucius post Consulatum, & Caius Ædilitius, vti suis in Annalibus exponetur.

Cn. Octauius Cn. f. Cn. nepos. Cuius eloquentia, vt ait Tullius in Bruto, in Consulatu multis concionibus vehementer est probata. Igitur & hic in eodem magistratu à Marianis, vt dicetur, occisus est. Eius pater Cos. anno DCXXV. fuerat, auus post naualem actum de rege Perse, Consul item fuerat anno DXXCIIX.

P. Seruilius M. f. .. n. Rullus. Hic pater eius P. Rulli, qui Tribunus plebis agrariam nouam legem posteà promulgauit: quam M. Cicero Consul præclaris quæ extant orationibus, ne perferretur, impugnauit atque subuertit. Luxu & diuitiis famosum valdè fuisse, ex Plinij verbis constat: qui historiæ naturalis libro VIII. cap. LI. de hoc ita scribit: *Luxus Roma.*
" Solidum aprum Romanorum primus in epulis apposuit P. Seruilius Rullus, pater eius
" Rulli, qui Ciceronis Consulatu legem agrariam promulgauit. Plebeij sunt igitur in Seruilia gente Rulli isti, vt plures aliæ familiæ. Nec dubium, quin adeò diues ac splendidus equestris ordinis homo magistratus gesserit; cùm etiam, vt apparet, ipsius repeliantur argentei cum Palladis capite, & Victoria bigam regente, & tali inscriptione, P. SERVILI. M. F. RVLL.

C. // * M. f. M. n * Perperna. Hunc reperio nominari inter Senatorij ordinis spectatissimos viros, qui Consulibus P. Rutilio & Sex. Cæsari legati dati prouincias obtinuere, & exercitus duxere, quemadmodum Appianus Alexandrinus ciuilium bellorum primo memorat. Frater M. Perpernæ videtur fuisse, qui Consul & Censor deinde factus est: & ambo filij M. Perpernæ, qui Aristonicum deuicerat, vt annorum interuallum indicat.

A. Plautius //. f. //. n * Siluanus * Cuius Tribuni plebis lex Plotia agraria videtur esse, de qua suo loco latiùs. Et hunc Liuius in breuiario libri LXIV. legatum bello Marsico exercitum duxisse, & Vmbros, qui defecerant, prælio vicisse scribit, vbi A. Plotium nominat, vt & libro LXXX. vbi Plotium bello Mariano cæsum cum exercitu à Samnitibus refert, qui se tunc Cinnæ ac Mario coniunxerant.

C. Milonius //. f. //. nepos. Quem nominat Appianus ciuilium bellorum libro primo inter Senatores factionis Marianæ, qui cum Sertorio & Mario Gratidiano, L. Cinnæ Consuli vrbe per collegam Cn. Octauium pulso, in Campania se coniunxere.

Prouinciæ f. prorogatæ.

//. //. //. f. //. n //. Achaiam. //. //. //. f. //. n. //. Africam
//. //. //. f. //. n. //. Illuricum. //. //. //. f. //. n. //. Galliam. Cisalp.

Pro. Prætoribus. prorogato. imp. obtinuêre.

Ser. Fuluius * Ser. f. Q. n * Flaccus.
M'. Aquilius. M'. f. M'. nepos.
C. Cosconius * M. f. M. * nepos
C. Memmius * C. f. C. n. Gallus *

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. C. Marij Cos. III. in. Gallia. Narbonensi.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Gallia. Cisalp.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Africa.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Hisp. vlter.
//. //. //. f. //. n. //. * Lucerin. * //. //. //. f. //. n. //. Calenus.

L. Valerius * L. f. L. n * Flaccus.
Q. Pompeius Q. f * Q. n * Rufus.
A. Nummius //. f. //. n * Gallus *
C. Sergius * M. f. M. n. Silus * Orata.
Sex. Titius * M. f. Sex * nepos.
C. Canuleius * C. f. L. n. Diues *
C. Geminius //. f. //. nepos.
L. Acilius * M'. f. M'. n. Balbus *

ANNI P. R. C. DCLI.

Consules.

C. Marius C. f. C. n. nepos. IV. L. Lutatius Q. f. * Q. n. * Catulus.

ITA nominant hos Consules Plutarchus in Mario & Eutropius: in Cassiodoro quidem habentur C. Marius IV. & Q. Catulus; in tabulis autem Græcis, Marius IV. & Catullus; perperàm, pro Catulus. Sic eosdem recensent Cicero in oratione pro Archia poëta, & Plinius libro XXII. cap. VI. sed nota quarti Consulatus Mario in iis Auctoribus non additur: ita nec in Obsequente, vbi prodigia, quæ C. Mario, Q. Lutatio Coss. acciderunt, particulatiùs enarrat. Q. Catulum bis repulsam passum fuisse, antequam ad hunc Consulatum perueniret, & C. Serrano & Cn. Manlio Coss. postpositum, superiùs ex Cicerone pro L. Murena, & ex eiusdem Planciana demonstraui.

Bis anteà repulsus Q. Catulus fuerat.

Ambobus Consulibus vtraque Gallia & bellum Cimbricum prouinciæ decretæ. Cùm enim Cimbri à Celtiberis ex Hispania pellerentur, eo nuntio accepto, Consules ambo protinus in prouinciam contenderunt. Quorum C. Marius ad Isaræ Rhodanique confluentes aduersus Teutonas & Ambrones castra posuit; Q. Catulum collegam Cimbris, qui per Noricum irrupturi videbantur, occurrere iubet; qui ad Athesim in campis Raudiis Veronensium ac Alpium faucibus castra tenuit. C. Marij quidem castra Teutones, Tigurini, & Ambrones toto triduo oppugnare non cessant; sed vbi illum exciri ad prælium non posse censerunt, præter vallum eius versus Alpes iter arripuere barbari. Hos tribus agminibus Italiam petentes Marius insequutus, ad Sextias aquas duobus grauissimis prælis vicit; primo Ambrones, nec multò pòst altero prælio Teutones, capto rege eorum Teutobocho, contriuit atque deleuit. In quibus duobus prælis cæsa traduntur hostium ducenta milia, capta nonaginta milia, vt auctor est Liuius. Rex ipse Teutobochus quaternos ac senos equos transilire solitus, vix vnum cùm fugeret, adscendit; proximoque in saltu comprehensus insigne spectaculum præbuit; quippe vir proceritatis eximiæ super trophæa ipsa eminebat, vt L. Florus refert. Orosius occisum in prælio tradit. Ordinem conflictus atque successum vide latiùs apud Plutarchum in Mario, & Paullum Orosium lib. V. cap. XVI. L. Florum lib. III. cap. III. obiter attingunt Velleius, Eutropius, Auctor de viris illustribus in Mario, & Liuiana Epitome libri LXVIII. Ob præclaram istam victoriam C. Marius absens Consul V. in annum sequentem est designatus, & triumphus eidem decretus, quem donec & Cimbros deuicisset, ipse distulit: auctores sunt Liuius, Plutarchus, Eutropius, & alij.

Prouincia Consulares Gallia duæ. Castra Marij ad Rhodanū & Isaram: Q. Catuli ad Athesim. Marius oppugnatus frustrà.

Bis prælio victor Marius. Teutobochus rex captus.

Censs. Q. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus. Numidicus.
C. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Caprarius. Lustr. fec. LXIV.

Verisimile nobis fit ex variis Auctoribus, ante Censores Flaccum & Antonium, quos Lentulo & Crasso Consulibus pòst fuisse videmus in Capitolinis fragmentis, hoc quasi anno collocandos duos Metellos Censores, Q. Numidicum & C. Caprarium. quorum hic Q. Metelli Macedonici filius fuit, ille L. Metelli Calui; qui duo fratres germani erant. Igitur duorum Metellorum patruelium hæc Censura fuit; quod vt notatu dignum ob raritatē, non reticuit Velleius Paterculus historiæ Romanæ libro secundo: Censuram dicens duorum hanc Metellorum patruelium, non germanorum fratrum esse. Q. Metelli Numidici præclarum imperium in re militari, & egregiam Censuram laudat Cicero in oratione pro domo sua, & passim, vbi sese in aliis offert occasio. In oratione pro Sextio L. Saturninum florentem in populari ratione ab eodem Censore notatum scribit. Cuius item meminit Appianus ciuilium primo, referens, Seruilium Glauciam & Appuleium Saturninum Tribunatu plebis functos, à Q. Metello Censore propter vitæ dedecora Senatu mouendos fuisse, nisi obstitisset eius collega. Hinc ortæ cum prauis inimicitiæ, quæ eumdem innocentem Metellum vrbe postea pepulerunt. Nil enim seditiosum faces illæ sanctissimo viro vertere vitio potuere, quàm sumptuosioris villæ in Tiburtino inuidiam, quam illi C. Glaucia, quam alij obiecere; & etiam C. Iulius. Cæsar Strabo orator, cùm in delectu propter bellum Cimbricum tunc seueriore Censor Q. Metellus excusationem oculorum non acciperet, quæreretque, Tu igitur nihil vides? Ego verò, respondit, à porta Esquilina video villam tuam. Quod tam acerbum dicterium in Censore annotauit inter iocos M. Tullius de oratore libro secundo: illudque tum Censor optimus ab ignauo ciue audire debuit. Idem Metellus, quod à L. Equitio Firmano infimæ sortis

Duorum patruelium Metellorum Censura. Q. Numidici seuera Censura.

Illi inuidiam & exilium peperit.

C. Cæsaris Strabonis dicterium.

Nō irrita Censura.

ſortis libertino, ta mquam Ti. Gracchi filio, quem ſe fingebat, cenſum recipere noluiſſet, à plebe lapidibus impetitus eſt, vt apud Valerium Max. legimus lib. IX. cap. VII. Quid ampliùs addit Oroſius lib. V. cap. XVII. Metellum Cenſorem extractum domo, atque in Capitolium fugientem à Saturnino armata manu obſeſſum fuiſſe, ſed inde Romanorum equitum indignatione deiectum Saturninum, plurima ante Capitolium cæde facta. Suffragatur hiſce Cicero in Sextiana iam dicta, hunc inſititium Gracchum (ſic enim appellat Equitium) contra vim multitudinis incitatæ cenſum prohibitum à Metello fuiſſe dicens.

Gracchus ſuppoſititius.

C. Gracchum Ti. f. appellari voluiſſe, colligimus ex L. Flori lib. III. cap. XVI. contradicente Metello Cenſore, ac demonſtrante tres tantummodò filios Ti. Graccho fuiſſe; è quibus vnum in Sardinia ſtipendia merentem, alterum infantem Præneſte, tertium poſt patris mortem natum Romæ deceſſiſſe conſtabat; nec oportere clariſſimæ familiæ ignotas ſordes inſerere. Sed hæc fruſtra Metellus, cùm interim plebeia temeritas pro impudentia & audacia aduerſus Conſulatum & Cenſuram tendens, principes ſuos omni petulantiæ genere vexaret, quemadmodum loco iam ante citato pulchre Valerius. Sed vide, quàm graphicè nobis depingat libro tertio cap. VIII. Semproniæ Gracchorum ſororis, & P. Scipionis Æmiliani viduæ conſtantiam; quæ à Tribuno plebis L. Saturnino, ni fallor, in Roſtra ac concionem producta, nullis minis, nullo ſtrepitu compelli potuit, vt Equitio ſuffragaretur, & illum tamquam fratris filium agnoſceret. Iuuat adferre pauca Valerij ipſius verba, correctiùs aliquantò, quàm in vulgatis habentur, ex ſermone quem per apoſtrophen facunde dirigit ad Semproniam quaſi præſenté, cùm huic argumento lucis non parum adferre videatur: » Coacta es, inquit, eo loco conſiſtere, vbi principum ciuitatis perturbari frons ſolebat. Inſtabat tibi toruo vultu minas profundés ampliſſima poteſtas, clamor imperitæ multitudinis obſtrepebat, totũ forum acerrimo ſtudio nitebatur, vt Equitio (cui Semproniæ gentis falſum ius quærebatur) tamquam filio Tiberij fratris tui oſculum dares. Tu tamen illum, neſcio quibus tenebris protractũ portentum, inexecrabili audacia ad vſurpandam alienã propinquitatem tendentem repuliſti. Sed hæc anno ſequenti Mario V. Cos. contigerunt, vt opinor, dum cenſus adhuc agebatur, & antequã Luſtrum conderetur. Celebrat item Metelli hanc Cenſuram memorabili iſta falſæ nobilitatis Equitianæ repulſa, Auctor de viris illuſt. cap. LXII. in huius Q. Metelli vita: ſed ibidem mendoſe Quinctius, neſcio quis, pro Equitio ſuppoſitus in exemplaribus librariorum negligẽtia, vt ibidem in Notis vberioribus monuit A. Schottus. Tu corrige locũ ita: „ Cenſor Equitium, qui ſe Ti. Gracchi filiũ mentiebatur, in cẽſum non recepit. Atqui bonorum omnium ciuium calculis quàm maximè probata fuit eiuſdé huius Q. Metelli Numidici oratio, quam in hac Cenſura dixit ad populũ de ducendis vxoribus, & augenda prole: cùm ciues ſuos luxu ac libidinum licentia diſſolutos, & à matrimonij religione multùm auerſos, ad ea ritè capeſſenda, caſteq; colenda prudẽter adhortaretur. Quæ quidem multis poſtea ſæculis extitit tamquam immortalis atque eximiæ auctoritatis. Nam Cæſar Auguſtus eamdem in Senatu recitauit, & populo Rom. per edictum notam fecit: vti conſtaret, & maioribus augendæ prolis curam fuiſſe, quò gentium atque familiarum in principe terrarum ciuitate nobiliſſima ſtemmata non degenerarét, ſed legitimæ prolis fecunditate florerét atq; inualeſcerent. Claruit etiam in bibliothecis Romæ ſub Hadriano & Antonino Impp. hæc Q. Numidici oratio A. Gellij (quem Agellium nunc docti quidã appellare malunt) ſæculo: qui Noctium Atticarum lib. I. cap. VI. quaſdam citat ex eadem ſentẽtias, & doctorum hominum ſui temporis iudicia pulchrè de hiſce recenſet. Sed hactenus de Numidici Cenſura celeberrima retuli, quæ reperire potui. De C. Metelli rebus vix aliud certi nobis conſtat, quàm quòd collega Numidici in hac Cenſura fuerit, quod ex Velleio Paterculo demonſtraui. Cenſorium appellat Cicero in prima poſt reditum ab exilio ad Quirites, in memoriam reuocans, quanto bonorum ſtudio laboratum fuerit apud populum, vt Q. Numidicus factioſorum hominum ſeditione pulſus in exilium reuocaretur. At enim, pro Q. Metello clariſſimo viro iam ſpectatæ ætatis filium, L. Diadematum Conſularem, C. Metellum Cenſorium cum permultis Metellis aut Metellarum liberis ſupplicaſſe. Et quamuis in vulgatis exemplaribus legamus ſuppoſitos L. Delmaticum Conſularem & Q. Metellum Cenſorium; in ſecunda tamen oratione, quam paullò pòſt in Senatu dixit, hoc idem repetens ſatis indicat, L. & C. Metellum Conſulares nominando, hos duos fratres Macedonici filios, atque exulis Q. Numidici patrueles fuiſſe. L. Delmatium enim fratrem germanum Q. Numidici ſeorſim, vt autumo, non ſecùs ac filium recenſuiſſet Cicero. Iam quia mentionem eius in dictis orationibus non facit, is huic officio non videtur ob cauſſas nobis incognitas interfuiſſe, morte vel morbo forſan præuentus: quem & Cenſorium, ſi de illo loqueretur, appellaret Cicero. Q. verò Metellum Cenſorium inter viuos Romæ quempiam tunc fuiſſe, nobis obſcurum eſt: nam Balearicum

Tres Ti. Gracchi filij ante mortem.

Impudens plebeia temeritas.

Sempronia in publico ſtrepitu laudata conſtantia.

Nomen falſum in exemplaribus.

Q. Numidici laudatiſſima oratio de ducendis vxoribus, & coniugio colendo.

Ciceronis locus.

cum Metellum, qui Censor anno DCXXXIII. fuerat, antè mortuum putat mecum Sigonius. Is si tum superstes huic interfuisset officio, non præteriret hoc Tullius: sed seorsim eum non sine honoris præfatione, non minus quam eius filium Q. Metellum Nepotem, qui tunc Consulatum petebat, seorsim nominaret: nec maximum natu fratri Diademato minori postponeret, vt recte Sigonius iudicat. Porrò L. Diadematum, pro Delmatico reponendum in Tullianis exemplaribus esse, docet etiam ex antiquis manuscriptis codicibus suis Dionysius Lambinus. Verùm enimuerò, vt eadem opera tollamus in Tullio mendum aliud; notandum, quòd in prima ad Quirites declaret, trium sororum Q. Metelli exulis filios, more Romano Lucullos, Seruilios, ac Scipiones vocatos fuisse à patribus: itaque constat, in secunda oratione, quam in Senatu dixit, vbi eiusdem rei meminit, sic legendum esse; Non Luculli, Seruilij, Scipiones Metellarum flentes ac sordidati populo Romano supplicauerunt. Non vt in vulgatis legitur (Metellorum filij.) Absurdum etenim, Metellas istas sorores Metellis eiusdem familiæ nuptas fuisse; sed suis locis opportune patebit, vnam L. Lucullo, alteram C. Seruilio Vatiæ, tertiam P. Scipioni Nasicæ matrimonio iunctas fuisse. Centum tandem anno sequenti peractum Lustro LXIV. condito fuisse, palàm est ex Apuleianæ seditionis historia. Princeps Senatus tertium fuit lectus M. Æmilius Scaurus. Huius autem census vel Lustri LXIV. nihil extat in historiæ Liuianæ fragmentis aut breuiariis; nec liquet, quot ciuium capita censa fuerint. Et quidem verisimile est, propter clades à Cimbris acceptas imminuto valde numero censum peractum fuisse; cum Q. Metellus Censor populum Romanum seria atque insigni oratione ad vxores ducendas, augendamq; ciuium prolem sit hortatus. Idem postea Cæsarem Augustum fecisse diximus, cum ciuitas Romana bellorum ciuilium cladibus esset exhausta.

Mendum aliud in Tullio.

Lustrũ LXIV vrbis. Princeps Senatus M. Scaurus III.

Prætores.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Vrbanam. &. Peregrinam. iurisdictiones.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuêre.

Cn. Cornelius * P. f. Cn. n * Lentulus. — C. Cassius * L. f. Q. n * Longinus.

L. Tremellius * L. f. C. n * Scrofa. — L. Memmius * C. f. C. n. Gallus *

C. Marcius C. f. C. n. Figulus. — [P. Cornelius P. f. Cn. n. Lentulus]

Reus lege Seruilia repetundarum C. Cosconius, propter plurima & euidentia facinora sine vlla dubitatione nocens; sed adflictum erexit Valerij Valentini accusatoris recitatum in iudicio carmen, quo puerum prætextatum, & ingenuam virginem à se corruptam poëtico ioco significauerat. Siquidem iudices iniquum rati sunt, cum victorem dimittere, qui palmam non ex alio ferre, sed de se dare merebatur. Magis igitur Valerius in Cosconij absolutione damnatus, quàm Cosconius in caussa sua liberatus est. Hæc Valerius Max. libro VIII. cap. I. de publicis iudiciis. Atque hoc anno quasi iudicium hoc exercitum fuisse, Seruilia lege de repetundis adhuc stante, fit nobis verisimile; cùm anno sequenti per Aciliam est immutata, pæneque sublata.

Valerius Valentinus poeta paderastes.

Prætores prouinciarum.

L. Licinius L. f. L. n. Lucullus. Siciliam. sortitus. obtinuit. Cum fugitiuis hic item malè rem gessit; nempe profligatus, castris etiam exutus fuit: auctor L. Florus libro III. cap. XIX.

Cum fugitiuis malè pugnatum.

//. //. //. f. //. n. //. Africam. //. //. //. f. //. n. //. Achaiam

//. //. //. f. //. n. //. Asiam. //. //. //. f. //. n. //. Illuricum

//. //. //. f. //. n. //. Macedoniam

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Nepos. — P. Licinius * M. f. P. n. Crassus. Diues.

L. An-

L. Annius //. f. //. nepos. C. //. //. f. //. n. Verres.
C. Papirius * L. f. C. n * Maso]

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
* M * Valerius * M. f. M. n * L. Cornelius L. f. L. n.
Messalla. Dolabella.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
Cn. Tremellius * L. f. C. n. L. Domitius Cn. f. Cn. n.
Scrofa. Ahenobarbus.

Tribuni plebis.

A. Pompeius * Q. f. Q. n * Rufus. Batabacem Matris deûm Magnæ sacerdotem Pessinunte venientem, atque in Rostra productum vt populo nuntiaret, Deam è delubro sibi loquutam, dixisseque Romanos magna victoria potituros; Pompeius petulanter circulatorem ac impostorem appellans, è concione repulit. Vnde mox Pompeius adeò vehementer febri est tactus, vt infra septimum diem vita decesserit. Atque ita Batabacis oraculo credere Romanus cœpit, atque ex S. C. Matri deûm Magnæ sacra ædes est vota, post victoriam de Cimbris exstruenda. Vide Plutarchum in Marij vita. *Pessinuntius vates victoriam de Cimbris prædicit.*

L. Apuleius * L. f. L. n * Saturninus. Anni superioris exitu cùm Tribunatum plebis esset aggressus, & C. Marius Cos. III. Romam reuersus post mortem collegæ comitia Consularia in hunc annum esset habiturus; vt eumdem reficerent quartùm Consulem, pro concione populum adhortatus est. C. Marium prima specie recusantem, ac simulâte Consulatuum sibi satis esse dicentem, patriç ac reipublicæ proditorem dixit, qui in tanto rerum periculo imperij administrationem renueret, ac operam suam negaret. Sed haud latebat audientes, Saturninum fabulæ Marianæ subseruire, & vtrumque ficta proloqui: considerabat tamen populus, belli discrimen ac ea tempora Marij fortitudinem atque fortunam requirere. Itaque quartum illi Consulatum demandauit, atque ceteris candidatis repulsis, collegam illi in hunc annum Q. Lutatium Catulum dedit, vt refert Plutarchus in Mario. Hinc etiam ait Liuius in compendio libri LXVII. de Mario recte. "Quartum Consulatum dissimulanter captans cõsecutus est. Legem de maiestate hoc deinde anno tulit, vt opinor, occasione motuum Romæ exortorum, cum Cimbri superatis Tridentinis Alpibus ad Athesim fluuium Q. Catuli Procos. castra & exercitum inuaderent, & equites Romani plures impetu hostium prætidus suis pulsi, deserto Procos. Catulo, pauidi vrbem fuga repeterent: quo facto maiestas populi Rom. vehementer imminuta haud dubiè videbatur vbique gentium: nec minus in ipsa vrbe Roma, cum in tanta trepidatione ciuitatis quies valdè turbata fuisset. Meminit legis Cicero de oratore libro secundo, disserteque docet, quomodo non adeò diu postea M. Antonius orator C. Iunium Norbanum Apuleia maiestatis lege reum defenderit: ex cuius verbis colligere possumus, eius legis pleraque capita fuisse. *Vt C. Marius Cos. IV sit factus.* *Apuleia lex de maiestate.*

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

T. Iunius L. f. //. nepos. Qui anno sequenti Tribunitius, P. Sestium Prætorem designatum ambitus damnauit, vt ex Ciceronis Bruto diximus in eius Quæstura.

C. Octauius * C. f. C. n * [L. Rubrius. L. f. //. n. *
Rufus. Varro *]
[T. Cicereius T. f. C. nepos] [M. Ræcius M. f. M. nepos]
[M. Cincius L. f. L. n. [T. Numisius T. f. T. n.
Alimentus] Tarquimensis.
[M. Turpilius L. f. L. nepos]

Quæstores vrbani.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Quæstores prouinciarum.

// // // f. // n. // Q. Catuli Cos. in. Gallia. Cisalp. Gallicus.
// // // f. // n. // // // Pr. in. Africa.
// // // f. // n. // // // Pr. in Achaia.
// // // f. // n. // // // Pr. in. Hisp. vlter.
// // // f. // n. // // // Pr. in. Illurico.
// // // f. // n. // Calenus.

P. Cornelius P. f. P. n. Scipio. Nasica. P. Scipionis Nasicæ, qui primus Serapio per ludibrium appellatus fuit, nepos: & filius P. Nasicæ, qui in Consulatu mortuus est, anno DCXLII. belli Iugurthini exordio. Hunc Prætorium fuisse, necnon Pontificem, docet Tullius in Fonteiana, & in oratione pro domo sua; vbi etiam discimus, pronepotem Q. Metelli Macedonici fuisse, cùm tunc præsentem in collegio Pontificum alloquatur, & de Q. Macedonico verba faciens, proauum ipsius vocet. Vnde nobis palam fit, Cæciliam Q. Macedonici f. vxorem P. Serapionis, & auiam iam dicti Scipionis fuisse.

//. Seruilius //. f. //. n. //. //. Augur. In perampla Seruilia gente cuius familiæ hic fuerit, sanè nobis obscurum: quem Plutarchus in Luculli vita solo sacerdotij titulo distinguit à Seruilus eius temporis omnibus, prænomine & cognomine, quibus personæ discernebantur, omissis. Quod an incuria fecerit, non liquet; nec apud alium Auctorem hunc nominatum inuenio: nobilitatis tamen non infimæ fuisse videtur, cum magistratus gesserit, & sanguinarias etiam cum Lucullis contentiones habuerit, vt dicemus.

T. Manilius * P. f. M'. * nepos. Domo, vt apparet, Consulari; cùm Senatorem ornatissimum appellet Cicero, testem hunc producens in caussa Q. Roscij ætate natu grandem, natura sanctum ac religiosum, vt eius sunt verba. Patrem eius fuisse P. Manilium, qui Cos. anno DCXXXIII. fuit, annorum distantia subindicare videtur. Apud hunc verò Ti. Manilium Prætorem vrbanum M'. Curij caussam priuatam defendit L. Crassus orator, vt suo loco dicemus. Iam quia palàm est, ipsum huius æui esse, magistratus gessisse curules peramplos; facilè ducor ad opinandum, C. Plinium natural. hist. lib. x. cap. II. quamuis ibidem non extet prænomen eius, de hoc loqui potiùs T. Manilio, quàm (vt plerique volunt) de M. Manilio poëta, qui sub Augusto floruit, & Astronomicûm libros quinque versibus Latinis conscriptos eidem dedicauit. Qui idem Romæ in campo Martio positum Augusti auspiciis obeliscum in gnomonis vsum accommodauit, vt apud eumdem Plinium lib. XXXVI. cap. x. legimus. Sed mendosè Manlius, non Manilius ibidem in vulgatis vocatur. Verùm libro x. cap. II. vbi de phœnice aue solitaria scribit ex quodam Manilio multa, satis indicat eumdem multò ante monarchiam Augusti vixisse: cùm dicat eodem prodente, magni anni conuersionem fuisse P. Licinio, Cn. Cornelio Coss. Sic enim de illo perquam honorifice: Primus atque diligentissimus togatorum de eo prodit Manilius Senator ille maximis nobilis doctrinis doctore nullo: neminem extitisse, qui viderit vescentem, sacrum in Arabia Soli esse, viuere annis DCLX. Et post alia ex eodem Auctore hæc etiam adijcit: Cum huius alitis vita magni conuersionem anni fieri prodit idem Manilius, iterumque significationes tempestatum, & siderum easdem reuerti. Hoc autem circa meridiem incipere, quo die signum Arietis Sol intrauerit. Et fuisse eius conuersionis annum, prodente se, P. Licinio, Cn. Cornelio Consulibus. Qui Coss. anno vrbis DCLXI. fuere: in quem huius T. Manilij Tribunatus plebis etiam cadit, quando constat Prætorem anno DCLX. fuisse.

Manilij doctrina vara.

L. Cassius * C. f. C. n * Longinus. Hic posteà Prætor Asiam obtinuit, & ex S. C. Nicomedem & Ariobarzanem reges restituit, vnde bellum Mithradaticum erupit. Videtur filius fuisse C. Cassij Cos. anno DCXXIX.

* Q * Lucretius * Q. f * / . n. Vespillo. Primi Vespillonis in ea gente, ni fallor, filius: quem acutum, & iuris peritum in causis priuatis iudicat Tullius in Bruto. Porrò Q. Vespillonis Consularis posteà hunc auum fuisse, annorum interuallum insinuat.

C. Valerius * L. f. C. n * Flaccus. Qui postea Prætor Hisp. citerioris, Celtiberos vicit, vt ex Appiani Iberica suo loco.

T. Iuuentius * T. f. M'. n. Thalna * Stirpe, ni fallor, Consulari; cùm nepos M'. Thal-

M'. Thalnæ forsan fuerit, qui Cos. anno DXC. reperitur. Hunc inter oratores recenset Tullius in Bruto, lentum quidem in dicendo, sed pæne frigidum; callidum tamen, & in aduersario capiendo versutum, nec præterea indoctum, & magna cum iuris intelligentia.

L. Licinius P. f * P. n * Murena. Hunc fratrem opinor L. Murenæ Prætorij atque Triumphalis. Meminit eiusdem Cicero in Bruto inter oratores, dicens, quòd fuerit mediocri ingenio, sed magno studio rerum veterum: litterarum & studiosus, & non imperitus, ° vt multæ industriæ, & magni laboris fuit. Occisus demum à Marianis, vt dicetur. ° vt, deest in Lambiniano.

Prouinciæ prorogatæ.

//. //. //. f. //. n. //. Hisp. cit. //. //. //. f. //. n. //. Hisp. vlter.
//. //. //. f. //. n. //. Sardiniam

Pro. Prætorib. prorogato. imp. obtinuêre.

* M * Fuluius * M. f. Q. n. Nobilior * — C. Mamilius * C. f. C. n * Limetanus.
A. Postumius * Sp. f. Sp. n * Albinus.

Pro. Quæstoribus. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. C. Marij Cos. IV. in Gallia. Narb.
//. //. //. f. //. n. //. L. Luculli Pr. in. Sicilia.
//. //. //. f. //. n. //. * M * Fului. Propr. in. Hisp. citeriore.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Sardinia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Asia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. Ostiens. //. //. //. f. //. n. //. * Lucerinus *

L. Valerius * L. f. L. n * Flaccus.	L. Iulius L. f. Sex. n. Cæsar.
Cn. Octauius Cn. f. Cn. nepos.	A. Plautius //. f. //. n * Siluanus *
C. // * M. f. M. n * Perperna.	P. Seruilius M. f. //. n. Rullus.
C. Milonius //. f. //. nepos.	C. Geminius //. f. //. nepos.

M. Antonius C. f * M * nepos. Procos. an. DCLI.
de. pirateis. ex. Cilicia * naualem. egit * //. //. //.

Triumphasse autem nauali, vt apparet, triumpho M. Antonium, pulsis è mari in Ciliciam vsque piratis, ex Plutarchi Pompeio nobis constat. Ait enim, filiam Antonij Triumphalis viri in agrum ac villam euntem interceptam & captam à piratis fuisse, & magno pretio redemptam. Quod accidisse ad mõtem Misenum, Cicero in oratione pro lege Manilia satis indicat, dicens, ipsius liberos, qui cum prædonibus antea ibi bellum gesserat, Miseno sublatos esse. Repeniuntur etiam quadrigati argentei cum Romæ deæ facie, & Victoria quadrigam agitante, qui in vsum huius triumphi videntur esse cusi. nam sub quadriga scriptus hic titulus, M. ANTONI. C. F. PR. COS. *Denarij triumphales.*

Piratas nomen habere quidam volunt ab insigni prædone maritimo Pirata dicto; quidam à Græca voce τοῦ πειρᾶν deducunt, quod est excurrere & latrocinari. Hi primum paruis initiis orti ex Cilicia, fastum & potentiam traxerunt postmodum ex bello Mithradatico; dum sub alieni belli tumultu, & exteri Regis inuidia audaciter & impunè grassarentur, & contra Romanos eius etiam auspiciis. Ita tradunt L. Florus lib. III. cap. VI. & Plutarchus in Pompeij Magni vita, qui multa de his scitu digna refert. Multa etiam Cicero in orationibus pro lege Manilia, pro Balbo & Flacco. Ceterùm Plinius libro V. cap. XXVII. piraticam simul cum ipsa Cilicum gente exortam fuisse scribit. Cilix enim, vt ait, Agenoris filius ad inquirendam Europam sororem à Ioue raptam missus a patre, ad piraticam se conuertit: vnde Cilices piratæ dicti sunt, flagitio primi auctoris ad posteros manante. Regionem ipsam, quam piratarum arcem appellabant, cum Isauria late describunt Strabo libro XIV. Ptolomæus, Plinius, & alij. Neque prætereundus est Ammianus Marcellinus, qui libro historiæ suæ XIIII. Ciliciam & Isauriam graphice depingit. *Piratæ Cilices.* *Cilix Europæ frater.*

ANNI

ANNI P. R. C. DCLII.

Consules.

C. Marius C. f. *n.* nepos. v. M'. Aquillius M'. f. M'. nepos.

CONSVLES legimus in Cassiodoro & Mariano C. Marium v. & M'. Aquillium: in tabulis Græcis, Marium v. & Aquillium. In Iul. Obsequente desiderantur, prodigiaque cum cum notis rerum gestarum huius anni confuse superioribus Consulibus adscripta sunt. Hoc quidem indicat aperte satis Epitome Liuiana libri LXVIII. referens, ancilia Romæ cum strepitu mota esse, antequam Cimbricum bellum consumaretur. Igitur in Obsequente restituendi cum nouo capite videntur hi Consules in hunc modum: "C. Mario v. M'. Aquillio Coss. Ancilia cum crepitu sua sponte mota, seruusque Seruilij Cæpionis Matri Ideæ se præcidit, & trans mare exportatus, ne vnquam Romam reuerteretur: vrbs lustrata, capra cornibus ardentibus per vrbem ducta, portâ Næuiâ emissa relictaque: in Auentino luto pluit. Lusitanis deuictis Hispania vlterior pacata: Cimbri deleti." Quæ quidem hisce Consulibus contigisse constat. Aquillij verò Cos. prænomen mendosum fere passim apud Auctores reperitur in exemplaribus. Rectè tamen in Mario Plutarchus, & Appianus Alexandrinus in Mithradatica Manium, non Marcum appellant. Hic enim Aquillius ille Consularis legatus, quem Mithradates posteà captum per contumeliam misere excruciatum occidit. Cicero de oratore lib. II. C. Marij collegam appellat.

In Iulio Obsequente defectus.

Prouincia Consulares. C. Mario, vt absenti post victoriam de Teutonis Romæ nuntiatam, Consulatus, ita & Gallia extra ordinem decreta est: in qua & Q. Catulo prorogatum imperium, vt ambo imperatores bellum Cimbricum vnà conficerent. M'. Aquillo Sicilia & bellum cum fugitiuis obuenit. qui in prouinciam veniens, P. Rupilij vsus exemplo, ciuitatibus præsidia imposuit, mutuumque frumentum dedit, & hostes commeatibus interclusit, vt apud L. Florum lib. IIII. cap. XIX. & in Rulliana M. Tullij legimus.

Fugitiuos domat Aquillius Cos.

Q. Catulus Cos. vt ante dixi, Cimbris per Noricum irrumpentibus, occurrere iussus, cùm Alpes contra tantam hostium multitudinem tutari se non posse videret, in Galliæ Cisalpinæ finibus Athesim fluuium ex Tridentinis Alpibus defluentem per Venetorum agros in Adriaticum mare, non procul Veronâ sibi ad Alpium radices pro fossa & vallo delegit, & eius traiectum ab vtraque ripa præsidiis, ponte iniecto, firmauit. Verùm Cimbri per niues & saxa Tridentinis iugis prouoluti ad Athesis fluenta, non procul à Romanorum castris gigantum in morem arboribus ac scopulis iniectis fluuium auertendo, transitum sibi fecere; pontemque Catuli, deiectis in alueum arboribus vi defluentis fluuij dirupere. quo terrore compulsi Romani, vtriusque ripæ præsidia deseruere, quæ mox à Cimbris capta sunt: sic vtraque ripa potiti tantam Romanis consternationem iniecerunt, vt imperatore suo deserto, spem omnem in fuga ponerent. Multi ex equitibus Romanis rectà Romam contenderunt, ex quibus vnus ex M. Scauri principis Senatus filiis sibimet mortem consciuit: cùm pater ob dedecus fugæ vehementer iratus filio aduenienti, ne vnquam in conspectum suum veniret, nuntiari iussisset. Catulus imperator in eo rerum statu cùm diutius continere in castris militem nequiret, sublatis signis, exercitum in tutiora loca ducere coactus est. Interim Cimbri superatis Alpibus planiora Venetorum effusi populantur, ac Teutonum, Ambronum, Tigurinorumque socios exercitus expectant. Consul Marius rebus in vrbe compositis in prouinciam festinat, & suis è Narbonensi Gallia copiis euocatis, cum omni exercitu Q. Catulo Procos. sese iungens contra Cimbros diem & locum prælij postulantes, non procul Veronâ in campis Raudis cum hoste congressus fortiter ingenti prælio Cimbros vicit; in quo cæsa feruntur hostium CXL. milia cum duobus regulis, capta LX. milia cum duobus item regulis. Qua singulari ac eximia victoria Cimbricum nomen omnino deletum fuisse tradunt. Historiam diffusius descriptam habes, Lector, apud Plutarchum in Mario & Sulla, Paullum Orosium libro historiarum v. cap. XVI. Alij compendiosius, vt L. Florus libro III. cap. III. Velleius II. Eutropius v. & Appianus in Celtica. Plinius etiam libro historiæ naturalis XXII. cap. VI. multa de graminea obsidionis corona scribens ait, & hanc vni centurioni primipilo datam, qui in hoc Cimbrici tumultus discrimine legionem vnam ab hostibus obsessam, & a maioribus Q. Catuli castris diuulsam sua fortitudine legionem totam obsidione liberauit. Verba eius adferre lubet, vt videas ea ad hanc histo-

Irruptio Cimbrorum valde violēt per Alpes in Italiam.

Trepida fuga Romanorū.

M. Scauri seueritas in filium.

Q. Catulus castra deserere cogitur.

Prælium cum Cimbris, & magna Romanorum victoria.

Obsidionis lauata corona.

„historiam spectare: Præter hos, inquit, contigit eius coronæ honos M. Calpurnio Flammæ Tribuno militum in Sicilia; centurioni verò vni ad hoc tempus Cn Perreio Atinati „Cimbrico bello. Primum pilum is capessens sub Catulo, exclusam ab hoc legionem „suam hortatus, Tribunum suum dubitantem per castra hostium erumpere interfecit, le- „gionemque eduxit. Inuenio apud Auctores, eumdem præter hunc honorem, astantibus „Mario & Catulo Coss. prætextatum immolasse ad tibicinem; foculo posito. Hæc pulchre Plinius. In breuiario quidem istius historiæ, quod nobis solum ex Liuij lib. LXVIII. residuum est, malè vehementer afflicta verba nos offendunt. Quæ sic in vulgatis extant „exemplaribus: Cimbri, repulso ab Alpibus Q. Catulo Proconsule, qui fauces Alpium „obsiderat, & ad flumen Athesim castellum * editum insederat, reliqueratque; * cum „(vel, vt in Aldinis * vbi) virtute sua * explicata (vel, vt in aliis * explicita) fugientem „* Proconsulem * exercitumque prosecuti, in Italiam traiecissent. Quid in iam dictis, quæso, sani? Doctissimi Iacobi Susij vetus manuscriptum exemplar, quod aliquotiens adduxi, discrepat nonnihil. Nam pro (castello * edito) prodit (castellum * Eduum) vt sit proprium loci nomen: & (Procos.) breuiter vtrobique, non plenè scribit, vt in vulgatis; item omissa voce (* cum) pro (* vbi) ponit (* nisi,) deniq; pro (* exercitumque prosequuti) habet (* exercitum prosequutus esset.) Hæc itaque variatio, cùm lucis quid adferre videatur, coniecturas nobis inicit, tam ex variatis verbis, quàm ex ipsa historia locum ita ferè corrigi posse, mutatis, vt aiunt practici, mutandis: nihil tamen certi de hisce statuo: Cimbri, repulso ab Alpibus fugatoque Q. Catulo Procos. qui fauces Alpium „obsederat, & ad flumen Athesim castellum Eduum insederat, reliqueratque; nisi tum „virtute sua explicite fugientem Procos. exercitum consequutus stitisset, in Italiam traie- „cissent. Sensus quidem historiæ talis esse videtur: Q. Catulum Proconsulem in ipsis Alpium faucibus trans Athesim flumen castellum Eduum prius insessum reliquisse, ne à multitudine hostium Cimbrorum per diuersas vallium vias ingruentium circumuentus commeatu excluderetur. Cùm verò Cimbri, superatis Alpibus & Athesi, vtrasque fluminis ripas præsidiis a Catulo firmatas, ponte rupto, caperent: nisi fugientem præ metu exercitum Proconsul virtute sua retinuisset, Cimbri victores sine obstaculo in interiorem Italiam traiecissent. Qua ratione, sublatis signis, exercitui in fugam verso ducem se fecerit Catulus, & continuerit, Plutarchus in Mario narrat latius, quem vide Lector, & faciliùs locum intelliges.

Audax centurio pauidū suum Tribunum occidit.

Liuius ergò honores qui.

Liuianum breuiarium malè sanum.

Explicitè, id est, latè, vel diffusè

Stitisset, id est, detinuisset, a sisto, do.

Prætores.

// // // f. // n. // .// // // f. // n. //

Vrbanam. &. Peregrinam. iurisdictiones.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuêre.

C. Cœlius * C. f. L. n * Caldus.	Sp. Thorius //. f. // n * Balbus *
L. Manilius //. f. //. n. Mancinus.	[M. Muluius M. f. M. nepos]
C. Aurelius * L. f. C. n * Scaurus	[Q. Næuius Q. f. Q. n. Pollio]

Paricidij grauis, & priùs non audita Romæ quæstio est habita eodem hoc anno, quo de Cimbris triumphatum est. Conuictus & damnatus est eadem Poblicius Malleolus quidam, qui matrem seruis adiuuantibus occiderat, vt Orosius refert libro V. cap. XVI. & astipulatur Epitome Liuiana, vbi hunc primum omnium culeo insutum, & in mare præcipitatum legimus, vt apud Orosium; qui addit, Romanos tunc facinus & pœnam impleuisse, vnde Solon Atheniensis decernere ausus non fuerat, dum fieri posse non credidit. Et Romulum regem non credidisse, nec pœnam tali sceleri statuisse scribit Plutarchus; sed omnem hominis liberi cædem paricidium tunc appellatam. Quod palàm est ex Romuli & Numæ regiis legibus à me primo Annalium horum adductis, quæ talionem, vel capitis pœnam dumtaxat iudicant cædi hominis liberi non perduellis. At multis quidem sæculis existimatum Romæ fuit, tale scelus accidere non posse; cùm ferè sexcenti ab vrbe condita præterierint anni, priusquam illud facinus impium in ciuitate contigerit. Nam primus Romæ post bellum Punicum secundum L. Ostius quidam occidisse patrem suum traditur, vt auctor est Plutarchus: sed an alia quàm capitis pœna vindicatum hoc scelus fuerit, non addit. Crescente postmodum cum luxu scelerum audacia, visum fuit singularibus pœnis istius impietatis prodigium, cùm accidit, expiare, sicut hoc anno contigit. De qua re multa facundissime Tullius in oratione pro Sex. Roscio disse-

Poblicius Malleolus matrem occidisse conuictus.

Paricidium hominis liberi, non perduellis, cædes olim dictum.

L. Ostius patrem occidisse conuictus.

Noua pœna paricidæ Malleoli.

disserit: Quantò maiores, inquit, nostri sapientiùs? qui cùm intelligerent nihil esse tam » sanctum, quod non aliquando violaret audacia, supplicium in parricidas singulare exco- » gitarunt: vt quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, ij magnitudine pœnæ male- » ficio summouerentur. Insui voluerunt in culleum viuos, atque ita in flumen deiici. De » quo supplicij genere multa Tullius ibidem pulcherrimè disserit. Primus igitur hoc anno Publicius Malleolus interempta matre culleo insutus, ac in mare præcipitatus est, vt Liuius & Orosius consentiunt. Legem de hoc supplicij genere tunc latam citat Auctor Rhetorices ad Herennium libro primo talem:

Lex de parricidio.

Quei. parentem. necasse. iudicatus. erit. is. obuolutus. &c. obligatus. culleo. deijciatur. in. profluentem. Addit deinde: Malleolus iudicatus est matrem necasse, ei damnato statim folliculo lupino os obuolutum est, & soleæ ligneæ pedibus inductæ » sunt, & in carcerem ductus est. Idem Tullius adfert in exemplum libro de inuentione » Rhetorica secundo, non secùs ac Auctor ad Herennium, inquirés an testamentum Malleoli damnati, ante supplicium dum culleus paratur in carcere factum, quo fratrem minorem aduersarium & accusatorem suum exheredauerat, ratum ac legitimum esset, cùm defensores suos instituisset, agnatis exclusis, heredes. Cùm autem bellis ciuilibus atque proscriptionibus deinde parricidij impietas ista magis ac magis inualuisset, Cn. Pompeius Magnus Cos. iterùm legem aggrauato supplicio renouauit, vt suo loco.

Testamentũ damnati Malleoli.

C. Papirius * L. f. C. n * Maso. Repetundarum reus factus, atque damnatus lege Seruilia C. Glauciæ à T. Coponio Tiburte; qui legis eiusdem præmio ciuitatem Romanam ea damnatione adeptus est: auctor Cicero in oratione pro L. Balbo.

L. Licinius L. f. L. n. Lucullus. Qui malè rem in Sicilia cum fugitiuis gesserat, & socios prouinciamq; non benè tractarat, repetundarum accusatus est à Seruilio Augure. Quem accusatorem postea L. Luculli duo filij in patris vindictam eiusdem criminis reum fecerunt: auctor Plutarchus in L. Luculli filij vita. Meminit Cicero Academicarum quæstionum libri quarti exordio, & Officiorum libro II. In oratione de prouinciis Consularibus testatur, magnas & graues Lucullorum & Seruiliorum inimicitias fuisse; sed eas propter reip. dignitatem postmodum deposuisse.

P. Sextius * L. f. L * nepos. Qui Prætor in annum sequentem designatus erat, à T. Iunio L. f. damnatus est ambitus, vt auctor Cicero in Bruto.

Prætores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. Africam.	//. //. //. f. //. n. //. Sardiniam
//. //. //. f. //. n. //. Hisp. cit.	//. //. //. f. //. n. //. Hisp. vlter.
//. //. //. f. //. n. //. Macedoniam.	//. //. //. f. //. n. //. Illuricum

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

C. Cassius * L. f. Q. n * Longinus	Cn. Cornelius * P. f. Cn. n * Lentulus.
L. Tremellius * L. f. C. n * Scrofa.	C. Marius C. f. C. n. Figulus.
L. Memmius * C. f. C. n Gallus *	[P. Cornelius P. f. Cn. n. Lentulus]

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n.	//. //. //. f. //. n. //.
C. Valerius * L. f. C. n * Flaccus.	Q. Seruilius * Cn. f. Cn. n * Cæpio.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.

L. Marcius Q. f. Q. n. Philippus. Quem munus in hoc magistratu non dedisse testatur Cicero Officiorum libro secundo his verbis: L. quidem Philippus Q. f. magno » vir ingenio, in primísque clarus gloriari solebat, se sine vllo munere adeptum omnia quæ » haberentur amplissima. Repulsas itaque passus est etiam non semel, cum in Tribunatu » militum, vti Planciana Ciceronis demonstrat; tum in petitione Consulatus quoque, vt suo loco dicemus.

M. Herennius C. f. //. nepos.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. f. //. n. //.

M'. Acilius * M'. f. M'. n * Glabrio. Legem de pecuniis repetundis tulit, Vti repetundarum caussæ vna tantùm actione peragerentur absoluerenturque. Vti accusatores constituti potestatem haberent litteras publicas & priuatas conquirendi, assignandi, & deportandi. Meminit aperte M. Tullius actione tertia in C. Verrem his verbis: Ego tibi illam Aciliam restituo, qua lege multi, semel accusati, semel dicta caussa, semel auditis testibus, condemnati sunt. Item actione priore vbi Tullius huius legislatoris filium M'. Glabrionem, apud quem tunc Prætorem caussa Verris agebatur, sic alloquitur: Fac tibi paternæ legis Aciliæ veniat in mentem, qua lege populus Rom. de pecuniis repetundis optimis iudiciis, seuerissimisque iudicibus vsus est. Hæc verba Tullij declarat ita commentator Asconius: M'. Acilius Glabrio legem Aciliam tulit de pecuniis repetundis seuerissimam, vt qua nec comperendinari quidem liceret reum. Et ampliationem sustulisse scribit idem Asconius hanc legem Aciliam, exponens prius adducta Tullij verba ex actione tertia: Acilij, inquit, Glabrionis patris huiusce Prætoris, de quo etiam suprà dixit: quæ lex neque comperendinationem, neque ampliationem habet. *Acilia lex de repetundis.*

P. Rutilius L. f. L. n. Lupus.
L. Acilius * M'. f. M'. n * Balbus.
[L. Manitius L. f. L. n. Nucula]
[L. Rufrius L. f. L. n. Purpureo]
P. Antistius * C. f. C. n. Labeo.
M. Bæbius * A. f. A. n. Sulca *
C. Numitorius * C. f. C * nepos.
[C. Lucilius C. f. //. nepos]
[C. Vetilius C. f. C. nepos]

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. f. //. n.

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. M'. Aquilij Cos. in Sicilia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Sardinia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Hisp. citeriore.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Hisp. vlter.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. * Lucerinus *

M. Porcius M. f. M. n. Cato. Hic M. Catonis Salloniani filius alter, & pater M. Catonis iunioris, quem ab exitus sui miserabilis loco vocarunt Vticensem. Hunc M. Tullius in Bruto M. Catonem patrem appellat, quem cum Cn. Octauio M. f. & Q. Catulo filio non tam inter oratores, quàm in præsidiis reipublicæ collocat. A. Gellius Noctium Atticarum libro XIII. cap. XIX. hunc mortuum fuisse scribit, cum Præturam peteret. *M. Cato pater Vticensis Catonis.*

C. Sentius //. f. //. n. Saturninus. Auus C. Sentij Saturnini (vt ex annorum interuallo colligimus) qui Consul ex ea familia primus anno vrbis DCCXXXIV. factus est sub Augusto. Hic autem (de quo nunc agimus) ex Atinati Præfectura Romæ per magistratuum gradus ad Præturam peruenit, vt pulchrè testatur in Planciana Cicero, & vt suis locis annotabo.

Cn. Papirius Cn. f. C. n. Carbo. Filius C. Carbonis Consularis, quem M. Antonius orator accusauerat, vt auctor Cicero ad Pætum Familiarium libro IX. Et hic, quo nemo improbior, eodem Cicerone ibidem iudice, postea bello ciuili inter Marianos ducum præcipuus ter Consulatum inuasit, & in tertio pulsus, ac in Sicilia a Cn. Pompeio Magno captus, L. Sullæ Procos. iussu Lilybæi occisus est, vt suis locis exponemus.

A. Gabinius * A. f. A * nepos. Qui bello Marsico Procos. duxit exercitum aduersus Lucanos, vt posteà constabit.

C. Cæcilius * C. f. Q. n * Metellus. C. Metelli Caprarij Triumphalis filius hic fuisse videtur ex temporis ac annorum interuallo. Magnæ & ingenuę libertatis hominem fuisse cognoscimus: nam L. Sullam victorem bello ciuili atque cædibus grassantem ausus est rogare in Senatu, cum quibus tandem victurus esset, quibus imperaturus, si in bello armatos, in pace inermes occidere non cessaret: atque postulare, vt statueret tandem publicaretque, quibus parcendum vel non parcendum esset. Tum Sulla ex consilio L. Fufidij primipilaris tabulam illam funestam proscriptionis promulgare cœpit. C. Metellum vocat Plutarchus in Sulla, & ex Senatus iunioribus fuisse dicit. Paullus Orosius libro V. cap. XXI. Q. Catulum hæc Sullam rogasse scribit, ex alijs forsan Annalibus: & consentiunt Auctores, cædium finem faciendum esse, plurimos optimatum instiusse.

P. Lentuli in carcere necati pater fuit P. Cornelius * P. f. P. n * Lentulus * Sura * Videtur fuisse P. Lentuli Suræ, postmodum ob Catilinariam coniurationem in carcere necati, pater. Nominatur inter Consulares atque Prætorios legatos bello Marsico Consulibus additos apud Appianum Alexandrinum ciuilium bellorum libro primo, qui hunc P. Lentulum τὸν ἀδελφὸν ipsius Consulis Sex. Cæsaris fuisse dicit: sed fratrem vterinum vel collactaneum intelligo, non germanum. Occisus deinde est bello ciuili Mariano à L. Cinna, vt Appianus ibidem.

Q. Oppius * Q. f. Q. n. Salinator * Hunc reperio inter legatos Prætorios haud dubie, qui cum M'. Aquillio Consulari in Asiam missi Nicomedem in Bithyniam, & Aziobanzanem in Cappadociam reges pulsos restituerent. Magistratus gessisse certum est, cùm exercitum duxerit, & à Mithradate captus lictoribus præcedentibus per ludibrium circumductus fuerit, vt apud Appianum in Mithradatica legimus.

Q. Ancharius // . f. //. nepos. Plutarchus Senatorem atque virum Prætorium dicit, occisumque à C. Marij Romam ex Africa reuersi satellitibus in Capitolio: quibus signum datum erat, vt salutantes occiderent, quos Marius ipse non resalutasset. Meminit & Appianus ciuilium primo, atque eius caput inter Consulares & Prætorios occisos in Rostris expositum dicit. Meminit & L. Florus.

Prouinciæ prorogatæ.

Q. Lutatius Q. f * Q. n * Catulus. Procos. Galliam. Cisalpinam. prorogato. imperio. obtinuit. Ad Athesim, vt dictum, Cimbris oppositus, cum exercitu suo solus vim ingentem ingruentium hostium non sustinere potuit; sed Consuli Mario iunctus, vnà collatis viribus, ambo Cimbros in campis Raudijs ingenti prælio contudere. Vide Plutarchum, Appianum, Orosium, & alios iam dictos.

//. //. //. f. //. n. //. Asiam. //. //. //. f. //. n. //. Achaiam.

Pro. Prætoribus. prorogato. imperio. obtinuêre.

L. Annius //. f. //. nepos. P. Licinius M. f. P. n. Crass. Diues.

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. C. Marij Cos. V. in. Gallia. Narb.
//. //. //. f. //. n. //. Q. Lutatij Procos. in. Gallia. Cisalp. Gallicus.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Asia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Africa.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. Calenus. //. //. //. f. //. n. //. Ostiensis.
L. Valerius * L. f. L. n * Flaccus T. Manilius * P. f. M'. * nepos
C. //. * M. f. M. n * Perperna. * Q * Lucretius * Q. f * //. n. Vespillo.
L. Cassius * C. f. C. n * Longinus. T. Iuuentius * T. f. M'. n. Thalna *
P. Licinius * P. f * //. n. Murena. C. Milonius //. f. //. nepos]

C. Marius C. f. //. nepos. Cos. V. anno. DCLII.
de. Teutoneis. Ambronibus. &. Cimbreis. //. //. //.
Q. Lutatius Q. f * Q. n * Catulus. Procos. an. DCLII.
de. Cimbreis. //. //. //.

Hic alter est C. Marij triumphus longè clarissimus, post quem si subitò diem obiisset extremum, inter felices meritò, tot rebus prospere gestis, haberi potuisset. Nam

postea

posteà cum summo reip. Romanæ damno suoque dedecore extrema fortunæ ludibria passus est, vt pulchrè non minùs quàm verè Iuuenalis poëta cecinit Satyra decima:

Exilium, & carcer, Minturnarumq; paludes,
Et mendicatus victa • in Carthagine panis
Hinc caussas habuere; quid illo ciue tulisset
Natura in terris, quid Roma beatius vmquam?
Si circumducto captiuorum agmine, & omni
Bellorum pompa, • & animam exhalasset opimam,
Cùm de Teutonico vellet descendere curru.

Ab immensa cupidine Marii infelicitates.
• *in deest in vulgatis.*
• *& deest in vulgatis.*

Vtriusque autem Mariani triumphi meminit ita libro II. cap. II. Valerius Max. scribens cur C. Marius contempserit litteras Græcas: » Quapropter non es damnandus rigoris » rustici C. Marij, qui gemina lauro coronatam senectutem tuam Numidicis & Germa- » nicis illustrem trophæis, victor deuictæ gentis facundia politiorem fieri noluisti. Et libro VIII. cap. XV. eius septem Consulatus, & duos amplissimos triumphos recenset; additque vix quemquam in vrbe fuisse, qui non illi, tamquam diis immortalibus apud sacra mensæ suæ libauerit, nuntio de Cimbris deletis initio noctis accepto. Tunc etiam vrbis tertium conditorem appellatum a plebe fuisse, Plutarchus auctor est. Sic ferè Liuius libri LXIIX. in breuiario, vt annotatum legimus: » Primores, inquit, ciuitatis * qui & ali- » quamdiu, vt nouo homini ad tantos honores euecto, inuiderant, conseruatam ab eo » rempublicam fatebantur. Triumphos duos vni Mario populus Romanus obtulit, sicut ambo iam citati consentiunt: ipsum tamen vno contentum semel tantùm triumphare voluisse tradunt, Cimbricæ victoriæ gloriam, vt Cicero Tusculanarum libro primo scribit, cum Q. Catulo collega communicando. Videtur igitur Cimbricæ victoriæ successum secundum ex parte Catulo imputasse Marius, quòd fugam exercitus sui prudenter, & hostium in Italiæ plana transitum fortiter vsque in Marij aduentum impedisset. Hinc Iuuenalis Satura octaua C. Marij pauperis aratoris mercenarij, & genere obscuri virtutem Lutatij Catuli collegæ nobilitati præferens, post Cimbricas strages ingentes collegam istum nobilem secundæ tantum huius victoriæ lauro secunda coronatum canit his versibus:

Ob victoriā Cimbricam Mario diuini honores habiti Romæ.
Vrbis conditor tertius Marius appellatus.
• *qui aliquamdiu, in vulgatis.*
Modestè Marius.

Arpinas alius Volscorum in monte solebat
Poscere mercedes alieno lassus aratro.
Nodosam posthæc frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret castra dolabra.
Hic tamen & Cimbros, & summa pericula rerum
Excipit, & solus trepidantem protegit vrbem.
Atque ideò, postquam ad Cimbros stragemq; volabant
Qui numquam attigerant maiora cadauera corui,
Nobilis ornatur lauro collega secunda.

Parentes & ipsum Marium ante militiam operas in agris dedisse conductitias, Plutarchus auctor est.
Prima Marij militia inter gregarios & munifices.

Vis ingens armorum spoliorumque Cimbricorum in plaustris Romam traducta fuit. Ex manubiis autem porticum in area Flacciana Q. Catulus extruxit; vt apud Ciceronem in oratione pro domo sua legimus. Astipulatur Valerius Maximus lib. VI. cap. III. dicens Flaccianam aream, cùm diu penatibus vacua mansisset, à Q. Catulo spoliis Cimbricis adornatam fuisse. Hic idem tradit libro III. cap. VI. C. Marium post Iugurthinum Cimbricumque & Teutonicum triumphum cantharo semper potasse, quòd Liber Pater post Indicas expeditiones, inclytum ex Asia ducens triumphum, eo poculi genere vsus ferebatur, vt inter ipsum vini haustum victoriæ ipsius suas victorias compararet. Cuius insolentis exempli etiam extat apud Plinium libro XXXIII. cap. XI. mentio talis, non sine » scommate: C. Marius post victoriam Cimbricam cantharis potasse Liberi Patris exem- » plo traditur; ille arator Arpinas & manipularis imperator. Obseruantior religionis ac patriorum rituum Q. Catulus; qui votam in prælio ædem sacram Fortunæ eius diei, quo felicior cum Cimbris pugnatum fuit, III. scilicet Kal. Sextiles, peracto triumpho, curauit exstrui in Palatio ac vrbis regione X. vt in P. Victoris catalogo legimus. Meminit ædis eiusdem Cicero libro de legibus secundo, probans atque recipiens in sua ciuitate religionem deæ Fortunæ huiusce diei, cùm valeat in omnes dies, inquit. Meminit item Pli- » nius libro XXXIV. cap. VIII. insignes vrbis Romæ statuas recensens: Fuit & alius, inquit, » Pythagoras Samius initio pictor, cuius signa ad ædem Fortunæ huiusce * diei septem » nuda, & senis vnum laudata sunt. Sed corrigendum esse in exemplaribus Fortunę cognomen hoc, quod (huiusce deæ) legitur; Ciceronis, Plutarchi, & P. Victoris iam adducta loca satis demonstrant. Memini me Romæ in manuscripto antiquo Cardinalis Bernar- » dini Maphæi exemplari Plinij legisse, Fortunæ huiusce die. Quam lectionem improbare non

Spolia & manubiæ immensa.
Porticus Q. Catuli.
Marius [illegible] factus insolenter.
Fortunæ eius diei Ædes ex voto Q. Catuli facta.
Plinij locus.

non possum, cùm ibidem vox, die, sit in casu secundo: vt in illo Maronis versu:

Libra die, noctisq́, pares vbi fecerit horas.

Extat Romæ in Capitolio basis marmorea statuæ Hadriani Imperatoris Augusti, quam magistri vicorum vrbis Romæ regionum XIV. huic dedicarant: in cuius fronte titulus, in tribus lateribus magistrorũ nomina per singulos vicos regionatim inscripta sunt. Quæ basis nos docet, ab æde sacra Fortunæ iam dicta regionis X. vico sexto non. é inditũ fuisse, qui vicus HVIVSQVE. DIEI. marmori insculptus legitur. In huius ædis Fortunæ dedicatione fortasse contigit, quod Plutarchus de C. Mario Græcarum artium litterarumque contemptore scribit: ipsum scilicet, cùm ludi ederentur scenici more Græco, theatrum quidem ingressum, tanquam spectaturum, consedisse; sed mox offensum surrexisse denuò, atque abiisse. Voluit etiam ipse sacram ædem Romæ Honoris atque Virtutis ex manubiis hostium facere, non ex peregrino nobili marmore; sed ex lapide vulgari, fortasse Tiburtino. Nec vsus in ea construenda fuit Græci alicuius architecti opera, quorum tamen tunc Romæ copia fuit; sed C. Mucij cuiusdam Romani, sicut ex Vitruuij præfatione libri VII. de architectura constat. Fit etiam istius ædis præclara mentio in C. Marij rerum gestarum antiquissimo elogio, quod inter eius trophæa videtur extitisse sculptum in perampla marmorea tabula: cuius fragmentum Romæ vidimus in Quirinali colle, iuxta domum Pomponij Læti. Sed cur illud ipsum, quando magistratus atque triumphos Marij suo recenset ordine, huic loco studiosorum in gratiam non lubeat subtexere? En.

Honoris atque Virtutis ædes à C. Mario facta.

Rerum benè gestarum C. Marij elogium antiquum.

C. MARIVS. C. F. COS. VII.
PR. TR. PL. Q. AVGVR. TR. MIL. EXTRA
SORTEM. BELLVM. CVM. IVGVRTHA. REGE NVMID
GESSIT. EVM. CEPIT. ET. TRIVMPHANS. IN
SECVNDO. CONSVLATV. ANTE. CVRRVM. SVVM.
DVCI. IVSSIT. III. CONSVL. ABSENS. CREATVS
EST. IIII. CONSVL. TEVTONORVM. EXERCITVM
DELEVIT. V. CONSVL. CIMBROS. FVGAVIT. EX. IEIS
ET. TEVTONEIS. ITER. TRIVMPHAVIT. REM. P. TVRBATAM.
SEDITIONIBVS. TR. PL. ET. PRAETORVM. QVI. ARMATI
CAPITOLIVM. OCCVPAVERANT. VI. COS. VINDICAVIT
POS. LXX. ANNVM. PATRIA. PER. ARMA. CIVILIA
PVLSVS. ARMIS. RESTITVTVS. VII. COS. FACTVS. EST
DE. MANVBIEIS. CIMBRICEIS. ET. TEVTONICEIS
AEDEM. HONORI. ET. VIRTVTI. VICTOR. FECIT
VESTE. TRIVMPHALI. CALCEIS. PVNICEIS. //.//.//.

Reliqua desiderantur, atque in primis, quomodo post primum de Iugurtha triumphum vestitu triumphali sit ingressus præter morem in Senatum, sicut anteà suo loco retuli. Vide præterea quæ de hisce Marij & Catuli triumphis Eutropius, Auctor de viris illustribus, Eusebius in chronico, & alij memoriæ prodiderunt. Cimbros antiqua lingua Celtica latrones dictos fuisse, apud Plutarchum in Mario, & Sex. Pompeium legimus. Septentrionales interioris Germaniæ populos fuisse constat, quorum regiones Oceani inundationibus obrutas, cultu Cimbris discedentibus vacuas, posteà mari abeunte, Dacos & Holtsatios occupasse, quidam volunt. Alij Frisios Saxonesque in iis locis consedisse tradunt. Sane Stephanus in populorum & vrbium Lexico, Saxones ἐν Κιμβρικῇ Χερρονήσῳ, hoc est in Cimbrica Chersoneso collocat. Ceterum Plinius Ingænonum populos esse Cimbros, Teutones & Chaucos, tradit: & Strabo Cimbros ac Cimmerios ex Græcorum opinione nil origine differre putat. Verùm de his populis, eorumque moribus plura memorant Plutarchus in Marij vita, L. Florus, & Tacitus in Germania.

Cimbri latrones.

Eorum situs.

Cimbrica Chersonesus.

ANNI

ANNI P. R. C. DCLIII.

Consules.

M. Marius C. f. .. nepos. VI. L. Valerius L. f. L. n. Flaccus.

IN Cassiodoro & Mariano recensentur Consules C. Marius VI. & L. Valerius Flaccus: in tabulis Græcis Marius VI. & Flaccus: in Iulio Obsequente C. Marius (sed deest numeri nota VI.) & L. Valerius. Eosdem sæpiùs nominat Cicero in suis orationibus, & in Bruto. Atqui Pædianus in Pisonianam Ciceronis scribens adfirmat, à C. Mario & L. Valerio Flacco Consulibus ad Ciceronis vsque Consulatum numerari annos XXXVI. & tot quidem reperiuntur secundum Fastos Capitolinos. Meminit & Plinius historiæ naturalis libro II. cap. XXXIV. scribens clypeum ardentem ab Occasu ad Ortum, cùm Sol occideret, scintillantem transcurrisse, L. Valerio, C. Mario Coss. Quod ipsum narrat cum aliis eius anni prodigiis Iulius Obsequens, facem ardentem scilicet subito lapsu cadentem Tarquiniis late visam: in Piceno terræmotu ædificia passim concidisse, fremitum armorum ex inferno auditum, quadrigas auratas in foro sudasse: & addit, fugitiuos in Sicilia victos esse prælijs. Velleius auctor est, post tres & XX. annos à Narbone Marcio in Gallia, M. Porcio & Q. Marcio Coss. deducta, Eporædiam in Vagienuis, Mario sexties Valerioque Flacco Coss. deductam coloniam fuisse. *Prodigia.*

C. Marium sexti huius Consulatus suffragia sibi per nefas, diuisa per tribus pecunia comparasse, Liuius & Plutarchus auctores sunt: atque iisdem artibus obtinuisse, vt Q. Metello aduersario & competitore suo repulso, L. Valerius Flaccus sibi administer potiùs quàm collega daretur, addit Plutarchus in Marij vita. Velleius Paterculus tamen aliter refert, hunc sextum Consulatum Mario tamquam præmium victoriæ ac meritorum à populo datum fuisse scribens. Prouinciæ autem Consulum quænam fuerint hoc anno, nobis in incerto est. Vrbs autem continuis seditionibus agitata, Consulem vtrumque videtur retinuisse: cùm iis solemni S. C. potestatis infinitæ & extremæ necessitatis mandatum fuerit, VIDERENT. NE. QVID. RES. PVBLICA. DETRIMENTI. CAPERET. Sic ex Liuio, Plutarcho, Appiano, & Orosio colligi posse, qui Consulum in rebus tantùm vrbanis mentionem faciunt. Roma igitur atque Italia Consulares eo anno prouinciæ videntur fuisse: M'. Aquillio in Sicilia prorogatum fuisse imperium constat. *Emptus à Mario sextus Consulatus. Palpari Marianus suis principibus videtur, vt illi vsitatum. De Consulũ prouincijs nihil certi.*

Prætores.

.. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. ..

Vrbanam. &. Peregrinam. iurisdictiones.

.. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. ..

.. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. ..

Quæstiones. public. sortiti. obtinuère.

C. Seruilius .. f. .. n. Glaucia. Vrbanam. iurisdictionem. sortitus. obtinuit. In. magistratu. occisus. est. Cui hoc anno Prætori L. Saturninus turbulentissimus Tribunus plebis in foro sellam conscidit; quòd eo die, quo ipse concionem habebat, ius dicendo partem populi auocasset, quemadmodum Auctor de viris illustribus in Saturnini vita memoriæ tradidit. Hunc C. Glauciam igitur ab initio dictæ seditionis Marianum non fuisse fit verisimile; sed paulò pòst splendidis promissis corruptum, ac in partes tractum à bonis desciuisse. Socium etenim & coniuratum & Saturnini Tribuni plebis insignem tradunt Auctores alij omnes. Quin idem Auctor de illustribus satellitem Saturnini appellat. Quapropter cum L. Saturnino seditionis antesignano & aliis eiusdem factionis, cùm ex Prætura ad Consulatum anni exitu contra leges per vim designatus transire vellet, est occisus eodem die quo Saturninus periit, vt testatur Tullius in Bruto, & in Catilinaria prima. Qui de viris illustribus scripsit, illi fractam esse ceruicem prodit. Orosius extractum ex domo Claudij, & trucidatum refert: idque C. Marij Cos. iussu factum, cui religio non fuit, quo minus C. Glauciam, de quo nihil nominatim decretum erat, Prætorem occideret, quemadmodum in Catilinaria tertia Tullius idem testatur. *Desertor bonorum Glaucia Prætor. Eius exitus.*

L. Licinius P. f. P. n. Crassus. Q. Mucius P. f. P. n. Scæuola. Hi collegæ duo celeberrimi in omnibus magistratibus, præterquam in Tribunatu plebis & Censura fuere,

fuere, ſicut ex Ciceronis Bruto iam antè probaui. Conſtat igitur, etiam in Prætura hoc quaſi anno collegas fuiſſe.

P. Seſtius * L. f. L * nepos. Deſignatus erat, ſed reus ambitus factus à T. Iunio L. f. iuuene Tribunitio, atque damnatus non iniit, vt auctor eſt Cicero in Bruto.

In. eius. locum. factus. eſt. //. //. //. f. //. n. //.

L. Cornelius L. f. L. n. Dolabella. C. Fonteius * M'. f. M'. n * Capito.

Cn. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus.

Prætores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. Galliā. Ciſalp. //. //. //. f. //. n. //. Gallia. Narb.

//. //. //. f. //. n. //. Aſiam. //. //. //. f. //. n. //. Achaiam

//. //. //. f. //. n. //. Macedoniā. //. //. //. f. //. n. //. Hiſp. vlt.

Prouincias. ſortiti. obtinuêre.

C. Aurelius * L. f. C. n * Scaurus. L. Manilius / . f. //. n. Mancinus.

Sp. Thorius //. f. //. n * Balbus * [M. Muluius M. f. M. nepos]

[Q. Næuius Q. f. Q. n. Pollio] [C. Cœlius * C. f. L. n * Caldus]

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Denarius Sex. Cæſaris. Sex. Iulius C. f. Sex. n Cæſar. Huius reperitur argenteus denarius pulcherrimus cum Cybeles vel Matris Magnæ obuelato & turrito capite, & ara coronata inter binas aquilas poſita. Quæ monſtrant ipſum ludos Ioui Opt. Max. Romanos, & Megaleſia Matris Magnæ magnificentiſſimè dediſſe. Inſcriptum eſt eius ita nomen, SEX. IVL. C. F. SEX. N. CAESAR.

C. Sergius * M. f. M. n. Silus * Orata.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Sex. Pompeius Sex. f. Cn. nepos. M. /. * M. f. M. n * Perperna.

Tribuni plebis.

A. Nonius //. f. //. n * Sufenas * Anni. ſuperioris. exitu. deſignatus. erat. ſed. antequam. iniret. occiſus. eſt. Cùm L. Saturninus à Q. Metello Cenſore notatus ignominiam vlciſci cuperet, C. Marij Conſulis fauore, ac eius militibus fretus, necnon egenæ plebis multitudine ſtipatus, Tribunatum plebis iterùm petere eſt auſus. Bonorum tamen ſtudus effectum, vt, eo repulſo, nouem creatis Tribunis, extremo loco competitor Saturnini A. Nonius præferretur. Verùm aduerſa repulſi factio valida C. Marij Cos. & C. Glauciæ Prætoris deſignati (qui comitiis tunc, vt vult Appianus, præerat) conſenſu Nonium violenter inuadit, ac in cauponam quamdam fugientem compulit, è qua Marij milites extractum trucidarunt. Nec diu pòſt dictorum principum auſpicus reiterata ſunt comitia, & in locum occiſi Nonij L. Saturninus Tribunus plebis iterum per nefas factus eſt. Quo creato, de cæde Nonij ſilentium fuit, nemine audente furioſum iſtum Tribunum laceſſere. Hæc autem ex auctoribus Appiano Alexandrino ciuilium bellorum primo, Plutarchi Mario, T. Liuij breuiario libri LXIX. Valerij Max. lib. IX. cap. VII. de ſeditione, Oroſij libro V. cap. XVII. L. Flori tertio cap. XVI. In hiſce quidem mirè variatur occiſi Tribuni nomen librariorum errore haud dubio; qui in Liuio & Val. Max. vocatur A. Numius, Nummius, vel Mumnius; in Oroſio A. Nomius, vel Annonius in manuſcriptis: in Floro quidem eſt Annius; ſed quia virum illuſtrem fuiſſe refert Appianus, & Noniam tunc temporis gentem nobilem fuiſſe noſcimus; malo ſequi eumdem Appianum & Plutarchum, qui A. Nonium appellant. Sufenates autem in ea gente celebres reperimus tam in Auctoribus quàm in nummis antiquis, quemadmodum in ſequentibus patebit Annalibus.

Armata comitia non ſine ciuium ſanguine.

L. Saturninus per nefas Tribunus iterùm.

L. Appuleius * L. f. L. n * Saturninus II. Iam, vt relatum eſt, anni ſuperioris exitu per ſummam ſeditionem creatus, Tribunatum non minus violenter, quàm petierat, geſſit, C. Marij Cos. ac C. Glauciæ Prætoris auctoritate fulfultus, necnon Marianis

Appuleia leges violenter lata.

qui

qui in vrbe erant, militibus, seditiosǽque plebis multitudine armatus. Igitur C. Marij Cos. in gratiam plures leges tulit. Agrariam quidem hanc: Vti. Gallicus. ager. è. quo. C. Marius. Cimbros. nuper. expulerat. Romani. non. Gallici. iuris. amplius. esset. populoq; ie. Rom. diuideretur: Appianus ciuilium bellorum libro primo. Vtique. veteranis. in. Africa. centena. agri. iugera. diuiderentur. Sic Auctor de viris illustrib. qui addit ipsum Siciliam, Achaiam, Macedoniam, prouincias nouis coloniis destinasse: & aurum Tolosanum dolo ac scelere Cæpionis partem ad emptionem agrorum conuertisse. Atque hæc ita ipsum tulisse constat, vt viam Mario, Glauciæ, sibique ad tyrannidem aperiret, parata sibi largitionibus egenæ plebis, & Marianorum militum gratia. Itaque legem quoque de coloniis deducendis, & ciuitate danda promulgauit: Vti. in. Sicilia. Achaia. &. Macedonia. vbi. populo. videretur. coloniæ. deducerentur. &. C. Marius. Cos. in. colonias. singulas. ternos. ciues. Romanos. facere. posset. Quod constat ex Auctore de viris illustrib. loco iam citato, nec non ex Ciceronis oratione pro L. Balbi ciuitate: qui legem Appuleiam appellat, & à Saturnino promulgatam; colonias tamen deductas eadem non fuisse, satis demonstrat
» verbis hisce: Sed, cum lege Appuleia coloniæ non essent deductæ; qua lege Saturninus
» C. Mario tulerat, vt in singulas colonias ternos ciues Romanos facere posset, negabat hoc
» beneficium, re ipsa sublata, valere debere. Ex quibus colligimus, etiam hanc legem vel non perlatam, vel cum aliis post Saturnini cædem antiquatam fuisse. Legem frumentariam promulgauit: Vti. semisses. atque. trientes. ex. lege. Sempronia. pro. frumenti. modiis. singulis. ærario. populi. Rom. soluendi. remitterentur. populoque. frumentum. menstruum. gratis. diuideretur. Huic legi per magnas contentiones intercessum fuit, vt ex Auctore Rhetorices ad Herennium paullò pòst latiùs dicemus. Vt legibus hisce suis perniciosis iniquam ac violentam adderet sanctionem, Legum insuper de maiestate tulit hanc fere: Vti. quod. tribuum. plebes. iussisset. populum. teneret. Tribuno. plebem. roganti. qui. obstiterit. maiestatis. reus. esset. Vtique. quod. plebes. sciuisset. Senatus. intra. quintum. diem. eius. auctor. fieret. plebiscitumque. quiuis. Senator. iuramento. suo. roboraret. Qui. recusaret. Senatu. moueretur. &. xx. talentûm. multam. populo. daret. Legem Appuleiam de maiestate nominat Cicero de oratore libro secundo, sicut & posteà latiùs dicam. Alterius verò capitis de iuramento Senatorio mentionem plenam facit Appianus Alexandrinus ciuilium bellorum primo. Sed hæc quidem lex, vt aliæ priores quædam, non sine tumultu perlata fuit, quemadmodum exactius apud Appianum videre Lector poteris: & quàm insigni cum fuco Consul Marius de lege iuramentoque Senatorio referens, Q. Metelli Numidici, & aliorum de non iurando sententiam laudauerit: vt quinto demum die extra ordinem à meridie coacto Senatu, magni tumultus metu simulato, primus cum collega suæque factionis Senatoribus palam ad ærarium Saturni iurauerit. Consulibus itaque præeuntibus, Senatus reliquus quasi in ordinem redactus, dum sibi quisque metuit, iurare cogitur. Solus Q. Metellus intrepide perstans in sua priore sententia, iurare nolens e concione discessit. Quem Saturninus sequenti die, intercedentibus licet collegis, & multis bonis obstantibus, e curia extraxit. Verum ipse Metellus periculum publicum præuidens, ne caussa seditionis sibi imputaretur, sponte Româ abiit. Saturninus deinde cum Glaucia Prætore tribus in comitia vocans, de Metelli exilio plebem rogauit, Vellent iuberéntne Q. Metellum Numidicum, quòd plebiscito parère & in leges iurare nollet, solum vertere, Consules ei aqua & igni interdicere? Plebs vti rogas iussit. ¶Consul Marius rogationem edicto ratam habuit, absentique Metello aqua & igni interdixit. Hæc ex Appiano, Plutarcho, Auctore de viris illustrib. Liuij breuiario, L. Floro, Valerio Max. & aliis.

Agraria. *De auro Tolosano.* *De coloniis & ciuitate danda* *Frumentaria largitionis.* *De maiestate suarumq; legũ.* *Tecta fucataq; Marij ficta, qua Numidicum peremit.* *Numidicus sponte Roma discessit.* *Exilium Metello decernitur.*

Anni istius exitu, cùm magistratuum instarent comitia, L. Saturninus, vt diutiùs grassaretur, potestatem continuare cupiens, per nefas atque factiosos suos vt tertium Tribunus plebis crearetur effecit. Curauit insuper, vt L. Equitius Firmanus, falsus ac fictitius ille Gracchus, omnibus bonis inuisus, quem Q. Metellus Censor in tabulas referre, ciuemq; agnoscere prius noluerat, sibi collega daretur: quo huius impudentia & audacia ad quæuis tentanda potentior esset. In hunc modum Tribunis atque Ædilibus plebis designatis, cùm comitia haberentur Consularia, vt C. Glauciam Prætorem seditionis socium suum contra leges Consulem faceret, comitia homicidio scelerato turbauit, & C. Memmium primarium virum candidatum Consulatus, quem actionibus suis aduersarium timebat, inter

Sanguinaria atque irrita magistratuũ comitia. *Consularia comitia et turbata.* *C. Memmius occisus.*

Inter alios secundo loco, post M. Antonium oratorem creatum, competitorem Glauciæ concitato tumultu fugientem, per P. Mettium satellitem (vt Orosius auctor est) infirmi stipite comminutum occidi iussit. In hunc modum dissipatis comitiis, ac in partes scissa ciuitate, L. Saturninus nocte sequenti cum Glaucia Prætore & C. Saufeio Quæstore domi suæ cœtus suorum colligens, conciones infames habuit, vbi à quibusdam Rex, ab aliis Imperator appellatus magno cum bonorum ciuium terrore. Postridie manè Senatus congregatur, ac populus rei indignitate motus confluere, ac Saturnino seditiosisque mortem minitari cœpit. At ille cum Glaucia, Saufeio, & Q. Labieno, noua multitudine suorum ex agris excita, forum & Capitolium occupat. Interim optimatum conspiratione ciuitas armatur, fitque S. C. quo Saturninus cum suis hostis iudicatur, atque vt in magnis periculis solet, Consulibus mandatur, VIDERENT. NE. QVID. RES. PVBLICA. DETRIMENTI. ACCIPIAT. C. Marius Cos. igitur, quamuis inuitus, cùm defendere suos non posset, fortunam sequutus, amicos armis opprimere non dubitauit. E foro primum non sine magna cæde pulsos persequutus in Capitolium compulit, & ibidem obsessos ad deditionem compulit. Nec deditis seruata fides, sed omnes ab equite Romano & populo occisi sunt. Sed vide historiam apud Plutarchum in Mario, Appianum ciuilium bellorum primo, Orosium quinto cap. XVII. L. Florum libro III. cap. XVI. Auctorem de viris illustrib. in Mario & Saturnino. Meminere Valerius Max. multis in locis, & Cicero in orationib. in Sestiana, in Catilinaria prima, & in Philippica octaua: & in oratione pro C. Rabirio perduellionis reo, quod occisi Saturnini caput per conuiuia in ludibrium circumtulisset, refert Prætores omnes præter vnum Glauciam, & omnes Tribunos plebis præter Saturninum Consulibus in compescendis seditiosis adfuisse: & nominat deinde principes ciuitatis omnes Consulares ac Prætorios, magistratibusque functos, qui tunc ex S. C. cum Consulibus arma ceperunt, & Saturninum cum suis in Capitolio obsederunt: Cum armatus, (inquit) M. Æmilius princeps Senatus in comitio constitisset, cùm » denique Q. Scæuula confectus senectute hastili nixus, cùm L. Metellus, Ser. Galba, » C. Serranus, P. Rutilius, C. Fimbria, Q. Catulus, omnesque qui tum erant Consulares » pro salute communi arma cepissent: cum omnes Prætores, cuncta nobilitas ac iuuentus » accurreret, * Cn. & L. Domitij, L. Crassus, Q. Mucius, C. Claudius, M. Drusus: cum » omnes Octauij, Metelli, Iulij, Cassij, Catones, Pompeij; cùm L. Philippus, L. Scipio; cùm M. Lepidus, cum D. Brutus, cùm hic ipse P. Seruilius, cùm hic C. Curio, cùm denique omnes clarissimi viri cum Consulibus essent. Hos igitur ex Ciceronis Rabiriana Lector recenseo, quòd eorum magistratus ferè omnium in his Annalibus singulatim suis locis occurrant. Et hæc fuit tertia in vrbe grauis seditio post duas priores legibus Gracchorum largitricibus concitatas.

Tyrannis appetita per coniuratos.

Scinditur in partes ciuitas.

Capitolium occupant coniurati.

S C extremæ necessitatis.

Coactus S C. Marius Cos. in suos armatur.

Optimatum catalogus a Cicerone recensitus.

** in vulgatis male C. & L. Domitius.*

Tertia in vrbe seditio sanguinaria.

* Cn * Bæbius * Cn. f. Cn. n. Tamphilus * L. Saturnini collegæ legibus agrariis intercedere volens, lapidatione plebis summotus est. Optimatibus insuper multis leges easdem dissuadentibus tamquam vitiosas, quòd Ioue tonante ferrentur: Iam (inquit clamans Saturninus) nisi quiescitis, grandinabit. Hæc Auctor de viris illustrib. in Saturnino. Et Appianus, quanto cum tumultu partiumque contentione, non sine fustibus ac saxis, leges illæ perlatæ fuerint, apertè narrat.

Lapidatione pulsus.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
Cn. Pompeius Sex. f. Cn. n. Strabo.	* M * Plautius M. f * L. n * Hupsæus.
M. //. //. n. Cornutus.	[Cn. Pupius L. f. L. nepos]
[M. Pomponius M. f. M. n. Matho]	[L. Liuius M. f. L. n. Denter]
[C. Iunius C. f. C. n. Silanus]	[Q. Fuluius Q. f. Cn. n. Gillo]

Quæstores vrbani.

Q. Seruilius Q. f. Cn. n. Cæpio. II. Mihi quidem videtur hic idem Q. Cæpio Consularis & Triumphalis, cui ob cladẽ Cimbricam populus imperium, L. Cassius Trib. plebis mox lege sua locum Senatorium abrogauerat. Cuius recuperandi caussa repetisse Quæsturam alteram, & Curules magistratus iterare voluisse, fit verisimile. Quod in ita dispen-

Consularis ac Triumphalis Quæsturam cur repetierit.

dissensione ciuitatis illi haud difficile fuit, cùm ipse Senatui ac optimatibus gratus esset propter communicata iudicia, quamuis inuisus quibusdam ex plebe, ob Apuleianam largitionem frumentariam impeditam in hac sua Quæstura. Cùm igitur hoc anno Quæstor vrbanus ærarium prouinciam obtineret, & frumentariam legem suam de tol- *Apuleia leg. frumentaria restitit.*
„ lendis semissibus & trientibus L. Saturninus laturus esset: docuit Senatum Cæpio Quæ-
„ stor, tantam dictæ legis largitionem ærarium pati non posse. Senatus decreuit, si eam le-
„ gem ad populum ferat, aduersus rempublicam videri eum facere. Saturninus ferre cœ-
„ pit, collegæ intercedere, ille nihilominùs * sitellam deferre. Cæpio, vt illum contra S.C. * *cistellam detulit in vulgatis.*
„ intercedentibus collegis, aduersus remp. vidit ferre; cum viris bonis impetum facit,
„ gradus pontis disturbat, * sitellas deicit; impedimento est, quo seciùs feratur lex. Arcel- *potens disturbat, cistas, sic in vulgatis.*
situr Cæpio maiestatis. Sic Auctor Rhetorices ad Herennium hoc factum graphice describit, propter quod postea Q. Cæpio reus maiestatis est factus, & inique damnatus, vt suo loco dicam latius. Ceterum in Auctoris verbis hic adferendis vulgatæ lectioni præferre correctionem doctissimi Dionysij Lambini visum fuit; quam non possum non probare. Vulgatam nihilominus iuxtà notare non piguit; vt Lector candide, degustare, quam voles, pro tuo palato possis.

C. Sauteius //. f. //. nepos. In. magistratu. occisus. est. Et hunc Quæstorem in vrbe toto seditionis tempore reperimus, & tandem cum Saturnino, Glaucia, Q. Labieno, & alijs coniuratis hostem iudicatum perisse, vt auctores sunt Appianus ciuilium libro primo, Orosius libro v. cap. xvII. Armatum in Capitolio fuisse cum seditionis alijs ducibus, testatur Cicero in Rabiriana. *Inter coniuratos occisus.*

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Gallia. Cisalp. Gallicus.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Gallia. Narb.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Asia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Hisp. vlter.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Macedonia.

L. Aurelius * L. f. L. n * Cotta. Videri poterit L. Cottæ filius, qui Cos. anno DCXXXIV. cum L. Metello fuit. Studiosus eloquentiæ, quem Tullius in Bruto Prætorium vocat, & in mediocrium oratorum numero collocat. Dicendi tamen non ita multùm laude processisse, sed de industria cùm verbis tum etiam ipso sono quasi sub rustico antiquitatem affectasse dicit.

L. Cornelius L. f. L. n. Cinna. Marianæ factionis ducum vnus, qui ter Consulatum, absente L. Sulla, inuasit, vt in sequentibus Lector cognosces.

A. Sempronius //. f. //. n. Asellio. Qui posteà Prætor vrbanus reperietur, & vt in foro ius dicens quàm crudelissimè sit occisus.

T. Didius * Sex * nepos. Sequetur Tribunus plebis.

L * Antistius * //. f. //. n. Rheginus. Et hic item.

* C * Sextilius * C. f. C * nepos. Africam obtinuisse post Præturam, suo loco constabit.

Prouinciæ f. prorogatæ.

M'. Aquillius M'. f. M'. nepos. Procos. Siciliam. prorogato. in. annum. imperio. obtinuit. P. Rupilij, qui priore fugitiuorum bello cum Euno pugnauerat, vsus exemplo, fugitiuorum copias armis comminutas, commeatibus interclusas ad extrema compulit, ac fame tandem deleuit. Dedidissentque facilè se, nisi suppliciorum metu voluntariam mortem prætulissent. Ac ne de duce quidem Athenione supplicium exigi potuit, quamuis in manus venerit. Quippe, dum circà ad comprehendum eum multitudo contendit, inter rixantium manus præda lacerata est. Hæc L. Florus libro III. cap. xIx. Iulius Obsequens quidem breuiter huius anni prodigijs sic adnotauit: Fugitiui in Sicilia prælijs trucidati. Meminere Liuius libri LXIX. compendio, & Eusebius in chronico. *Dux fugitiuorum Athenio à multitudine dum capitur, in partes discerpitur.*

//. //. //. f. //. n. //. Sardiniam. //. //. //. f. //. n. //. Hisp. citer.
//. //. //. f. //. n. //. Africam. //. //. //. f. //. n. //. Illuricum

Pro. Prætoribus. prorog. imperio. obtinuêre.

Cn. Cor-

Cn. Cornelius * P.f. Cn. n * Lētulus. C. Cassius * L. f. Q. n * Longinus.
L. Tremellius * L. f. C. n * Scrofa. [P. Cornelius P. f. Cn. n. Lentulus]

Pro. Quæstoribus. f. fuēre.

// // // f. // n. // M'. Aquillij Procos. in. Sicilia.
// // // f. // n. // // // Propr. in. Sardinia.
// // // f. // n. // // // Propr. in. Africa.
// // // f. // n. // // // Propr. in. Hisp. citer.
// // // f. // n. // // // Propr. in. Illurico.
// // // f. // n. // * Lucerin. * // // // f. // n. // Calenus.
// // // f. // n. // Ostiensis * L. Valeri * Cos. in. Italia.
Cn. Papirius Cn. f. Cn. n. Carbo. A. Gabinius * A. f. A * nepos.
C. Cæcilius * C. f. Q. n * Metellus. L. Cassius * C. f. C. n * Longinus.
T. Iuuentius * T. f. M'. n. Thalna * Q. Ancharius // f. // nepos.
P. Licinius * P. f * // n. Murena. C. Milonius // f. // nepos.

ANNI P. R. C. DCLIV.

Consules.

M. Antonius C. f * M * nepos. A. Postumius * Sp. f. Sp. n * Albinus.

CASSIODORVS, Marianus, & Obsequens Consules huius anni suggerunt M. Antonium & A. Postumium; tabulæ Græcæ Antonium & Albinum; sic & Cuspiniani tabulæ. Nominat eosdem A. Gellius Noctium Atticarum libro IV. cap. VI. referens S. C. ipsa verba, secundùm quod M. Antonius Consul hostiis maioribus Ioui & Marti, & ceteris diis, quibus videretur placandis procurauit: eò quòd C. Iulius L. f. Pontifex nuntiasset hastas Martias in sacrario in regia mouisse. Plinius item historiæ naturalis lib. VIII. cap. VII. prodit ex Fenestella, M. Antonium & A. Postumium fuisse Consules anno vrbis conditæ DCLV. à Fastis hisce Capitolinis anno vno discrepans. Habes item Consules apud Ciceronem in oratione post reditum ad Quirites, vbi de Q. Metelli Numidici exilio verba facit: Numquam, inquit, de Q. Metello non modò C. Marius, qui erat inimicus; sed ne is quidem, qui secutus est, M. Antonius homo eloquentissimus, cum A. Albino collega Senatum aut populum est cohortatus. Ex qua oratione colligimus, Q. Numidicum his Consulibus ab exilio populi iussu reuocatum fuisse cum ingenti fauore ciuitatis.

Prodigium procuratum ab Antonio Consule.

Prodigia recenset huius anni multa Iulius Obsequens: bubone in vrbe viso, vrbem lustratam, nimbis & procellis plurima dissipata, fulmine pleraque tacta; Lanuuij in æde Iunonis Sospitę in cubiculo deæ sanguinis guttas visas; Nursiæ sacram ædem terræ motu disiectam; fremitum ab inferno ad cælum ferri visum, inopiam famemque portendisse. Ad hæc procuranda populus stipem, matronæ thesaurum, & virgines dona Cereri & Proserpinæ tulerunt. Per virgines viginti semper cantitatum, signa cupressea duo Iunoni Reginæ posita. Et addit Obsequens, cum Lusitanis prospere a Romanis pugnatum, rebellantesque subactos fuisse.

Prodigia varia.

De Consulum prouinciis nihil certi reperimus. Sed suspicor, Macedoniam atque Italiam Consulares prouincias decretas fuisse. Macedonia quidem propter bellum Thracicum, cuius in chronico suo meminit Eusebius. Italia verò propter continuas dissensiones, quæ ciuitatem adeò fatigabant, vt Consulem alterum in vrbe retinere tum temporis necesse fuerit. Hanc igitur (si ita est) A. Postumius sortitus erat, alteram M. Antonius, quem proprium Quæstorem habuisse, paullò pòst ostendam ex Cicerone. Vnde colligere est, extra Italiam illum obtinuisse prouinciam. Accedit, quòd Consul primus in hunc annum designatus haud dubiis, vt Appianus ait, suffragiis, & prouinciam sortitus, cùm Appuleiana per optimates opprimeretur seditio, extra vrbem ipse cum præsidio decreti fortasse ad prouinciam supplementi; vt nimirum curaret, ne seditiosorum hominum maior ex agris conflueret ad vrbem turba, quos Appuleius vndequaque conuocari iusserat. Aperte quidem in Rabiriana testatur Cicero, M. Antonium tunc extra vrbem cum præsidio fuisse, cùm Appuleius & alij coniurati occiderentur. C. Iulius Cæsar,

Consulum prouincia nō liquent.

M. Antonius Cos. cum præsidio extra vrbem seditionis comprimēdæ caussa.

sar, qui imperij Romani Monarchiam primus armis inuasit, à quo deinde successores eius Cęsares sunt appellati, Consulibus his natus est; sicut latius in vrbis Annali DCLXXVI. demonstrabo. *C. Iulius Caesar Monarcha primus nascitur.*

Prætores.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Vrbanam. &. Peregrinam. iurisdictiones.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuêre.

L. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus. L. Cassius L. f * L. n * Longinus.

Cn. Tremellius * L. f. C. n * Scrofa. M. Claudius * M. f. M. n * Marcellus.

C. Sextius * C. f. C. n * Caluinus. C. Luscius //. f. //. n. Ocrea.

Prætores. prouinciarum.

L. Cornelius L. f. L. n. Dolabella. Hispaniam. vlteriorem. sortitus. obtinuit. cum. Proconsulari. imperio. In solis Capitolinis triumphalibus Fastis reperio L. Dolabellam anno insequenti de Lusitanis ex Hispania vlteriore triumphasse Proconsule. Cùm tamen per ea tempora Prætores rexisse Hispanias vtrasque constet, & hunc Dolabellam ad Consulatum non peruenisse. Certè Prætorem hunc opinor cum Proconsulari imperio atque exercitu prouinciam obtinuisse, & res hoc anno feliciter in Hispania gessisse aduersus Lusitanos, cuius Obsequens, vt dixi, meminit. Et quia bellum eo tempore in vlteriore prouincia ingrauescebat, ducum imperia item ampliata, atque exercitus auctos ibidem fuisse verisimile est. *Bellum ingrauescens in vlteriore Hispania.*

Q. Mucius P. f. P. n. Scæuula. Asiam. sortitus. obtinuit. Quam, tardiùs in prouinciam veniens, nouem dumtaxat mensibus administrauit; atque adeò sanctè, & ex dignitate populi Rom. vt Senatus deinceps magistratibus in eam prouinciam ituris exemplum atque formam officij Scæuulam decreto suo proponeret, sicut Valerius Max. libro VIII. cap. XV. memoriæ prodidit; & dies festus, & sacra quæ Mucia vocabantur, in eius honorem constituerentur, vt Asconius in diuinationem & Verrinam IIII. Tullij scribit. Hinc pulchrè Tullius ad Atticum epistola XVII. libri V. scribit: » Hanc gloriam » iustitiæ & abstinentiæ fore illustriorem spero, si cito decesserimus: id quod Scæuulæ con- » tigit, qui solos nouem menses Asię præfuit. Rursum libro VI. Ad Atticum epistola prima, nominat Q. Mucij P. f. edictum Asiaticum, secundùm quod & suum edictum se temperasse, multaque Q. Scæuulæ se sequutum scribit, cùm Procos. partem Asiæ regeret, anno DCCII. iam ingruente bello ciuili. Duo igitur Q. Q. Scæuulæ Prætores in Asia prouincia ad luxum ob diuitias procliua, summam moderationis & abstinentiæ gloriam consequuti sunt, Q. scilicet Q. f. Augur anno DCXXXII. & hic Q. Scæuula P. f. Pontifex, quemadmodum differentiæ caussa nominantur ab Auctoribus. Vterque est vsus opera & consilio P. Rutilij Rufi sapientissimi atque innocentissimi viri: nam Auguris Scæuulæ Quæstor fuerat, & huius in Asia legatus. Cùm igitur integritate sua Rutilius prouinciam semper ab iniuriis publicanorum auarè in ea grassantium defendisset; posteà per inuidiam atque calumniam reus factus repetundarum, iniquè damnatus in exilium abiit, vt posteà suo loco dicam. *Laudatissima Q. Scæuulæ gubernatio.* *Feriæ & sacra Mucia.* *Edictum Asiaticum Q. Scæuulæ.* *Duo Mucij Scæuulæ Prætores Asiæ probatissimi.* *P. Rutilius Rufus Quæstor prioris, & huius legatus.*

//. //. //. f. //. n. //. Siciliam. //. //. //. f. //. n. //. Africam

//. //. //. f. //. n. //. Hispaniam. citeriorem

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

L. Licinius P. f. P. n. Crassus. C. Fonteius * M'. f. M'. n * Capito.

Cn. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus.

Cn. Seruilius //. f. //. n. Glaucia. prouinciam. non. sortitus. est.

Cùm enim ex vrbana Prætura mox Consulatum contra leges per seditionem inuadere vellet, hostis à Senatu iudicatus, & occisus est. Quinque igitur tantùm Prætores in hunc annum prouincias sortiti videntur, & in quinque reliquis prorogata fuisse imperia, verisimile est.

Ædi-

Ædiles curules.

Elephantorũ Romæ pugna prima.

Cupido Praxitelis marmoreus.

Scena picta coloribus.

Tonitrua in ludis scenicis Claudiana.

Bronteium.

C. Claudius Ap. f. A. n. Pulcher. C. Plinius historiæ naturalis libro VIII. cap. VII. memoriæ prodit ex Fenestella, Romæ primùm elephantes in Circo pugnasse Claudij Pulchri Ædilitate curuli, M. Antonio & A. Postumio Coss. C. Claudium Ap. f. vocat Tullius Officiorum libro II. vt illum distinguat ab alio C. Claudio C. f. qui hoc item tempore curulis Ædilis fuit, vt suo loco dicetur. Hunc autem de quo nunc agimus, paullò post L. Crassum & Q. Scæuulam magnificentissima Ædilitate functum scribit. Sic in actione de signis contra C. Verrem sexta L. Crassi, Q. Scæuulæ, & C. Claudij ornatissimas Ædilitates memorat; & in eadem exponit pulchrè, quemadmodum hic C. Claudius Pulcher in sua magnificentissima Ædilitate fuerit vsus Cupidine Praxitelis marmoreo tam diu, dum forum dijs immortalibus populoque Romano habuit ornatum. Quam statuam excellentissimam è Sicilia aduectam Messana, & ad C. Heium Mamertinum hospitem suum, cuius erat, remissam, C. Verres ibidem è sacrario cum Hercule Myronis, & duabus Canephoris Polycleti non sine sacrilegio & iniuria abstulerat. Nunc adijcienda sunt etiam quæ apud alios reperio de Claudij Pulchri hac Ædilitate. Valerius Max. libro II. cap. I. de spectaculis scribit: C. Pulcher (inquit) scenam varietate colorum adumbrauit, vacuis antè pictura tabulis extentam. Cui astipulatur Plinius historiæ naturalis libro XXXV. cap. IV. his verbis: Habuit & scena ludis Claudij Pulchri magnam admirationem picturæ, cùm ad tegulatum similitudinem corui decepti imagine aduolarent. Cùm verò in ludis eius scenicis tonitrua essent imitanda, videtur hic C. Claudius Pulcher instituisse primus, vt post scenam coniectus lapidum ita fieret, vt veri tonitrus similitudinem imitaretur. Vnde Claudiana tonitrua postmodum appellari cœpere maximi quique strepitus: nam anteà leues admodum & parui sonitus tonitruum voce fiebant in ludis: cum claui & lapides in labrum æneum, quod βροντεῖον à tonitru dicebatur, post scenam in occulto conijcerentur. Hæc ex Sex. Pompeij Festi fragmentis habemus.

Accusatus à C. Deciano Tribuno plebis.

L. Valerius * L. f. L. n * Flaccus. Et hunc collegam patricium C. Claudij, & Ædilem curulem hoc anno fuisse, ex Ciceronis oratione, qua filium eius L. Flaccum repetundarum reum defendit, nobis palàm fit, vbi sic ait ad accusatorem eius Decianum: Et verò adiungis causas inimicitiarum, quòd patri L. Flacci Ædili curuli pater tuus Tribunus plebis diem dixerit. At istud nec ipsi quidem patri Flacci valdè molestum esse debuit; præsertim, cùm ille, cui dies dicta est, Prætor posteà factus sit & Consul: ille, qui diem dixit, non potuerit priuatus in ciuitate consistere. C. Decianum verò patrem accusatoris L. Flacci, de quo Tullius verba facit, Tribunum plebis hoc anno fuisse, mox patebit, & quam ob caussam damnatus fuerit: sed cur hunc Ædilem curulem pro Rostris reum fecerit, non liquet.

Ædiles plebis.

n. n. n. f. n. n. n. n. n. f. n. n. n.

Cn. Octauius * C. f. C. n * Rufus. [T. Cicereius T. f. C. nepos]

Tribuni plebis.

Irrita rogatio de reditu Q. Numidici.

L. Porcius M. f. M. n. Cato. Q. Pompeius Q. f * Q. n * Rufus. Inito Tribunatu hi duo rogationem de reditu Q. Metelli Numidici promulgarunt totius vrbis cum gaudio. Quæ ne perferretur, C. Marij Consulis & P. Furij Tribuni plebis factionibus intercessum fuit, vt auctor est Orosius lib. V. cap. XVII.

Calidia rogatio de Q. Numidici reditu perlata.

Moderatio constans Numidici.

Gratulatio bonorum infinita.

Q. Calidius n. f. n. nepos. Rogationem de Q. Metelli Numidici reditu tulit, Vti qui per iniuriam ciuitate pulsus erat, reuocatus in integrum restitueretur. Populus, Vti rogas, iussit: & Metellus maximo Senatus populique fauore ex Asia reuocatus est. Cùm Trallibus in theatro sedenti litteræ de reditu suo porrigerentur, eas ante ludos peractos non aperuit, & constat eumdem pari vultu & exulem & restitutum fuisse. Romam redeunti ferunt diem integrum non suffecisse, dum ad portas vrbis obuios quosque complecteretur: Appianus ciuilium bellorum primo, Plutarchus in Mario, Liuius LXIX. breuiario, Auctor de viris illustribus in Numidico, Cicero in Planciana, Val. Max. lib. IV. cap. I. & lib. V. cap. II. & alij.

Plebeia fax pernicîosa.

P. Furius n. f. n. nepos. in. Tribunatu. occisus. est. Non ingenuo patre natus, sed ex plebis fæce libertinus, vt testatur Appianus. Item Tullius in Rabiriana dicit hominem

nem omnibus turpitudinis notis insignem fuisse. Verùm hic C. Marij Consulis auctoritate prouectus anni superioris exitu ad Tribunatum videtur, ex cuius nutu ac voluntate gessit omnia. Primùm bona omnium cum Saturnino cæsorum publicanda decreuit, vt scribit Orosius libro v. cap. XVII. In Consulis Marij gratiam Q. Numidici reditum quo potuit studio per factiones suas semper impedire conatus est. Rogationi idcircò Calidiæ contra Senatus ac collegarum, omniumque bonorum consensum intercessit: atque Numidici filium Q. Metellum pro patre supplicem in conspectu populi Rom. ad genua sibi prolapsum superbe reppulit. Quo factum vt Metellus adolescens Numidici filius tam miserabili specie Pij cognomen sit adeptus, & suis reliquerit. Furius verò propter hanc superbiam, aliaque facinora reus factus ad populum à C. Canuleio collega, à furente multitudine, priusquam omnino se defendere posset, discerptus est, vt auctor est Appianus ciuilium primo.

C. Marij satelles. *Rogationis Calidiæ intercessor.* *Q. Metellus Numidici f. Pij agnomē meretur.* *Reus ad populū Furius.* *Furiosè discerptus Furius.*

C. Canuleius * C. f. L. n. Diues * P. Furium collegam, quòd rogationibus de Q. Metello reuocando promulgatis, atque consensui bonorum ciuium pertinaciter ac sediciose se opponeret, maiestatis reum capitis anquisiuit. Sed antequam peragi, & suffragiis populi reus damnari poterat, per contentiones infestas à furente multitudine trucidatus & discerptus est, vt ex Appiano dixi.

Seditiosum collegā P. Furium maiestatis reum facit.

C. . . . f. . . n. Decianus. Et hunc Tribunum plebis apud Ciceronem reperio, & Ædili curuli L. Valerio Flacco diem dixisse frustrà. Ciceronis autem verba superiùs adduxi ex oratione, quam posteà pro filio repetundarum reo dixit: quæ nos docent, Flaccum Ædilem non solùm absolutum, sed etiam Prætorem & Consulem factum; & accusatorem Decianum exilio posteà damnatum fuisse. Caussam verò damnationis declarat idem Tullius alio loco apertius in Rabiriana; quòd scilicet, cum Decianus Tribunus plebis etiam P. Furium suum collegam consensu bonorum omnium non minùs, quàm Canuleius Tribunus oppugnaret & accusaret; ausus fuerit in concione conqueri de morte L. Saturnini. Reus igitur maiestatis post Tribunatum, tamquam eiusdem coniurationis vnus, est factus, & in exilium missus. Valerius item Max. libro VIII. cap. I. de iudiciis publicis ex Cicerone videtur hoc idem in exemplum adducere his verbis: C. autem Deciano spectatæ integritatis viro vox sua exilium attulit. nam cùm P. Furium inquinatissimæ vitæ pro Rostris accusaret; quia quadam in parte actionis de morte L. Saturnini queri ausus fuerat, nec reum damnauit, & insuper ei pœnas addictas pēpendit. Et rectè quidem Valerius. Exilij namque pœna haud dubiè imminebat Furio, nisi ante damnationem occisus fuisset: quę postea Deciano irrogata est, quòd Furium oppugnando, Saturnini caussam eiusq; seditiones probare videbatur. Pœnas igitur Furio destinatas vel addictas pependit Decianus, vt ait Valerius; cuius exemplaria vulgata pleraque perperàm (pœnas additas) habent.

Post Tribunatum cur damnatus Decianus.

Sex. Titius * M. f. Sex * nepos. Seditiosum ciuem ac turbulentum vocat M. Antonius orator apud Ciceronem dialogorum de oratore libro secundo, ex cuius verbis animaduertere est, quàm turbulenter Tribunatum hic gesserit, & quantopere Consul Antonius antequam iret in prouinciam, huius conatibus obstiterit. Sic enim ait: Nam & testimonium sæpe dicendum est, ac nonnumquam etiam accuratiùs; vt mihi necesse fuit in Sex. Titium seditiosum ciuem & turbulentum. Explicaui in eo testimonio dicendo omnia consilia Consulatus mei, quibus illi Tribuno plebis pro republica restitissem; quęque ab eo contra rempublicam facta arbitrarer, exposui. Diu retentus sum, multa audiui, multa respondi. Hæc ita reducit in memoriam M. Antonius. cuius elegans, licet amarum, scomma præterire nequeo, quod refert ibidem inter oratorios iocos Cæsar Strabo: cùm enim iactabundus Sex. Titius Cassandram se diceret; quasi qui vera quidem, sed non credenda perituræ ciuitati vaticinaretur; Multos, inquit Antonius, possum tuos Aiaces Oileos nominare. Quo tam acuto dicto fœdum illum Tribunum plebis, cynœdum ac pathicum palàm insimulauit. Et hæc contigisse videntur in illa conflictatione & controuersia propter legem agrariam orta, dum Titius illam ferre, Consul Antonius subuertere & imperire conatur. Promulgauerat enim agrariam legem, vt sibi plebem demereret, Semproniæ similem, vt apparet: cuius pulchre meminit Iul. Obsequens in libello de prodigiis: vbi tamen in exemplaribus vitiose legitur Tribuni legislatoris nomen, Sextius, non Sex. Titius. Eius verba sic correctiùs legenda sunt: M. Antonio, A. Postumio Coss. Sex. Titius Tribunus plebis de agris diuidundis populo cùm repugnantibus collegis, pertinaciter legem ferret, corui duo numero in alto volantes ita pugnarunt supra concionem, vt rostris vnguibusque lacerarentur. Aruspices sacra Apollini litanda, & de lege quæ ferebatur supersedendum pronuntiarunt. Hinc Valerius Max. lib. VIII. cap. I. Sex.

Cassandra Sex. Titius. *Titia lex agraria.* *Obsequentis locus.*

hunc Titium agraria lege gratiosum dixit, cuius verba postmodum adferam. Et Cicero de legibus secundo Titiam hanc legem, non Sextiam appellat, vbi de Augurum iure & auctoritate multa disserit, docens eamdem mox collegij Augurum decreto sublatam esse. Quid, inquit, religiosius, quam cum populo, cum plebe agendi ius aut dare, aut non dare? Quid? legem, si non * iure rogata est, tollere: vt Titiam decreto collegij, vt Liuias consilia Philippi Cos. & Auguris. In hunc modum optime correxit hæc Ciceronis verba doctissimus Antonius Augustinus in libro de legibus & S. C. cuius lectioni & meas coniecturas adieci.

Ciceronis locus. ** rite melius fortè ex v.c.*

L. Equitius //. f. //. n. Firmanus. In hunc annum designatus erat Apuleiana factione contra leges, atque bonorum voluntatem. Et quamuis istud è tenebris, nescio quibus (inquit Valerius) protractum portentum C. Marius Consul in publicam custodiam ductum inclusisset: plebs tamen furibunda, claustris carceris conuulsis, raptum humeris per summam animorum alacritatem reportauit, vt idem scribit libro IX. cap. II. Appianus Alexandrinus primo initi magistratus die fuisse occisum scribit. Meminit & Cicero in Rabiriana, vt & Valerius libro III. cap. II.

Plebs furibunda.

L. Appuleius * L. f. L. n * Saturninus III. In hunc annum designatus erat, sed non diu pòst, comitiis Consularibus turbatis, occisus, vt ante dictum est.

In. eorum. loca. facti. sunt.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //.

Cn. Octauius Cn. f. Cn. nepos. C. Geminius //. f. //. nepos.

M. Octauius M. f. //. n. Cæcina.

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

C * Iunius * //. f. //. n. Norbanus * M. Antonij Cos. in * Macedonia * Hunc hominem seditiosum furibundumque dicere non dubitat L. Crassus orator apud Ciceronem dissertationum de oratore libro secundo. Quem tamen posteà reum M. Antonius orator defendere voluit, vt ipse testatur ibidem: quia Norbanus eius sodalis & Quæstor fuerat, & in liberûm ei loco more maiorum esse debebat. Nec refragatur ibidem Norbani accusator P. Sulpicius, cum ita ait: Vt illud initio, quod tibi vnum ad ignoscendum homines dabant, tenuisti, te pro homine pernecessario Quęstore tuo dicere; quam tibi primam muniisti, ad te audiédum, viam. Fuit igitur Quæstor Antonij Consulis C. Norbanus; verùm, qua in prouincia, obscurum adhuc. Hanc igitur excusationem in oratione sua attulerat Antonius, quòd ipse Censorius ciuem improbum propter istam necessitudinem defenderet. C. Iunium Norbanum appellari hunc Quæstorem, volunt nonnulli: sed quonam ex Auctore hoc habeant, nondum video. Equidem nihil statuo. Cùm enim Tullius, & veteres scriptores omnes, nec non antiqua numismata a posteris eius cusa, solo prænomine personam indicante, & oppidi, vnde domo, cognomine hunc signarint; fit profectò verisimile, C. Norbanum istum vel nullius, vel prorsus incognitæ gentis ac familiæ hominem, vt plures alij, ex fæce plebeia C. Marij factionibus ad rerum gubernacula prouectum fuisse, cum Marianas partes bello ciuili ad extremum vsque defenderit, vti ex sequentibus apparebit.

Necessitudini Quæstoris caussa defensus à M. Antonio Norbanus. *Nullius nominis homo.*

//. //. //. f. //. n. //. L. Dolabellæ Procos. in. Hisp. vlter.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Scæuulæ Pr. in. Asia.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Sicilia.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Africa.

//. //. //. f. //. n. //. Ostiensis. A. Postumi Cos. in. Italia.

M Claudius * M. f. M. n * Marcellus. Marcellorum huius temporis valdè perplexa, nodoque Gordio difficilior est distinctio; cùm multi reperiantur, & omnes fere Marci vel Caij nominentur. Hunc quidem M. Marcellum cum fratre Caio rectà stirpe, non adoptionis propagine à magno illo M. Marcello quinquies Consule genus ducere, trahor ad opinandum ex annorum deductione. Ædilem curulem, atque Prætorem Siciliæ hunc Marcum fuisse, ex Cicerone demonstrabo; & adolescentulum ipsum

valdè

valdè bonis studiis addictum, & L. Crasso oratori familiarissimum, in eius Ædilitate curuli Crassi verbis ostendam.

* D * Iunius * M. f. M. n * Brutus. M. Bruti Iuriscos. eius temporis celeberrimi (cuius Pomponius de origine iuris, & Cicero sæpiùs meminere) filius alter videri hic poterit: cuius fratrem Marcum magistratus non petiisse testatur Cicero, & accusatorem infamem, & L. Crassi oratoris inimicum fuisse dicit in Bruto, & in libris de oratore locis pluribus. Hunc verò, de quo nunc agimus, Prætorem in vrbe fuisse, L. Sulla Cos. Romam armis inuadente, postea suo loco dicetur. Patruum ambos habuisse, verisimile est, D. Iunium Brutum Callaicum.

L. Cornelius * L. f. L. n * Merula. Quem Flaminem Dialem in Consulatu bello Mariano periisse constabit.

Cn. Granius . f. . nepos. Plebeiæ & obscuræ gentis, Senator tamen erat belli Mariani exordio. Nam illum cum Q. Granio nominat Appianus ciuilium bellorum primo inter duodecim Senatores, qui cum C. Mario hostes iudicati profugerunt, L. Sulla Consule Romam hostiliter inuadente. Alterum autem ex istis Granijs C. Marij priuignum, & ab Ostia fugæ socium fuisse testatur Plutarchus in eius vita: sed Cneus, an Quintus Granius fuerit, non liquet, aut Plutarchi ipsius, aut librariorum culpa, quorum negligentia prænomen in libris periit.

L. Sestius * L. f. P * nepos. Qui fuit pater P. Sestij illius, quem Cicero de vi accusatum defendit. Vir sapiens, sanctus, & seuerus, vt in eius Tribunatu plebis suo loco dicam latiùs: quem excedere noluit, eodem Cicerone teste.

P. Gabinius * A. f. P. n * Capito. Patrem colligo fuisse ex annorum interstitio P. Gabinij Capitonis equitis Romani, qui posteà coniurationis Catilinariæ particeps fuit: cuius Cicero & Sallustius meminere.

Q. Seruilius * Q. f. Q. n. Geminus * Qui Prætor anno DCLXIII. bello sociali ingruente ab Asculanis occisus est, vt suo loco.

Prouinciæ. f. prorogatæ.

// // // f. // n. // Sardiniam.	// // // f. // n. // Achaiam
// // // f. // n. // Galliá. Cisalp.	// // // f. // n. // Galliá. Narb.
// // // f. // n. // Illuricum	

Pro. Prætoribus. prorogato. imp. obtinuêre.

Cn. Cornelius * P. f. Cn. n * Lentulus.	[M. Muluius M. f. M. nepos]
C. Aurelius * L. f. C. n * Scaurus.	L. Manilius // f. // n. Mancinus.
[P. Cornelius P. f. Cn. n. Lentulus]	

Pro Quæstorib. f. fuêre.

// // // f. // n. // // //. Pr. in. Hispania. citeriore.
// // // f. // n. // // //. Propr. in Sardinia.
// // // f. // n. // // //. Propr. in. Achaia.
// // // f. // n. // // //. Propr. in. Gallia. Cisalp. Gallicus.
// // // f. // n. // // //. Propr. in. Gallia. Narb.
// // // f. // n. // // //. Propr. in. Illurico.

// // // f. // n. // Lucerin.	// // // f. // n. // Calenus.
A. Gabinius * A. f. A * nepos.	T. Didius * Sex. f. Sex * nepos.
L. Aurelius * L. f. L. n * Cotta.	L. Cornelius L. f. L. n. Cinna.
T. Iuuentius * T. f. M'. n. Thalna *	Q. Ancharius // f. // nepos.

M'. Aquillius M'. f. M'. n. Procos. anno. DLIV.
ouans. de. serueis. fugitiueis. ex. Sicilia. // // //

Quemadmodum ad extrema compulerit in Sicilia fugitiuorum exercitus M'. Aquillius Procos. & vt interclusum commeatibus fame deleuerit, anteà suis locis exposuimus ex

ex L. Flori historiarum libro IIII. cap. XIX. Meminit aliquoties Cicero in suis orationibus. Ex Liuij item breuiario libri LXIX. cognoscimus, eodem ferè tempore, quo Q. Metellus Numidicus ab exilio Romam reuocatus est, bellum in Sicilia fugitiuorum fuisse confectum: quod anno hoc contigisse, constat ex supradictis. Sic etiam in Liuij breuiario: Q. Cæcilius Metellus ab exilio, ingenti totius ciuitatis fauore reductus est; M'. Aquillius Procos. in Sicilia bellum seruile concitatum confecit. Triumphasse eumdem Aquillium ex Sicilia, scribit Athenæus libro Dipnosophistarum V. cap. XI. quemadmodum videntur tunc temporis Græci scriptores non satis accurate triumphum de ouatione discreuisse: qua contentum Aquillium fuisse, vt anteà P. Rupilius ex simili victoria, monstrat aperte Cicero de oratore lib. II. cùm ita apud eum loquitur M. Antonius orator, qui reum ex Sicilia Aquillium posteà defendit: Cum, inquit, mihi M'. Aquillius in ciuitate retinendus esset, quem ego Consulem fuisse, imperatorem ornatum à Senatu, ouantem in Capitolium ascendisse meminissem. Hæc verba Antonij carptim ex Cicerone desumpta satis probant ouationem dumtaxat obtinuisse. Videmus adhuc temporis denarios argenteos quosdam antiquos, ad hanc Aquillij victoriam spectantes, in quibus caput Virtutis militaris armatum callide est impressum, adscripto nomine, VIRTVS. ab vna parte: ab altera stat imperator armatus, dextera sua subleuans & ostentans nudum & exangue corpus muliebre prostratum, tamquam imaginem adflictæ Siciliæ, à fugitiuis spoliatæ, & ad internecionem vsque vastatæ. Cui subscriptum est nomen, SICIL. Et circumscriptum, M'. AQVIL. M'. F. M'. N. Et ab altera nummi parte retro Virtutis caput, III. VIR. Cuius igitur hic nummus non ab hoc Manio Triumphali viro, sed eius nepotum aliquo Treuiro monetali, sub Cæsare vel Augusto, familiæ suæ maiorum de republica meritis illustrandæ caussa: quales & alij Aquilliorum eius temporis III. virûm similes extant plures.

Triumphus perperam pro ouatione positus ab Athenæo Græco.

Denarij Aquilliorum hostus victoriæ testes.

ANNI P. R. C. DCLV.

Consules.

Q. Cæcilius Q. f. Q. n. METELLVS. NEPOS. T. DIDIVS. T. f. Sex. nepos.

HABEMVS deinde Consules in Cassiodoro & Obsequente Q. Metellum & T. Didium; in tabulis Græcis Metellum & T. Didium: sic in tabulis Cuspiniani leguntur Consules, vbi tamen pro Didio, Iunium nescio quem librarius scriptor perperàm supposuit: non secùs ac in tabulis Græcis Κηδίου mendosè simili culpa legitur. In Mariano Scoto Q. Cæcilium Metellum, T. Didium legimus. M. Cicero in oratione post reditum ad Quirites, Q. Metellum Nepotem affirmat Consulatum petiisse, cùm reuocaretur ab exilio Q. Metellus Numidicus, quod anno superiore contigit. Eumdem hunc Q. Metellum Nepotem, qui Consul fuit cum T. Didio, Balearici filium, Macedonici nepotem, vt inquit Pædianus in Corneliam, Curio accusauit. De T. Didio mirum quid videtur, quòd post insignem Preturam, & clarissimum de Scordiscis triumphum per quatuordecim annos iacuerit; sed forsan morbus, aut alius casus aliquis in caussa fuit. Multa eius anni prodigia narrat Iul. Obsequens, bubonem visum in Capitolio, fulmine pleraque decussa fuisse, Martis hastas in regia motas, ludis in theatro cretam pluisse cādidam, fruges ac tempestates portendisse bonas: addit demum, Hispanos pluribus prælijs deuictos.

Q. Balearici filius hic Cos. Metellus.

Prodigia multa.

T. Didio Cos. Hispaniam citeriorem prouinciam obuenisse, haud dubium est, vt ex sequentibus patebit: de altera Q. Metelli nihil certi comperio: opinor tamen ob caussas iam ante relatas, Italiam fuisse; & vt fieri solebat, Consulem Metellum in vrbe necdum tranquilla retentum fuisse. Nomina Consulum ipsa demonstrant, ab his ex S. C. legem Cæciliam & Didiam latam fuisse, cuius item meminit Cicero in epistolis ad Atticum libro II. Consularem appellat in Sextiana, cuius legis capita reperimus hæc ferè:

Prouinciæ Consulares.

Lex Cæcilia Didia de legum latione. Trinundinū.

Vti. trinis. nundinis. leges. antequam. ferrentur. promulgari. deberent. Meminit idem Cicero in oratione pro domo sua, nec non Philippica V.

Vtique. legum. capita. separarentur. neque. de. rebus. diuersis. coniunctim. ferretur. Idem pro domo.

Vtique. populo. liberum. sit. cuiuscumque. legis. vel. partem. accipere. vel. partem. repudiare. si. totam. accipere. vel. repudiare. nollet. Ibidem Cicero, ex cuius verbis capita hæc legis colligi ferè poterunt.

Præ-

Prætores.

... ... f. ... n. ... ... f. ... n. ...

Vrbanam. &. Pereg. iuriſdictiones.

... ... f. ... n. ... ... f. ... n. ...

... ... f. ... n. ... ... f. ... n. ...

Quæſtiones. publicas. ſortiti. obtinuêre.

C. Valerius * L. f. C. n * Flaccus. iuriſd. Vrbanam. ſortitus. obtinuit. De Senatus ſententia ad populum tulit de Calliphana Velienſi ſacerdote Cereris Græca, vt ea ciuis Romana eſſet, quia ad ſacra Cereris curanda Romam ex S. C. erat euocata. Meminit Val. Max. libro primo, cap. I. de religione, qui ſacerdotem hanc Calliphennam appellat. Ceterùm Cicero in oratione pro L. Balbo de eadem ſcribens, nominat Calliphanam. Cuius verba ſunt hæc: Mitto vetera, proxima dico. Ante ciuitatem Velienſibus datam de Senatus ſententia C. Valerium Flaccum Prætorem vrbanum nominatim ad populum de Calliphana Velienſe, vt ea ciuis Romana eſſet, tuliſſe. C. Flacci quidem Prætura, qui quinto pòſt anno Cos. fuit, in hunc annum cadit. *Valeria lex de ciuitate ſacerdotis Cererum.*

L. Marcius Q. f. Q. n. Philippus. L. Hortenſius * L. f. L * nepos.
M. Herennius C. f. .. nepos. [C. Aquillius P. f. P. n. Gallus]
* M * Valerius * M. f. M. n * Meſſalla.

C * Plautius * . f. ... n. Decianus. Maieſtatis damnatus in exilium iuit, quòd Tribunus plebis anno ſuperiore fuiſſet auſus in ſua aduerſus P. Furium collegam de morte L. Saturnini conqueri. Meminit Cicero in oratione pro L. Flacco, & pro C. Rabirio perduellionis reo, & Val. Max. lib. VIII. cap. I. qui ambo nullius eum gentis faciunt. In Plautia tamen Decianorum familiam nobilem & antiquiſſimam fuiſſe, nos docent Capitolina marmora, vel ab vrbis anno CCCCXXIV. quo proferunt in Faſtis, C. PLAVTIVM. P. F. P. N. DECIANVM. Conſulé & triumphantem. De qua familia cùm fere nulla, vel tenuis admodum memoria reperiatur apud Auctores, vel videtur penitus extincta fuiſſe, vel ſine magiſtratibus aut publico munere illo iacuiſſe ad hæc vſque tempora, quibus multi Gigantum fraterculi noui in antiquas & nobiles domos ſeſe inſinuare conabantur.

Sex. Titius * M. f. Sex * nepos. Maieſtatis item damnatus eſt, quòd L. Saturnini perduellis imaginem domi habuiſſet. Auctores Cicero in Rabiriana dicta, & Valerius loco dicto, ni fallor, ex eodem Cicerone: Sex. quoque Titium ſimilis caſus proſtrauit. Erat innocens, agraria lege gratioſus apud populum; tamen quia Saturnini imaginem domi habuerat, ſuffragiis eum tota cognitio oppreſſit. Teſtimonium contra illum dixit M. Antonius orator, vt Cicero de oratore libro II.

M'. Aquillius M'. f. M'. nepos. Qui ſeruile in Sicilia bellum confecerat, accuſante L. Fuſio Caleno de pecuniis repetundis cauſſam dixit, ſedente C. Mario inter iudices. Quos cùm ipſe rogare nollet, M. Antonius orator, qui pro eo perorabat, tunicam à pectore eius diſcidit, vt honeſtas cicatrices bello acceptas oſtenderet. Quibus conſpectis, miſericordia moti iudices, multis auaritiæ criminibus, teſtimoniis cóuictum reum indubitanter abſoluerunt: Liuius breuiario libri LXX. ex auctoritate vnius Ciceronis, qui variis locis mentionem facit, vt in Bruto de claris, de oratore lib. ſecundo: item pro L. Flacco, & in Verrem actione VII. Meminit & pulchrè Quinctilianus lib. II. cap. XVI. *Vt reus Aquillius præter omniũ expectationẽ abſolutus.*

Prætores prouinciarum.

L. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus. Siciliam. ſortitus. obtinuit. Succeſſorem in hac prouincia fuiſſe M'. Aquillij Procos. qui bellum ſeruile Siculum confecerat, fit nobis veriſimile, cùm eius Conſulatum anno ſuo deinde ſequentem reſpicimus. Et ſuffragari videtur M. Tullius actione in C. Verrem VII. de ſuppliciis, affirmans, poſt M'. Aquillij deceſſum è Sicilia Prætorum omnium inſtituta atque edicta fuiſſe eiuſmodi, vt ne quis cum telo ſeruus eſſet. Mox adfert exemplum ſeueritatis huius L. Domitij Prætoris, qui ſeruum paſtorem, quòd venabulo confixiſſet aprum ingẽtem Prætori oblatum dono, & tali telo contra ſuum edictum vſus fuiſſet, confeſtim in crucem tolli iuſſerat, publici imperij violati crimen vindicans. Vide locum, & Val. Max. lib. VI. cap. III.

C. Sextius * C. f. C. n * Caluinus. Macedoniam. ſortitus. obtinuit. Graues vicinorum barbarorum incurſiones paſſum eſſe, colligimus ex Ciceronis Piſoniana: vbi in

in L. Pisonem inimicum suum inuehitur, quòd Macedoniam obtinens, Denseletis obsequentissimis nefarium ac crudele bellum intulisset, qui anteà C. Sextium Prætorem summa cum fide defendissent. Eius verba sunt hæc: Denseletis, quæ natio semper obediens huic imperio, etiam in illa omnium barbarorum defectione Macedonica C. Sextium Prætorem tutata est, nefarium bellum & crudele intulisti: eisque, cùm fidelissimis sociis vti posses, hostibus vti acerrimis maluisti.

// // // f. // n. // Sardiniam. // // // f. // n. // Hisp. vlter.
// // // f. // n. // Illuricum. // // // f. // n. // Asiam

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

L. Cassius L. f * L. n * Longinus. C. Luscius // f. // n. Ocrea.
M. Claudius * M. f. M. n * Marcellus. Cn. Tremellius * L. f. C. n * Scrofa.

Ædiles curules.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
P. Cornelius P. f. P. n. Scipio. Nasica. L. Iulius L. f. Sex. n. Cæsar.

Ædiles plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
P. Rutilius L. f. L. n. Lupus. M'. Acilius * M'. f. M'. n. Glabrio.

Tribuni plebis.

Superbam Tribuni plebis petulantiam aduertere est.

M. Duronius // f. // nepos. Legem sumptuariam Liciniam, auram popularem captans, abrogauit. Admodum enim impudenter in Rostra conscendens, hæc contra legem dixit: Fræni sunt iniecti vobis, Quirites, nullo modo perpetiendi. Alligati & cóstricti estis amaro vinculo seruitutis. Lex enim lata est, quæ vos esse frugi iubet; abrogemus istud horridæ vetustatis rubigine obsitum imperium. Etenim quid opus libertate, si volentibus luxu perire non licet? Ob hanc insolentiam anno sequenti à Censoribus notatus, atque Senatu motus est: auctor Valerius Max. libro II. cap. IX. de Censoria seueritate.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. //

Plautia vel Plotia agraria lex.

A. Plautius // f. // n * Siluanus * Huius videri poterit lex agraria Plotia, hoc quasi tempore lata, cuius Cicero in epistolis ad Atticum lib. primo epist. XVII. meminit. Videtur sic pro plebe sanxisse, Vti vel agri, quos à Senatu locupletes emissent, reddita ex ærario possessoribus pecunia recuperarentur, & plebi diuiderentur: vel si Senatus hos vetere possessione moueri nollet, noui agri diuidundi indigæ plebi emerentur ex pecunia, vectigalibus è nouis per quinquennium proueniente. Eamdem ferè relatam posteà à L. Flauia Tribuno plebis, testatur idem Cicero ad Atticum epistola præcedenti XVI. & nos de ea suo loco dicemus.

M. Porcius M. f. M. n. Cato. Licinianus. C. // * M. f. M. n * Perperna.
C. Aquillius * L. f. L. n * Gallus. P. Seruilius M. f. // n. Rullus.
Cn. Tremellius * Cn. f. Cn. n * Flaccus. C. Milonius // f. // nepos
* C * Antistius * Sex. f. Sex. n. [C. Centenius. C. f. C. n. Penula]

Quæstores vrbani.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Quæstores prouinciarum.

// // // f. // n. // T. Didij Cos. in. Hisp. citeriore.
// // // f. // n. // L. Domitij Pr. in. Sicilia.
// // // f. // n. // // // Pr. in. Sardinia.
// // // f. // n. // // // Pr. in. Hisp. vlteriore.

// //

″. ″. ″. f. ″. n. ″. ″. Pr. in Illurico.
″. ″. ″. f. ″. n. ″. Calenus.

M. Tullius M. f. A.n. Decula. Cuius ita notatus extat Consulatus in Capitolinis marmorib. vrbis anno DCLXXII. Verisimile est igitur, ipsum per gradus magistratuum ordinarios ad eum honorem peruenisse. Homo quidem plebeiæ gentis obscuræ, qui tamen affectans patriciam nobilitatem, suæ gentis originem ad Ser. Tullium Romanorum regem referre voluit. Testatur hoc cum eius nomine cusi argentei denarij, in quibus Ser. Tullij regis diademat am faciem cum litteris SERVI. expressit: & in altera parte Romanum equitem equum suum fræno ducentem, eò quòd hic rex Romæ ciuium censum primus instituit: quo inter alia moris erat, vt eques Romanus quisque suum equum publicum benè saginatum ante Censores traduceret, & ostentaret. Hanc eius aliorumque plurium iactantiam leuitatemque, qui falsis imaginibus ita nobilitatem quærebant, » obliquè notat Tullius in Bruto, dicens historiam rerum Romanarum mendosiorem » factam falsis istis nobilitatum titulis, & à plebe transitionibus: cùm homines humiliores » in alienum eiusdem nominis infunderentur genus; vt si ego, inquit, me à M'. Tullio esse » dicerem, qui patricius cum Ser. Sulpicio Consul anno X. post exactos fuit. Hæc fere Cicero ibidem, qui in hunc modum, & alios plebeiæ gentis Tulliæ superbos refellere & improbare videtur, qui tunc à Ser. Tullio rege sui generis nobilitatem falsò deducere volebant: vt hic M. Tullius Decula fecerat, cuius in nummis apud Ser. Tullij regis imaginem ita scriptum est nomen, M. TVLLIVS. M. F. DECVLA. Picturam eius numismatis in Fastis Huberti Goltzij, si voles, videre poteris.

Ser. Tullij regis imago in nummis M. Decula.

Mendosior antiqua historia rerum Rom. falsis imaginibus facta.

L. Postumius * L. f. L. n * Albinus * Flamen. Martialis * Cuius auus, vt annorum insinuat interuallum, fuit teste Liuio Flamen Martialis, & Cos. anno DXCIX. veneno vxoris sublatus est in magistratu. De patre nil certi reperio. Hunc verò L. Albinum Prætorem fuisse, & bello Marsico captum & interemptum, postea suo loco dicetur. De eodem loqui suspicor Tullium in Bruto, cùm inter huius temporis oratores adferat » duos Albinos; Aulum scilicet, in quo (inquit) laus bene loquendi fuit; nam Flamen Albinus etiam in numero est habitus disertorum. Flaminem igitur hunc appellat ad alterius differentiam. Atqui reperio quadrigatos argenteos cum titulo, L. POST. ALB. sub quadriga Martis, & Flaminis titulus cum apice, apud Romæ galeatæ caput in altera numismatis facie videtur: quibus notis haud dubie Postumius suum Flaminij Martialis sacerdotium indicare voluit.

Insignia Flaminij in huius denarijs.

* C * Seruilius C. f. M. n. Vatia. Frater P. Seruilij Vatiæ Isaurici, Consularis, Censorij, ac Triumphalis, vt ex fragmentis marmorum Capitolinis colligimus: in quibus reperimus & hunc ex Prætura triumphasse, quod suo loco dicemus. Duos quidem Seruilios bello ciuili Mariano partes optimatum sequutos fuisse, & L. Sullæ legatos apud Clusium res insignes gerendo victoriam obtinuisse, Velleius Paterculus lib. II. cursim annotauit: qui duo fratres iam dicti fortasse fuere. Meminit & Plutarchus in Sullæ vita. Sed hæreo, num satis correcte in huius exemplaribus pro Σερυίλιοι, Σερυίλιος legatur: cùm tam expressè Velleius duos Seruilios Sullæ legatos prodat. Sed valde vitiatus in propriis nominibus est Plutarchus.

Plutarchi locus.

C. Claudius C. f. C. n. Pulcher. Cuius pater Cos. anno DCXXIII fuerat cum M. Perperna. Et hic fuit patruus P. Clodij inimici Ciceronis, vt in eius Ædilitate ex Cicerone patebit.

C. Cosconius * C. f. C * nepos. Bello Marsico Prætorem fuisse, eosque præclarè gessisse, demonstrat Appianus ciuilium libro primo, vt posteà suo loco referam.

P. Antistius * C. f. C. n. Labeo. Socer Cn. Pompeij Magni, apud quem Prætorem Pompeius adolescens, mortuo patre, reus factus fuerat, vt ex Plutarcho dicemus suo loco latiùs. Occisus est à L. Damasippo Romæ in Senatu anno DCLXXI. vt & Appianus auctor est ciuil. primo.

L. Licinius P. f * P. n * Murena. Hic pater L. Murenæ Consularis posteà, quem Cicero Cos. reum ambitus defendit. Hic post Præturam, in vrbe ni fallor gestam L. Sulla Consule, cum eodem legatus Propr. profectus est ad bellum Mithradaticum: vbi rebus benè gestis, à Sulla redeunte in Italiam Asiæ præfectus, contra Mithradatem sæpe victor tertio post anno reuocatus, Romæ triumphum obtinuit, vt in sequentibus.

M. Lucilius ″. f. ″. n. Rufus. Clarescunt deinceps gentis Luciliæ post poëtam plures familiæ in Republica Romana. Hunc Rufum in antiquis & elegantibus bigatis argenteis reperimus, cum Romæ capite galea alata tecto in corona laurea. Et in auer-

auerso latere cum Victoria bigam agitante, circumscripto nomine, M. LVCILI. RVF. Notæ in altera parte, quæ ante faciem Romæ A. & retro PV. signant argento publico denarios istos cusos esse, Quæstoris huius Lucilij iussu ac auctoritate.

Prouinciæ f. prorogatæ.

.. .. .. f. .. n. .. Africam. .. .. .. f. .. n. .. Achaiam
.. .. .. f. .. n. .. Galliã. Cisalp. .. .. .. f. .. n. .. Galliã. Narb.

Pro. Prætorib. prorogato. imperio. obtinuêre.

C. Fonteius * M'. f. M'. n * Capito. C. Aurelius * L. f. C. n * Scaurus.
L. Manlius .. f. .. n. Mancinus. [M. Muluius M. f. M. nepos]

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

.. .. .. f. .. n. .. .. .. Pr. in. Macedonia.
.. .. .. f. .. n. .. .. .. Pr. in. Asia.
.. .. .. f. .. n. .. .. .. Propr. in. Achaia.
.. .. .. f. .. n. .. .. .. Propr. in. Gallia. Cisalp.
.. .. .. f. .. n. .. .. .. Propr. in. Gallia. Narb.
.. .. .. f. .. n. .. .. .. Propr. in. Africa.
.. .. .. f. .. n * Lucerin. * .. .. .. f. .. n. Q. Metelli. Cos. in. Ital. Ostiēs.
C. .. f. .. n. Narbanus. Cn. Granius. .. f. .. nepos.
T. Didius * Sex. f. Sex * nepos. L. Aurelius * L. f. L. n * Cotta.
L. Cornelius L. f. L. n. Cinna. P. Gabinius .. f. .. n. Capito.
[C. Ræcius C. f. C. nepos] Q. Ancharius .. f. .. nepos.

L. CORNELIVS. L. F. L. N. DOLABELLA. PROCOS. A. DCLV.
EX. HISPANIA. VLTERIOR. DE. LVSITAN. V. KAL. FEBR.

Hunc L. Dolabellæ triumphum in fragmentis marmorum Capitolinis olim erasum, & posteà restauratum esse videmus; nisi in alterius erasi locum sit suppositus. Nusquam enim apud historicos Auctoréve huius triumphi mentionem reperio: nisi quòd apud Obsequentem legimus (vt in Prætura Hispaniensi Dolabellæ huius dixi) anno superiore prosperè in Lusitania à Romanis pugnatum, & in eadem prouincia rebelles subactos fuisse. Quæ ductu & auspiciis L. Dolabellæ gesta esse, & huius triumphi materiam dedisse colligimus: quamuis Appianus Alexandrinus de ea re ne verbum quidem adferat, vt abrupta passim & mutila est Iberica eius historia. Habemus in Fastis Goltzianis depictum denarium cum imagine & curru triumphali deæ Libertatis, quem cusum in huius triumphi memoriam hic titulus inscriptus insinuat, LEIBERTAS. L. DOLABELA. PROCOS. Præter effigiem Libertatis publicæ Romanæ, quæ in vna videtur denarij parte cum suo titulo, in altera currum triumphalem regens eadem pileum ostentat. An hæc ad ciuium ex hostium seruitute magno numero liberatorum gloriam ista Dolabellæ victoria respiciant, videndum. *Denarij triumphales.*

ANNI P. R. C. DCLVI.

Consules.

Cn. Cornelius * P. f. Cn * N. LENTVLVS. P. LICINIUS M. f. P. n. Crassus.

LENTVLVM & Crassum Consules nominant tabulæ Græcæ & Cuspiniani; Cassiodorus Cn. Lentulum, P. Crassum; Iulius Obsequens autem Cn. Cornelium & P. Licinium; Marianus Scotus Cn. Cornelium Lentulum, P. Licinium Crassum. Plinius autem naturalis historiæ libro X. cap. II. magni anni conuersionem fuisse P. Licinio, M. Cornelio Consulibus, ex Manilio Senatore prodit. Sed corrigendum ibidem Cornelij Cos. prænomen. Idem libro XXX. cap. I. rectius eosdem adducit. Scribit enim anno vrbis DCLVII. Varronis supputationem sequutus, Cn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Crasso Coss. magicas superstitiones damnatas, & S. C. prohibitum, ne homo immolaretur; palamque in tempus illud sacra prodigiosa celebrata fuisse. Cn. Lentulo Clodiani cogno- *Magni anni conuersio.* *Magicæ superstitiones damnatæ.*

cognomen addunt nonnulli, sed hoc non habent Capitolina fragmenta. P. Crassum ex eius triumpho, qui in Capitolinis columnis extat, descripsi.

Supplicatum in vrbe, quòd androgynus inuentus, & in mare deportatus, vt refert Iulius Obsequens: Pisauri item terræ fremitus auditus: muri pinnæ sine terræmotu passim deiectæ ciuiles portendêre discordias: Nursiæ simulachrum Iouis in partem sinistram conuersum est: cupressea simulachra Iunonis Reginæ posita per virgines viginti septem, quæ vrbem lustrauerunt. Hæc de prodigiis eius anni narrat Obsequens, adiecitq; Celtiberos, Medos, & Dardanos iisdem Consulibus subactos esse. Verum mêdose in exemplaribus Medi Asiæ populi, pro Mœdis qui in Europa ad Danubium Pannonius Pontũ versus vicini sunt, scriptoris librarij negligentia substituti sunt. Seruiam & Bosinam nunc tractum regionis illum appellant. Celtiberos autem a T. Didio Procos. in Hispania opinor victos fuisse: à quo tamen duce Mœsi Dardanique subacti fuere, historiarum inopia obscurum nobis est. Sed non a vero procul videtur, Macedoniæ vicinæ Præfectum cum imperio & exercitu victoriam istam retulisse. *Prodigia procurata.* *Obsequentis locus.*

P. Crassus Consul Hispaniam vlteriorem prouinciam sortitus est, Cn. Cornelius Lentulus, ni fallor, Italiam; vt tunc pro statu vrbis atque Italiæ non satis tranquillo solemne quasi fuit. Nihil enim apud Auctores de Cn. Cornelij Cos. prouincia reperio.

Censs. L. Valerius L. f. L. N. FLACCVS. M. ANTONIUS. C. f * M * nepos. Lustrum. fec. LXV.

Censores eodem anno L. Flaccum fuisse & M. Antonium, ex Capitolinis fragmentis, vt vides, cognoscitur. Eorumdem mentio est apud Valerium Max. lib. II. cap. IX. vbi narrat, à M. Antonio & L. Flacco Censoribus M. Duronium Senatu motum, quòd legem de conuiuiorum sumptibus Tribunus plebis abrogasset; & petulanti lingua seditiose contra leges ritè latas, bonosque mores apud populum è Rostris inuectus esset. Qua nota Duronius admodum offensus ac iratus, M. Antonium Censorem de ambitu postulauit, vt ex Ciceronis de oratore libro secundo discimus: vbi inter exempla ironiarum recenset illud Heluij Manciæ in M. Antonium Censorem de ambitu postulatum: Aliquando, inquit, tibi tuum negotium, Antoni, agere licebit. Sed frustra, nisi fallor, Mancia. Non enim verisimile est, Censorem Antonium inter reos receptum fuisse; neque quid amplius de illa accusatione legere mihi contigit. M. Antonium oratorem Quinctilianus libro institutionum secundo Censorium appellat; quemadmodum & Cicero non semel variis in locis. Quin de oratore libro secundo scribit, Rostra manubiis imperatoriis ab eo Censore ornata fuisse. Insuper in eodem libro M. Antonius ipse de oratoriis artibus differens, seipsum appellat Censorium; vbi excusare se nititur, quòd suum Quæstorem C. Norbanum maiestatis ac seditionis reum defendisset. Ego, inquit, homo Censorius vix satis honeste viderer seditiosum ciuem, & in hominis Consularis calamitate crudelem posse defendere. Alterum verò Censorẽ L. Valerium Flaccum opinamur collegam C. Marij in sexto Consulatu fuisse, qui posteà princeps etiam Senatus, interrex, & magister equitum fuit, & senex Cicerone Consule anno DCXC. mortuus est. Ceterum C. Marius ipse hunc magistratum cum Valerio petiturus credebatur, veritus tamen ne repulsam pateretur, in campo non comparuit: inuisus iam populo & optimatibus propter seditionẽ Appuleianam, cuius origo & caussa extiterat. Quare longe inferiores sibi præferri passus est. Prætexebat nihilominùs caussas alias, nolle scilicet se multorum inuidiam incurrere censendis aliorum moribus ac vitiis, vt Plutarchus in eius vita hæc explicat. Principem verò Senatus hoc Lustro lectum III. fuisse M. Æmilium Scaurum, ex historiæ ductu fit verisimile. *M. Duronij nota digna.* *Ambitus Censor postulatus.* *Rostra manubiis imperatoriis ornata.* *Marius repulsam metuens, non petiit honorum coronidem.*

Prætores.

.. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. ..

Iurisdictiones. sortiti. obtinuêre.

.. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. ..

.. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. ..

Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuêre.

Sex. Pompeius Sex. f. Cn. nepos. M. .. M. f * M. n * Perperna.

C. Sergius * M. f. M. n. Silus * Orata. L. Acilius M'. f. M'. n. Balbus.

M. Bæbius * A. f. A. n. Sulca * C. Numitorius * C. f. C * nepos.

Q. Cæcilius Metellus Nepos hoc quasi anno videtur celebri iudicio reus factus à C. Curione *Q. Metellus Nepos reus.*

rione oratore patre. Qui deinde moriens petiit à filio suo Q. Metello Nepote, vt Curionem accusatorem suum & ipse accusaret, idque facturum esse, iureiurando adegit. Quare Q. Nepos filius reum postea Curionem fecit, sed in accusatione non perstitit; vt ait Pædianus Asconius, vbi orationem Ciceronis pro C. Cornelio commentatur.

Prætores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. Siciliam. //. //. //. f. //. n. //. Sardiniam

//. //. //. f. //. n. //. Gall. Cisalp. //. //. //. f. //. n. //. Galliã Narb.

//. //. //. f. //. n. //. Africam. //. //. //. f. //. n. //. Achaiam

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

L. Hortensius * L. f. L * nepos. Pater. Q. Hortensij. oratoris. Siciliam. sortitus. obtinuit. Quod ex frumentaria Ciceronis in Verrem nobis fit verisimile. Nam vbi de decimis Siciliæ per Verrem iniquè contra leges exactis & venditis illum accusat, „ sic ait: Magnum te fecisse arbitrare, si pluris vendideris quàm L. Hortensius pater istius „ Q. Hortentij? quàm Cn. Pompeius? quàm M. Marcellus? qui ab æquitate, ab lege, ab „ institutis non recesserunt? Sic istos Prætores laudat qui ante Verrem obtinuere Siciliam, „ & more maiorum prouinciam exactionibus insuetis non grauarunt. Cn. Pompeius Strabo, & M. Marcellus suis locis adferentur.

C. Valerius * L. f. C. n * Flaccus. L. Marcius Q. f. Q. n. Philippus.

* M * Valerius * M. f. M. n * Messalla. M. Herennius C. f. //. nepos.

[C. Apullius P. f. P. n. Gallus]

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Q. Seruilius Q. f. Cn. n. Cæpio. II. //. Seruilius //. f. //. n. //. Augur.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Cn. Pompeius Sex. f. Cn. n. Strabo. * Cn * Bæbius * Cn. f. Cn. n. Tamphilus *

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

C. Valerius * L. f. C. n * Flaccus. T. Manilius * P. f. M' * nepos.

Q. Lucretius * Q. f * //. n. Vespillo. L. Cassius * C. f. C. n * Longinus.

P. Licinius * P. f * //. n. Murena. T. Iuuentius * T. f. M'. n. Thalna.

[L. Decimius P. f. P. n. Flauus] [C. Fonteius M'. f. M'. n. Capito]

[T. Manitius L. f. L. n. Nucula] [Sex. Næuius L. f. L. n. Balbus]

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. P. Crassi Cos. in. Hisp. vlteriore.

//. //. //. f. //. n. //. L. Hortensi. Pr. in. Sicilia.

//. //. //. f. //. n. //. Pr. in. Gallia. Cisalp.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Gallia. Narbon.

//. //.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Achaia.

// . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *

C. Marius C. f. C. n. Gratidianus. vel etiam M. Marius C. f. C. n. Gratidianus. Duplici namque prænomine reperitur hic idem apud Auctores, quod non parum adfert obſcuritatis. Fuit M. Gratidij Arpinatus (quem Præfectum M. Antonij oratoris bello Piratico in Sicilia interfectum dixi) filius, vt auctor eſt M. Tullius in Bruto, & de legibus libro tertio. Adoptatum fuiſſe à C. Mario ſeniore, diſcimus ex varijs Auctoribus, ac in primis ex L. Floro libro III. cap. XXI. qui C. Marij ducis partium à L. Sulla Præneſte obſeſſi fratrem appellat. M. Marium plures etiam vocant: prænomine paterno Caius vocabatur. M. Marium appellant Cicero in Bruto & Officiorum tertio, Pædianus, & Q. Cicero de petitione Conſulatus ad fratrem, alijque plures. Verum Plinius libro XXXIV. cap. VI. C. Marium Gratidianum nominat prænomine adoptiuo, non paterno. Quod ipſum etiam reperiri in Ciceronis Officiorum libri tertij vetuſtis exemplaribus nonnullis, teſtatur Carulus Langius meus in accuratiſſimis ſuis in eumdem librum Annotationibus. Hominem ſumme popularem fuiſſe dicit Pædianus in orationem Ciceronis in toga candida, quod poſteà ſuis etiam in actis probabitur. *Marius duplici prænomine.*

Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Pius. Q. Metelli Numidici filius, qui vnde Pij cognomen adeptus ſit, docet nos Auctor de viris illuſtribus, qui ita tunc appellatum ſcribit, quia patrem Numidicum precibus ac lachrymis aſſiduis ab exilio reuocauit. Qua ſingulari ſua virtute magnos fauores populi, & faciles ad honores aditus ſibi cõparauit. Nam vt idem hic Auctor annotauit, ex verbis tamen mirum in modum per librarios ſcriptores deprauatis, cognoſcimus hunc Q. Metellum Pium adoleſcentem ante legitimum tempus obtinuiſſe Præturam, ac in petitione Pontificatus Conſularibus viris prælatum fuiſſe. Aliter tamen Salluſtius in Iugurthina, qui ipſum adoleſcentem annorum circiter XX. in contubernio patris in Numidia militaſſe ſcribit vrbis anno DCXLV. Triginta octo igitur annorum erat, cum Præturam peteret anno vrbis DCLXIII. geſſit igitur illam annos natus XXXIX. vt conſtabit. Qua ratione liquet, ipſum anno tantum vno ante legitimum tempus Præturam anticipaſſe. *Pij cognomen huic vnde.* *De Pretura huius Metelli.*

C. Claudius C. f. C. n. Pulcher. Frater Ap. Claudij Pulchri, & patruus P. Clodij inimici Ciceronis, cuius in oratione de Aruſpicum reſponſo mētionem facit, & oſtendit Ædilem curulem ludos feciſſe, vt ſuo loco. Prætorem inſuper & Conſulem fuiſſe, ex alijs eiuſdem locis colligere poſſumus, quæ poſt per occaſionem proferentur.

P. Cornelius P. f * P. n * Lentulus. Claudianus. A M. Claudio Marcello, C. Marcelli Æſernini patre in adoptionem P. Lentulo Suræ, vt opinari Sebaſtianus Corradus videtur, datus. Meminit in Bruto de claris, cuius verba ſunt hæc de patre
" M. Marcello, hic repetenda: M. Marcellus Æſernini pater, non ille quidem in patronis,
" ſed & in promptis tamen & non inexercitatis ad dicendum fuit, vt filius P. Lentulus fuit.
Filius quidem natura M. Caudij, ſed per adoptionem in aliud nomen ac familiam tranſlatus, cui agnomen Claudius idcircò recte remanſit.

Cn. Pomponius * Cn. f * / . nepos. Et hunc inter celebres eius temporis oratores numerat Cicero de claris; ſed acer, acerbus, & criminoſus erat. P. Sulpicio Rufo oratori, qui Trib. plebis deinde bellum Marianum concitauit, affinis, vt Cornelius Nepos in Attici vita teſtatur, C. Marij partes bello ſequutus, & ipſe perijt, ſublatus ſub reditum à bello Mithradatico L. Sullæ cum alijs oratoribus aduerſæ partis, Cenſorino & Murena; vt item Tullius in Bruto annotauit.

* L * Brutius / . f. / . n. Sura. Vir militari prudentia & fortitudine præſtans, vt eum laudat in Sullæ vita Plutarchus. Poſt minores magiſtratus C. Sentio Prætore legatus iuit in Macedoniam, & res ibidem præclare geſſit, vt dicetur ſuis locis. A Plutarcho Brettius appellatur, neſcio an correcte: cùm à Cicerone poſteri eius vocentur Brutij magis Latinè à cognomine Brutus, vt apparet.

Ap. Claudianus C. f. C. n. Pulcher. Pater P. Clodij inimici Ciceronis, vt poſteà ſuo loco.

M. Lætorius * M. f. M. n. Mergus * Senatorem magni nominis fuiſſe docet Appianus Alexandrinus ciuilium bellorum libro primo, cùm hunc inter duodecim eos Senatores numeret, qui hoſtes cum C. Mario iudicati ſunt, L. Sulla Conſule vrbem occupante. Fugit in exilium cum C. Mario, & cum eodem poſteà reuerſus eſt.

Pro-

Prouinciæ f. prorogatæ.

T. Didius T. f. Sex. nepos. Procos. Hispaniam. citeriorem. prorogato. imperio. obtinuit. Cum Celtiberis graue bellum gessit, in quo ei Tribunus militum fuit Q. Sertorius, qui posteà dissensione ciuili proscriptus Hispaniam occupauit; vt auctor est Plutarchus. Meminit & A. Gellius ex Sallustij historiarum libris. Magna gloria Sertorium in Hispania Tribunum militum, T. Didio imperante fuisse, Noctium Atticarum libro II. cap. XXVII.

C. Sextius * C. f. C. n * Caluinus. Propr. Macedoniam. prorogato. imperio. obtinuit. Cum Thracibus & vicinis barbaris bellum gessit, vt Ciceronis in L. Pisonem ex oratione colligere est.

//. //. //. f. //. n. //. Illuricum. //. //. //. f. //. n. //. Asiam.

Pro. Prætorib. prorogato. imperio. obtinuêre.

M. Claudius * M. f. M. n. Marcellus. — Cn. Tremellius * L. f. C. n * Scrofa.

Pro. Quæstoribus. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. T. Didi. Procos. in. Hisp. citeriore.
//. //. //. f. //. n. //. C. Sexti. Propr. in. Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Sardinia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Africa.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Asia.
//. //. //. f. //. n. //. Calenus. //. //. //. f. //. n. //. Ostiensis.

C. Seruilius C. f. M. n. Vatia.	C. //. f. //. n. Norbanus.
C. Cosconius * C. f. C * nepos.	P. Gabinius //. f. //. n. Capito.
L. Licinius * P. f. P. n * Murena.	Cn. Granius //. f. //. nepos.
M. Lucilius //. f. //. n. Rufus.	[C. Ræcius C. f. C. nepos]

ANNI P. R. C. DCLVII.

Consules.

Cn. Domitius Cn. f. Cn. n. AHENOBARBVS. C. CASSIVS. L. f. Q. n. Longinus.

Cn. Domitium, C. Cassium hos vocant Cassiodorus & Obsequens: Marianus Cn. Domitium Ænobarbum, C. Cassium Longinum: tabulæ Græcæ & Cuspiniani, Ænobarbum & Longinum. Adfert huius anni prodigia multa Iulius Obsequens, quibus relatis, adijcit Ptolomęum Apionem Ægypti regem Cyrenis mortuum esse, heredemque populum Romanum testamento reliquisse. Cui sic astipulantur Eusebius in Chronico, Cassiodorus, & Sex. Rufus. Iustinus ex Trogi historiarum libro XXXIX. aliter, scribens obiter eam deinde partem Libyæ prouinciam factam fuisse: cùm tamen Liuius Breuiario libri LXX. tradat Senatum mox eius regni ciuitates liberas esse iussisse. Non diu pòst tamen à L. Sulla Dictatore regnum istud, sublatis vrbium tyrannis, in prouinciæ formam fuisse redactum videtur, vt suo loco dicam latiùs.

Cyrenaicum regnum testamento Romanis relictum.

De Consulum verò prouinciis nihil certi reperio. Fortassis Romæ manserunt, inclinata iam ad intestinas seditiones Italia: cùm in externis prouinciis quid ortum fuisse belli, historia non aperiat. Quo in rerum statu verisimile est Senatum lege Sempronia Consulibus prouincias velut ordinarias decreuisse Italiam & Galliam Narbonensem, barbaris ac ignotis Transalpinis populis oppositam. Hispanias autem duas T. Didio & P. Crasso Procoss. fuisse prorogatas, ex sequentibus constabit.

Consulares prouinciæ.

Prætores.

Sex. Iulius C. f. Sex. n. Cæsar. Vrbanam. iurisdictionem. sortitus. obtinuit. Nam vt ex libro secundo Rhetorices ad Herennium colligimus, hic actionem mandati

» cum herede dare noluit, quod iudicium est caussę priuatæ. Verba leguntur hæc: M. Drusus Prætor vrbanus, quò cum herede mandati ageretur, iudicium reddidit, Sex. Iulius non reddidit. Ex quibus constat, ambos vrbanos Prætores fuisse. Sex. Iulij Consulatus anno suo pòst sequetur. *Actio mandati cum herede.*

// // // f. // n. // Peregrinam. iurisd. sortitus. obtinuit.

// // // f. // n. // .// // // f. // n. //

// // // f. // n. // .// // // f. // n. //

Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuêre.

C. Claudius Ap. f. Ap. n. Pulcher. C. Milonius // f. // nepos.

L. Valerius * L. f. L. n * Flaccus. Cn. Octauius * C. f. C. n * Rufus *

[T. Cicereius T. f. C. nepos]

Prætores prouinciarum.

// // // f. // n. // Macedon. // // // f. // n. // Asiam

// // // f. // n. // Illuricum. // // // f. // n. // Gall. Cisalp. Gallicus.

// // // f. // n. // Africam. // // // f. // n. // Achaiam

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

Sex. Pompeius Sex. f. Cn. nepos. C. Numitorius * C. f. C * nepos.

M. Bæbius * A. f. A. n. Sulca * M. // M. f * M. n * Perperna.

C. Sergius * M. f. M. n. Silus * Orata. L. Acilius * M. f. M. n * Balbus.

Ædiles curules.

// // // f. // n. // .// // // f. // n. //

P. Cornelius * P. f. P. n * Lentulus * Sura * P. Cornelius P. f. P. n. Scipio. Nasica.

Ædiles plebis.

// // // f. // n. // .// // // f. // n. //

L. Porcius M. f. M. n. Cato. C. Geminius // f. // nepos.

Tribuni plebis.

// // // f. // n. // .// // // f. // n. //

// // // f. // n. // .// // // f. // n. //

// // // f. // n. // .// // // f. // n. //

// // // f. // n. // .// // // f. // n. //

// // // f. // n. // .// // // f. // n. //

M. Porcius M. f. M. n. Cato. C. Sentius // f. // n. Saturninus.

Cn. Papirius Cn. f. C. n. Carbo. A. Gabinius * A. f. A * nepos.

C. Cæcilius * C. f. Q. n. Metellus. Q. Oppius * Q. f. Q. n. Salinator *

Q. Ancharius // f. // nepos. [Q. Fuluius Cn. f. Cn. n. Gillo]

[P. Sempronius P. f. Ti. n. Blæsus] C. Calpurnius * C. f. C. n * Piso.

Quæstores vrbani.

// // // f. // n. // .// // // f. // n. //

Quæstores prouinciarum.

// // // f. // n. // * Cn. Domiti. Cos. in. Italia. Ostiensis *

// // // f. // n. // * L. Cassi. Cos. in. Gallia. Narb *

// // // f. // n. // // // Pr. in. Macedonia.

// // // f. // n. // // // Pr. in. Illurico.

// // // f. // n. // // //. Pr. in. Gallia. Cisalp. Gallicus.
// // // f. // n. // // //. Pr. in. Asia.

C. Curio pater cur Burbuleius. C. Scribonius * C. f. C. n * Curio. Burbuleius agnomine nuncupatus vulgò, propter scenici cuiusdam histrionis similitudinem in motu corporis, vt scribit Valerius Max. libro IX. cap. XIV. & ex eodem, nisi fallor, Plinius lib. VII. cap. XII. Habitus est in oratorum numero insignium ex ea familia secundus, quem differentiæ caussa scriptores Curionem patrem appellarunt: cùm Caij omnes vocati tres illi essent, & personæ prænominum diuersitate distingui nequirent. De auo Curione iam anteà suo loco verba feci. Hunc verò patrem Valerius loco iam dicto honoribus omnibus abundasse testatur. Et vt amplissimum hunc virum sæpiùs vocat Cicero, sic ipsius de doctrina & facundia nihil magni iudicare videtur: cùm in Bruto suo dicat, verborum grauitate & elegantia copiam quamdam dicendi expressisse, idque vsu quodam domestico, cùm litterarum admodum nihil sciret. *Litterarum ignarus, orator vsu domestico.* Non tamen obtinuisse magistratus omnes annis suis, indicat idem Cicero Officiorum libro secundo, vbi L. Philippum & C. Curionem gloriari solere dicit, se sine vllo munere omnia adeptos, quæ haberentur amplissima: sed eorum nemini, vt sibi, hoc annis suis adijcit contigisse. Vxorem habuisse L. Memmij oratoris filiam, vti ex Sisenna in huius Tribunatu plebis palàm fiet.

L. Cornelius L. f. L. n. Scipio Asiaticus. Ipsum non imperitè dixisse censet Tullius in Bruto de claris. Bello ciuili Mariano Consul, ingruente victore L. Sulla, ab exercitu suo desertus, Massiliam in exilium iuit, vt dicetur.

M. Liuius M. f. C. n. Drusus // n. Pr. in. Asia. Fuit M. Drusi Consularis, Censorij & Triumphalis filius; illius scilicet, qui ob eximiam in Gracchos seditiosos operam PATRONVS. SENATVS. vocabatur, vt in Tiberij vita Suetonius auctor est. Hunc verò Drusum filium Velleius Paterculus historiarum libro secundo virum nobilissimum, sanctissimum & eloquentissimum fuisse prædicat, suis principibus Liuiæ Augustæ, Tiberioque Cæsari blandiendo: cùm tamen constet ex actis eius, omnique historia, superbum ac ambitiosum nimis fuisse. *Blanditur Velleius, & à vero discedit.* Vt in Tribunatu plebis fuerit occisus cùm leges ferret, & bellum Marsicum excitaret, suo loco dicam. Asiam hoc anno Quæstor sortitus est; sed quonam sub Prætore, non liquet. Apud solum etenim Auctorem de viris illustribus, in M. Druso cap. LXVI. eius rei mentionem inuenio, verba cuius hæc sunt: Quæstor in Asia „ nullis insignibus vti voluit, ne quid ipso esset insignius. „ Quæ quidem de huius, non de patris Drusi Quæstura hæc scribi puto: quamuis compilator (vt ita dicam) ille duos congerere in vnam massam Drusos cupiens, hæc inter Ædilitatem & acta Præturæ patris imperitissimè voluerit infarcire. *Magnus error in Auctore de viris illustribus.*

Ciceronis locus. L. Fufius // f. // n. Calenus. Cuius cognita est industria in accusando M'. Aquillio, vt Tullius Officiorum secundo censet: vbi ita legendum, non vt habent exemplaria, in accusando Manilio. Quod comprobat idem in Bruto de claris, vbi ait L. Fufium ex accusatione M'. Aquillij diligentiæ fructum cepisse. Hunc Fufium tamen neruos in dicendo C. Fimbriæ non assequutum dicit libro de oratore secundo.

Hybris, adulterum animal ex imparibus natum parentibus. Q. Varius // f. // n. Sucronensis. Quem Hybrida cognomine vocarunt, propter obscurum ius ciuitatis. Hispanus enim erat, vastus & fœdus homo, seditiosus & importunus, Cicerone, Valerio, & Pædiano testibus. Magnam tamen in ciuitate gratiam eloquentia sua consequutus est; acutior enim erat in rebus inueniendis, nec minus verbis expeditus: fortis actor & vehemens, nec abiectus, & quem planè oratorem dicere auderes, Cicerone iudice de claris oratoribus in Bruto. Sic apud eumdem de oratore libro primo L. Crassus orator hunc Q. Varium æqualem suum vocat: quem tardiùs propter obscuritatem ad magistratus venisse verisimile est.

C. Papirius Cn. f. C. n. Carbo. Cn. Carbonis ter Consulis frater, vt testatur Valerius Max. lib. IX. cap. VII. de seditionibus. *Seditionis facinus infame.* Vbi de huius cæde sic legimus: Ille quo- „ que exercitus nefariè violentus, qui C. Carbonem fratrem Carbonis ter Consulis, pro- „ pter bella ciuilia dissolutam disciplinam militarem præfractiùs & rigidiùs astringere co- „ natum priuauit vita: satiusquè duxit, maximo scelere coinquinari, quam prauos ac tetros „ mores mutare. Ex quibus verbis profectò colligere est, hunc C. Carbonem tunc cum imperio exercitui præfuisse vel Prætorem, vel fratris sui Cn. Carbonis in tertio Consulatu legatum, cùm L. Sulla confecto Mithradatico bello in Italiam reuerteretur, & aduersæ partis plures exercitus ad Sullam victorem inclinarent.

P. Tarquitius * P. f * // nepos. Tribunum plebis cum M. Druso fuisse, palàm fit ex Iulio Obsequente de prodigiis solo; vbi non rectè Tarquinius in exemplaribus legitur,

gitur. Clientem & asseclam Drusi in omnibus eius legibus ferendis ex eodem Obsequente colligimus, & per eumdem L. Marcium Cos. detrusisse in carcerem.

P. Seruilius //. f. //. n. Albinouanus. Ex Marianæ partis ducibus vnus, qui Prætor belli Mariani exordio malè multatus, à Sulla Cos. inter Senatores duodecim hostis iudicatus, & proscriptus est. Plutarchus Seruilium vocat, Appianus Alex. P. Albinouanum.

Prouinciæ prorogatæ.

T. Didius T. f. Sex. nepos. Procos. Hisp. citeriorem. prorogato. imperio. obtinuit. Castulonem occiso præsidio rebellantem, Q. Sertorij tunc Tribuni militum in primis operâ recuperauit, simulque Gyrisænorum oppidum, qui Castulonensibus auxilia miserant, insigni stratagemate captum in deditionem recepit. Variis & difficilibus præliis cum Celtiberis bellum gessit. Vide Plutarchum in Sertorio. *Res in Hispania benè gesta Q. Sertorij industria.*

P. Licinius M. f. P. n. Crassus. Procos. Hisp. vlteriorem. prorogato. imperio. obtinuit. Cum Lusitanis bellum gessit, atque variis præliis aliquot annis prorogato imperio luctatus est, vt ex eius posteà triumpho constabit.

//. //. //. f. //. n. //. Siciliam. //. //. //. f. //. n. //. Sardiniam.

Pro. Prætorib. prorogato. imp. obtinuêre.

L. Hortensius * L. f. L * nepos. C. Valerius * L. f. C. n * Flaccus.

Pro. Quæstoribus. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. T. Didi. Procos. in. Hisp. citeriore.

//. //. //. f. //. n. //. P. Crassi Procos. in. Hisp. vlteriore.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Sicilia.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Sardinia.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Africa.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Achaia.

//. //. //.* f. //. n. //. * Lucerinus * //. //. //. f. //. n. //. Calenus.

C. Seruilius C. f. M n. Vatia. Ap. Claudius C. f. C. n. Pulcher.

P. Cornelius P. f * P. n * Lentul. Clodianus. C. Cosconius * C. f. C * nepos.

P. Gabinius //. f. //. n. Capito. M'. Curius * M'. f. M' * nepos

M. Lætorius * M. f. M. n. Mergus * M. Lucilius //. f. //. Rufus.

FINIS LIBRI XIV.

IN QVO CITATI,

Cicero. Plinius. T. Liuius. Val. Maximus. Plutarchus. Cassiodorus. Marianus Scotus. Velleius Paterculus. Auctor de Viris illust. Aenea tabula Bembi. Cor. Tacitus. Asconius Pedianus. Pomponius de Origine Iuris. Sex. Iulius Frontinus. Strabo. Iulius Obsequens. Ptolemaus. Cæsar. Eutropius. Dionysius Lambinus. Festus. Paullus Orosius. Macrobius. Paullus Diaconus. Festi abbreuiator. Tertullianus. Lalij Poeta Eratopagnia. Cn. Scrofa rei rusticæ scriptor. Appianus Alex. Nummi veteres. P. Victor de Leg. Vrbis. Valerius Valentinus Poëta. M. Manilius Poëta. Stephanus. C. Plinius. Sallustius. A. Gellius. L. Florus. Fasti Capitolini. Onuphrius. Ammianus Marcellinus. Vegetius. Cornificius. Athenæus. Cuspiniani Fasti.

EMENDATI AVT ILLVSTRATI,

Velleius Paterculus, *pagina* 97. 109. 113. 129. *Val. Maximus*, *pag.* 97. 151. 174. 181. *C. Plinius*, *pag.* 97. 104. 164. 171. *Plutarchus*, *pag.* 168. *Auctor de Viris illustr. pag.* 100. 103. 161. 173. 194. *Cicero*, *pag.* 101. 136. 161. 162. 176. 191. 194. *Iulius Obsequens*, *pagina* 104. 130. 145. 156. 157. 166. 188. 194. *Paullus Orosius*, *pag.* 109. 135. *Eutropius*, *pagina* 113. 125. *Dionysius Lambinus*, *pag.* 165. *Sallustius*, *pag.* 116. 120. 139. 145. *A. Gellius*, *pag.* 122. 123. *L. Florus*, *pag.* 125. *Fasti Capitolini*, *pag.* 129. *Onuphrius*, *pag.* 129. *Sex. Iulius Frontinus*, *pag* 130. 151. *Appianus*, *pag.* 136. 149. *Corn. Tacitus*, *pag.* 145. *T. Liuius*, *pag.* 145. 174. *Liuij Epitoma*, *pag.* 157. 167. 171. *Lampridius*, *pag.* 152. *Ammianus*, *pag.* 153 *Vegetius*, *pag.* 153. *Asconius Pedianus*, *pag.* 152. *Cornificius ad Herennium*, *pag.* 177. *Athenæus*, *pag.* 184. *Cuspiniani Fasti*, *pag.* 184.

STEPHANI VINANDI PIGHII LIBER XV.

ANNALIVM ROMANORVM.

ANNI P. R. C. DCLIIX.

Consules.

L. Licinius P. f. P. n. CRASSVS. Q. MVCIVS P. f. P. n. Scæuula.



CASSIODORVS & Iulius Obsequens P. Crassum & Q. Scæuulam Consules adferunt, sed mendosum est Crassi prænomen: Marianus Scotus L. Licinium Crassum & Q. Mucium Scæuulam, rectè. In tabulis Græcis habemus Crassum & Scæuulam; in Cuspiniani, Licinium & Mucium. Cicero Verrinarum actione quarta hos item nominat, L. Licinio, Q. Mucio Coss. referens Halesinos Siculos ab Senatu leges petisse, quibus controuersias de cooptando Senatu inter se componerent. Idem auctor est in Bruto, L. Crassum oratorem & Q. Mucium Pontificem Maximum collegas in omnibus magistratibus fuisse, præterquam in Tribunatu plebis atque Censura. Iisdem etiam Consulibus scribit Q. Hortensium oratorem in foro primùm dixisse.

L. Crassus & Q. Mucius collegæ perpetuò fuisse.

Cùm Italici populi sociûm ac Latini nominis conceptam iamdiu spem impetrandæ ciuitatis non abiicerent, sed frequentium vrbanarum dissensionum opportunitate res suas agerent, in vrbe semper præsentes; adeò vt magna pars eorum pro ciuibus se haberent; vrbem tanta inquilinorum multitudine euacuandam Senatus optimatesque censuere. Igitur ex S.C. tunc Consules legem Liciniam Muciam promulgantes pertulerunt. De qua verissimè M. Tullius oratione pro C. Cornelio maiestatis reo sic dixit; vt eius verba nobis apud Asconium Pædianum eius commentatorem sunt reliqua: Legem Li- »
ciniam Muciam de ciuibus regundis, quam duo Coss. omnium, quos vidimus, sapien- »
tissimi tulissent, video constare inter omnes non modò inutilem, sed perniciosam rei- »
publicæ fuisse. Quæ verba Pædianus sic declarat eleganter, & quosnam Consules dicat, »
exponit: L. Licinium Crassum oratorem & Q. Mucium Scæuulam Pont. Max. eumdem- »
que & oratorem & iurisconsultum significat. Hi enim legem, de qua loquitur,* de regen- »
dis in sua ciuitate sociis in suo Consulatu tulerunt. Cùm enim summa cupiditate ciuitatis »
Romanæ Italici populi tenerentur, & ob id magna pars eorum pro ciuibus Romanis se »
gereret; necessaria lex visa est, vt in suæ quisque ciuitatis ius redigeretur. Verùm ea lege »
ita alienati sunt animi principum Italicorum populorum, vt ea vel maxima caussa belli »
Italici, quod post triennium exortum est, fuerit. Hæc pulchrè quidem Pædianus. Rursus »
Cicero legis eiusdem mentionem facit Officiorum tertio, Crassum & Scæuulam Coss. sapientissimos legem tulisse, quæ vetabat pro ciuibus haberi, qui ciues non essent. Caput igitur legis fuisse colligimus, Vti quæreretur in eos, qui non ciues, se pro ciuibus gererent. Insuper, Vti in ciuitates suas redirent etiam Romæ nati, muneribusque ciuium functi, quorum maiores iuris Italici ciuitate Romana propter virtutem ac merita donati non fuissent. Sic in Bruto Tullius refert, Timæum quasi Licinia & Mucia lege Lysiam oratorem repetere Syracusas; quamuis Athenis esset natus & mortuus, & omni ciuium munere functus. Meminit legis item in Oratione pro L. Balbo, quem Gaditani vt suum ciuem repetere, non vt Romanum agnoscere volebant.

Spes ciuitatis impetrandæ creuit Italicis populis.

Licinia Mucia lex de ciuibus regundis.

Perniciosa rogatio.

** Videndum anne redeundis, de redigendis in suas ciuitates.*

Flammas rebellionis excitauit.

Capita legis Liciniæ Muciæ.

Iulius Obsequens post enarrata prodigia pacem domi forisq; fuisse scribit. Hinc nobis fit verisimile, prouincias Cõsulibus non adeo magni negotij, sed quasi suburbanas Gallias vtrasque decretas fuisse. Constat etenim L. Crassum Consulem sortitum fuisse Galliam citeriorem. Sic enim de ea re Cicero Rhetoricorum secundo de præmiorum controuer-

Consulum prouinciæ.

tiis

» siis agens: L. Licinius Crassus Cos. quosdam in citeriore Gallia, nullo illustri neque cer- » to duce, neque eo nomine neque numero præditos, vt digni essent qui hostes populi » Rom. esse dicerentur; quod tamen excursionibus & latrocinijs infestam prouinciam » redderent, consectatus est, & confecit. Romam redit, triumphum à Senatu postulat. Meminit item in Pisoniana, demonstrans quàm cupidus triumphi fuerit L. Crassus Consul. » vbi sic ait: L. Crassus homo sapientissimus nostræ ciuitatis spiculis prope scrutatus est Alpes; » vt, vbi hostis non erat, ibi triumphi caussam aliquam quæreret. Non tamen obtinuisse » triumphum, mox addit: Eadem cupiditate vir summo ingenio præditus C. Cotta, nullo » certo hoste, flagrauit. Eorum neuter triumphauit. Caussas adfert diserte Pædianus eiusdem loci Ciceroniani commentator, de L. Crasso dicens, collegam eius fuisse Q. Scæ- » uulam Pont. Max. Qui, inquit, cum animaduerteret Crasso propter summam eius in » rep. potentiam ac dignitatem Senatum in decernendo triumpho gratificari; non dubi- » tauit reipublicæ magis, quam collegæ habere rationem, ac ne fieret, S. C intercessit Sed » idem prouinciam, cuius cupiditate plerique etiam boni viri delinquebant, deposuerat, ne » sumptui esset ærario. Hæc Pædianus. Sed quam Consul Scæuula prouinciam deposuerit (cùm nec Pædianus, nec alius veterum, quod sciam, exprimat,) in obscuro manet. Sigonius Asiam fuisse putat; sed fallitur, & eius ductu plures alij. Non Consul Asiam sortitus, sed Prætor illam obtinens sanctissimè rexit, quemadmodum anteà suis locis ex Tullio, Pædiano, & Valerio Maximo demonstraui. Decepit fortasse doctissimum Sigonium Valerij Max. locus, vbi libro VIII. cap. XV. hunc Q. Scæuulam Pontificem ab Augure Q Scæuula (qui item Prætor Asiam laudatissime rexerat) his verbis discernere » voluit: Q. Scæuula, (quem L. Crassus collegam in Consulatu habuit) Asiam tam sanctè » & tam fortiter obtinuit. Nam Augur Q. Scæuula socer L. Crassi multò ante Consul cum L. Metello fuerat. Et hic quidem Q. Scæuula Pontifex Max. non solum collega L. Crassi in Consulatu, sed etiam in Prætura & alijs magistratibus fuit; vt ex Annalibus palam est. L. Crassus Consul quid in sua Cisalpina prouincia rerum bello gesserit, ex Cicerone iam dixi: iustitiam inter subditos prudenter administrasse, atque temperanter admodum se habuisse, testatur Valerius Max. libro III. cap. VII. de fiducia sui, his verbis: » Nam cùm in Consulatu prouinciam Galliam obtineret, atque in eam C. Carbo (cuius » patrem damnauerat) ad speculanda acta sua venisset: non solùm eum inde non summo- » uit, sed insuper locum ei in tribunali assignauit; nec vlla de re, nisi eo in consilium adhi- » bito, cognouit. Itaque acer & vehemens Carbo, nihil aliud Gallica peregrinatione » consecutus est, quam vt animaduerteret, sontem patrem suum ab integerrimo viro in » exilium missum. Iam de Consulum prouincijs nihil amplius. In Hispanijs autem T. Didio & P. Crasso Procoss. prorogata fuisse imperia certum est.

Cupiditas vana gloria L. Crassum.
Quouis modo triumpho materiam quærit.
Repulsam fert Crassus intercedente collega.
Q. Mucij Cos. integritas laudata.
Sigonij Carnis lapsus.
Valerius Max. distinguit duos scæuulas eiusdem nominis & temporis.
L. Crassi res in Gallia gesta.
C. Carbo inquisitor actionum L. Crassi.

Prætores.

.. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. ..

Vrbanam. &. Peregrinam. iurisdictiones.

.. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. ..

.. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. ..

Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuêre.

L. Iulius L. f. Sex. n. Cæsar. De quo in Quæstura eius quædam attulimus. Prætorem & Consulem fuisse, testatur in Scaurianam scribens Pædianus, & cum à fratre C. Cæsare istis magistratibus distinguit.

L. Valerius * L. f. L. n * Flaccus. Quem Prætorem & Consulem factum docet Tullius in oratione pro L. Flacco filio; cuius verba superiùs in Ædilitate curuli huius adduxi.

M. .. .. f. .. n. Cornutus. Quem Prætorium nobis ostendit Cicero in Fonteiana, cùm esset legatus bello Marsico.

P. Rutilius L. f. L. n. Lupus. Q. Seruilius * Cn. f. Cn. n * Cæpio.
M'. Acilius * M'. f. M'. n * Glabrio.

Prætores prouinciarum.

C. Claudius Ap. f. Ap. n. Pulcher. Siciliam. sortitus. obtinuit. Nam de hac re Tullius ita Verrinarum actione quarta secundùm Pædianum de iurisdictione Sici- » liensi: Nuper, inquit, L. Licinio, Q. Mucio Coss. decreuit Senatus honorifico S. C. vt Hale-

Claudia lex de cooptando Senatu Halesinorum in Sicilia.

Halesinis petentibus C. Claudius Ap. f. Pulcher Prætor de Senatu cooptando leges con- „ scriberet. C. Claudius, adhibitis omnibus Marcellis qui tum erant, de eorum sententia „ leges Halesinis dedit; in quibus multa sanxit de ætate hominum, Ne quis minor triginta „ annis natu legeretur; de quæstu quem quis fecisset, de censu, de ceteris rebus. Quæ om- „ nia ante istum Prætorem & nostrorum magistratuum auctoritate, & Halesinorum sum- „ ma voluntate valuerunt. Ab isto autem & præco, qui voluit, istum ordinem mercatus „ est, & pueri annorum senûm septenumque denûm Senatorium nomen nundinati sunt. „ Hæc reum agens C. Verrem Tullius, qui & huius Prætoris C. Claudij meminit actione sexta, patronum Mamertinorum & hospitem Heiorum appellans.

Antiquauit legem Claudiam C. Verres.

n. n. n. f. n. n. n. Sardiniam n. n. n. f. n. n. n. Africam
n. n. n. f. n. n. n. Galliã. Narb. n. n. n. f. n. n. n. Achaiam
n. n. n. f. n. n. n. Illuricum

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

Sex. Iulius C. f. Sex. n. Cæsar. C. Milonins n. f. n. nepos.
L. Valerius * L. f. L. n * Flaccus. Cn. Octauius * C. f. C. n * Rufus *
[T. Cicereius T. f. C. nepos]

Ædiles curules.

n. n. n. f. n. n. n. n. n. f. n. n. n.

Ædiles plebis.

n. n. n. f. n. n. n. n. n. f. n. n. n.

Cn. Octauius Cn. f. Cn. nepos. Ipsum nominat Cicero in Planciana inter illustres & Consulares viros, qui in suæ Ædilitatis petitione repulsam passi, ad eamdem atque maiores honores tamen peruenere.

M. Porcius M. f. M. n. Cato. Licinianus. Hunc M. Catonem, Maioris M. Catonis Censorij ex prima vxore Licinia pronepotem, testatur A. Gellius Noctium Atticarum libro XIII. cap. XIIX. Ædilem curulem atque Prætorem fuisse.

C. n. * M. f. M. n * Perperna. A. Plautius n. f. n. n * Siluanus *

Tribuni plebis.

C * Iunius n. f. n. n. Norbanus * Q. Seruilium Cæpionem, Consularem & Triumphalem virum, fortasse tunc candidatum Præturæ, maiestatis reum fecit ad populum ob fugam Cimbricam & cladem: quódque Questor iterùm legi Appuleiæ frumentariæ per vim obstitisset. Itaque capitis anquisitum reum, cùm prædes non daret, carceri inclusit. Defendit Cæpionem reum L. Crassus Cos. vt auctor est Tullius in Bruto, vbi sic ait: Sed est etiam L. Crassi in Consulatu pro Q. Cæpione, defensione iuncta non bre- „ uis, vt laudatio. Atque insuper intercessere rogationi Norbanianæ duo Tribuni plebis, „ bonique omnes auxilio fuere. Sed Norbanus per vim, lapidationem, atque tumultum (in quo M. Scaurus princeps Senatus vulneratus erat) rogationem de damnatione Cæpionis pertulit. Nam plebs infensa reo propter frumentariam legem impeditam, bonis publicatis eum maiestatis damnauit: atque vt Valerius Max. lib. VI. cap. IX. refert ex quibusdam Auctoribus, in carcere necari, corpus per Gemonias scalas vnco trahi in Tiberim iussit. Aliter tamen ex aliis libro IV. cap. VII. Cæpionem vnius amici Tribuni plebis auxilio & intercessione liberatum carcere, fuga saluti consuluisse tradit. Cuius item sententiæ Strabo videtur esse. Nam ex Timagene historico scribit, Q. Cæpionem hunc, post thesauros Tolosanos direptos, aduersis casibus eiectum è patria, perinde ac sacrilegio contaminatum, ac vitam turpiter finiisse: filias heredes bona eius inter scorta obscœne decoxisse. Et Cicero quidem in oratione pro L. Balbo Q. Cæpionem hunc Smyrnæ exulasse testatur. Vide eumdem de oratore libro II. quæ de hac seditione scribit.

Reus, atque per vim damnatur Q. Seruilius Cæpio.

De damnati exitu variat historia.

L. Aurelius * L. f. L. n * Cotta. T. Didius * Sex. f. Sex * nepos. Rogationi de Q. Cæpione C. Norbani intercedere, & reo voluerunt esse auxilio: sed aduersæ partis vi ex templo pulsi sunt: auctor Cicero loco iam dicto.

L * Antistius * n. f. n. n. Rheginus. Q. Cæpionem amicum suum sacrosanctæ potestatis auctoritate non dubitauit carcere custodiaque publica liberare: nec eatenus contentus, etiam fugæ comes cum eodem abiit in exilium. Valerius Max. hoc inter amicitiæ fidæ recenset exempla libro IV. cap. VII.

Non tantùm intercessor iustus, sed individuus etiã amicus.

A. Sem-

A. Sempronius ... f. ... n. Asellio. * C * Sextilius * C. f. C * nepos.
[Q. Fuluius Q. f. Cn. n. Gillo] [C. Flaminius L. f. L. nepos]
[Ti. Sempronius A. f. Ti. n. Musca] [L. Atilius M. f. M. n. Bulbus]

Quæstores vrbani.

... ... f. ... n. ... ; ... ... f. ... n.

Quæstores prouinciarum.

... ... f. ... n. ... L. Crassi Cos. in Gallia. Cisalp. Gallicus.
... ... f. ... n. ... C. Claudi. Pr. in. Sicilia.
... ... f. ... n. ... ... Pr. in. Sardinia.
... ... f. ... n. ... ... Pr. in. Gallia. Narbonensi.
... ... f. ... n. ... ... Pr. in. Africa.
... ... f. ... n. ... Calenus.

C. Iulius L. f. Sex. n. Cæsar. Strabo. In quo M. Tullius Tusculana v. specimen humanitatis, salis, ac lepôris fuisse scribit; qui de eius ingenio, eruditione multa etiam in Bruto de claris oratt. nec non de oratore (partim libro II. & III. recenset. Præter agnomen Strabonis ab oculorũ intuitu, Vopiscus item à natiuitatis casu raro, nec non Sesquiculus à statura forsan appellatus est, vt apud Victorinum de Orthographia legimus, qui nominat eius tragœdiam, quam Tegmesan appellauit. Scripsisse quidem illũ orationes atque tragœdias, testantur Pædianus in Scaurianam, quæ inscribuntur Iuliæ; Tullius in Bruto, dicens, ex orationibus eius, sicut ex tragœdiis, lenitatem quamdam sine neruis perspici potuisse. Citat eius versus quosdam Donatus in vita Terentij poetæ: item Pompeius Festus duos hos ex eius Adrasto: *C. Iulij Cæsaris Strabonis dotes atq; eruditio.* *Varia eius agnomina.* *Eius orationes & tragœdiæ.*

Cùm capita viridi lauro velare imperant
Prophetæ, sanctà castè qui purant sacra.

Ædilitatem non supergressus, nam omissa Prætura Consulatum post Ædilitatem cùm peteret, à P. Sulpicio Tribuno plebis fuit impetitus, vt suo loco dicemus. Postea Cinnano tumultu cum fratre L. Cæsare Consulari proscriptus atque a Marianis occisus est, vt Pædianus aliiq; memoriæ prodidere, & nos etiam annotabimus. De Quæstura eius nihil inuenio, nisi inter titulos honorum ac magistratuum eius, qui marmoreæ basi statuæ ipsius inscripti leguntur adhuc temporis Romæ sub Capitolio ad forum Augusti, in domus pariete: *Ambitus eius irritus.* *Tristis eius exitus.* *Quæstura eius reperitur inter honorum titulos.*

C. IVLIVS. L. F. CAESAR.
STRABO
AED. CVR. Q. TR. MIL. BIS. X. VIR.
AGR. DAND. ADTR. IVD. PONTIF.

Fuerat igitur, priusquam occideretur, Ædilis curulis, Quæstor, Tribunus militum bis: item decemvir agris dandis *ad tribunalia iudex, & cooptatus inter Pontifices. Quàm verò Quæstor hoc anno prouinciam sortitus obtinuerit, non liquet. * Attributorum *forasse.* *Aliud. scholi:* agris dandis, adtribuendis, iudicandis, Pontifex.

P. Cornelius * L. f. P. n * Cethegus. Æqualis (vt ait Tullius in Bruto) C. Cæsaris Strabonis. Eidem de republica satis suppeditabat oratio, quemadmodum de Cethe-
» go iudicat Tullius: Totam enim (inquit) tenebat eam, penitusq; cognorat. Itaque in Se-
» natu Consularium auctoritatem assequebatur: sed in caussis publicis nihil, priuatis satis
» veterator videbatur. Meminit eius item in Cluentiana. Magistratus autem ipsum gessisse proculdubiò est, quando Senatorem constat fuisse, & principem posteà ciuitatis. Nominat autem hunc Appianus Alexandrinus bellorum ciuilium primo inter duodecim Senatores, qui cum C. Mario hostes iudicati profugere, L. Sulla Cos. vrbem cum exercitu inuadente. Postea tamen L. Sulla cum belli Mithradatici victore in Italiam redeunte, P. Cethegum ad eumdem transfugisse, receptumque in gratiam inter alios illustres Senatores qui ad Sullam transiere, refert idem Appianus. Inter amicos igitur & familiares posteà est habitus, per eumdemque transegit Sulla cum Prænestinis de deditione faciunda, vt Valerius Max. lib. IX. cap. II. scribit. Potens igitur postea fuit in republica, Sullanas partes defendendo, atque omnia ad gratiam obeundo: quamuis (vt tum vulgò vitia placebant) vitam ageret obscœnam, plenamque libidinum atque flagitiorum, vt Plutarchus asserit. Quin etiam, L. Sulla mortuo, princeps in ciuitate Senatuque habebatur, vt idem Plutarchus significat, vbi L. Lucullum huius fauore Ciliciam prouinciam obtinuisse *P. Cethegus industrius.* *Marianus & proscriptus transfugit ad hostem victorem.* *L. Sulla gratia & fauore magnus.* *Vita impura.*

nuisse refert: sic & Pædianus in quartam Verrinam scribit, C. Cottæ Consulis gratia, & Cethegi factione in Senatu M. Antonium illum Creticum posteà maritimum imperium infinitum impetrasse, quo Siciliam ac prouincias depopulatus est, vt suo loco dicemus.

Q. Cæcilius * Q. f. Q. n * Metellus Celer. Patre Q. Metello Nepote, qui Cos. cum T. Didio fuerat; auo Q. Metello Baliarico, vt nobis apparet, prognatus. Et fuit pater Q. Metelli Celeris, qui Cos. anno DCXCIII. sequetur. Hunc verò primum Celeris agnomine celebratum fuisse, persuadet Ciceronis Brutus, vbi Q. Metellum Celerem appellat, & C. Curionis patris in Tribunatu plebis collegam fuisse insinuat, vt suo loco dicetur. Celer cur à populo vocari cœperit, caussam hanc adfert in Coriolani vita Plutarchus, quòd paucis post patris obitum diebus insigne munus gladiatoriū dederit, cùm omnes celeritatem tanti apparatus admirarentur.

Q. Metellus cur Celer dictus.

C. Iulius C. f. Sex. n. Cæsar. C. Cæsaris Dictatoris, qui Monarchiam pòst inuasit, pater; quem Prætura perfunctum Pisis repentina morte, manè dum calcearetur, extinctum annotauit Plinius historiæ naturalis libro VII. cap. LIII. cùm filius eius Cæsar decimum sextum ageret annum, vt auctor est Suetonius in filij vita. Qui annus vrbis fuit DCLXIX. Natus enim Cæsar Dictator C. Mario sextùm, L. Flacco Coss. vrbis anno DCLIII. vt ex eodem Suetonio atque alijs Auctoribus constat.

Pater C. Cæsaris Monarchæ posteà.

C. Aurelius M. f * L. n * Cotta. Summus eius temporis item orator limatus, subtilis inuentor, & rem explicans proprijs aptisque verbis. M. Antonium oratorem audiebat & imitabatur; sed eius vim non assequebatur, vt Tullius in Bruto de claris censet. Eius ingenium ac dotes explicat abundè in libris de oratore, vbi hunc & P. Sulpicium Rufum L. Crassi & M. Antonij oratorum asseclas in Tusculano disputantes inducit.

Orator eximius.

Cn. Cornelius * Cn. f. Cn. n * Dolabella. Forte Cn. Dolabellæ nepos, qui Consul fuit anno DXCIX. Cuius operà L. Sulla, vt auctor Plutarchus, est visus contra Marianos, magnus apud eumdem. Hunc denique Consularem ac Triumphalem C. Cæsar adolescens, qui posteà Dictator annorum XXI. cùm esset, Romam reuersus reum fecit, nec damnauit, vt auctores sunt Suetonius, Plutarchus, Pædianus, Tacitus aut Quinctilianus in dialogo de oratoribus, & alij, vt dicetur.

Cn. Dolabella Sullanus.
Accusatur à Mariano Cæsare frustrà.

Sex. Nonius ‥ f. ‥ n. Sufenas. Sic scriptus in antiquis reperitur denariis, vt pòst suo loco monstrabitur. Hunc puto Nonium L. Sullæ Consulis consobrinum, vel sororis filium fuisse, de cuius repulsa in magistratus petitione mentionem facit Plutarchus in Sullæ vita, vt suo loco dicetur.

Q. Granius ‥ f. ‥ nepos. Hic item inter duodecim Senatores cum C. Mario fuit hostis iudicatus à victore L. Sulla Consule, vt auctor est Appianus. Alius, vt verisimile est, à Q. Granio præcone, quem Lucilius poëta celebrauit; qui eodem tempore vixit, facetus asperioribus foro Romano notissimus. Plutarchus auctor in Mario, Q. Granium illum priuignum & fugæ comitem C. Marij fuisse.

Prouinciæ prorogatæ.

T. Didius T. f. Sex. nepos. Procos. Hispaniam. citeriorem. prorogato. in. annum. imperio. obtinuit. Vaccæorum XX. milia prælio occidit, & Termestinorum vrbem captam mœnibus nudauit, ciuesque in plana deduxit, voluitque, dispersis casis sine muris habitarent. Colendam nono obsidionis mense tandem deditione cepit, omnemque eius vrbis populum cum coniugibus & liberis vendidit: Appianus in Iberica.

Res gestæ in Hisp. citeriore.

P. Licinius M. f. P. n. Crassus. Procos. Hispaniam. vlteriorem. prorogato. in. annum. imperio. obtinuit.

‥ ‥ ‥ f. ‥ n. ‥ Macedoniam. ‥ ‥ ‥ f. ‥ n. ‥ Asiam

Pro. Prætoribus. prorogato. imp. obtinuêre.

Sex. Pompeius Sex. f. C. nepos. C. Numitorius * C. f. C * nepos.

Pro. Quæstoribus. f. fuêre.

‥ ‥ ‥ f. ‥ n. ‥ T. Didi. Procos. in. Hispania. citer.
‥ ‥ ‥ f. ‥ n. ‥ P. Grassi Procos. in. Hisp. vlteriore.
‥ ‥ ‥ f. ‥ n. ‥ ‥ ‥ Pr. in. Achaia.

// // // f. // n. // // // Pr. in Illurico.
// // // f. // n. // // // Propr. in. Macedonia.
M. Liuius M. f. C. n. Drusus // // Propr. in. Asia.
// // // f. // n. // Ostiensis. // // // f. // n. // * Lucerinus *

C. Seruilius C. f. M. n. Vatia.	Ap. Claudius C. f. C. n. Pulcher.
M'. Curius * M'. f. M'. nepos.	P. Tarquitius * P. f * / . nepos.
C. Papirius Cn. f. C. n. Carbo.	L. Fufius //. f. //. n. Calenus.
M. Lætorius * M. f. M. n. Mergus *	

ANNI P. R. C. DCLIX.

C. Cœlius * C. f. C. n * CALDVS. L. DOMITIVS. CN. f. Cn. n. Ahenobarbus.

HABEMVS deinde Consules in Cassiodoro C. Cœlium, L. Domitium: in Obsequente C. Lælium (sed mendosè) & L. Domitium: in tabulis nostris Græcis item male Βάλβου καὶ Ἀνοβάρβου legimus, pro Κάλδου: Cuspiniani tabulæ Cœliũ & Ænobarbum produnt. In Mariano Scoto plenius hæc Consulum nomina reperiuntur C. Cœlius Caldus, L. Domitius Ænobarbus. Meminit item Consulum Ascon. Pædianus in argumento orationis Ciceronianæ pro C. Cornelio, scribens S. C. L. Domitio, C. Cœlio Coss. factum fuisse, ne quis Cretensibus pecuniam mutuam daret. Hunc verò C. Cœlium inter Marios, Didios, ac nouos homines recenset Cicero pro Murena, qui ad Consulatum & amplissimos honores peruenerunt: quamuis hic Cœlius in Quæsturæ petitione, vt ex eiusdem Planciana dixi, repulsam passus fuerat. Q. Cicero de petitione Consulatus ad Marcum fratrem suum scribens ait: Quantò melior tibi fortuna petitionis data
„ est, quàm nuper homini nouo C. Cœlio? Ille cum duobus hominibus ita nobilissimis
„ petebat, vt tamen in iis omnia pluris essent, quàm ipsa nobilitas: summa ingenia, summus
„ pudor, plurima beneficia, summa ratio ac diligentia petendi. Tamen eorum alterum,
„ cùm deesset alter, Cœlius, etiam cum multo esset inferior genere, superior nulla re pæne,
„ superauit. Hæc ita Q. Cicero. Sed quinam isti duo nobilissimi Consulatus candidati, *Q. Ciceronis explicatus locus.*
quorum alterum hic Cœlius homo nouus superauit, tabellaria sua lege gratiosus apud plebem Marianæ factionis nobilitati tunc aduersam valde, alterum à petitionis proposito deterruit? Equidem dum Prætorios eius temporis, qui in hunc annum legitime Consulatum petere poterant, perscrutor, occurrunt mihi duo: quorum alter est C. Fonteius Capito, qui Prætorius legatus non diu pòst exordio belli socialis ab Asculanis occisus est; pater M'. Fonteij defensi à M. Cicerone postea: quod suo loco dicetur. Hunc forte nouus homo C. Cœlius etiam cùm multo esset inferior genere, superior nulla re pæne, vt ait Q. Cicero, suffragiis superauit. Nam Fonteium genus antiquum oriundum Tusculo continuis Præturis clarum erat, vt ipse M. Cicero in filij M'. Fonteij defensione testatur. Alter, qui campo defuit, ac a petitione destitit, & plebeiæ factionis temeritate aduersus Cœlium inimicitiis nobilium haud paruis, vt testatur Cicero, contendentem ad summos honores experiri noluit, fuisse videtur L. Cornelius Dolabella, vir ex antiquissima stirpe nobilissimus; qui Prætorius paullò antè Proconsulari cum imperio ex vlteriore Hispania de Lusitanis triumphauerat, vt suo loco exposui. Hic sane, contempto tam humili competitore, suis amplissimis honoribus contentus, Marianorum in comitiis dominantium iniquas repulsas fugere potiùs, quàm vlteriùs Consulatum (vt verisimile est) petere maluit, cum inter eius temporis Consules in Fastis non reperiatur. *L. Corn. Dolabella.*

Iulius Obsequens multa narrat prodigia, quæ his Coss. euenerunt: atque inter alia, in Volscis & Vestinis pluisse lapidibus, quod Nouendiali sacro procuratum est: Vulsiniis nouam lunam cælo decidisse, nec nisi tertia hora postero die visam: puellam mortuam natam bicipitem, manibus, pedibus, feminea que natura geminam: terram sanguine manasse & concreuisse; canes saxa & tegulas vulgò rosisse: Fesulis magnam vmbrarum multitudinem inter sepulchra lugubri veste, pallida facie interdiu gregatim ambulare visam fuisse. Hæc fere de prodigiis huius anni Obsequens. Iam quod additur, per Nasicam Hispaniæ rebellantes principes supplicio consumptos, vrbibus dirutis, ad sequentis anni res gestas pertinet, & perperam huc translatum videtur. Nam Hispaniarum Procoss. hoc anno toto prouinciis suis non decessisse, constat ex eorum triumphis Capitolinis. *Prodigia.* *Iulius Obsequens notatus.*

Consulares prouinciæ in obscuro manent; de quibus, vt neque de rebus eorum gestis, nihil certi reperio. In prioris anni Consulibus prouinciis successisse videntur: nam & hic

& hic totus annus, dum res in Hispaniis per decem legatos constituerentur, domi forisque tranquillus fuit: quod etiam apud anni sequentis prodigia notatum, non suo loco, (vt alibi sæpiùs alia) in Obsequentis exemplaribus legimus. Adfert Hubertus Goltzius in suis numismatum Fastis, huius C.Cœlij Consulis denarium argenteum; cuius notæ satis insinuant, ipsum in Hispania res præclaras gessisse, trophæa etiam statuisse. Habent enim in vna parte senis viri caput ad viuum adunco naso: quod an ex huius Consulis, familiæ Caldorum principis, an Cęlij Viuennæ Tusci, gentis Cęliæ principis, statuis imitatum sit, ambigo. In honorem huius tamen Consulis cusum esse denarium istum, titulus ita circumscriptus ostendit, C. COEL. CALDVS. COS. Adest imperatorium vexillum, in quo litteræ, HIS. Hispaniam signantes: item apri setis erectis ferus, qui forte deuicti vel capti hostium ducis nomen denotat. In aliis autem quos item vidi, eius apri loco sunt securis & lancea, Hispanorum tela. Ab altera nummorum istorum parte visuntur duo trophæa spoliis onusta, cum captiuæ prouinciæ imagine spoliis alligatæ. Appositus apud trophæa vtrimque Consulis victoris titulus hic, C. CALDVS. IMP. AV. X. hoc est, C. Caldus imperator, Augur, decemvir. Augurem atque decemvirum agris dandis fuisse cum æquali suo L. Crasso oratore, non refragor: sed imperatorem appellatum fuisse, non inuenio. Inter trophæa, tamquam in tabella quadam legitur alter hic titulus, L. CALDVS. VII. VIR. EPVL. & sub tabella, CALDVS. III. VIR. Et hic quidem trevir monetarius, Cæsaris aut Augusti sub monarchia, videtur ex familiæ suæ vanis monumentis formas istas imaginarias deprompsisse; quibus principem familiæ suæ nouum hominem hunc C. Cœlium Cos. rebus fortiter in Hispania gestis, atque tot honorum elogiis exornare, suæque stirpis nobilitatem exaltare voluit. Ceterùm quando fide dignissimi, summæque auctoritatis Pomponiani Fasti, ex quibus antiqua illa Capitolina marmora sunt elaborata, his aduersentur; nec Consulis Cœlij in Hispania victoriarum nemo, nemo (quod sciam) veterum scriptorum meminerit, nec ipse Tullius, qui sparsim in suis scriptis de eodem verba facit; historiam istius numismatis ad fabulosas referre cogor, quibus vana quondam nobilitas veram rerum Romanarum historiam mirificè vitiauit. Quod & ipse Tullius in Bruto suo conqueritur, vbi de mortuorum laudationibus, & familiarum priuatis monumentis agit, quibus publica Romana historia mendosior facta est. Multa enim, inquit, scripta » sunt in his, quæ facta non sunt, falsi triumphi, plures Consulatus, genera etiam falsa, & » à plebe transitiones, cum homines humiliores in alienum nominis infunderentur genus. » Quin etiam post T. Liuium libro VIII. extremo ab V.C. Plutarchus Tullio de eadem re suffragatur, in Numæ regis vita scribens Clodium quemdam in indice temporum asserere, veros rerum Romanarum commentarios in Gallica vrbis direptione incendioque periisse; eos autem, qui posteà compositi a diuersis reperiuntur, plures in gratiam ac adulationem quorumdam mala fide conscriptos esse.

C. Cœlij numus.

Laudationibus funebribus facta mendosior Rom. Historia.

Prætores.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Vrbanam. &. Peregrinam. iurisdictiones.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Quæstiones. public. sortiti. obtinuêre.

L. Cornelius L.f. L.n. Cinna. Qui Prætorius iam erat, cùm esset legatus Procos. bello Marsico post biennium; vt testatur Cicero in oratione pro M'. Fonteio.

Cn. Pompeius Sex. f. Cn. n. Strabo. * Cn * Bæbius * Cn. f. Cn. n. Tamphilus *

Cn. Tremellius * Cn. f. Cn. n * Flaccus. // Seruilius // f. // n. Augur.

P. Cornelius P. f. P. n. Scipio. Nasica.

C. // // f. // n. Norbanus. Exacto seditioso Tribunatu, lege Appuleia maiestatis reus factus est à P. Sulpicio Rufo iuuene nondum Quæstorio; quòd anno superiore Tribunus plebis ingentem seditionem concitasset contra rempublicam. Dixit testimonium contra reum M. Æmilius Scaurus princeps Senatus, lapide in eo tumultu percussus. Defendit Norbanum M. Antonius orator iam Censorius, eò quòd Quæstor eius fuisset: cuius eloquentia factum vt absolueretur reus, quamuis nocentissimus. Et fauebant iudices equites Romani Norbano ob damnatum Q. Cæpionem, à quo erant ipsi propter iudicia

C. Norbanus reus maiestatis.

iudicia abalienari. Multa legimus de hoc iudicio apud Ciceronem de oratore libro II.
» vbi M. Antonius ad P. Sulpicium accusatorem Norbani hæc loquitur: Quamquam te
» quidem quid hoc doceam? qui accusando sodali & Quæstore meo tantum incendium,
» non oratione solùm, sed multò magis etiam vi, & dolore & ardore animi concitaras:
» vt ego ad id restinguendum vix conarer accedere. Habueras enim tunc omnia in caussa
» superiora; vim, fugam, lapidationem, crudelitatem Tribunitiam in Cæpionis graui mi-
» serabilique casu in iudicium vocabas. Deinde principem & Senatus & ciuitatis M. Æmi-
» lium lapide percussum esse constabat, vi pulsos ex templo L. Cottam & T. Didium, cùm
» intercedere vellent rogationi, nemo poterat negare. Accedebat, vt hæc tu adolescens
» pro republica queri summa cum dignitate existimarere, ego homo Censorius vix satis
» honestè viderer seditiosum ciuem, & in hominis Consularis calamitate crudelem
» posse defendere. Et alia ibidem quæ sequuntur, rei gestæ historiam vtcumque declarant.
» Meminit & istius iudicij Valerius Maximus libro VIII. cap. V. M. Scaurus, inquit, prin-
» ceps Senatus C. Norbanum maiestatis crimine publicæ quæstioni subiectum ex professo
» opprimere conatus est; nec tamen aut auctoritate, qua plurimùm pollebat, aut religione,
» de qua nemo dubitabat, affligere potuit. Accusatoris P. Rufi mentionem quoque facit
» Tullius Officiorum libro secundo: Etiam, ait, P. Sulpicij eloquentiam accusatio illustra-
» uit, cùm seditiosum & inutilem ciuem C. Norbanum in iudicium vocauit. Hic idem
P. Sulpicius Rufus, qui posteà Tribunus plebis, eloquentia sua Consuli L. Sullæ prouin-
ciam abrogando, bellum ciuile Marianum suo reipublicæq; magno malo concitauit, vt
deinde dicetur.

Prætores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. Illuricum. //. //. //. f. //. n. //. Achaiam

//. //. //. f. //. n. //. Africam. //. //. //. f. //. n. //. Galliam. Narb.

//. //. //. f. //. n. //. Macedoniam

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

L. Valerius * L. f. L. n * Flaccus. Asiam. sortitus. obtinuit. Prouinciam laudabiliter administrauit; adeò vt dies festos, ac ludos annuos Asiæ ciuitates eidem Flacco decreuerint publicè, pecuniamque in eum vsum collatam apud Trallianos deposuerint. Eam pecuniam posteà filius L. Flaccus Prætor Asiæ ab honoribus patris translatam in quæstum ac fœnerationem à Trallianis abstulit vt hereditariam: cum patris honoribus non ampliùs, sed Trallianorum lucro vsuræque seruiret. Quo etiam nomine repetundarum reus ex Asia post Præturam est factus: quem Cicero defendit oratione quæ extat.

L. Valerius Flaccus quẽ Cic. defendit.

L. Iulius L. f. Sex. n. Cæsar. P. Rutilius L. f. L. n. Lupus. Collegas item in Consulatu fuisse, monstrant Capitolina marmora & aliorum Fasti.

M'. Acilius * M'. f. M'. n * Glabrio. M. //. //. f. //. n. Cornutus.

Q. Seruilius * Cn. f. Cn. n * Cæpio.

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

L. Postumius * L. f. L. n * Albin. L. Cornelius * L. f. L. n * Merula.

* Flamen. Martialis * Flamen. Dialis.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

* Q * Lucretius * Q. f * //. n. Vespillo L. Cassius * C. f. C. n * Longinus.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

L. Sestius * L. f. P * nepos. Qui inter homines nobilissimos Tribunus plebis primus

L. Sestius, an Sextius. Eius filii Cicero defendit.

primus temporibus optimis factus, reliquis honoribus non tam vti voluit, quàm dignus videri; quemadmodum Cicero testatur in oratione, qua filium eius P. Sestium defendit. Igitur cum hominibus nobilissimis gessit hunc magistratum; cum M. Marcello scilicet, D. Bruto, & aliis, quorum Tribunatus plebis in hunc annum ferè conueniunt. Vixisse videtur ad bellum vsque ciuile C. Cæsaris, quo decrepitus & claudus Cn. Pompeium in Macedoniam cum filiis est sequutus, vt refert Plutarchus in Pompeio. Varietas quædam est in gentilitio nomine, quod in Ciceronianis quibusdam Sextius legitur, & Lambino placet: mihi tamen placuit Aldina sequi exemplaria vetera, quæ Sestium vocant, vt & Plutarchi correctiora.

M. Claudius * M. f. M. n * Marcellus.	D. Iunius * M. f. M. n * Brutus.
Cn. Granius //. f. //. nepos.	P. Gabinius * A. f. P. n * Capito.
* C * Sextilius * C. f. C * nepos.	[A. Atilius M. f. M. n. Serranus]
[Cn. Anicius L. f. L. n. Gallus]	[C. Atinius C. f. C. n. Labeo]
[L. Marcius L. f. L. n. Philippus]	

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. Cœli. Cos. * in. Italia. Ostiensis.
//. //. //. f. //. n. //. L. Flacci Pr. in. Asia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. * Lucerinus *

Q. Lutatius Q. f. Q. n. Catulus. Viri Consularis ac Triumphalis filius; qui quamquam non fuit in oratorum numero, non deerat ei tamen in sententia dicenda cùm prudentia, tum elegans quoddam & eruditum orationis genus, vt Cicero testatur in Bruto de claris. Idem actione in Verrem secunda vocat eum sapientissimum atque amplissimum hominem: & in Pisoniana principem Senatus, & auctorem publici consilij. Honores magistratuum cum Censura compleuit, vt apparebit.

Q. Lucretius Ofella.

Q. Lucretius. //. f. //. n. Ofella. Mendosè in Ciceronis Bruto Aphilia vocatur; vbi aptiorem eum dicit concionibus quàm iudiciis fuisse. Hunc scribit Velleius Paterculus Marianarum antè partium Prætorem transfugisse ad Sullam victorem: de cuius rebus gestis & exitu posteà suis locis quid adferemus.

Siluanorum gentis Plautia familia clara post sub Cæsaribus.

M. Plautius //. f. //. n. Siluanus. Prodire iam in publicum ad magistratus Siluanorum familiam de gente Plautia comperio, quæ posteà potens & illustris sub Cæsaribus fuit. Hic autem M. Plautius, bonis legibus in Tribunatu plebis latis, quantopere iustitiam quietamque publicam coluerit, illæ suo loco descriptæ demonstrabunt. Ad Ædilitatem maiores've curules magistratus an ascenderit, non liquet: cum optimatibus aliis amplissimis Senatorij ordinis viris bello mox ciuili interceptum periisse fit verisimile.

L. Cassius * Q. f. Q. n * Longinus. Seditiosum Tribunum plebis fuisse demonstrat Valerius Max. vt suo loco dicemus. Meminisse quidem huius tum Senatoris opinor Ciceronem in Cluentiana, vbi iudicem L. Cassium nominat in Oppianici caussa; quæ acta est anno vrbis DCLXXIX.

M. //. * C. f. C. n. Perperna. Qui Prætorius postmodum Marianæ factionis cum Q. Sertorio profugit in Hispaniam: à Cn. Pompeio Magno demum captus, & occidi iussus. De qua re sic Heluius Mancia apud Valerium libro VI. cap. II. Pompeium accusat, belli ciuilis vulnera quàm liberrimè refricans: Vidi eodem habitu & quiritatu Prætorium virum Perpernam sæuitiam tuam execrantem.

Q. Antonius * Q. f. Q. n * Balbus. Cuius extant adhuc quadrigati pulcherrimi denarij cum eius nomine & Præturæ titulo. Et Prætorem fuisse, posteà suo loco demonstrabimus.

* L. Lucceius //. f. //. nepos. Legatus fuit, forsan Proquæstore C. Cosconij Præto-

Prætoris bello Marſico ſequenti, vt indicat Liuius breuiario libri LXXV.

P. // . // . f. // . n. Burrienus. Hunc Prætorem vrbanum fuiſſe, docebit nos Quinctiana Ciceronis.

Prouinciæ prorogatæ.

T. Didius T. f. Sex. nepos. Procos. Hiſpaniam. citeriorem. prorogato. imperio. obtinuit. Cum Hiſpanis graui & ancipiti prælio conflixit; quod cùm mox diremiſſet magno numero vtrimque cæſo; complura ſuorum corpora * atra nocte ſepelienda curauit. Hiſpani poſtridie ad ſimile officium progreſſi, quia plures ex ipſorum numero quàm ex Romanis cæſos reppererant, victos ſe eſſe ſecundùm eam dinumerationem argumentati, ad conditiones Imperatoris deſcenderunt: auctor Iulius Frontinus, Stratagematum libro II cap. X. Celtiberorum deinde quoſdam Didius in deditionem redactos, eò quòd inopia coacti latrociniis darent operam vſque, ex decem legatorum ſententia ex vrbe munita, tamquam his agros diuiſurus, euocatos, cum coniugibus ac liberis per milites trucidare iuſſit.

Fortis conſtantia Rom. vincit Hiſpanos.

* v. c. intra noctē melius.

P. Licinius M. f. P. n. Craſſus. Procos. Hiſpaniam. vlteriorem. prorogato. imp. obtinuit. Prouinciam bello ſubactam ex decem legatorum ſententia conſtituit.

// . // . // . f. // . n. // . Siciliam.	// . // . // . f. // . n. // . Sardiniam

Pro. Prætoribus. prorog. imperio. obtinuêre.

C. Claudius Ap. f. Ap. n. Pulcher.	Sex. Iulius C. f. Sex. n. Cæſar.

Pro Quæſtorib. f. fuêre.

// . // . // . f. // . n. // . * L. Domitij * Cos. in. Gallia. Ciſalpina. Gallicus.
// . // . // . f. // . n. // . T. Didij Procos. in. Hiſp. citeriore.
// . // . // . f. // . n. // . P. Craſſi Procos. in. Hiſp. vlteriore.
// . // . // . f. // . n. // . C. Claudi Propr. in. Sicilia.
// . // . // . f. // . n. // . Sex. Iulij Propr. in. Sardinia.
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Gallia. Narbonenſi.
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Africa.
// . // . // . f. // . n. // . Calenus.

Q. Cæcilius * Q. f. Q. n * Metellus. Celer.	C. Seruilius C. f. M. n. Varia.
Ap. Claudius C. f. C. n. Pulcher.	C. Iulius C. f. Sex. n. Cæſar.
C. Aurelius M. f * L. n * Cotta.	Cn. Cornelius * Cn. f. Cn. n * Dolabella.
Sex. Nonius // . f. // . n. Suſenas.	Q. Granius // . f. / . nepos.

ANNI P. R. C. DCLX.

Conſules.

C. Valerius * L. f. C * N. FLACCVS. M. HERENNIVS. C. f. / . nepos.

PRODVNT in hunc annum Conſules Flaccum & Herennium tabulæ Græcæ, vt & Cuſpiniani: C. Valerium & M. Herennium Iulius Obſequens, & Plinius libro hiſtoriæ naturalis XIX. cap. III. ſcribens, quòd C. Valerio, M. Herennio Coſs. Cyrenis aduecta fuerint Romam * publicè laſerpitij pondo XXX. non CXI. vt habent Sigoniani Faſtorum commentarij; neſcio, an librariorum errore. Addit enim mox Plinius, Cæſarem Dictatorem belli ciuilis initio inter aurum & argentum laſerpitij pondo CXI. protuliſſe. quod anno XLII. poſt hunc contigit, cùm armatus Pompeio fugato vrbem occuparat Cæſar, & ærarium Saturni publicum vi ſpoliaret, vt ſuo loco dicetur. Caſſiodorus autem & Marianus Scotus C. Valerium Flaccum & M. Herennium Conſules adferunt; quorum Herennius obſcuræ ſortis homo, hominem nobiliſſimum & eloquentiſſimum L. Marcium Philippum, qui pòſt Conſul ſequetur, candidatus ſimul petendo ſuperauit, vt apud Ciceronem in Bruto, & in oratione pro L. Murena legimus. T. Lucretium Carum

* publica fortè melius, non primatorum, ſed in ærarium à Quæſtore ferenda.

poëtam his Consulibus natum volunt Eusebius in chronico, & Marianus Scotus. Multa iterum Romæ, atque per Italiam visa sunt his Coss. prodigia, quæ singulatim describit Obsequens: & inter alia tradit, quòd M. Herennio Cos. bis immolanti caput iecinoris defuit: sed lustrationibus omnia prosperè expiata fuisse dicit.

Cùm annus domi forisque tranquillus (vt vult Obsequens) fuerit, Galliam & Italiam prouincias Consulum anni superioris & his decretas esse, fit verisimile. Hispanias tamen toto anno non vsque tranquillas fuisse, possumus ex eodem Obsequente, & Appiani Iberica, quamuis concisa narratione, nec non antiquis nummis certiores fieri. Ex queis apparet rebellionem, in Hispaniis post T. Didij & P. Crassi Procoss. decessum mox validè recruduisse; atque adeò, vt demum C. Valerius Cos. maiore cum imperio & exercitu Prætoribus auxilio sit missus, vt sequentia demonstrabunt.

Prætores.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Vrbanam. &. Peregrinam. iurisdictiones.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstiones. rerum. capitalium. sortiti. obtinuêre.

T. Manilius * P. f. M' * nepos. iurisdictionem. Vrbanam. sortitus. obtinuit. Apud hunc Prætorem Romæ M'. Curij caussam hereditatis in centumvirali iudicio defendisse videtur L. Crassus orator, aduersus Q. Scæuulam Iurisconsultum collegā suum, oratione doctissima, sæpiùs à Cicerone celebrata. Colligi hoc fere potest, apud hunc Prætorem Manilium caussam actam fuisse, ex Ciceronis oratione pro A. Cæcina, vbi huius mentionem obiter facit his verbis: Si aliter pronuntiatum est ac Mucio placuit, » quàm ex eorum auctoritate, si vt Manilius statuebat, sic est iudicatum. » Prætor igitur Manilius erat, cùm, vt apparet ex Tullij verbis, in Curiana caussa pro Crasso contra Scæuulam statueret: hoc est, cùm diribitis sententiis, pro potestate, quid iudicatum, decerneret pronuntiaretque. Quod nisi peracto iudicio, nec nisi à magistratu fieri fas fuisse, docet lex prima Digestis: Quod quisque iuris, &c. vbi sic habetur; Qui magistratum potestatémve habet, statuere non dicitur, nisi rem perfecerit, ac ius statuendi habuerit. Meminit istius iudicij Cicero de oratore libro primo, vbi nuper caussam M'. Curij actam à Crasso dicit M. Antonius orator: nempe non diu antequam de oratore simul in Tusculano disputarent, quod anno DCLXII. ludorum Romanorum diebus contigisse fingit Cicero, nondum biennio completo. Meminit & in Bruto de claris non semel, vbi etiam istius Curianæ hereditatis caussam inter hos summos patronos luculenter admodum discussam fuisse scribit, cùm vterque ex contraria parte ius ciuile defenderet; atque ita, vt eloquentium iuris peritissimus Crassus haberetur, cùm multa contra ius scriptum pro æquo & bono diceret; Scæuula scripti auctoritatem acutissime defenderet, vt item Iurisperitorum eloquentissimus, teste Cicerone, putaretur.

M'. Curij hereditatis caussa.

L. Cornelius L. f. P. n. Sulla. Qui, posteà. Felix. appell. est. inter. ciueis. &. peregrinos. iurisdictionem. sortitus. obtinuit. Post Quæsturam in Africa gestam, & bello Cimbrico militares ordines fortiter administratos L. Sullam aliquamdiu campo abstinuisse, nec ordinarios petiisse magistratus suo tempore, quò C. Marij tunc apud plebem in vrbe pollentis inuidiam opportunè declinaret, Plutarchus insinuat. Hoc enim primùm anno, cùm Ædilitatem prætergressus esset, Præturam in vrbe, non sine repulsa tamen, adeptus est. Non expectasse repulsam istam à populo, propter merita & rerum à se præclarè gestarum gloriam, vult Plutarchus: ipsum tamen Sullam in rerum suarum commentariis scripsisse tradit, idcircò repulsam se passum, quòd plebs Romana priùs Ædilitatem suam expectasset, munusque in eo magistratu, venationesque Africanarū splendidas. Verùm post repulsam anno superiore petiturus iterùm, colendo plebem promissis, & largitione plurimorum animos sibi conciliando Præturam adeptus est. Quo in magistratu cùm semel offensus altercando Cæsari (vt opinor, Straboni oratori, homini faceto) diceret, se sua in illum potestate vsurum; audire debuit à ridente Cæsare: Rectè tuam dicis esse potestatem, quam tuis habes pecuniis comparatam. Repulsam verò » Sullanam hanc eleganter admodum notat Valerius Maximus libro VII. cap. V. vbi de illustrium virorum aliquot repulsis agit: Quid tam excellens, inquit, quid tam opulen- » tum, quàm L. Sulla? Diuitias & imperia largitus est, leges vetustas abrogauit, nouas tulit. » Hic quoque in eo campo, cuius posteà dominus extitit, repulsa Præturæ suggillatus est: » omnia

L. Corn. Sulla repulsam passus.

„ omnia loca petiti honoris, si quis modò deorum formam & imaginem futuræ eius po-
„ tentiæ populo Romano repræsentasset, impetraturus. Hęc quidem verè Valerius de illius repulsa. Quam verò sortitus in hac vrbana sua Prætura iuris dicundi prouinciam ex more fuerit, ex scriptis veterum vix certi quid colligere est. Sigonius ex Plutarcho scribente Sullam petiisse, ac non sine repulsa tandem nactum vrbanam Præturam fuisse, vult eum vrbanam iurisdictionem sortitum obtinuisse. Nec tamen hoc ex Plutarcho constat, quando tunc temporis omnes sex Prætores, quamdiu in vrbe ius dicebant, vrbani rectè dicebantur ad differentiam aliorum, qui iurisdictionis munere defuncti, cum imperio mittebantur in prouincias. Nec petebantur à populo iurisdictionum species, sed magistratus: iurisdictionum species ipsi Prætores iam creati inter se sortiebantur, vt palam est ex Annalibus. Præturam igitur vrbanam cum aliis ex more petiit, ac tandem obtinuit L. Sulla, hoc est, ipsum magistratum: sed quam in vrbe iurisdictionem sortitus exercuerit, nec Plutarchus, nec alij nobis aperiunt. In solo Auctore de viris illustribus
„ cap. LXXV. de Sullæ Prætura sic habent exemplaria vulgata: Prætor inter ciueis ius dixit. Prætor Ciliciam prouinciam habuit. Qui locus planè videtur mancus & incorrectus; opinarique me sollicitat, concinnatorem istum vitæ Sullanæ (quemadmodum & in aliis sui operis fecit) hæc ipsa verba ex Cornelij Nepotis, aut alterius classici vitarum illustrium scriptoris marginibus compilasse perperam. Quid enim aliud, quàm notæ
„ quædam hæc verba: Prætor inter ciueis ius dixit. Et iterum: Prætor Ciliciam prouinciam
„ habuit. Interim de rebus in vrbana Prætura vel Cilicia gestis nihil. In variarum lectionum mea Synopsi, quam ex multis manuscriptis Auctorum veterum codicibus in Italia collegi quondam, reperio in Bernardini Maffeij Cardinalis antiquissimo
„ libro sic variari hæc verba: Prætor inter ciueis ius dixit, peregreque Siciliam prouinciam
„ habuit. Quæ quidem trunca licet & incorrecta, lucis tamen quid adferunt, & vtrasque Præturæ Sullanæ sortes nobis detegere videntur. Nam cùm idem hic annus Prætorem alium vrbanum (vt demonstraui) habuerit, cuius inter ciues iurisdictio fuit; ex Auctoris isto vitiato loco apparet, Sullam inter ciues & peregrinos iurisdictionem in vrbe exercuisse. Quod ipsum hic mendosus Auctor dicet, si eius verba in hunc modum corrigi &, ad-
„ dita copula, suppleri poterunt: Prætor inter ciueis ius dixit peregrinosque, & Ciliciam
„ prouinciam habuit. Hæc quidem de vrbana Sullæ Prætura dictis ex Auctoribus colligo: ipsum verò in eadem Prætura Romæ promissos populo ludos dedisse, atque non prius visam in Circo venationem centum iubatorum leonum, quos solutos Mauri iaculatores simul à Bocho rege ex Mauritania missi confecere, cùm antea alligatos dare solerent munerarij. De qua re scribunt Plinius libro historiæ suæ octauo cap. XVI. & Seneca de breuitate vitæ ad Paullinum.

Carolus Sigonius notatus.

Scriptor de Viris illustribus corrigitur.

Sulla Prætor ludos Romæ dedit.

L. Porcius M. f. M. n. Cato. — C. Geminius // . f. // . nepos.
C. Valerius * L. f. C. n * Flaccus — P. Cornelius * P. f. P. n * Lentulus * Sura *

P. Rutilius Rufus, vir Consularis, ac summæ innocentiæ, quoniam Quæstor in Asia & legatus, à publicanorum iniuriis prouinciam defenderat, inuisus equestri ordini, penes quem erant iudicia, repetundarum reus per calumniam factus est, equitum publicanorum instinctu falsisque testimoniis. Verùm Rutilius reus nec obsoletam vestem induit, nec Senatoris insignia deposuit, neque supplex iudicibus esse voluit. Cumque essent eius amici L. Crassus & M. Antonius Consulares, eloquentia celebres oratores, eorum neutrum tamen ad caussæ suæ patrocinium adhibuit. Dixit ipse pro sese, nec aliter, quàm simplex ratio veritatis ferebat; & paullum C. Cottæ adolescenti attribuit partium, quòd sororis esset filius. Quin etiam (vt apud Ciceronem de oratore libro primo legimus) quum Socrati scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset; quam, si ei videretur, edisceret, vt ea pro se in iudicio vteretur: eam non inuitus legit, & commodè scriptam es-
„ se dixit: Sed, inquit, vt si mihi calceos Sicyonios attulisses, non vterer, quamuis essent ha-
„ biles, & apti ad pedem, sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortem &
„ virilem non videri. Imitatus est igitur homo Romanus & Consularis veterem illum Socratem Atheniensem, qui cùm omnium sapientissimus esset, & sanctissime vixisset; ita in iudicio capitis pro se ipse dixit, vt non supplex aut reus, sed magister ac dominus videretur esse iudicum. Sic damnatus Rutilius conspiratione publicanorum, atque impudenti periurio iudicum, Smyrnam in exilium concessit, vbi litterarum studiis intentus sine patriæ desiderio. Nec etiam a L. Sulla belli ciuilis victore postea ab exilio reuocatus Romam redire voluit: auctores sunt Liuius in Breuiario lib. LXX. Cicero de oratore, & in Bruto, & alibi sæpius, Pædianus in diuinationē, Velleius historiarum libro secundo, Orosius libro V. cap. XVII. & Valerius Max. libro VI. cap. XVII. M. Claudius Marcellus item reus

P. Rutilius reus in exsiliū concessit.

reus factus, in quem vehementissimum (vt Valerij verbis dicam) testimonij fulmen L. Crassus orator miecisset, impetu grauis, exitu vanus apparuit. Vide Valerium Max. lib. VIII. cap. v. Meminit & Cicero in Fonteiana, qui L. Crassum inimico animo testimonium dixisse scribit, ideoque probatum non fuisse.

Prætores. prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. Siciliam. //. //. //. f. //. n. //. Sardiniam
//. //. //. f. //. n. //. Hisp. cit. //. //. //. f. //. n. //. Hisp. vlter.
//. //. //. f. //. n. //. Asiam. //. //. //. f. //. n. //. Africam
Prouincias. sortiti. obtinuêre.

Cn. Pompeius Sex. f. Cn. n. Strabo. Siciliam. sortitus. obtinuit. Hunc enim Cicero in Verrem quinta nominat inter Prætores cum L. Hortensio, qui ante C. Verrem in Sicilia fuere; quique in decimis frumentariis vendundis à maiorum institutis non discessere. Extra Messanam, fretum versus, videtur idem in hac Prætura viam muniisse, & à se Pompeiam appellasse: cuius meminit idem Cicero Verrina septima.

P. Cornelius P. f. P. n. Scipio. Nasica. Hisp. * vlteriorem * sortitus. obtinuit. T. Didio, vel P. Crasso Procoss. vni (qui hoc anno simul Romam ad triumphum decessere) successit haud dubie. Nam rebellionis nouæ principes quosdam, captis ac dirutis vrbibus, hoc tempore supplicio consumpsisse Nasicam, in Iulio Obsequente notatum videmus: sed non (vt apparet) sub suis Consulibus. Appianus Alexandrinus in Iberica sua historia non meminit, quæ ibidem mirè præter modum breuis ac decurtata videtur. Nam à Didio & Crasso transiuit ad Flaccum, atq; inde ad Sertorium: qui omnes summo cum imperio Hispanias obtinuerunt tamquam Proconsulibus.

Iulius Obsequens notatus.

L. Cornelius L. f. L. n. Cinna. II. Seruilius //. f. //. n. Augur.
* Cn * Bæbius * Cn. f. Cn. n. Tamphilus * Cn. Tremellius * Cn. f. Cn. n * Flaccus.

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

C. Claudius C. f. C. n. Pulcher. Meminit Cicero in oratione de Aruspicum responso, atque indicat patruum fuisse inimici sui P. Clodij: quem Ædilem accusat, quod ludos turbasset, & Megalesia polluens, seruorum cateruas in caueam & consessum inmisisset: Isthuismodi (inquit) Megalesia fecit pater tuus? isthiusmodi patruus? Is mihi etiam » generis sui mentionem facit: cum Athenionis aut Spartaci exemplo ludos facere maluerit, » quàm C. & Ap. Claudiorum. Illi, cum ludos facerent, seruos de cauea exire iubebant; » tu in alteram seruos immisisti, ex altera liberos eiecisti. Hæc ad P. Clodium Tullius. Ex » cuius verbis colligo, duos istos Claudios fratres Ædiles fuisse: quorum maior natu Caius Ædilis suo hoc anno ludos fecit, Appius Clodij pater, qui simul in hunc annum cum fratre petiisse, atque repulsam passus videtur, ludos Ædilis factus anno sequenti fecit, vt ex eodem Cicerone tunc dicam latius.

* C * Seruilius C. f. M. n. Vatia.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

C. Sentius //. f. //. n. Saturninus. Ædilis ac Prætor factus Romæ primus è Præfectura Atinati, vt auctor est Cicero in Planciana: cuius verba citabimus in huius Pretura.

Cn. Papirius Cn. f. C. n. Carbo. Qui ter deinde ciuili bello Consul sequetur.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
M. Tullius M. f. A. n. Decula. C. Cosconius * C. f. C * nepos.

P. An-

P. Antiſtius * C. f. C. n. Labeo * M. Lucilius //. f. //. n. Rufus.
L. Licinius * P. f * P. n * Murena. Q. Minucius * Q. f. Q. n * Rufus. Hic poſteà legatus Propr. in Aſia bello Mithradatico an. DCLXVII. vt auctor Appianus.
[C. Aburius C. f. C. n. Geminus] [Q. Fictorius Q. f. Q. nepos]
[A. Bæculonius A. f. A. nepos] [C. Atrius Q. f. C. nepos]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. * C. Flacci Cos. in. Gallia. Ciſalp. Gallicus *
//. //. //. f. //. n. //. * M. Herenni. Cos. in. Ital. Oſtiens *
//. //. //. f. //. n. //. Cn. Pompeij Pr. in. Sicilia.
//. //. //. f. //. n. //. P. Naſicæ Pr. in * Hiſp. citeriore *
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Sardinia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Hiſp. vlteriore.

D. Iunius D. f. M. n. Brutus. D. Bruti Callaici filius, vt demonſtrant Capitolina marmora, & temporis ratio. Homo & Græcis doctus litteris & Latinis, vt ait Tullius in Bruto, vbi mentionem facit Conſulatus eiuſdem cum Mamerco. Denarij ab hoc Quæſtore cuſi ordinario typo, cum Romæ galeatæ capite & Caſtoribus, adhuc reperiuntur, in quibus nomen eius ſic legitur, D. IVNI. D. F. BRVTVS. ROMA.

P. Sulpicius * M. f. C. n * Rufus. Qui C. Norbanum antè, M. Antonio oratore defendente, accuſauerat adoleſcens. Hic maximè grandis & Tragicus orator ſui temporis: cuius geſtus ac motus corporis ita venuſtus fuit, vt tamen ad forum, non ad ſcenam inſtitutus videretur. L. Craſſum imitabatur in orando, ſed Craſſi ab illo lepos aberat, vt iudicat in Bruto Tullius. De eo multa paſſim in libris de oratore, vbi diſputantem inducit cum L. Craſſo, M. Antonio, C. Cæſare, Strabone, Q. Catulo, & C. Cotta æquali ſuo. Vt in Tribunatu plebis hoſtis iudicatus & occiſus eſt, ſuis adferemus locis.

P. Antiſtius * P. f. P. n. Labeo * Æqualis P. Sulpicij Rufi oratoris: ſimul enim Tribuni plebis fuere, vt apparebit poſteà ſuo loco. Numerat hunc etiam inter huius tem-
» poris oratores Tullius in Bruto. Et erat ſane rabula probabilis, inquit, qui multos cùm ta-
» cuiſſet annos, neque contemni ſolùm, ſed irrideri etiam ſolitus eſſet, in Tribunatu plebis
» famam ſibi vindicauit. Nam Pomponium deinde & Carbonem dicendi facultate facilè
» ſuperabat, cùm ad eum multæ cauſſæ, & maximæ quæcumque erant, deferebantur. Et
» floruit temporibus iis, quibus inter profectionem reditumque L. Sullæ ſine iure fuit &
» ſine vlla dignitate reſpublica Romæ.

L. Iunius //. f. //. n. Brutus. Damaſippus. Qui Marianus Prætor poſteà Senatores plures aduerſæ factionis C. Marij Cos. iuſſu in curia Hoſtilia trucidauit, vt ſuo loco dicetur latiùs. Appianus Brutum Prætorem vocat; Liuius, Velleius, Cicero, Valerius Max. alijque L. Damaſippum. Certe eumdem eſſe, docent res geſtæ ab his narratæ. Duplici igitur cognomine, alterius L. Bruti cuiuſdam ad differentiam inſignitum, fit veriſimile.

C. Annius T. f. T. n. Luſcus. Titulus ſic in antiquis extat denariis, vt & cognomen ipſum in alijs ab huius, niſi fallor, patre cuſis, quem Conſulem reperimus in Faſtis vrbis anno DCXXV. De hoc C. Luſco plura dicemus in eius Hiſpanienſi Prætura.

C. Albius * C. f. Sex. n * Carrinas. Marianæ factionis ducum vnus poſteà factus, qui L. Sulla victore cum exercitu Romam redeunte, Prætor exercitum ducens, prælio bis victus, ac in fuga captus occiditur, vt ſuo loco.

P. Quinctilius * T. f. T. n * Varus. Quem Cicero nominat inter iudices, apud quos P. Quinctium defendit, anno DLXX. Quo primùm anno iudicia rurſum lege Cornelia ab equitibus ad ſolos Senatores fuere tranſlata. Itaque iam antea functus erat magiſtratibus proculdubiò. Meminit eiuſdem & in Cluentiana, & vocat hominem ſumma religione, & ſumma auctoritate præditum.

Sp. Afranius //. f. //. n * Stellio * Domo, vt apparet, Prætoria celebri: nam C. Afranium Stellionem Liuius libro XXXIX. Prætorem adfert anno DLXIIX. & III. virum coloniæ deducendæ altero pòſt anno. Iam deinde plures Afranios magiſtratus geſſiſſe, quis negabit? cùm poſt hæc etiam tempora, nec minus ſub Cæſaribus, honoribus

vſos fuiſſe legamus. Et huius quidem Sp. Afranij, de quo nunc agimus, reperiuntur nummi ex ære & argento antiqui, publicæ vulgatæque ſignaturæ: ærei cum bifronte Iano, & naui; argentei autem cum Romæ armato capite, & Victoria bigam agitante; in quibus hæ notæ, S. AFRA. ROMA. Ex quibus colligere eſt, Quæſtorem vrbanum ærarij fuiſſe hoc fere tempore, quo & L. Afranius poëta floruit.

Prouinciæ ſ. prorogatæ.

// // // f. // n. // Macedoniam. // // // f. // n. // Achaiam
// // // f. // n. // Illuricum. // // // f. // n. // Galliã. Narb.

Pro. Prætoribus. prorogato. imperio. obtinuêre.

Q. Seruilius * Cn. f. Cn. n * Cæpio. — P. Rutilius L. f. L. n.
L. Iulius L. f. Sex. n. Cæſar. — M. // // f. // n. Cornutus.

Pro. Quæſtorib. ſ. fuêre.

// // // f. // n. // // // Propr. in. Macedonia.
// // // f. // n. // // // Propr. in. Achaia.
// // // f. // n. // // // Propr. in. Illurico.
// // // f. // n. // // // Propr. in. Gallia. Narbonenſi.
// // // f. // n. // // // Pr. in. Africa.
// // // f. // n. // // // Pr. in. Aſia.
// // // f. // n. // * Lucerinus * // // // f. // n. // Calenus.
L. Caſſius * Q. f. Q. n * Longinus. // Lucceius // f. // nepos.
Q. Antonius * Q. f. Q. n * Balbus. Cn. Cornelius * Cn. f. Cn. n * Dolabella.
Sex. Nonius // f. // n. Suſenas. M. Plautius // f. // n. Siluanus.
P. // // f. // n. Burrienus. Q. Granius // f. // nepos.

T. DIDIVS. T. F. SEX. N. PRO. COS. AN. DCLX.
EX. HISPANIA. DE. CELTIBEREIS. IIII. IDVS. IVN.
P. LICINIVS. M. F. P. N. CRASSVS. PROCOS. AN. DCLX.
DE. LVSITANEIS. PRIDIE. IDVS. IVN.

Triumphus geminus, T. Didij & P. Craſſi. Duos ex Hiſpania eodem menſe tunc Roma vidit triumphos; T. Didij ex citeriore de Celtibereis, & P. Craſſi ex vlteriore de Luſitaneis, quemadmodum in columnis Capitolinis expreſſum eſt. De rebus T. Didij in prouincia geſtis, ſuis in Annalibus quædam adduximus. Hoc primùm anno, rebus ex decem legatorum ſentētia conſtitutis, Romam rediiſſe & triumphaſſe docent marmora Capitolina. Quem triumphum eius approbat etiam Appianus in Iberica. Extant etiam argentei denarij cum Romæ capite galea alata tecto, & curru triumphali, in quo togatus ipſe lauri ramum tenens videtur, vt nomen adſcriptum indicat, T. DEIDI. T. F. De rebus autem in vlteriore Hiſpania aduerſus Luſitanos à P. Craſſo Procos. geſtis, admodum tenuis, immò vix vlla nobis apud Auctores eſt reliqua memoria. Ex iſto tamen eius triumpho, quem egit quarto poſt Conſulatum ſuum anno, colligere poſſumus, haud pacatam illi triennio toto prouinciam, nec ſine cauſſa tam diu prorogatam fuiſſe. Quòd enim Luſitani bellum contra Romanos ferè continuarint, & victi ſubactique reſumpſerint, præcedens L. Dolabellæ triumphus oſtendit, cui P. Craſſus Conſul ſucceſſit; quem denuò Luſitanos ſubegiſſe, monſtrat hic eius triumphus. Nec refragatur Strabo Geographiæ libri tertij fine, ſcribens obiter, quòd P. Craſſus, pacata iam (vt veriſimile eſt) prouincia, primus Romanorum à Gadibus in Oceani inſulas Caſſiterides Brittaniam verſus ſitam nauigarit, & viam Romanis aperuerit. De eius triumpho mentionem Auctores faciunt. Cicero in Balbiana, recenſens plures vlterioris Hiſpaniæ imperatores, & Craſſos inter eos nominat, quorum (inquit) » viuit immortalis memoria & gloria. Idem in Piſoniana quam Cn. Pompeio Magno II. » & M. Craſſo II. Coſs. anno vrbis DCXCVIII. dixit in Senatu, illius triumphi meminit his verbis: O nullius conſilij patres iſtorum Conſulum, qui triumpharunt! Quæ Cice- » ronis verba Pædianus commentator ſic declarat: Diximus hanc orationem eſſe dictam » Cn. Pompeio Magno II. M. Craſſo II. Coſs. Pompeij pater bello Italico de Picentibus, » M. Craſſi pater P. Craſſus ante bellum Italicum de Hiſpanis triumpharant. Plutarchus »

etiam

etiam M. Crassum, à Parthis posteà occisum, cuius vitam describit, patrem habuisse testatur cùm honoribus plurimis, tum triumpho Censuraque insignem.

ANNI P.R.C. DCLXI.

Consules.

C. Claudius Ap. f. Ap. N. PVLCHER. M. PERPERNA. M. f. / . nepos.

ITA hos adferunt etiam Cassiodorus & Marianus Scotus: tabulæ verò Græcæ, nec non Cuspiniani Pulchrum & Perpernam. Iulius Obsequens scribit, C. Claudio M. Perperna Consulibus Romæ bouem locutam, lacte pluisse, Aretij duos androgynos inuentos, pullum gallinaceum quadrupedem natum. Supplicationem ob hæc & alia prodigia nuntiata factam fuisse, populum Cereri & Proserpinę stipem contulisse: virgines XXVII. carmen canentes vrbem lustrasse: adiicitque deinde, quòd Medorum in Macedonia gens prouinciam cruentè vastauit. Quò respicere videntur ea, quæ in Liuij Breuiario libri LXX. leguntur de C. Geminij Prætoris infelici pugna contra Thraces. Loquitur enim Obsequens non de Medis Asiæ potentissimis quondam populis; sed de Mædis vel vel Mœsiis Thraciæ supra Macedoniam ad Istrium fluuium, qui Dardanis atque Triballis vicini erant. Quare corrigendum hoc nomen in Obsequente est. *Prodigia.*

De Consulum huius anni prouinciis res obscura non minùs est, quàm superiorum aliquot. Ob sociûm ac Latini nominis suspectos conatus, atque vrbis Italiæque dissensiones fit verisimile, Galliam Italiamque vicinas prouincias his decretas fuisse. Et cui sors Gallia Cisalp. foret, Hispaniarum res simul aduerteret; vt si opus foret, extraordinario cum imperio & exercitu in Hispaniam pergeret, auxilij ferendi, vbi necesse, caussa: non secus ac anno superiore decretū erat, quo C. Valerius Flaccus Cos. in Hispaniam citeriorem cum exercitu transierat, & in hunc annum in ea prouincia imperium prorogatum, cum maximè scaturirent hinc inde Hispanorum rebelliones nouæ quotannis, donec non adeò diu posteà totam Hispaniam Q. Sertorius contra Romanos miris artibus ad arma concitarit, vt suis locis dicemus. Hoc autem anno prouinciam istam M. Perpernæ Cos. obtigisse, & P. Nasicæ in vlteriore prouincia succurrisse auxilio, nobis indicare videntur antiqui nummi in hoc eius Consulatu cusi caussa voti, quod Herculi Victori Gaditano rei benè gerundi caussa fecerat. Repræsentant enim in vna facie heroicum Herculis caput populea corona coronatum, cui claua dentata in humeris, leoninaque pectus armatum est; vbi circumscriptum ita Consulis nomen, M. PERPERNA. COS. In altera eiusdem numismatis facie videtur Herculis sacer tripus in corona ex oleastro callistephano: quem illustrat pulchra dei Hesperi stella. De eodem Herculi cum Apolline certamen fuisse fabulantur Poëtæ, vt auctor est lib. de natura deorum Tullius. Et est anathematum genus diis dicari solitum. Homerus tales ἀπύρους appellat, quòd voti caussa seruabantur ab ignibus intacti. Tripodi adscriptum nomen Quæstoris, qui Cos. Perpernæ iussu atque auspiciis numisma tale cudi curauit, C. PAPIRI. CARBO. Inseruit Fastis suis Consularibus figuram hieroglyphici ex aureo nummo tali diligenter delineatam Hubertus Goltzius, sed non suo loco: accommodauit enim hanc Consulatui patris huius M. Perpernæ in vrbis anno DCXXIII. qui tum Asiam sortitus erat, & Aristonicum vicerat. *Numisma M. Perpernæ.*

Censs. Cn. Domitius. CN. F. CN. N. AHENOBARB. L. LICINIVS.
P. f. P. n. Crassus. Lustr. fec. LXVI.

Fragmentum Fastorum Capitolinorum nobis hoc anno Censores ostendit fuisse Cn. Domitium Ahenobarbum & L. Licinium Crassum oratorem, quos Lustrum vrbis condidisse sexagesimum sextum opinor, quo Senatus princeps quartùm lectus M. Æmilius Scaurus. Non autem pedibus ire in eius sententiam queo, qui propter priuatas simultates ac contentiones cum collega, L. Crassum vult ante tempus abdicasse, atque Lustrum idcircò conditum non fuisse, cùm tertio pòst anno Censores alij creati fuerint: quos extra ordinem alia de caussa creatos fuisse, suo loco patebit. Nec obstat Ciceronis de oratore locus libri tertij exordio, vbi legimus, L. Crassum ab honorum perfunctione annum primum egisse, cùm febri correptus moreretur VII. post Idus Septembris die, L. Philippo Consule: palam enim est ex eodem Cicerone, Crassum, Censura iam ante Kalend. Iulias eiusdem anni peracta, priuatum in Tusculano ludis Romanis de oratore cum M. Antonio disseruisse. Perfunctus igitur tum erat Censura, ceterisque suis honoribus ordinariis anno quo decessit. Si perfunctus erat, vt asserit Cicero, vt Consulatus, alio- *Car. Sigonius notatur.*

rumq; magistratuum; sic & Censuræ profectò munia, voto lustroque facto cum collega, laudate pleneque confecerat. Est enim perfungi, ἀποπλεῖν, ad extremum obire munus, & operam diligenter nauare. Sed de hac re iam satis; ad ipsos redibo Censores. Cn. Domitium hunc Valerius Max. Consulem, Censorem, Pontificem Maximum fuisse testatur libro VI. cap. V. sic etiam Cicero in oratione pro domo sua, cùm dicit: Cn. Domitium » nos pueri Consulem, Censorem, Pontificem Max. vidimus. Sic L. Crassum Censo- » rium fuisse, testatur non vno loco. Horum quidem Censura multùm contentiosa fuit, & frequens iurgiis, propter dissimilitudinem morum. Meminit enim non semel Cicero orationis facetiis plenæ, quam Crassus contra collegam Censor habuit, libro de Oratore II. Vnde illa ridicula ad Domitium: Per tuam nobilitatem, Per vestram familiam, » Per tuas statuas; & similia multa, quæ per irrisum dixerat Crassus non sine mimologia » quadam eleganti, quò concioni risum, Domitio stomachum moueret. Meminit & in Bruto Tullius orationis eiusdem in Domitium, & censet iustam orationem non fuisse, vbi de Crasso multa: Ipsa, inquit, illa Censoria contra Cn. Domitium collegam, non » est oratio; sed quasi capita rerum, & orationis commentarium paullò plenius. Nulla est » enim altercatio clamoribus vmquam habita maioribus. Ex eadem oratione Crassi est » proculdubiò, quod adfert Suetonius in vitæ Neronis exordio, vbi Ahenobarborum familiæ quædam memoratu digna recenset, dicens, in hunc Cn. Domitium atauum Neronis imperatoris L. Licinium Crassum oratorem dixisse, Non esse mirandum, quòd » barbam haberet aheneam, cui os ferreum, & cor plumbeum esset. At Cn. Domitius » in Senatu Crasso collegæ vt deforme crimen obiecerat, quòd murenam in piscina domus suæ mortuam atratus tamquam filiam suam luxisset, vt apud Macrobium legimus in tertio Saturnalium. Adiicienda est alia quoque eorumdem altercatio ex Valerij Maximi libro IX. cap. primo, & C. Plinij libro XVII. cap. primo, vt luxum, libidinem, atque luxuriam eius sæculi videas, Lector. Cn. Domitius obiecit Crasso, quòd columnas Hymettias domi suæ haberet, grauiterque increpuit, nimis ambitiose Censorem habitare: statimque sexagies sestertium, vel (vt Plinij habent exemplaria) millies sestertiûm æstimauit. Et Crassus, vt erat præsens ingenio & facetus, addicere se statim respondit, exceptis sex arboribus, quæ ob raritatem erant in pretio. Lotos fuisse dicit Plinius, patula frondium opacitate lasciuas, durasseque ad Neronis vsque incendia, quibus cremauit vrbem, annis CLXXX. cultu virides iuuenesque. Sed oblatam à Crasso conditionem statim renuit Domitius, vel tricies sestertiûm minoris futuras ædes, iis adeptis dicens, atque ne vno quidem denario tum sibi emptas velle. Tum Crassus, Vter, inquit, nostrûm igitur » luxuriosior est? egóne, qui in domo mihi hereditaria comiter habitem; an tu, qui tanti » sex arborum vmbram æstimas? Verùm hæc de Censorum dissidio satis. »

Cn. Domitij & L. Crassi in Censura grauis dissensio.

Quænam autem opera publica locarint, quótve ciuium capita in censum tabulásve retulerint, amisso Liuio in tenebris manet. Mores quidem in vrbe diligenter correxisse, exempla sunt. Vnum attulisse sat est ex dialogo, qui extat de Oratorum veterum nouorúmve præstantia Vespasiano imperante, à nescio quonam Auctore scripto. Sub Corn. Taciti nomine prodiit hactenus in publicum; nunc Iusti Lipsij nostri septemplici clupeo septus, mauult Fabij Quinctiliani oratoris procedere persona in theatrum. In hoc colloquutor Vipsanius Messalla, reprehendens peruersum ordinem instituendi Romę pueros, docet ab his Censoribus, non Marco (vt perperàm habent exemplaria) sed Lucio Crasso & Cn. Domitio philosophos & Rhetores magistros prohibitos fuisse. Verba eius hæc sunt: At nunc adolescentuli nostri deducuntur in scenas scholasticorum, qui Rhetores » vocantur: quos paullò ante Ciceronis tempora extitisse, nec placuisse maioribus nostris, » ex eo manifestum est, quòd L. Crasso & Domitio Censoribus * eludere (vt ait Cicero) » ludum impudentiæ iussi sunt. Auctorem edicti huius Censorij L. Crassum hoc anno fuisse, demonstrat etiam Cicero de oratore libro tertio, vbi ipse Crassus de ea re sic loquitur: Rerum est silua magna, quam cum Græci iam non tenerent, ob eamque caus- „ sam iuuentus nostra dedisceret pæne discendo: etiam Latini (si diis placet) hoc biennio „ magistri dicendi extiterunt, quos ego Censor edicto meo sustuleram; non quò, vt nescio „ quos dicere aiebant, acui ingenia adolescentium nollem; sed contra, ingenia obtundi „ nolui, corroborari imprudentiam. Hæc pulchre Crassus de sua Censura. Iam extant „ edicti huius Censorij verba ipsa apud Suetonium de claris Rhetoribus, item apud A. Gellium in Noctibus Atticis libro XV. cap. XI. qui & S.C. Pomponiani de philosophis & Rhetoribus inquilinis ante facti, & huius Censorij edicti verba ex Suetonio desumpsisse videtur; quæ quidem sunt hæc: Cn. Domitius Ahenobarbus & L. Licinius Cras- „ sus Censs. ita edixerunt: Renuntiatum est nobis, esse homines, qui nouum genus disci- „ plinæ instituerunt, ad quos iuuentus in ludum conueniat. Eos sibi nomen imposuisse „

** Fortè cludere.*

Lati-

,, Latinos Rhetores: ibi homines adolescentulos totos dies desidere. Maiores nostri, quæ ,, liberos suos discere, & quos in ludos itare vellent, instituerunt. Hæc noua, quæ præter ,, consuetudinem ac morem maiorum fiunt, neque placent, neque recta videntur. Qua- ,, propter & iis qui eos ludos habent, & iis qui eò venire consueuerunt, visum est faciun- ,, dum, vt ostendamus nostram sententiam, NOBIS. NON. PLACERE. Hæc sunt, quæ de celeberrima ista Censura classicis ex diuersis Auctoribus hîc adferre potui.

Prætores.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Vrbanam. &. Peregrinam. iurisdictiones.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstiones. rerum. capital. sortiti. obtinuêre.

L. Cassius * C. f. C. n * Longinus. L. Postumius * L. f. L. n * Albinus. Flamen. Martialis.

Cn. Octauius Cn. f. Cn. nepos. M. Porcius M. f. M. n. Cato. Licinianus.

A. Plautius //. f. //. n * Siluanus * C. // * M. f. M. n * Perperna.

Reus factus repetundarum //. Seruilius Augur à L. & M. Lucullis fratribus admodum adolescentibus, quorum patrem ipse Seruilius antè damnauerat. Ingenti contentione partium res acta est, adeò vt vulnerati quidam, aliquot præterea occisi fuerint. euasit tamen accusationem Seruilius, vt scribit Plutarchus in L. Luculli vita. Meminit istius accusationis etiam Tullius Officiorum libro II. & Academicarum quarto, qui Lucullus dicitur.

Prætores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. Macedoniam //. //. //. f. //. n. //. Illuricum. Hisp. cit.

//. //. //. f. //. n. //. Gall. Narbon. //. //. //. f. //. n. //. Africam

//. //. //. f. //. n. // Asiam

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

C. Geminius //. f. //. nepos. Macedoniam obtinens aduersus Thraces infeliciter pugnauit, vt auctor est Liuius libri LXX. compendio. Qua victoria elati barbari, Macedoniam cruente vastarunt. Iulius Obsequens Medos vocat, sed Mædos vel Mœtios Thraciæ populos fuisse, ex Liuij verbis colligimus, vt superiùs annotaui.

L. Cornelius L. f. P. n. Sulla. Qui. postea. Felix. appell. est. Asiam. sortitus. obtinuit. Adiecta est ei ex S. C. Cilicia, vt Ariobarzanem regium iuuenem in Cappadociæ vacuum herede vero regnum reduceret; Mithradatemque Ponti regem vicina omnia infestis armis occupantem reprimeret. Ordinariis itaque & paruis Prætoriis copiis in prouinciam profectus, magna sociûm populorum auxilia contrahens, Gordium Mithradatis Præfectū, qui Ariarathem verum regem cum paruo filio interfecerat, Cappadociamque pro Regis sui filio occupauerat, regno pepulit, & Ariobarzanem ex S. C. regno impofuit, cùm Cappadoces iugo regio assueti non tam libertatem, quàm Regem mallet. Nicomedem prætereà Bithyniç regem Cappadociæ insuper, ementita sui filij stirpe Ariarathi proxima, inhiantem cedere, Paphlagoniamque, quam & ipse Pylanem ademerat, ex S. C. reddere compulit. Post quam victoriam dum Sulla res sociorum Regum vbique constitueret ad Eufratem, Orobasus Arsacis regis Parthorum legatus eòdem venit, petitum Regis sui nomine primam amicitiam, fœdus, ac societatem cum populo Romano ineundam. Quod ipsum, Sulla satagente, facile impetrauit: auctores sunt Plutarchus in Sullæ vita, Appianus in Mithradatica, Iustinus XXXIIX. Strabo lib. XII. Obiter attingunt Liuius breuiario libri LXX. Auctor de viris illustribus cap. LXXV. Sex. Rufus, & alij. *Exordia belli Mithradatici.*

C. Valerius * L. f. C. n * Flaccus. Hispaniam. citeriorem. sortitus. obtinuit. De quo nos plura in anno sequenti.

T. Manlius * P. f. M' * nepos. L. Porcius M. f. M. n. Cato.

P. Cornelius * P. f. P. n * Lentul * Sura *

Ædiles curules.

Ap. Claudius C. f. C. n. Pulcher. Pater P. Clodij, qui repulsam superioris anni passus

passus erat; fortasse quia cum suo fratre C. Claudio simul petebat ante tempus importunè, cùm populus eo tempore à singulis istis locupletibus Ædilitia munera expectaret. Repulsæ quidem pulchre mentionem facit Tullius in oratione pro Cn. Plancio, quem ambitus reum T. Iuuentius à Plancio in Ædilitatis petitione fecerat; vbi sic Iuuentium aduersarium eius alloquitur: Videt enim pater tuus, Ap. Claudium nobilissimum hominem, viuo patre suo potentissimo & clarissimo ciue Claudio, Ædilem non esse factum, & eundem sine repulsa Consulem esse factum. Ex quibus verbis etiam colligere est, Appij huius patrem fuisse C. Claudium Pulchrum, qui cum M. Perperna Consul fuit. In oratione autem de Aruspicum responso Tullius idem, dum in P. Clodium inimicum inuehitur, monstrat hunc Appium patrem fuisse P. Clodij, & ludos etiam Ædilitiaque munera dedisse in hoc suo magistratu. Quæ Tullij verba iam in Annali superiore, de fratris sui C. Claudij Ædilitate scribens adduxi.

//. //. //. f. //. n. //.
L. Cornelius L. f. L. n. Scipio. Asiaticus.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
L. Aurelius * L. f. L. n * Cotta. — A. Sempronius //. f. //. n. Asellio.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
M'. Curius * M'. f. M' * nepos. — Cn. Pomponius * Cn. f * //. nepos.
P. Licinius * P. f * //. n. Murena. — * L * Brutius //. f. //. n. Sura.
M. Lætorius * M. f. M. n. Mergus * — M. Lucilius //. f. //. n. Rufus.
Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Pius. — C. Marius C. f. C. n. Gratidianus. Qui. &. Marcus.
[C. Poblicius C. f. Q. n. Bibulus] — [C. Lutatius Q. f. C. n. Catulus]

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. M. Perpernæ Cos. in Hisp. vlteriore.
//. //. //. f. //. n. //. C. Geminij Pr. in. Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. L. Sullæ Pr. in. Asia. &. Cicilia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Gallia. Cisalpina. Gallicus.
//. //. //. f. //. n. //. Calenus.

Cn. Octauius M. f. Cn. nepos. Filius erat M. Octauij illius, qui legem frumentariam Gracchi Tribunus plebis anno DCXXXIII. noua lege reip. atque ærario magis commoda repPulit atque abrogauit. Tullius in Bruto de claris Oratt. istum cum M. Catone patre Vticensis & Q. Catulo filio ex acie patronorum, id est, à iudiciis abducit: & in præsidiis reipublicæ, cui facilè satisfacere poterant isti, collocat. Infirmus quidem erat valetudine corporis; magistratuum (in quibus ad Consulatum vsque ascendit) officiis tamen omnibus laudate defunctus est. Quantis autem in doloribus membrorum corporis peregerit senium extremum suum, pulchre nobis ostendunt Ciceronis verba libro de finibus secundo, vbi de doctrina Epicuri, qua tradit rationem negligendi doloris, Illum, inquit, mallem leuares, quo optimum atque humanissimum virum Cn. Octauium M. f. familiarem meum confici vidi: nec verò semel, nec ad breue tempus; sed & sæpè planè & diu.

" diu. Quos, dij immortales, ille, cùm omnes artus ardere videretur, cruciatus perferebat?

L. Domitius * L. f. L. n * Ahenobarbus. Ex Prætura Hispaniam citeriorem cum Procos. imperio postmodum obtinuit, vt suo loco.

C. Papirius * C. f. Cn * Carbo. M. Perpernæ Cos. in Gallia Cisalpina & Hisp. vlteriore, vt monstrat denarius argenteus cum eius nomine, quem superiùs adduxi in Perpernæ Consulatu. Quis tamen hic C. Carbo fuerit, non liquet: nisi respiciamus ad temporum ordinem, vt appareat C. Carbo, quem Damasippus occidit, filius scilicet C. Carbonis à L. Crasso damnati.

P. Magius // f. // n. Chilo. M. Virgilius // f. // nepos. Non priscæ gentis homines, quos simul Tribunos plebis fuisse, suo loco patebit. Chilonis cognomen in Magia gente reperio, in Virgilia nullum. De his dicam plura in eorum Tribunatu plebis.

M. Fannius C. f. M. n * Strabo. Filius, nisi fallor, C. Fannij, qui gener C. Lælij Sapientis fuit. Hic Prætor anno DCLXXIII. iudex in caussa Roscij Amerini sedit, vt Cicero pro Roscio.

A. Sempronius * A. f. M. n * Musca. Non adeò dubium mihi, quin anno superiore magistratum petens hic A. Sempronius, à quodam dicace scurra Vargula petulanter fuerit irrisus, cùm candidatus cum M. fratre suo iturus ad comitia, Vargulam de more salutaret in occursu, suffragij petendi caussa. Quod apud Tullium de oratore II. C. Cæsar Strabo de facetiis oratoris in Tusculano disserens anno sequenti (vt vult Tul-
" lius) insigniter, tamquam nuperum exemplum quodam adfert his verbis: Quid enim
" est Vargula assecutus, cùm eum candidatus A. Sempronius cum Marco fratre suo cōple-
" xus esset? Puer, abige Muscas, inquit. Risum quæsiuit, qui est tenuissimus ingenij fructus.

C Valerius * C. f. P. n * Flaccus. Ex Prætura denique Galliam Narbonensem rexisse, nobis auctor est Cicero in oratione pro P. Quinctio.

Prouinciæ f. prorogatæ.

C. Valerius * L. f. C * n. Flaccus. Procos. Hispaniam. citeriorem. prorogato. imperio. obtinuit. Res ibidem feliciter gessit, vt testantur argentei eius denarij plures; quibus memoriæ proditum esse constat, ipsum post præclaram victoriam ab exercitu suo Hispanico Imperatorem appellatum, & ex S. C. supplicationibus decretis honoratum. Monstrant hoc nummorum insignia ab vna facie, scilicet legionis aquila inter duo cohortium signa; in quorum tabellis notæ visuntur, H. H. quæ legionem esse Hispanicam indicant. Adest imperatorius titulus, C. VAL. FLAC. IMPERAT. EX. S. C. In altera numismatis facie videtur Victoriæ Præpetis pulchrum lætum caput, coma diligenter compta, duplicique nodo in vertice reuincta, quam ἡδύπτεραν Orpheus in hymnis suis appellat. Aspicit ante se Romanum telum erectum mucrone demisso, notans, armis victoriam adeptam esse tutandam. De hoc quidem Flacco loqui Appianum in Iberica
" sua puto, post T. Didij res gestas obiter hæc adiiciens: Iterùm rebellantes Celtiberos
" Flaccus eò missus, cæsis viginti milibus repressit apud Belgedam, vbi populus ad defe-
" ctionem spectans Senatum recusantem atque retardantem in curia obsessum combussit.
" At superueniens cum exercitu Flaccus, eius rebellionis principes, facinorisque auctores grauiter puniuit.

P. Cornelius P. f. P. n. Scipio. Nasica. Propr. Hispaniam. vlteriorem. prorogato. in. aduentum. successoris. vsque. imperio. obtinuit. Successit Cos. M. Perperna, vt antè ex antiquo eius denario ostendere conatus sum.

// // // f. // n. // Siciliam. // // // f. // n. // Sardiniam

// // // f. // n. // Africam. // // // f. // n. // Achaiam

Pro. Prætorib. prorogato. imperio. obtinuêre.

Cn. Pomponius Sex. f. Cn. n. Strabo. L. Cornelius L. f. L. n. Sinna.

Cn. Tremellius * Cn. f. Cn. n * Flaccus.

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

// // // f. // n. // C. Flacci Procos. in. Hisp. citer.

// // // f. // n. // P. Nasicæ Propr. in. Hisp. vlt.

// . // . // . f. // . n. // . C. Claudi. Cos. in. Italia. Ostiens.
// . // . // . f. // . n. // . Cn. Pompei. Propr. in. Sicilia.
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Propr. in. Sardinia.
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Propr. in. Africa.
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Gallia. Narb.
// . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus. // . // . // . f. // . n. // . Calenus.

P. Antistius * P. f. P. n. Labeo *	C. Albius * C. f. Sex. n * Carrinas.
L. Iunius // . f. // . n. Brutus. Damasippus.	C. Annius T. f. T. n. Luscus.
P. Quinctilius * T. f. T. n * Varus.	Sex. Nonius // . f. // . n. Sufenas.
Cn. Cornelius * Cn. f. Cn. n * Dolabella.	P. // . // . f. // . n. Burrienus.

ANNI P. R. C. DCLXII.

Consules.

L. Marcius Q. f. Q. N. PHILIPPVS. SEX. IuLIVS C. f. Sex. n. Cæsar.

VARIANTVR Consulum nomina in Auctoribus non parum. Tabulæ Græcæ & Cuspiniani Philippum & Cæsarem habent, fragmenta Capitolina Philippum & Sex. Iulium. C.F. Cassiodorus & Obsequens adferunt L. Martium, Sex. Iulium. Marianus, Orosius & Eutropius, Sex. Iulium Cæsarem & L. Martium Philippum: sed numerorum notæ, quibus annum vrbis signarunt, corrigendæ sunt. L. Philippum Consulem ante biennium in petitione Consulatus à M. Herennio superatum fuisse, diximus ex Cicerone. Extant item nomina Consulum in plebiscito de Thermentium Asianorum libertate, cuius pars tabulæ æneæ insculpta Romæ adhuc seruatur in domo Capranica. Ex ea, quæ ad Consules hos attinent, hæc paucula adiciam:

QVEI. AGRI. QVAE. LOCA. AEDIFICIA. PVBLICA.
PREIVATAVE. THERMENSIVM. MAIORVM
PEISIDARVM. INTRA. FINEIS. EORVM. SVNT.
FVERVNTVE. L. MARCIO. SEX. IVLIO. COS.
QVAEQVE. INSVLAE. EORVM. SVNT. FVERVNTVE. &c.

Meminit Consulum item Plinius libro XXXIII. cap. III. qui scribit, Sex. Iulio, L. Marcio Coss. pondo auri DCCCXLVI. in ærario populi Rom. fuisse, belli socialis initio.

Belli socialis initium. Prodigia varia, quæ cruentum illud bellum sociale præcesserunt, Iulius Obsequens & Orosius narrant latiùs. Sed illud in primis inauditũ, quod Plinius libro II. cap. LXXXIII. refert ex Etruscæ disciplinæ voluminibus; in agro Mutinensi L. Marcio, Sex. Iulio Coss. montes duos inter se, concurrisse crepitu maximo assultantes recedentesque, inter eos flamma fumoque in cælum exeunte interdiu: spectante e via Æmilia magna equitum Rom. familiarumque & viatorum multitudine. Eo concursu vicinas villas omnes elisas, animalia multa, quæ intus fuerant, exanimata fuisse, anno ante bellum sociale. Quod haud scio an funestius fuerit ipsi terræ Italiæ, quàm ciuile. Libro item tertio dicit, serpentem ex muliere natum, inter belli socialis initia. Cùm verò iam Bochus Mauritaniæ rex amicus & socius populi Romani appellatus esset, gratitudinis ergô legatos suos misisset, & victorias aureas trophæa ferentes cum Iugurthæ regis aureo item simulachro L. Sullæ tum Quæstori à se tradito in Capitolio dedicari petiisset, C. Marius hunc Sullæ honorem ægre ferens, statuas deiicere parabat. Sulla aperte restitit. Hinc magna, quantum vnquam in vrbe priùs seditio, ac belli ciuilis origo; quam exoriens mox sociale bellum aliquamdiu suppressit: auctor Plutarchus in Mario & Sulla.

Prouinciæ Consulares. De Consulum prouinciis nemo, quòd sciam, facit mentionem: opinor nihilominùs Italiam atque Galliam Cisalpinam Consulares hoc anno prouincias fuisse in tam ancipiti rerum vrbanarum statu, iamque detectis sociorum animis. Nam Romæ tunc exortum discordiarum incendium mox totam afflauit atque ambussit Italiam. Eius autem *Caussa belli ciuilis.* fomes hic fuit. Cùm Senatus impotentiam equestris ordinis in iudiciis exercendis ferre

non

non diutiùs posset, omnibus modis niti cœpit, vt per M. Drusum Tribunum plebis iudicia ad se transferret. Is vt plebem ac socios Latinos sibi adiungeret, caussamque Senatus susceptam maioribus viribus tueretur contra equestrem ordinem, leges Sempronias agrarias, frumentariasque, & de coloniis deducendis promulgauit, sociosq; spe ciuitatis erexit. equitibus Romanis, ne omnino eos infensos haberet, curiam pollicitus est, vt omnes ordines gratificatione aliqua conciliaret. Extat vox ipsius in Scriptore de viris illustribus, „ Nihil se ad largitionem vlli reliquisse præter cælum ac cœnum. Igitur cùm omnium exspectationi satisfacere non posset, ex omnium ordinū gratia in inuidiam venit, subitaque morte sublatus, ingentē belli materiam vrbi reliquit. Nam legibus eius partim vi partim gratia acceptis, vna illa de sociis in ciuitatem accipiendis, omnium ordinum consensu est oppugnata. Hinc dolor atque ira Italiam ferè omnem in arma atq; vrbis expugnationem accendit. Primum fuit belli in Albano monte ineundi consilium, vbi inter sacra feriis Latinis ipsos Consules Philippum ac Cæsarem occidere constituerant; sed hoc proditione vel ipsius indicio Drusi discussum fuit. Vide historiam latiùs apud Appianum in primo ciuilium, Liuium lib. LXX. & LXXI. L. Florum lib. III. cap. XVII. Orosium lib. V. cap. XVIII. Velleium lib. II. Pædianum in Cornelianam, Eutropium, Val. Max. & alios.

Prætores.

Q. Pompeius Q. f * Q. n * Rufus. Vrbanam. iurisdictionem. sortitus. obtinuit. vt auctor est Cicero de oratore libro primo, vbi Prætorem vrbanum dicit anno quo M. Drusus leges ferebat, & disputationes illas de oratore habitas fuisse fingit.
» Nam verba L. Crassi leguntur illa: Quid his paucis diebus? nónne, nobis in tribunali
» Q. Pompeij Prætoris vrbani, familiaris nostri, sedentibus, homo ex numero disertorum
» postulabat, vt illi, vnde peteretur, vetus atque vsitata exceptio daretur. Et idem videtur Q. Pompeius, à quo Prætore vrb. Q. Fabij Allobrogici filio bonis interdictum paternis fuit, vt est apud Valerium Maximum libro III. cap. V.

// . // . // . f. // . n. // . L. Aurelius * L. f. L. n * Cotta.
Inter. ciueis. & peregrinos. iurisd. sort. obtinuit.

// . // . // . f. // . n. // .   // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .   // . // . // . f. // . n. // .
Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuêre.

Q. Seruilius * Q. f. Q. n. Geminus.
P. Seruilius C. f. M. n. Vatia. Qui. posteà. Isauricus. appell. est.
L. Cornelius * L. f. L. n * Merula. Flamen. Dialis.   C. Cæcilius * C. f. Q. n * Metellus.

M. Porcius M. f. M. n. Cato. Pater Vticensis, vt dixi, Catonis, Praeturam in hunc annum cùm peteret, mortuus est, vt auctor Gellius Noct. lib. XIII. cap. XVIII. Plutarchus tamen in Catone Censorio Consulem factum scribit: sed in Coss. albo non reperitur.

M. Æmilius * M. f. M. n * Scaurus. Princeps Senatus repetundarum reus factus est ob legationis Asiaticæ inuidiam à Q. Seruilio Cæpione lege Seruilia quam tulerat C. Glaucia, cùm iudicia penes equestrem ordinem esset; & P. Rutilio damnato nemo tam innocens videretur, vt non timeret illa. Scaurus tanta fuit constantia animi & magnitudine, vt Cæpionem contrariam detulerit, & breuiore die inquisitionis accepta effecerit vt ille prior caussam diceret; M. quoque Drusum Trib. plebis cohortatus sit vt iudicia commutaret: Cicero, & Pædianus in orationem pro M. Scauro filio.

Prætores. prouinciarum.

M. Porcius M. f. M. n. Cato. Licinianus. Galliam. Narbonensem. sortitus. obtinuit. in eademque prouincia est mortuus: vt auctor est Gellius lib. XIII. cap. XVIII. ex Sulpicio Apollinare.

L. Cassius * C. f. C. n * Longinus. Asiam. sortitus. obtinuit. prorogatoque imperio aliquamdiu tenuit, vt ex Appiani Mithridatica colligimus, vbi ex S. C. Nicomedem regem in Bithyniam, & Ariobarzanem à Mithridate pulsum in Cappadociam denique reduxit, vt suis locis dicetur.

// . // . // . f. // . n. // . Hisp. citer. // . // . // . f. // . n. // . Hisp. vlter.
// . // . // . f. // . n. // . Siciliam. // . // . // . f. // . n. // . Sardiniam.
Prouincias. sortiti. obtinuêre.

Cn. Octauius Cn. f. Cn. nepos. A. Plautius //. f. //. n * Siluanus *
L. Postumius * L. f. L. n * Albinus. C. // * M. f. M. n * Perperna.
Flamen. Martialis.

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

M. Claudius * M. f. M. n * Marcellus. Ædilem tunc fuisse, demonstrat L. Crassus orator, differens hoc anno ludis Romanis in Tusculano de oratore libro primo apud Ciceronem: Hæc ego, inquit, cum ipsis philosophis tum Athenis disserebam. Cogebat enim me M. Marcellus hic noster, qui nunc Ædilis curulis est. & profectò nisi ludos nunc faceret, huic nostro sermoni interesset: ac iam tum erat adolescentulus, his studiis mirificè deditus.

D. Iunius * M. f. M. n * Brutus. P. Gabinius * A. f. P. n * Capito.
C * Iunius * //. f. //. n. Norbanus.

Tribuni plebis.

M. Liuius M. f. C. n. Drusus. In. magistratu. occisus. est.. Moliri namque in primis cœpit, vt Senatui pristinum restitueret decus, & iudicia ab equitibus ad eum ordinem transferret. Vtque igitur sibi plebis gratiam conciliaret, leges agrarias atque frumentarias retulit, vti Semproniæ leges de agris populo diuidundis valerent; vtique Sempronia lex de frumento plebi ex publico viritim dando valeret: auctores sunt Liuius lib. LXXI. Appianus ciuilium primo, Orosius lib. v. cap. XVIII. Auctor de viris illustribus cap. LXVI. & alij. Hisce legibus Q. Seruilium Cæpionem (qui iam anteà Druso inimicus erat) obstitisse, quidam auctores sunt.

Liuia Lex iudiciaria. Legem iudiciariam tulit, Vti ex æquo iudicia penes Senatum & equestrem ordinem essent: ex equestri ordine trecenti ad Senatorum numerum adderentur; singulique Senatores viritim sibi quemque Senatorem equitem legerent, atque ex his omnibus in posterum decuriæ iudicum legerentur. Addidit etiam legi, vt deinceps quæreretur in suspectos de pecunia iudiciorum caussa capta: Appianus ciuilium primo, Auctor de viris illustribus cap. LXVI. Cicero in oratione pro A. Cluentio. Hac itaque ratione coniungere Senatui equestrem ordinem volebat Drusus: sed vt equitibus curia grata, & Senatui iudicia erant accepta; sic cum equitibus societatem paresque vires ægre ferebat Senatus, omnemque nobilitatem nimia in plebem largitio offendebat. Quinetiam Cicero in dicta Cluentiana nominat quosdam equites Romanos, C. Flauium Pusionem, Cn. Titinium, C. Mæcenatem. Robora, inquit, populi Romani, qui inter ceteros legi huic Liuiæ restiterunt, nec ad Senatus ordinem cogi voluerunt.

Lex nummaria. Legem nummariam quoque tulit, Vt octaua pars æris argento misceretur in denariis. Meminit Plinius libro XXXIII. cap. III.

De colonijs lex. Legem de coloniis deducendis tulit, Vt per Italiam atque Siciliam priùs decretę deducerentur lege Sempronia: auctor Appianus ciuilium primo. His legibus obnuntiantem Consulem L. Philippum Drusus tanta violentia in carcerem detrudi iussit, collumque in comitio obtorqueri, vt multus e naribus sanguis efflueret, atque in ora & oculos redundaret. Cui luxuriam exprobrans Drusus, ex turdis muriam esse iocatus est. Sic per vim leges eius datæ iussæque: auctores sunt Valerius Max. libro IX. cap. v. L. Florus & Auctor de viris illustribus, emendante Schotto nostro (muriam) pro quo (iniuriam) anteà edebatur.

Legem de ciuitate sociis danda promissam perferre non potuit, aduersa omni ciuitate, Cæpione & Philippo ducibus. Vnde Drusus anxius vt sociorum postulata differret, repente in publico concidens, siue morbo comitiali, seu hausto caprino sanguine, semianimis domum relatus est. Vota pro eius salute per Italiam publice sunt suscepta, sociisque spe frustrati defectionem moliuntur. Drusus in Senatu vt caussa malorum accusatus, cùm domum inde se reciperet, incerto auctore inter turbam cultro vulneratus in atrio corruit, atque intra paucas horas decessit. Inuidia cædis penes Philippum & Cæpionem fuit, vt Auctor de viris illustribus memoriæ prodidit; vel apud Q. Varium collegam, vt Cicero de natura deorum libro tertio. Vide quæ de his Velleius, Liuius, Appianus, & Florus, alijque.

Leges has Liuias omnes, latore occiso, velut contra auspicia latas, Philippo Cos. referente Senatus abrogauit, nec vlla quæstio de morte eius est habita: vt auctores sunt Pædianus in Cornelianam; Cicero de legibus secundo, & in orationibus pro domo sua, & pro Milone.

P. Tarquitius * P. f //. nepos. Cum M. Druso leges tulit eius cliens & assecla: Iulius Obsequens.

Q. Varius //. f. //. n. Hybrida. Sucronensis Legem de maiestate tulit aduersus intercessionem collegarum, Vti quæreretur, quorum dolo malo sociis spes ciuitatis iniecta, & belli occasio data esset. Qua lege multi insignes viri ab equitibus Romanis damnati sunt. L. Calpurnius Bestea Consularis, & M. Aurelius Cotta orator, qui tum petebat Tribunatum plebis, vltrò cesserunt, non exspectato iudicij exitu. Cottam sequuta est in exilium Rutilia mater: Appianus ciuilium bellorum primo, Valerius Max. lib. VIII. cap. VI. Cicero in Bruto, & in oratione, si eius est, habita ante exilium, Seneca ad Albinam. L. Mummius Achaicus turpiter illusus promissis equitum, damnationem suam exspectauit: qui in Delum relegatus, vitam ibi exegit; vt auctor est Appianus. M. Æmilium Scaurum principem Senatus lege sua Varius item reum fecit ad populum Q. Cæpionis hortatu, sed non damnauit. Is enim reus iudicium auctoritate sua, ac breui responso dis-
» cussit. Comparens enim apud populum dixit: Quirites, Q. Varius Sucronensis Hispanus
» M. Scaurum principem socios in arma ait concitasse: M. Scaurus princeps Senatus negat;
» testis nemo est. Vtri vos Quirites conuenit credere? Qua tam abscisa oratione ita omnium commutauit animos, vt ab ipso etiam Tribuno plebis statim dimitteretur: auctores sunt Cicero & Pædianus commentator in orationem pro M. Scauro filio, Auctor de viris illustribus cap. LXXII. Quinctilianus libro V. cap. XII. Valerius Max. libro III. cap. VII. qui alio crimine Scaurum accusatum fuisse scribit.

Prodigiosè corrupta sūt hæc nomina in Obsequente Libius Troso, & P. Tarquinius.

M. Æmilij Scauri dictum.

L. Fufius //. f. //. n. Calenus. De quo M. Antonius orator apud Ciceronem de
» oratore libro secundo sic loquitur: Vt ille qui nunc etiam amissa voce furit in republica
» Fufius. Et hæc eodem anno hoc Antonius in Tusculano dixit, vt videatur tum Tribunus plebis Fufius cum M. Druso collegisque ingentes dissensionum in republica motus concitasse. Idem est, qui M'. Aquillium Consularem ac Triumphalem aduersus M. Antonium eius defensorem accusauerat, vt antè dictum est.

C. Papirius C. f. C. n. Carbo. Eius C. Carbonis filius, quem L. Crassus damnauerat, qui Crassum deinde in Galliam prouinciam suam sequutus ad eius acta speculanda fuerat frustrà, vt pulchrè Valerius Max. libro III. cap. VII. Hunc C. Carbonē C. f. vocat Cicero in oratore perfecto, quem M. Bruti sui in gratiam depinxit, ad differentiam alterius eiusdem temporis C. Carbonis Cn. f. qui frater erat Cn. Carbonis posteà ter Cos. vt in eius Quæstura diximus. C. Carbonem verò de quo loquimur, oratorem eximium & Tribunum plebis hoc anno fuisse, & M. Drusi aduersarium, demonstrat ibidem pulchrè Cicero, & adducit ipsius Carbonis verba, quæ præsens in concione
» audierat, quæ ipsa hic adferre operæ pretium est: Me stante, Tullius inquit, C. Carbo C. f.
» Tribunus plebis in concione dixit his verbis: O Marce Druse, patrem appello, tu dicere
» solebas, sacram esse rempublicam. Quicumque eam violauissent, ab omnibus esse eis
» pœnas persolutas. Patris dictum sapiens temeritas filij comprobauit. Hoc dichoréo, Tul-
» lius inquit, tantus clamor concionis excitatus est, vt admirabile esset. Ex his colligimus, hanc concionem ægroto vel occiso Druso Carbonem habuisse, qui ipse posteà, vt optimatium fautor à Damasippo occisus fuit, vt suo loco.

Familiaris Ciceronis IX. ep. XXXI. Cn. Carbo vocatur, nescio an rectè.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

Q. Rubrius Q. f. //. n. Varro. Qui à Senatu hostis posteà cum C. Mario & aliis Senatoribus XI. iudicatus est, vt auctor est Tullius in Bruto.

* L * Lucceius //. f. //. nepos. Qui legatus posteà forsan Proquæstore bello Marsico C. Cosconij Prætoris fuit, vt indicat Liuius breuiario libri LXXV.

C. Papirius Cn. f. C. n. Carbo. Frater Cn. Carbonis ter Consulis. Et hic posteà ab exercitu suo, Sulla in Italiam redeunte, occisus est, vt Valerius Max. libro IX. cap. VII.

[M. Statilius L. f. M. nepos]

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Cos. in. Italia. Ostiensis.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Cos. in. Gallia. Cisalpina. Gallicus.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Sicilia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Gallia. Narbonensi.

Q. Sertorius //. f. //. nepos. //. //. Cos. in. Gallia. Cisalp. Gallicus. Quem solertissimum acutissimumque sui ordinis Senatorij in dicendo fuisse fatetur Cicero in Bruto. Sic Plutarchus illum Romæ caussis dicendis ita se exercitasse tradit, vt facundia sibi adolescens adhuc aliquid in vrbe potentiæ parauerit. Sed res posteà militares eius studium ad castra traxerūt, & post Tribunatum militarem in Hispania, vbi sub T. Didio Procos. militauerat, Quæsturam Galliæ, quæ circa Padum est, sortitum fuisse refert; vbi instante Marsico bello delectum militum habuit acerrimum, bellicumque apparatum tanta diligentia ac celeritate expediuit, vt viri impigri, & in rebus agendis efficacis gloriam reportarit. Et ibidem Plutarchus tradit, Sertorium in hac Quæstura alterum oculum in prælio perdidisse. Vir fuit bellicosissimus, qui posteà graue bellum proscriptus in Hispania concitauit, vt sequentia demonstrabunt.

C. Fabius //. f. //. n. Hadrianus.* Ex Fabiæ gentis nobilissima stirpe, sed vnde domo, & an natura & moribus spurius ad plebem desciuerit, non liquet. Fuit enim nequissimus & sceleratissimus homo, cui Cicero C. Verrem suum aliquando comparare, vt accusatione tertia & septima. De eius obitu, quo iustè periit, prouinciam Africam obtinens, suo loco constabit.

M. Æmilius Q. f. M. n. Lepidus. Sic huius Lepidi Consulatus reperitur in Capitolinis Fastis. Res eius gestæ dicentur posteà suis in locis.

M. Papirius C. f. //. n. Carbo. Tres huius temporis Carbones fratres celebres, sed moribus improbos nobis adfert Cicero Familiarium lib. IX. epistola XXI. ad Pætum: P. C. M. Publius, inquit, Flacco accusante condemnatus est. Quo crimine, quóve ma-„ gistratu, non dicit. Caius L. Crasso accusante cantharidas sumpsisse dicitur, Marcus fugit è Sicilia. Quæstor igitur hoc tempore fuisse videtur Marcus; & ex Prætura Siciliam obtinuisse, cum L. Sulla victor in Italiam reuersus, hostibus pulsis, reliquias eorum, quæ in Sicilia conglobari cœperant, cum Cn. Carbone ter Consule, per legatum suum Cn. Pompeium persequebatur. Tunc Marcum relicta prouincia sua, non visis Sullanis fugisse, fit verisimile, quam summam fuisse ignominiam putat Cicero.

Q. Soranus eruditus. Q. Valerius //. f. //. n. Soranus. Togatorum eius temporis litteratissimus, vt apud Ciceronem L. Crassus orator hoc anno Ludis Romanis in Tusculano disserens iudicat. Plutarchus virum philosophum in primisque eruditum fuisse tradit in Pompeij Magni vita, quem inter hostes in Sicilia cum Cn. Carbone ter Consule, & aliis hostium ducibus captum & occisum scribit ex C. Oppio Cæsaris in gratiam, Pompeio Magno inuidiam crudelitatis quærente. Solus L. Florus Prætorem vocat: hinc fit verisimile, Præturam in vrbe gessisse, cùm L. Sulla victor Italia atque vrbe in suam potestatem redacta, duces hostium fuga sibi consulerent, & ipse inter ceteros in Sicilia à Pompeio captus, examinatus, & occisus est. Plinius libro III. cap. V. & Solinus eiusdem Sorani exitum notant, atque ideò pœnas luisse scribunt, quòd arcanum ac sanctius Romæ nomen ipse euulgasset. Extat apud A. Gellium libro Noctium II. cap. X. Ser. Sulpicij Rufi Iurisconsulti celeberrimi epistolica questio ad M. Varronem de fauissis Capitolinis. Cui M. Varro ita respondet ex Q. Valerio Sorano, vti satis demonstret, Q. Soranum quemdam suo tempore vixisse. M. Tullius item in Bruto duos Valerios Soranos Q. & D. sui temporis adfert, vicinos & familiares suos, non tam in dicendo admirabiles, quam doctos & Græcis & Latinis litteris: qui videntur primi huius Q. Sorani filij fuisse, patris institutione ad arcanas illas litterarum scientias prouecti.

* L * Octauius Cn. f. Cn. nepos. Frater Cn. Octauij, qui Consul post quadriennium occisus est, vt tabulæ monstrant Capitolinæ. Et hic anno DCLXXVIII. Cos. ac deinde

de Procos. Ciliciæ in prouincia mortuus est; vt Plutarchus in Lucullo.

C. Calpurnius * C. f. C. n * Piso. Iudex deinde in caussa Q. Roscij comœdi anno DCLXXIV. quem Cicero defendit (atqui eo tempore soli iudicabant Senatores lege Cornelia) hunc in oratione sua laudans, fide, virtute, grauitate, auctoritate ornatissimum dicit.

Prouinciæ. prorogatæ.

L. Cornelius L. f. P. n. Sulla. Procos. Asiam. ac. Ciliciam
L. Cassius * C. f. C. n * Longinus. Procos. Asiam
C. Valerius * L. f * C. n * Flaccus. Propr. Hispan. citeriorem, vt ex Appiani Iberica colligimus.
P. Cornelius P. f. P. n. Scipio. Nasica. Propr. Hisp. vlteriorem
//. //. //. f. //. n. //. Siciliam. //. //. //. f. //. n. //. Sardiniam
//. //. //. f. //. n. //. Africam

Propr. prorogato. imperio. obtinuêre.

Cn. Pompeius Sex. f. Cn. n. Strabo. L. Cornelius L. f. L. n. Cinna.
Cn. Tremellius * Cn. f. Cn. n * Flaccus.

Pro. Quæstoribus. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. Asiæ & Ciliciæ. //. //. //. f. //. n. //. Asiæ.
//. //. //. f. //. n. //. Gal. Narb. //. //. //. f. //. n. //. Hisp. citerioris.
//. //. //. f. //. n. //. Hisp. vlter. //. //. //. f. //. n. //. Siciliæ.
//. //. //. f. //. n. //. Sardiniæ. //. //. //. f. //. n. //. Africæ.
//. //. //. f. //. n. //. * Lucerinus * //. //. //. f. //. n. //. Calenus.
Cn. Octauius M. f. Cn. nepos. L. Domitius * L. f. L. n * Ahenobarbus.
C. Papirius * P. f. P. n * Carbo. P. Magius //. f //. n. Chilo.
M. Virgilius //. f. //. nepos. C. Valerius * C. f. P. n. Flaccus.
A. Sempronius * A. f. M. n * Musca. T. Didius * T. f. T * nepos.
P. Quinctilius * T. f. T. n. Varus. Sp. Afranius //. f. //. * Stellio *

BELLVM MARSICVM,

QVOD idem Sociale & Italicum appellatur ab Auctoribus. Marsicum ideò nominatum est, quoniam à Marsis rebellandi suscitatum fuerat initium; qui receptaculum belli fecerunt Corfinium in Pelignis (vt auctor est Strabo lib. v.) vbi creatis imperatoribus Consulibusque, contra Romanos coniurationem fecerunt, & belli ingentis incendium suscitarunt. Sociale quidem vocarunt, quòd sociorum nomen omne in excidium Romanæ reip. conspirarit. Italicum verò dictum est, teste Floro, quòd Picenum omne, Campania, Latium, Etruria tota, postremò Italia pænè vniuersa contra matrem vrbem Romam & parentem suam consurgeret. Hinc etiam in Pelignis Corfinium, prima belli sedes & propugnaculum, Italica est appellata, & quasi communis Italicis populis à fide Romana desciscentibus ciuitas demonstrata, vbi suos Consules atque Senatum more Romano crearunt, vt asserunt idem Strabo & Velleius, qui hoc bellum amplius quàm trecenta milia iuuentutis Italicæ sustulisse dicit. Itaque non immeritò dubitare videtur Plinius, num funestius quàm ciuilia Italicum fuerit; quamuis non vltra biennium durarit. Nam ita iuuentutem exhausit, & eò necessitatis adduxit remp. vt libertinos ad militiam succenturiare coacta fuerit, quemadmodum Liuius testatur. Incepisse autem L. Iulio, P. Rutilio Consulibus, anno vrbis DCLXIII. quo primùm confligi cœptum, declarant fragmenta Capitolina, Pædianus, Velleius, & Plinius loco iam antè citato libri II. cap. LXXXIII. Solinus, Appianus, Eutropius & alij à cæde M. Drusi Trib. plebis belli initium metiuntur: id quod anno priore contigit, & vltra quadriennium fuisse protractum docent, reliquiis belli non tam citò sublatis.

ANNI P. R. C. DCLXIII.

Consules.

L. Iulius L. f. Sex. N. CAESAR. P. RVTILIVS. L. F. L. N. Lupus.
In prælio occisus est.

IGITVR exorto bello sociali Consules facti sunt, vt Cassiodorus eos appellat, L. Cæsar, P. Rutilius Rufus: vt Obsequens & Marianus, L. Iulius Cæsar, P. Rutilius: vt autem tabulæ Græcæ, Cæsar & Lupus. In Plinio legimus lib. II. cap. XXX. circulum rubri coloris, L. Iulio, P. Rutilio Coss. circa solem fuisse. Hos Consules nominant ferè omnes, qui belli Marsici historiam attingunt, vt hîc Auctorum loca repetere, quæ ferè paullò antè citaui, nimis longum foret.

Prouinciæ Consulares. Consulibus ambobus bellum cum sociis decretum, prouinciæ Consulares factæ Samnium & Marsi; Cæsari Samnium, Rutilio Marsi euenerût. Adiuncti legati ac Tribuni militum rei bellicæ expertissimi quique imperatores, tam Consulares quàm Prætorij, quos nominant ordine Velleius, Appianus, & Cicero aliquos in oratione pro Fonteio. Addunt etiam Velleius, Florus, Eutropius, Orosius, & Appianus hostium duces, quorum nomina noscere non erit inutile, bellum hoc grauissimû exactiùs intelligere cupienti, quod Liuio perdito, ex variis Auctoribus corradendum est. *Duces hostium belli Marsici, seu Socialis.* Legatis etiam singulis attributas suas prouincias cum Proconsulari potestate, supplementaque pro occasione decreta fuisse, scribit Appianus. Quænã prouinciæ fuerint, ex sequentibus patebit: nam omnes ferè recensebo, qui res gesserunt. Atqui regionibus indiscretas eo bello fuisse prouincias, vti duces sibi inuicem subsidio venire possent rebus poscentibus, ex historia ipsa colligere est. L. Cæsar Cos. malè aduersus Samnites ad Æserniam pugnauit; nam à Vettio Catone victus, duobus milibus amissis aufugit. Æsernia deinde obsessa ab hostibus, è qua L. Scipio & L. Acilius seruili habitu elapsi sunt: auctores sunt Liuius lib. LXXIIII. Appianus lib. primo ciuilium, & Orosius lib. V. cap. XVIII. L. Florus autem lib. III. cap. XVIII. diuersus ab omnibus L. Cæsarem Cos. in prælio vulneratum, & deinde mortuum scribit; quod alij de Rutilio Consule narrant. Interim Marius Egnatius Venafro per proditionem capto duas Romanorum cohortes ibidem trucidauit, vt idem Appianus refert. P. Rutilius Cos. contra auspicia, dissuadente etiam C. Mario legato, Marsorum in insidias lapsus parum prosperè dimicauit. Quo in prælio Consul ipse cum octo milibus Romanorum cecidit, quarto Idus Iunias, festo Matutæ, vt Ouidius Fastorum VI. canit. Consuli mortuo in reliquum tempus nemo suffectus; quòd collegæ L. Cæsari non vacaret abesse à bello & ad comitia Romam venire. Exercitus itaque, quem Rutilius habuerat, reliquiæ partim C. Mario, partim Q. Cæpioni legatis ex S. C. attributæ sunt. At L. Cæsar Consul post cladem reparato exercitu contra Samnites & Lucanos feliciter aliquot milibus cæsis pugnauit. Ipse ab exercitu imperator appellatus est, & ob victoriam Romæ saga posita sunt: auctores sunt Appianus, Liuius, Velleius, Orosius, Eutropius, & alij.

Prætores.

// . // . // . f. // . n. // . Vrbanam. // . // . // . f. // . n. // . Peregrinam.
iurisdictiones.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstiones. rerum. cap. sortiti. obtinuère.

C. Sentius // . f. // . n. Saturninus. Quem Prætorem (inquit M. Varro) vidimus; Chium vinum in domum suam illatum dicebat tunc primùm, cùm sibi cardiaco medicus dedisset Hortensius super decem milia cadûm heredi reliquit. Citat verba Plinius lib. XIV. cap. XIV. Ex quibus colligimus hoc tempore Prætorem fuisse, quo M. Varro, L. Lucullus, Q. Hortensius adire remp. cœperunt; & constat anno sequenti prouinciam obtinuisse. Atqui hic primus ex Præfectura Atinati Prætorius fuit, de quo in Planciana Cicero, scribens Atinates admodum lætatos fuisse, quòd primus ille non modò in eam familiam, sed etiam in Præfecturam illam sellam curulem attulisset.

Q. Ancharius // . f. // . nepos. Q. Oppius * Q. f. Q. n. Salinator *

Cn. Pa-

Cn. Papirius Cn. f. C. n. Carbo. * C * Seruilius C. f. M. n.
C. Cosconius * C. f. C * nepos. Vatia.

Q. Varius Hybrida, maiestatis lege sua damnatus, in exilium pulsus est: Cicero in Bruto, & Val. Max. libro VIII. cap. VI. cuius verba hæc sunt: Q. autem Varius propter obscurum ius ciuitatis Hybrida cognominatus, Trib. plebis legem aduersus intercessionem collegarum perrogauit, qua iubebat quæri, quorum dolo malo socij ad arma ire coacti essent, magna cum clade reip. sociale enim priùs, deinde ciuile bellum excitauit. Sed cùm ante pestiferum Tribunum plebis, quàm certum ciuem agit, sua lex eum domesticis laqueis constrictum absumpsit. Meminit Appianus ciuilium primo, vbi mendosè, Q. Valerius, non Q. Varius appellatur; additque tum equites iudices strictis sicis insurgentes intercessionem collegarum Varij disturbasse. Meminit & Cicero in Bruto, dicens Q. Varium sua lege damnatum anno consequente post Tribunatum excessisse. Non tamen inuenio, à quonam accusatus & exactus fuerit. Et libro de oratore primo L. Crassus orator æqualem suum vocat, & vastum atque fœdum hominem oratoria facultate magnam in ciuitate gratiam consecutum esse.

Prætores prouinciarum.

C. Cæcilius * C. f. Q. n * Metellus. Pr. Galliam. Narbonensem. sortitus. obtinuit. M. Catoni in illa prouincia mortuo succedens. Meminit eius Plutarchus in Sulla: vbi de proscriptionis tabula. Saluios hic C. Cæcilius Pr. in Gallia Narbonensi rebellantes vicit, vt auctor est Liuius libri LXXIII. Compendio.

//. //. //. f. //. n. //. Siciliam. //. //. //. f. //. n. //. Sardiniam
//. //. //. f. //. n. //. Gal. Cisalp. //. //. //. f. //. n. //. Achaiam
//. //. //. f. //. n. //. Prætor. Procos. cum. imp. Campaniam.
Prouincias. sortiti. obtinuére.
A. Gabinius * A. f. A * nepos L * Publilius * L. f. L. n. Philo.
Q. Ancharius //. f. //. nepos. Achaiam.
L. Cornelius * L. f. L. n * Merula. Flamen. Dialis.
Q. Seruilius * Q. f. Q. n. Geminus *

Ædiles curules.

C. Iulius L. f. Sex. n. Cæsar. Strabo. Qui tum quotidie ferè accuratas conciones habebat, vt testatur Cicero in Bruto. Quo loco satis indicat hoc ferè anno fuisse Ædilem curulem, cuius item magistratus est mentio in epigrammate Rom. antiquo, in eius Quæstura adducto. Nec obscurè quidem hoc indicat libro de oratore tertio, vbi L. Crassus orator de orationis ornatu differens (quòd anno superiore Philippo & Cæsare Coss. in Tusculano contigisse fingit Cicero) sic ad Cæsarem præsentem Ædilem hoc anno futurum dicit. Apparatu nobis opus est, & rebus exquisitis, vndique & collectis, accersitis, comparatis: vt tibi Cæsar faciendum est ad annum, vt ego in Ædilitate laboraui, quòd quotidianis & vernaculis rebus satisfacere me posse huic populo non putabam. Hæc quam pulcherrimè ibidem L. Crassus de sua Ædilitate. Eius collega videri potuit

C. Iulius C. f. Sex. n. Cæsar. Cuius vide Quæsturam.

Ædiles plebis.

Cn. Granius //. f. //. nepos. L. Licinius P. f * P. n * Murena.

Tribuni plebis.

C. Scribonius C. f * C. n * Curio Q. Cæcilius * Q. f. Q. n * Metellus. Celer.

Hos Tribunos plebis fuisse belli Marsici exordio, docet Tullius in Bruto, vbi recenset oratores, qui tum temporis Romæ agebant, his ferè verbis: C. Iulio (inquit) florente Crassus est mortuus, Cotta pulsus, iudicia intermissa bello, nos in forum venimus. Erat Hortensius in bello primo anno miles, altero Tribunus militum, Sulpicius legatus; aberat etiam M. Antonius. Exercebatur vna lege Varia iudicium, ceteris propter bellum intermissis. Qui frequentes aderant L. Memmius & Q. Pompeius oratores, non illi qui-

dem principes, sed oratores tamen. Reliqui qui tum principes numerabãtur, in magistratibus erant; quotidieque fere à nobis in concionibus audiebantur. Erat enim Tribunus plebis cum C. Curio; quamquam is quidem silebat, vt erat semel à concione relictus; Q. Metellus Celer, non ille quidem orator, sed tamen non infans. Hæc quidem Cicero latiùs aliquantò quàm nos citauimus; quæ prætermittere non visum fuit, quandoquidem ad magistratus horum temporum pertinent. De Curione scribit & antea Cicero, à concione ipsum fuisse relictum, cum non placeret; quod in Tribunatu plebis contigisse existimo. Cuius item meminit L. Sisenna hist. lib. iv. L. Memmium socerum C. Scribonij Tribuni plebis, quem Marcellini consiliarium fuisse callebant, & tunc Curionis oratoris. Legem de agris tulit, quam Viariam vocat M. Cœlius, nec dissimilem agrariæ Rulli fuisse dicit in epistolis suis Familiarium libro VIII. Plutarchus docet ipsum cum L. Sulla deinde abiuisse ad bellum Mithradaticum. itaque tardiùs peruenit ad Ædilitatem, ceterosque honores maiores.

M. Plætorius * M. f. M * nepos. Quem posteà occidit Sulla victor, quòd ad M. Marij supplicium exanimis concidisset, vt refert Val. Maximus libro IX. cap. II.

Sex. Nonius //. f. //. n. Sufenas. Q. Granius //. //. nepos.

C. Velleius //. f. //. nepos. Meminit illius Cicero de oratore libro tertio, Epicureum, & L. Crassi oratoris familiarem fuisse significans.

[C. Toranius C. f. M. n. Niger] [C. Trebonius C. f. C. n. Asper]
[M. Vetilius C. f. C. nepos] [P. Voconius P. f. Q. n. Saxa.

Quæstores vrbani.

// //. //. f //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. L. Cæsaris Cos. in. Samnio * Lucerinus *
//. //. //. f. //. n. //. P. Rutilij Cos. in. Marsis. Ostiensis.
//. //. //. f. //. n. //. C. Cæcilij Pr. in. Gallia. Narbonensi.
//. //. //. f. //. n. //. Prætoris. in. Sicilia.
//. //. //. f. //. n. //. Pr. in. Sardinia.
//. //. //. f. //. n. //. Pr. in. Gallia. Cisalp. Gallicus.
//. //. //. f. //. n. //. Pr. in. Achaia.

Mam. Æmilius Mam. f. M. n. Lepidus. Liuianus. Cuius extat denarius in libro Huberti Goltzij applicatus Consulatui: qui tamen potiùs in hac eius Quæstura cusus videtur, cum capite Apollonis laureati & templo Victoriæ, quæ spoliis insidenti coronam imponit. Adoptatus ex Liuia gente in Æmiliam fuit, & tardiùs ad Præturam atque Consulatum venit, nec sine repulsa Consul factus est, quòd Ædilitatem petere prætermisisset, vt auctor est Cicero Officiorum secundo.

Tres Cottæ, Oratores celebres.

M. Aurelius * M. f. L. n * Cotta. Tres eodem hoc tempore celebres oratores Cottæ fuere, qui per varios casus ad summos magistratus peruenere, plebis contra optimates libertatem cum tuerentur, hic Marcus in primis, cum duobus fratribus Caio & Lucio. Quæsturam Marci huius indicat denarius argenteus cum Romę capite, & Bacchi victoris biiugo centaurorum curru.

M. Petreius //. f. / . nepos. Homo militaris, qui ampliùs triginta annis Tribunus, aut Præfectus, aut legatus, aut Prætor cum magna gloria fuerat, cum C. Antonij Procos. legatus L. Catilinam prælio vinceret, vt auctor est Sallustius de bello Catilinario. Fuit igitur, vt apparet, post Quæsturam Tribunus militũ hoc bello sociali sub patre Cn. Pompeij Magni Cn. Strabone, & postea filij quoque castra in Hispaniam vsque sequutum fuisse nobis Velleius auctor est, cuius legatus Prætorius bello ciuili in Hispania cum Cn. Magni filio ad Mundam periit.

* Cn * Gratidius M. f. / . nepos. Ciceronis propinquus, vt & C. Marij, quem in castra Sullæ legatum miserat, vt legiones à Sulla acciperet sibi lege Sulpicia decretas. Sed Sullæ milites seditione contra Marianos conciti, Gratidium quasi primam belli ciuilis victimam occiderunt; vt auctor est Orosius, item Valerius Max. lib. IX. cap. VII. de seditione militari. Occisus est biennio postea cùm vrbem Sulla caperet. Verisimile est igitur, ipsum saltem Quæstorium legatum tunc fuisse.

C. Mar-

C. Marcius * C. f. L. n * Censorinus. Qui L. Sullam contra Mithridatem prosecturientem accusauerat anno superiore, Græcis litteris satis doctus, non inuenustus actor: sed iners, & inimicus fori, vt ait Cicero in Bruto. Totus fuit Marianus. Cn. Octauium Consulem occidit. Itaque postea & ipse occisus, reuerso Sulla anno DCLXXI. vt Appianus & Cicero in Bruto testantur. Huius fortè denarius est argenteus reconditiore doctrina plenus, cum Numę regis, ac eius generi Numę Marcij, qui pater Anci regis fuerat, capitibus. Ambo vittis regio more coronati. Notat Numæ faciem nota Π. Pompilius.

M. Pomponius ,, f. ,, nepos. Cuius Ædilitas & Præctura sequentur. Fuit & inter legatos Prætorios Cn. Pompeij Magni bello piratico.

Sex. Apuleius Sex. f. Sex. nepos. Qui per honorum gradus ad Consulatum atque triumphum peruenit, vt suis locis dicetur.

Q. Valerius ,, f. ,, n. Soranus. De quo plura superiùs in eius Quæstura. Hunc laudat à singulari eruditione Cicero in Bruto. Vt autem Prætor anno DCLXXI. ab vrbe capta fugiens in Siciliam à Cn. Pompeio Magno, L. Sullæ Legato, cum Cn. Carbone Cos. captus & occisus fuerit, suo loco adferetur.

Prouinciæ prorogatæ.

L. Cassius * C. f. C. n * Longinus. Asiam. Propr. prorogato. imperio. obtinuit. Ex S. C. Nicomedem in Bithyniam & Ariobarzanem in Cappadociam, ex quibus expulsi Reges erant Mithridatis opera, reduxit. In quem finem legati ab vrbe in Asiam missi M'. Aquilius Consularis ac Triumphalis, & M'. Acilius Prætorius: auctores sunt Appianus in Mithridatica, & Iustinus libro XXXVIII.

C. Valerius * L. f. C. n * Flaccus. Propr. Hisp. citeriorem. prorogato. imperio. obtinuit: Appianus in Iberica.

,, ,, ,, f. ,, n. ,, Africam. ,, ,, ,, f. ,, n. ,, Macedoniam
,, ,, ,, f. ,, n. ,, Gall. Cisalp. ,, ,, ,, f. ,, n. ,, Illuricum
Propr. prorogato. imperio. obtinuêre.

Cn. Tremellius * Cn. f. Cn. n * Flaccus. C. Geminius ,, f. ,, nepos.
L. Cornelius * L. f. L. n * Merula. Flamen. Dialis. T. Manilius * P. f. M' * nepos

Pro. Quæstoribus. f. fuêre.

,, ,, ,, f. ,, n. ,, L. Cæsaris Cos. in. Samnio * Lucerinus.
,, ,, ,, f. ,, n. ,, P. Rutilij Cos. in Latio. Ostiensis.
,, ,, ,, f. ,, n. ,, ,, ,, Propr. in. Africa.
,, ,, ,, f. ,, n. ,, ,, ,, Propr. in Macedonia.
,, ,, ,, f. ,, n. ,, ,, ,, Propr. in. Illurico.
,, ,, ,, f. ,, n. ,, ,, ,, Propr. in. Gallia. Cisalp. Gallicus.
P. Quinctilius * T f. T. n * Varus. L. Cassius * Q. f. Q. n * Longinus
T. Manilius * P. f. M' * nepos. C. Papirius * P. f. P. n * Carbonis.

ANNI P. R. C. DCLXIV.

Consules.

Cn. Pompeius SEX. F. CN. N. STRABO. L. PORCIVS. M. F. M. n. Cato. In. prælio. occisus. est.

ANNO insequenti Consules nominant Cassiodorus & Orosius Cn. Pompeium & L. Porcium Catonem: tabulæ Græcæ Strabonem & Catonem: Marianus & Pædianus in Cornelianam Cn. Pompeium Strabonem, L. Porcium Catonem. Habemus Consules etiam in Plinio lib. III. cap. VI. sed ibi perperàm Carbonem, pro Catone legimus. Plinij verba sunt hæc: In Campano autem agro Stabiæ oppidum fuere vsque ad Cn. Pom-

Cn. Pompeium & L. Carbonem Coss. pridie Kal. Maij; quo die L. Sulla legatus bello » sociali id deleuit, quod nunc in villas abiit, Appianus, Cicero pro Fonteio, & alij huius » belli historiam attingentes, Consulum quoque mentionem faciunt, qui creati videntur ob res anno superiore prospere gestas. Ambobus bellum ideò cum sociis demandatum fuit, L. Cæsari Procos. aliisque quibusdam legatis prorogatum in annum imperium, quod pòst latiùs declarabo.

Cn. Pompeius Consul, Marsos, Pelignos, Vestinosque subegit; Marrucinos per P. Sulpicium Rufum legatum Proquæstore recepit; Asculum longa obsidione pressum expugnauit, principes hostium captos securi percussit, seruos reliquamque prædam omnem sub hasta vendidit. L. Porcius Consul rebus aliquamdiu prospere gestis, fusisque aliquoties Marsis, eorum castra oppugnans, occisus est: Liuius lib. LXXV. Appianus ciuilium primo, Velleius, Eutropius lib. V. Orosius autem libro V. cap. XVIII. Consulem à C. Marij filio per inuidiam prostratum in ipso prælij tumultu refert. Interim dum per Italiam vario euentu bellum geritur, latiusque defectio serpit, Romæ de ciuitate sociis danda est actum. Ius ciuium noua lege decretum prius, qui in fide mansissent, vt Latinis; & qui minùs acriter restitissent, vt Etruscis & Vmbris; deinde etiam Italiæ quasi vniuersæ, absque Lucanis & Samnitibus: qui tamen non diu pòst voti compotes etiam ipsi facti sunt: auctor Appianus. Meminit Cicero in oratione pro Archia, pro Balbo, & aliis locis, Velleius, Strabo lib. V. Gellius lib. quarto, cap. IV. Legem hanc de ciuitate sociorum tulit ad populum L. Iulius Cæsar, vel Censor hoc anno, vel anni superioris extremo in Consulatu, vt vult Sigonius.

Atrox parricidium.

Iulia lex de ciuitate sociorum.

Eodem anno cum Mithridate rege bellari cœptum est, qui denuò expulsis è Bithynia & Cappadocia Nicomede & Ariobarzane regibus, quos legati Romani restituerát, Asiæ magnam partem occupauit, vt latissimè Appianus in Mithridatica. Meminerunt Plutarchus in Mario & Sylla, Orosius, Liuij Epitome, Eutropius, Auctor de viris illustribus, & alij.

Censs. P. Licinius M. F. P. N. CRASSVS. L. IVLIVS. L. F. SEX. N. Cæsar. Lustr. fec. LXVII.

Censores etiam annus idem habuit, feruente licet bello, & quinquennio à proximis Censoribus nondum peracto. Ostendunt hoc Capitolina fragmenta, quæ nominant P. Licinium Crassum, L. Iulium Cæsarem, quem anno superiore Consulem fuisse, & prorogato imperio successorem sibi petiisse ob ægritudinem, scribit Appianus. P. Crassum verò patrem M. Crassi triumpho Censuraque insignem fuisse scribit Plutarchus. Eius extant argentei denarij, qui hanc eius Censuram pulchrè cum equite equum traducente, & effigie Libertatis olea coronatæ ostendunt. Adsunt notæ, EX. S. C.. Ab altera parte apud equitem qui traducit equum, legimus Censoris nomen hoc, P. CRASSVS. M. F. Ceterùm hos Censores præter morem maiorũ non suo tempore creatos, in eum præcipue finem, colligimus ex Appiano, vt socios in ciuitatem receptos in nouas octo tribus distribuerent. Quod qua ratione factum fuerit, diffusiùs explicat Auctor ille. Censum tamen non peregisse videntur, quum Cicero dicat in oratione pro Archia, Iulio & Crasso primis à ciuitate sociis danda Censoribus, nullam populi partẽ fuisse censam. Lustrum tamen condidisse demonstrat Sex. Pompeius ex Verannio, idque etiam præter eius temporis consuetudinem & inauspicatò conditum fuisse dicit. Verba eius hæc sunt: Referri » diem, inquit, productam, id est, anteferri, religiosum est, vt ait Verannius, in eo qui est » auspiciorum de comitiis, idque exemplo comprobat L. Iulij & P. Licinij Censorum, qui » id fecerũt sine vllo decreto Augurum; & ob id Lustrum parum felix fuit. Et meritò sanè Lustrum illud infelix Romanæ reip. dici potest, quo sociali bello duo alia grauissima, Mithridaticum & ciuile superuenerunt. Eosdem Censores nominant item Plinius libro XIII. cap. III. & Solinus cap. XLVIII. sed nonnihil à Fastis Capitolinis discedentes, anno vrbis DCLXV. P. Licinium, L. Cæsarem Censores referunt edixisse, Ne quis vnguenta inueheret vel venderet exotica; sic enim appellauere peregrina & aduentitia. Item ne quis vinum Græcum Aminiumque venderet, octonis æris singula quadrantilia, vt auctor idem Plinius lib. XIV. cap. XIV. Reformandis itaque moribus, coërcendoque luxui potiùs operam dedere, quàm sartis tectis exigendis, operibúsve locandis, exhausto penitus ærario, deficienteque ad stipendia militum, trumentumque pecunia publica, adeò vt loca publica sacerdotum in circuitu Capitolij venum fuerint data, cogente inopia, ærariumque sanctius cum Numæ sacro thesauro intactum non remanserit; vt testantur Orosius, & Appianus in Mithridatica.

Præ-

Prætores.

A. Sempronius. Asellio. Vrbanam. sortitus. iurisdictionem. obtinuit. In magistratu occisus est, in foro sacrificans ante ædem Concordiæ, ab iis qui fœnerabantur: quod secundum debitores ius dixisset, vt credita ex veteri lege soluerent: Liuius libri LXXIV. Compendio, Appianus ciuilium primo, Val. Max. lib. IX. cap. VII. In. eius. loc. f. e. L. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . inter. ciues. &. peregrinos. iurisdictiones.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuêre.

Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Pius. Ap. Claudius C. f. C. n. Pulcher.

P. Gabinius * A. f. P. n * Capito.

Hos nominat ex collegio Prætorum eius anni Cicero in Liciniana, apud quos socij in ciuitatem recipiendi ex lege Siluani & Carbonis profitebantur per sexaginta dies. Defendens enim Archiam poëtam lege Papia peregrinitatis reum, dicit eum, vt ciuitatem obtineret, ex lege Siluani & Carbonis, de qua suo loco agemus, apud Prætorem Q. Metellum Romæ professum esse. Verba eius de poëta sunt hæc: „Cum hic domicilium Romæ *Ciceronis pro Archia locus.* „multos iam annos haberet, professus est apud Prætorem Q. Metellum familiarissimum suum. Ex quibus etiam verbis colligimus, Q. Metellum Pium eum esse, qui anno sequenti prouinciam obtinuit; nam vt paullò ante testatur idem Cicero, erat temporibus illis „Archias iucũdus Q. Metello Numidico, & eius Pio filio. De collegis aliis paullò pòst ita: „Immò verò his tabulis professus est, quæ solæ ex illa professione collegioque Prætorum „obtinent publicarum tabularum auctoritatem. Nam cùm Appij tabulæ neglegentius „asseruatæ dicerentur, Gabinij, quamdiu incolumis fuit, leuitas, post damnationem calamitas, omnem tabularum fidem resignassent: Metellus homo sanctissimus modestissimusque omnium tanta diligentia fuit, vt ad Lentulum Prætorem, & ad iudices venerit, „& vnius nominis litura se commotum esse dixerit. Appium vult dicere Pulchrum patrem P. Clodij, & P. Gabinium Capitonem, qui item anno sequenti prouincias obtinuerunt, veluti tunc patebit apertiùs.

L. Cornelius L. f. L. n. Scipio. Asiaticus. L. Aurelius * L. f. L. n * Cotta.

Prætores prouinciarum.

// . // . // . f. // . n. // . Hisp. vlter. // . // . // . f. // . n. // . Macedoniam

// . // . // . f. // . n. // . Siciliam. // . // . // . f. // . n. // . Cisalp. Gallicus

// . // . // . f. // . n. // . Sardiniam. // . // . // . f. // . n. // . Asiam

sortiti. obtinuêre.

C. Cosconius * C. f. C * nepos. C. Sentius // . f. // . n. Saturninus.

Cn. Papirius Cn. f. Cn. n. Carbo.

* C * Seruilius C. f. M. n. Vatia. Q. Oppius * Q. f. Q. n. Salinator *

Ædiles curules.

Cn. Cornelius * Cn. f. Cn. n * Dolabella. P. Cornelius * P. f. P. n * Cethegus.

Ædiles plebis.

M. Tullius M. f. A. n. Decula. Repulsam anni superioris passus, vt testatur Cicero in Planciana, qui M. Tullium hunc nominat inter eius ætatis alios, qui Ædilitatem præteriti, Consulatum tamen sunt assecuti.

C. Marius C. f. C. n. Gratidianus. Qui & M. Marius dicebatur, adoptatus à C. Mario seniore.

Tribuni plebis.

L. Cassius * L. f. Q. n * Longinus. Fœneratorum caussam seditiosè contra Prætorem

torem Sempronium suscepit,& partes in eius cædem concitauit: Valerius Max. libro IX. cap. VII.

C. Papirius C. f. P. n. Carbo. Filius C. Carbonis qui Quæstor M. Perpernæ Cos. anno DCXXIII. fuit. Verisimile est, ipsum hoc anno cum M. Siluano collega legem Plautiam Papiriam tulisse, cuius hæc sententia fuit, Vt adscriptis in fœderatas ciuitates » Romana ciuitas daretur; si tum, cùm lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent, & » sexaginta diebus apud Prætorem essent professi. Qua lege, dicit Cicero, Licinium Ar- » chiam poëtam Romanam ciuitatem adeptum fuisse, cùm apud Q. Cæcilium familiarissimum suum Prætorem esset professus.

M. Plautius //. f. //. n. Siluanus. Qui legem de ciuitate cum Carbone collega iam dictam tulit.

Lex Plotia de Iudicijs. Legem quoque hic de iudiciis tulit, vt refert Pædianus his verbis ferè: Cn. Pompeio ,, Strabone, L. Porcio Catone Coss. secundo anno belli Italici, cùm equester ordo in iudi- ,, ciis dominaretur, M. Plautius Siluanus legem tulit adiuuantibus nobilibus: quæ lex vim ,, eam habuit, quam Cicero significat. Nam ex ea tribus singulæ, quinos denos ex suo nu- ,, mero creabant suffragio, qui eo anno iudicarent. Ex eo factum est, vt Senatores quoque ,, in eo numero essent, & quidã etiam ex ipsa plebe. Hæc in Tullij Cornelianam Pædianus, ,, in qua oratione Cicero hanc legem Plotiam vocat, vt verba à Pædiano citata demonstrant. Citantur item verba quædam ex oratione C. Cæsaris L. f. qua Plautiam rogationem suasit apud Gellium libro XIII. cap. III. Huius etiam legis extat fragmentum in Antiquitatum vrbis Romæ libro Epigrammatum ex æreæ tabulę fragmento descriptum.

Lex Plotia de vi. Legem de vi publica tulit, Vti.de.eius.capite.quæreretur.qui.cum.telo.in.publico. fuisset. aut.pugnæ. caussa. loca. superióra. occupasset. alienísve.ædibus. cladem.saxis. igne. ferro. intulisset. quíve. sodalitates. curiámve. comitia. iudiciave. turbassent. Retulit deinde legem, auxitque Q. Catulus Consul, addiditque capita. Eadem lege teneri, qui armati Senatum obsedissent, magistratibus vim attulissent; vt ex orationibus Ciceronis pro Cœlio & de Aruspicum responso colligimus. Ex hac igitur lege ante legem Iuliam Romæ iudicia exercebantur de vi publica; apud Prætorem, maiestatis. Nam erat affinis quæstio, vt ex oratione pro Cœlio constat. De vi quæritis (inquit) ,, quæ lex ad imperium, ad maiestatem, ad statum patriæ, ad salutem omnium pertinet: ,, quam legẽ Q. Catulus armata dissensione ciuium reip. extremis pænè temporibus * tulit; ,, quæque lex, sedata illa flamma Consulatus mei, fumantes reliquias coniurationis extin- ,, xit. Hæc Cicero. Cui adstipulatur Sallustius, Catilinam scribens lege Plautia de vi à ,, L. Paullo postulatum ex vrbe profugisse. Et anno sequenti Catilinariæ coniurationis quæstionem lege Plautia cõstitutam legimus in inuectiua, quæ Sallustij nomine in Ciceronem extat. Eadem lege reum factum docebo P. Clodium à Milone, & alios posteà. Diu mansisse legem istam, demonstrat Iustinianus Institutionum lib. II. Tit. VI. scribens, vsucapionem rerum vi possessarum lege Plautia inhiberi.

** fortè, retulit.*

Q. Lutatius Q. f. Q. n. Catulus.	Q. Antonius * Q. f. Q. n * Balbus.
Q. Lucretius //. f. //. n. Offella.	M. // * C. f. C. n * Perperna *
P. //. //. f. //. n. Burrienus.	[C. Aurunculeius C. f. L. n. Cotta]
[L. Afranius L. f. C. n. Stellio]	

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. Cn. Pompeij Cos. in. Samnio * Lucerinus *
//. //. //. f. //. n. //. L. Catonis Cos. in. Marsis. Ostiensis.
//. //. //. f. //. n. //. L. Albini Procos. in. Campania. Calenus.
//. //. //. f. //. n. //. Q. Oppij Pr. in. Asia.
//. //. //. f. //. n. //. C. Sentij Pr. in. Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. Gallicus Propr. in. Gallia. Cisalpina.

M'. Fonteius C. f * M'. n * Capito * Quem repetundarum reum ex Gallia defendit Cicero. Eius reperiuntur argentei denarij, in quibus Caij filius dicitur, in hac Quæstura cusi cum Apollinis capite & genio in capra. Hunc omnes minores suos magistratus, excepta

excepta Prætura, prouinciali in vrbe gessisse ante oculos populi Rom. atque iudicum suorum, testatur Cicero in oratione, qua eumdem defendit. Debuit igitur & Quæsturam obtinuisse. Eius laudes maximas recenset Cicero ibidem.

Cn. Cornelius * L. f. L. n * Dolabella. Quem Prætorium, opinor, M. Scaurus accusauit, vt Pædianus in Cornelianam annotauit. Fortasse L. Dolabellæ Triumphalis filius.

P. Seruilius P. f. C. n. Vatia. qui postea. Isauricus. appellatus. est. Qui Consularis, Censorius, & Triumphalis, atque inter ciuitatis principes præcipuus est habitus. De cuius viri laudibus multa sparsim Cicero in agraria secunda contra Rullum, & de prouinciis, aliisque locis memorat.

C. Cassius L. f * C. n * Varus. Clarissimum & fortissimum virum appellat Cicero in Verrinis, cuius etiam Consulatus suo loco sequetur.

Sex. Licinius * //. f. //. n. Nerua * Quem Senatorem C. Marius Consul septimùm factus de saxo Tarpeio deiici iussit, vt Liuius lib. LXXX. & Plutarchus testantur.

P. Rutilius * P. f. L. n * Lupus. C. Claudius * C. f. Ti. n * Nero.

C. Claudius M. f. M. n. Marcellus. Pater C. Marcelli, qui Cos. an. DCCIII. fuit. Pædianus in Verrinam tertiam, ait pronepotem fuisse M. Marcelli eius qui Syracusas cepit: attamen temporũ ratio videtur potius velle abnepotem fuisse, ac fratrem M. Marcelli, qui Æserniæ bello sociali captus est.

Prouinciæ prorogatæ.

Q. Oppius * Q. f. Q. n. Salinator. Procos. Asiam
C. Valerius * L. f. C. n. Flaccus. Propr. Hisp. citeriorem
C. Cæcilius * C. f. C. n * Metellus. Galliam. Narbonensem
//. //. //. f. //. n. //. Hisp. vlteriorẽ. //. //. //. f. //. n. //. Achaiam
//. //. //. f. //. n. //. Illuricum. //. //. //. f. //. n. //. Africam
//. //. //. f. //. n. //. Galliam. Cisalpinam. Gallicus
Prorogato. imperio. obtinuêre.

C. Cosconius * C. f. C. nepos.	Q. Ancharius //. f. //. nepos.
T. Manilius * P. f. M' * nepos	P. Quinctilius T. f. T. n. Varus.
Cn. Tremellius * Cn. f. Cn. n. Flaccus.	L. Cornelius * L. f. L. n * Merula. Flamen. Dialis.

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

L. Cassi * C. f. C. n * Longini. Propr. in. Asia. In confinio Bithyniæ Gallogræciæque castrametatus est; sed victo per Mithridatem Nicomede rege Bithyniæ, ipse cum M'. Aquillio in Phrygiam retrocessit: Appianus in Mithridatica.

Q. Oppi * Q. f. Q. n. Salinatoris * Procos. in. Asia. Qui L. Cassio successor missus cum Proconsulari imperio. In Asiam veniens cum quadragenis peditum equitumque milibus, contra Mithridatem in finibus Cappadociæ castra tenuit; sed cùm ingenti prælio vicisset Nicomedem Bithyniæ regem Mithridates, ipse cum equitibus & mercenario milite Laodiceam concessit: Appianus in Mithridatica.

//. //. //. f. //. n. //. C Valeri * L. f. C. n * Flacc. Propr. in. Hispania. citeriore: Appianus in Iberica.

//. //. //. f. //. n. //. Propr. in. Sicilia.

//. //. //. f. //. n. //. C. Cæcilij * C. f. C. n * Metelli. Procos. in. Gallia. Narbonensi: Liuius LXXIII. breuiario.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Hisp. vlteriore.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Achaia.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Illurico.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Africa.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Gallia. Cisalp. Gallicus.

C. Cassius L. f * C. n * Varus. Quæstor. C. Valerij. Flacci. Propr.

M. Petreius //. f. //. nepos.

M. Aurelius M. f. //. n. Cotta	C. Marcius * C. f. L. n * Censorinus.
M. Pomponius /. f. //. n. nepos.	L. Manilius //. f. //. nepos.
Q. Valerius //. f. //. n. Soranus.	L. Gellius L. f. / . n. Poplicola.

CN. POMPEIVS. SEX. F. CN. N. STRABO. COS. A. DCLXIV.
DE. ASCVLANEIS. PICENTIBVS. VI. K. IAN.

Cn. Pompeij Strabonis patris Cn. Pompeij Magni triumphus.

Inter tot tantique nominis duces, qui rebus fortiter in hoc bello gestis triumphum meruisse videntur, neminem vel in Fastis Capitolinis, vel apud Auctores reperimus triumphasse, præter Cn. Pompeium Strabonem Consulem, patrem Pompeij Magni, quòd suis auspicijs Asculo capto, metu periculi rempublicam liberasset, & bello quasi finem imposuisset. Et meritò sane non lubebat ægræ reipublicæ triumphos multos ob tam funestam victoriam non ex hostibus, sed ex suis partam visceribus ducere, fortunamque sociis, & iam suis ciuibus insolenter improperare. Igitur de Asculanis tantùm Picentibus à Consule Pompeio triumphatum fuisse legimus in Capitolinis columnis, & apud Pædianum in Pisoniana, de Picentibus. Sic Plinius Asculanum triumphum appellauit. Neque tam leuis titulus huic prætexi potuit, vt inuidia caruerit, & non de sociis & ciuibus triumphatum videretur. Hinc est quòd Appianus dicat, vno hoc crimine de Marsis triumphatum fuisse, quòd ante neque de Marsis, neque sine Marsis triumphus actus fuerit. In hoc Cn. Pompeij triumpho, scribit Velleius, P. Ventidium Bassum inter Picentium captiuos fuisse ductum, qui postea Prætor & Consul factus est, & primus de Parthis triumphum duxit. Quod item inter rara fortunæ mutabilis exempla referunt Valerius lib. VI. cap. IX. Gellius lib. XV. cap. IV. Plinius lib. VII. cap. XLIII. & Dio Cassius XLIII. fine. Ex his Plinius eum puerum in triumpho ductum scribit, Gellius puerum captiuæ matris sinu vectum; Valerius Maximus, ætate impuberem in triumpho patris Pompeij Magni oculis populi Romani subiectum tradit. Appianus quidem P. Ventidium inter hostium duces nominat, & cum T. Afranio vicisse prælio Cn. Pompeium anno superiore, & intra Firmium compulisse refert: sed patrem huius fuisse existimo, qui nunc puer in triumpho ductus, & post annos demum quinquaginta de Parthis triumphauit, & in columnis triumphalibus P. F. appellatur. Dio tamen auctor est, eumdem qui hoc bello arma contra vrbem tulerat, captiuúque & triumphatus fuerat, posteà de Parthis triumphasse. Sed ratio temporum opiniones aliorum magis approbare videtur.

P. Ventidius Bassus, Fortunæ ludus, puer seruus, post Consul.

Opinionum de eo varietas.

Asculum Picentium esse docet Cicero in oratione pro Sulla, Plinius lib. III. cap. XIII. coloniam Picem nobilissimam appellat; de qua regione superiùs in anno vrbis CDLXXXV. etiam verba feci. Hinc Cæsar Ciuilium primo Asculum Picenum vocat: sic etiam Strabo lib. V. vrbem munimine præualidam esse scribens, ob muros & montes superemimentes nullis exercitibus subiectam & opportunam. Nomen adhuc retinet antiquum, in cuius agro repertas glandes plumbeas, quas e fundis iaculari solent, vidi Romæ apud Gentilem Delphinum perhumanum & antiquitatis peritissimum virum. Erant autem hordeacei grani forma oblongæ & acutæ, longęq; supremi articuli magnitudine; cum his litteris nonnullæ militari manu rudíter insculptis, FERI. Erat inter alias vna cum litteris, FERI. POM. quasi dicat, Feri Pompeium; ducem videlicet obsidionis & hostium. Sed irrita fuerunt precantium vota. Nam vrbem diu (vt dixi) obsessam cepit Pompeius, decem milibus Marsorum ex obsidione in pręlium erumpentibus anteà cęsis, tribus milibus captis. Sed hęc apud Orosium, & alios ante citatos leges diffusiùs. Porrò in vsu fuisse tũ temporis, glandibus plumbeis litteras inscribere, monstrat Appianus, narrans in Mithridatica, L. Sulla Pyræum Atticæ portum oppugnãte, quem Mithridates occupauerat, duos seruos Romanæ factionis glandibus plumbeis inscripsisse, quæ intus fiebant in Pyræo, easq; fundis ad Romanos eiecisse. Ex quibus Sulla hostium consilia multa percepit. Simile quid refert Hirtius in bello Cæsaris Hispanico contra Pompeij filios gesto, vbi de Attagnæ obsidione: Per idem tempus (inquit) glans missa est inscripta, quo die ad oppidum capiendum accederent, sese scutum esse positurum.

Glandes plũbeæ litteris inscriptæ.

ANNI P. R. C. DCLXV.

Consules.

L. Cornelius L. f. P. n. Sulla. QVI. POSTEA. Felix. appellatus. est.	Q. POMPEIVS Q. F. A. N. Rufus. In. mag. occisus. est.

CONSVLES sequuntur in Cassiodoro & Obsequente, L. Sulla, Q. Pompeius. Ita etiam reperiuntur in argenteis antiquis denariis, cum duabus sellis curulibus. Tabulæ

Græcæ Sullam & Rufum produnt, quemadmodum leguntur in aliis antiquis denariis. Nominantur item à Velleio, Cicerone frequenter, Plutarcho, Appiano, Orosio, aliisque fere omnibus, qui historiam horum temporum attingunt. Plene Marianus, L. Corne-
» lium Sullam, Q. Pompeium Rufum. Festus eosdem nominat ita: Vnciaria lex dici
» cœpta est, quam L. Sulla & Q. Pompeius tulerunt. qua sanctum est, vt debitores deci-
» mam partem. Reliqua desunt.

Varia eius anni prodigia refert Obsequens, quæ tam in Græcia & Asia, quàm in Italia euenerunt. L. Sullæ Consuli Asia prouincia & bellum Mithridaticum obuenit, exercitum & classem A. Albini Procos. qui à suis anno superiore fuerat occisus, L. Sullam accepisse, secumque ad Mithridaticum bellum duxisse, discimus ex Polyæni Stratagematum *Prouinciæ Consulares.*
» libro VIII. cuius de Græco verba sunt: Q. Pompeio Marsi, cum exercitu Cn. Pompeij
» Proconsulis. Dum Sulla in apparatu belli in Campania apud exercitum moratur, C. Ma-
» rius Romæ eamdem prouinciam lege Sulpicia à populo extra ordinem priuatus obtinuit. Sulla Consul re intellecta, cum exercitu Romam contendit, & aduersam factionem Marij Sulpicijque adiuuante collega armis expulit, duodecim numero Senatores, inter quos C. Marius cum filio & P. Sulpicius legislator, tamquam seditionis auctores, vti Senatus hostes iudicaret, curauit. P. Sulpicius mox occisus, C. Marius posteaquam in Minturnentibus paludibus aliquamdiu delituisset, in Africam profugit, quò & reliqui damnati confluxerunt. Sulla rebus in vrbe ex consensu collegæ compositis, debilitata in primis Tribunitia potestate, & ampliato Senatus numero, Consulibusque in annum insequentem ordinatis, ad bellum Mithridaticum cum exercitu profectus est. Prouincias autem ex eius sententia videtur ita constituisse Senatus, quantum ex ipsa historia colligere est, vt sibi in Asia prorogaretur imperium, donec cum Mithridate debellasset; Q. Pompeio collegæ prorogaretur in annum imperium in Italia, & Cn. Pompeij Procos. legiones acciperet; qui in Marsos profectus in castris Cn. Pompeij Procos. cui succedere debebat, cùm sacrificaret, militari impetu, sed Cneij Procos. hortatu est occisus; tuncque primùm Consulis sanguine militum imbutæ sunt manus. Noui Consules in hunc annum vrbem cum vrbanis legionibus obtinerent. Prætores quatuor vrbani, reliquis duobus in exilium profectis, sortirentur Siciliam, Sardiniam, Hisp. citeriorem, Galliam. In reliquis prouinciis prorogarentur imperia, vt & Ap. Claudio ad Nolam, A. Plautio Procos. in Vmbria, Q. Metello in Apulia. Hæc de reip. ordine à L. Sulla ante profectionem constituto colligimus ex ipsa historia; quam vide diligentiùs apud Appianum, Plutarchum, Liuium, Velleium, Eutropium, Orosium, Florum, & alios. Mithridates interim dum hæc in Italia geruntur, Phrygiam cum exercitu intrauit, Asia cum Thracia & Græcia fere tota præter Rhodum in potestatem redacta, omnes ciues Romanos, missis passim per ciuitates litteris, vno die trucidari curauit. Hæc apud Appianum latiùs in Mithridatica, Liuium lib. LXXVIII. Val. Maximum lib. IX. cap. II. Velleium, Plutarchum, Ciceronem, & alios.

Prætores.

// // //. f. //. n. //. Vrbanam. // //. //. f. //. n. //. Peregrinam
iurisdictiones

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuêre.

* D * Iunius * M. f. M. n * P. Seruilius * P. f. P. n. *
Brutus Albinouanus.

Brutus & Seruilius Prætores ad Sullam ab exercitu reuocandum à C. Mario missi, cùm ferocius loquerentur fascibus fractis, magistratuumque insignibus detractis, malè mulctati atque repulsi sunt: moxque Sulla victore hostes iudicati sunt inter duodecim Senatores: Plutarchus in Sulla. Appianus Seruilium P. Albinouanum videtur appellare. In eorum locum facti sunt

L. Cornelius L. f. L. n. Scipio. C * Iunius * //. f. //. n.
Asiaticus. Norbanus.
M. Claudius * M. f. M. n * Q. Rubrius Q. f. //. n.
Marcellus. Varro.

Reus maiestatis lege Varia Cn. Pompeius, vt ex Ciceronis Corneliana colligimus:

Memoria, inquit, teneo, cùm primùm Senatores cum equitibus Rom. lege Plotia iudi-» carent, hominem dîs ac nobilitati perinuisum Cn. Pompeium caussam lege Varia de» maiestate dixisse. Verùm quis hic Cn. Pompeius tam inuisus hoc tempore? hæreo. certè» Cn. Strabonem, nec eius filium Cn. Magnum fuisse, constat ex omni historia. latet error in nomine, & fortasse Cn. Pomponius legendum, quem constat post Præturam ob affinitatem Marij multa tentasse, & malè periisse, ex Ciceronis Bruto.

Prætores prouinciarum.

Ap. Claudius C. f. C. n. Pulcher. Campaniam. Calenus.

Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Pius. Apuliam * Lucerinus.

C. Sextilius * C. f. C * nepos. Africam. C Marium exulem prouincia sua abstinere iussit præmisso lictore, qui nuntiaret, se S. C. pariturum, si hostis populi Romani accederet. Latius de his Plutarchus in Mario, & Appianus ciuilium primo. Ad hunc fortasse Sextilium Prætorem Africæ Cassius Dionysius Vticensis Magonis Pœni de re rustica libros Græca lingua à se versos misit. De qua re M. Varro in principio libri primi de re rustica mentionem facit.

P. Gabinius * A. f. P. n * Capito. Achaiam

//. //. //. f. //. n. //. Illuricum. //. //. //. f. //. n. //. Sardiniam

L. Cornelius L. f. L. n. Scipio Asiaticus. Hispaniam. vlteriorem

L. Aurelius * L. f. L. n * Cotta. Sardiniam

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

C. Fabius //. f. //. n. Hadrianus. P. Quinctilius T. f. T. n. Varus.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

C. Papirius Cn. f. C. n. Carbo. L. Fufius //. f. //. n. Calenus.

Sex. Nonius //. f. //. n. Sufenas. Ædilitatem deinde petiit in annum sequentem, sed repulsam passus est, quamuis Sullæ Consulis sororis filius esset. Qua populi libertate se gaudere Sulla simulabat: auctor Plutarchus in Sullæ vita.

Tribuni plebis.

P. Sulpicius * M. f. C. n * Rufus. In. mag. occisus. est. Disertus, acer, opibus, gratia, amicitiis, vigore ingenij atque animi celeberrimus, vt Velleij verbis dicam. C. Cæsarem Strabonem omissa Prætura Consulatum contra leges petentem inhibuit; vt auctor est Pædianus. Itaque ab initiis bonarum actionum ad perditas progressus est, & caussam bello ciuili dedit, cùm leges per vim ferret iniquissimas & reipublicæ perniciosas: nempe, Vt exules, quibus caussam dicere non licuisset, reuocarentur. Cui legi priùs intercesserat, sed deinde mutata voluntate cùm eamdem legem ferret, aliam ferre se dicebat propter nominum commutationem: nam vi eiectos, non exules, se reducere aiebat. Meminit Liuius lib. LXXVII. item auctor Rhetorices ad Herennium libro secundo. Vtique Senator non vltra duo drachmarum milia debitum conflare posset: Plutarchus in Sulla. Vtique noui ciues, libertinique distribuerentur per omnes tribus; Vtique non solùm in quatuor vrbanis, sed etiam in omnibus suffragium ferrent. Meminere Pædianus in Corneliana, Appianus, Liuius. Plutarchus refert ipsum libertis & inquilinis palàm mensa nummularia in foro posita ius ciuitatis per vim vendidisse stipatum tribus milibus satellitum, quos Antisenatum appellabat.

His legibus cùm aduersaretur Senatus, & indictis feriis comitia tollerent Consules; Sulpicius ingenti armatorum factione stipatus Senatum ac Consules è foro profligauit, Sullam Cos. in C. Marij domum pertractum soluere ferias coëgit, atque ita per vim leges pertulit. Eoque in tumultu Q. Pompeij Cos. filius L. Sullæ gener à Sulpicianis occisus est. Sulla Consul ex vrbe confestim elapsus, ad exercitum suum pro ectus est in Campaniam. Interim Sulpicius rerum potitus in vrbe leges alias C. Marij in gratiam tulit, Vti Cn. Pompeio prorogaretur imperium in Marsis: Plutarchus. Vtique C. Mario extra ordinem bellum Mithridaticum, atque Asia prouincia decerneretur: Liuius, Plutarchus, Appianus. Quibus legibus vtrumque Consulem iniuriá spoliauit imperio & exercitibus. Quod cum intellexisset L. Sulla Cos. cum infestis legio-

legionibus ad vrbem properauit,& aduersus factionem Sulpicij Marijque in ipsa vrbe pugnauit, victorque Sulpicium Mariumque, aliaque seditionis capita proscripsit. Sulpicius Tribunus fuga elapsus cùm in Laurentinis paludibus lateret, indicio serui proditus & occisus est. Late hæc Plutarchus, Appianus, Liuius, Velleius, Orosius, Cicero Catilinaria tertia, Val. Max. lib. VI. & IX. cap. V. & VII. Leges Sulpicias omnes L. Sulla Cos. velut per vim & contra remp. latas eodem anno sustulit.

P. Antistius * P. f. P. n. Labeo * C. Cæsari Straboni Consulatum contra leges petenti cum collega Sulpicio restitit. Sic enim Tullius in Bruto: P. Antistius in Tribunatu primùm contra C. Iulij illam Consulatus petitionem extraordinariam, veram caussam agens est probatus;& eò magis, quòd eamdem caussam cùm ageret eius collega ille ipse Sulpicius, hic plura & acutiora dicebat. Actionis autem Sulpicianæ idem meminit in oratione de Aruspicum responso: Sulpicium, inquit, ab optima caussa profectum, Caioque Iulio Consulatum contra leges petenti resistentem, longiùs quàm voluit, popularis aura prouexit. Et citat verba quædam Priscianus libro IX. Grammatices, ex oratione C. Cæsaris contra P. Sulpicium Tribunum plebis. Magna igitur hæc fuit partium contentio, quæ deinde ad ferrum & arma processit, vt Asconius ait; verùm Cæsar victus, à petitione destitit.

C. Bæbius * C. f. Q. n * Sulca. Senator, occisus à Marianis anno DCLXXI. vt suo loco.

L. Iunius. Brutus //. f. //. n. Damasippus.
D. Iunius D. f. M. n. Brutus.
C. Annius T. f. T. n. Luscus.
Q. Calidius //. f. //. nepos.
C. Albius * C. f. Sex. n * Carrinas.
Sex. Nonius //. f. //. n. Suffenas.
* Cn * Gratidius M. f. //. nepos.

Quæstores vrbani.

Mam. Æmilius Mam. f. M. n. Lepidus. Liuianus. Adoptatus ex gente Liuia, cuius aureum denarium cum templo Iouis Victoris adfert Hubertus Goltzius in Fastis suis Consularibus. Rursus argenteum alium cum Lepidi huius collega Ap. Claudio Pulchro, quem rettulit ad annum Consulatus Appij DCXCIX. non rectè. Videntur enim hoc anno cusi, cùm simul Quæsturam vrbanam gererent, ad vsum sacrorum vrbanorum, cùm repræsentent Religionis deæ caput cum eius mensa sacra.

Ap. Claudius Ap. f. Ap. n. Pulcher.

Quæstores prouinciarum.

L. Licinius L. f. L. n. Lucullus. L. Sullæ. Cos. in. Asia. Nobilis, desertus, ac diues, de bello Marsico librum Græcè conscripsit, cui ipse cum L. Sulla interfuit: cum eodem Quæstor abiuit in Asiam, vbi per aliquot annos egregia cum laude prouinciam administrauit, vt Plutarchus, & Auctor de viris illustribus in eius vita, Appianus in Mithridatica, & Cicero in oratione pro Archia, & Academicarum quarto, vbi multa de Luculli laudibus. Tradit Auctor de viris illustribus, ipsum munus Quæstorium dedisse amplissimum.

//. //. //. f. //. n. //. Pr. in. Hisp. vlteriore.
//. //. //. f. //. n. //. Ap. Claudij Pr. in. Campania. Calenus
//. //. //. f. //. n. //. Q. Metelli Procos. in. Apulia * Lucerinus *
//. //. //. f. //. n. //. C. Sextilij Pr. in. Africa.
//. //. //. f. //. n. //. P. Gabinij Pr. in. Achaia.

L. Gellius L. f. //. n. Poplicola. Omnibus honoribus ad Censuram vsque defunctis, vt ait Valerius Max. libro V. cap. IX. de eius ingenio & doctrina quædam adfert Tullius in Bruto.

M. Iunius * M. f. D. n * Brutus. Pater M. Bruti qui Cæsarem occidit. Orator insignis, iuris publici priuatique sanè peritus, vt ait Cicero de claris oratoribus, qui & differentiæ caussa hunc M. Brutum patrem appellat in Cluentiana. Occisus tandem hostis iudicatus à Cn. Pompeio, & apud Rhegium captus, cùm Prætor Galliam Cisalpinam obtinuisset.

Sex. Peduceius Sex. f. //. nepos. Fortissimum atque innocentissimum virum vocat Verrina quarta, & Prætorem Siciliæ fuisse declarat, vt suo loco dicetur.

M. Iuuentius * M. f * //. n. Laterensis. Pater M'. Laterensis, contra quem Cicero Cn. Plancium suum ambitus postulatum defendit. De quo posteà in eius Tribunatu & Ædilitate.

* C * Flauius C. f. //. n. Fimbria. Frater C. Fimbriæ, qui posteà legatus Proquæstore in Asia occisus est à L. Sulla Procos. vt suo loco. Hic autem legatus C. Norbani Consulis anno DCLXXI. occisus item in conuiuio, vt auctor Appianus ciuilium primo.

Prouinciæ prorogatæ.

C. Sentius //. f. //. n. Saturninus. Macedoniam

C. Sextilius * C. f. C * nepos. Africam. P. Gabinius * A. f. P. n * Capito. Achaiam

C. Valerius * L. f. C. n * Flaccus. Hisp. citer. L. Cassius * C. f. C. n * Longinus. Asiam

//. //. //. f. //. n. //. Siciliam. //. //. //. f. //. n. //. Sardiniam

//. //. //. f. //. n. //. Illuricum. //. //. //. f. //. n. //. Galliã Cisalpinã

Prouincias. prorogato. imperio. obtinuêre.

M. Claudius * M. f. M. n * Marcellus. L. Aurelius * L. f. L. n * Cotta.

L. Cornelius L. f. L. n. Scipio. Asiaticus. C. Cosconius * C. f. C * nepos.

Pro Quæstorib. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. C. Sextili. Propr. in. Africa.

//. //. //. f. //. n. //. P. Gabini. Propr. in. Achaia.

//. //. //. f. //. n. //. C. Flacci. Propr. in. Hisp. citer.

//. //. //. f. //. n. //. L. Cassi. Propr. in. Asia.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Sicilia.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Sardinia.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Illurico.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Gallia. Cisalpina.

M'. Fonteius C. f * M'. n * Capito Sex. Licinius * //. f. //. n. Nerua.

C. Cassius L. f * C. n * Varus. P. Rutilius * P. f. L. n * Lupus.

Cn. Cornelius * L. f. L. n * Dolabella. C. Claudius * C. f. Ti. n * Nero.

C. Claudius M. f. M. n. Marcellus. [P. Popillius * P. f. P. n * Lænas.

* C * Seruilius C. F. M. N. VATIA. PROPR. AN. DCLV.

De //. //. //. //. //. //. XII. K. NOVEM.

Extat hoc, quod vides, fragmentum post triumphum Cn. Strabonis in Capitolinis marmoribus Seruilij cuiusdam Vatiæ, de quo nihil hactenus apud Auctores reperire potui: adeò vt adhuc incognitum mihi sit, quisnam hic Vatia fuerit, an qui posteà Consul, & Isauricus appellatus est, an eius frater. Sed fratrem opinor fuisse, cùm Isaurici Consulatus huic Præturæ non respondeat, atque eum bistriumphasse non legamus. Insuper bello ciuili Mariano posteà duos Seruilios L. Sullæ legatos fuisse scribit Velleius, & Carbonianum exercitum fudisse apud Clusium, quos hunc Vatiam & fratrem Isauricum fuisse puto.

ANNI P. R. C. DCLXVI.

Consules.

Cn. Octauius Cn. f. Cn. n. occisvs. E. L. CORNelius. L. f. L. n. Cinna. coact. abdic. In. eius loc. fact. est L. Cornelius * L. f. L. n * Merula. Flamen. Dialis. posteaquam. abdic. occisus. est.

OCTAVIVM & Cinnam Consules eius anni produnt tabulæ Græcæ: Cassiodorus L. Cinnam, Cn. Octauium. Marianus, Iul. Obsequens, Velleius, & alij qui res gestas

stas eius anni persequuntur cum Plutarcho & Appiano, Cn. Octauium & L. Cornelium Cinnam nominant.

Hos Sulla victor, ad bellum Mithridaticum discessurus, vt dixi, ordinauerat, & ex iis L. Cinnam ex aduersa factione, populum placare cupiens, sed iuramento prius astrictum, ne suis aduersaretur actionibus. Verùm is inito magistratu nouos confestim tumultus excitauit, conatus exules reducere, sociosque nuper in ciuitatem receptos per vim lege lata inter veteres tribus XXXV. vt paria essent iis suffragia, distribuere. L. Cinna igitur ab Octauio collega, qui veterum ciuium caussam susceperat, vrbe cum sex Tribunis plebis pulsus est; & dum Italicas ciuitates sollicitat ad arma, Senatus illi magistratum abrogauit, & in eius locum suffecit L. Cornelium Merulam Flaminem Dialem. Cinna interim in Campania Ap. Claudij exercitum nactus, C. Marium cum filio aliisque exulibus ex Africa reuocauit; adiunctisque sibi suæ factionis ducibus Carbone & Sertorio, Latio quatuor exercitibus vastato, Ostia colonia expugnata; dum frustrà Senatus Cn. Pompeium Strabonem Procos. cum exercitu in auxiliũ euocat, Romam cepit, Octauium Consulem occidit: L. Merula cùm se sponte magistratu abdicasset, Flaminiumque deposuisset, sibimet venas incidit, ne viuus in hostium veniret potestatem: vrbs rapinis vastata, & fœdissima cædes optimatum facta est. Trucidati enim crudelissimè C. & L. Cæsares, fratres; P. Crassi duo, pater & filius; M. Antonius orator, P. Lentulus, Q. Catulus, Q. Ancharius, aliique viri illustres multi. Sullæ absentis amici & necessarij sunt interfecti. Et ipse hostis à Cinna & Mario, domo eius euersa bonisque publicatis, est iudicatus. Quæ omnia latissimè apud Appianum, Plutarchum, Velleium, Florum, Pædianum in Scauriana, Orosium, & alios. De Consulum cæde Val. Maximus lib. I. cap. VI. & libro IX. cap. XII.

Prætores.

//. //. //. f. //. n. //. Vrbanam. //. //. //. f. //. n. //. Peregrinam. iurisdictiones

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstiones. rerum. cap. sortiti. obtinuêre.

C. Iulius C. f. Sex. n. Cæsar.	Cn. Pomponius * Cn. f * //. nepos.
P. Licinius P. f * P. n * Murena.	P. Tarquitius * P. f * //. nepos.
	[L. Minucius A. f. L. n. Thermus]

Prætores. prouinciarum.

L. Cornelius L. f. P. n. Sulla. Qui. posteà. Felix. appellatus. est. Procos. Asiam. ac. bellum. Mithridaticum. sortitus. obtinuit. Cum quinque legionibus in Græciam transgressus, pecunias auxiliaque & commeatus ex Ætolia Thessaliaq; contraxit. Bœotios qui ad Mithridatem defecerant, recepit. Inde in Atticam aduersus Archelaum contendens, Athenas obsedit, & Piræum magnis laboribus & impensis oppugnauit, vbi L. Murenæ legati fortis opera excelluit. Vide historiam apud Appianum & Plutarchum in eius vita.

M. Claudius * M. f. M. n * Marcellus. Pr. Siciliam. sortitus. obtinuit. Demonstrat hoc Cicero Verrina quinta, M. Marcellum nominans post L. Hortensium & Cn. Strabonem inter Prætores Siciliæ, qui non diu ante Verrem Prætorem in vendendis frumentariis decimis à maiorum institutis non discesserunt. Eius autem verba sunt hæc:
" Magnũ te fecisse arbitrabere, si pluris vendideris, quàm L. Hortensius pater istius Q. Hor-
" tensij, quàm Cn. Pompeius, quàm M. Marcellus; qui ab æquitate, ab lege, ab institutis
" non recesserunt?

Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Pius. Procos. Apuliam. sortitus. obtinuit. Iussus a Senatu quibuscumque honestis conditionibus pacem cum Samnitibus, qui adhuc arma retinebant, facere, & quamprimùm obsessæ a Mario & Cinna, periclitantique patriæ succurrere. Dum Metellus cunctatur Samnitium postulata admittere, Marius amplioribus promissis eos traxit ad suas partes. Itaque cum Cinnę Marioque coniunguntur, A. Plautium Procos. cum exercitu ceciderunt. Metellus quas potuit vrbi suppetias tulit, & cum Octauio ad montem Albanum castra iunxit: Appianus ciuilium primo, Liuius lib. LXXX. Metellum Plutarchus in Mario tradit, desciscentibus ad hostes militibus, de republica desperasse, & abeundi consilium cepisse: Octauium verò Chaldæorum persua-

sionibus detentum Romæ, atque ibidem occisum fuisse. Metellum constat in Africam traiecisse, vt posteà patebit.

// // //. f. //. n. //. Hisp. citer. // // //. f. //. n. //. Illuricum
// // //. f. //. n. //. Galliam. Narb. // // //. f. //. n. //. Sardiniá
C. Valerius * L. f. C. n * Flaccus. Q. Rubrius Q. f. //. n. Varro.
C * Iunius * //. f. //. n. Norbanus. * D * Iunius * M. f. M. n * Brutus.

Ædiles curules.

// // //. f. //. n. //. // // //. f. //. n. //.
P. Seruilius C. f. M. n. Vatia. P. Quinctilius * T. f. T. n * Varus
Qui. posteà. Isauricus. appellatus.

Ædiles plebis.

// // //. f. //. n. //. // // //. f. //. n. //.
P. //. //. f. n. //. Burrienus. M. // * C. f. C. n * Perperna.

Tribuni plebis.

M. Virgilius //. f. //. nepos. P. Magius //. f. //. n. Chilo.

Quorum meminit Tullius in Bruto his ferè verbis: Dicebat parum M. Virgilius, qui " Tribunus plebis L. Sullæ imperatori diem dixit. Eius collega P. Magius in dicendo paul- " lò tamen copiosior. Plutarchus in Sulla Verginium appellat alterum, non Virgilium, de " eadem accusatione scribens, quam L. Cinna Consul factus parauerat contra L. Sullam, actore subornato Verginio, vt ait, Tribuno plebis, qui ipsi Procos. contra Mithridatem abiturienti diem dixit. Verùm Sulla relicto iudicio profectus est legis Memmiæ beneficio tutus. Virgilius iste proculdubiò vnus ex sex Tribunis plebis Cinnanæ partis fuit, qui cum ipso Consule Cinna pulsi sunt vrbe: vt & ille qui Ap. Claudio Procos. absenti diem dixit, & imperium abrogauit, vt paullò pòst dicemus.

L. Domitius * L. f. L. n * Ahenobarbus. Cn. Octauius M. f. Cn. nepos.
A. Sempronius * A. f. M. n * Musca. C. Calpurnius //. f. //. n. Piso.
Cn. Pomponius * Cn. f. //. nepos. M. Fannius * C. f. M. n * Strabo.
C. Papirius C. f * C. n * Carbo. Q. Calidius //. f. //. nepos.

Q. Sertorius in hunc annum petierat, verùm obstante L. Sulla Cos. non obtinuit. Eamque repulsam volunt caussam fuisse, cur Sertorius hoc anno Marianis partibus accesserit: Plutarchus in eius vita.

Quæstores vrbani.

// // //. f. //. n. //. // // //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

M. Terentius Varro Lucullus, Lucij Luculli frater.

M. Terentius M. f. L. n. Varro. Lucullus. L. Sullæ. Procos. in. Asia. Frater germanus L. Luculli, Terentiorum domui insertus per adoptionem. Designatus est, vt autumo, Quæstor anni superioris exitu à L. Sulla Consule, vt fratri Lucullo succederet, qui legatus Proquæstore apud L. Sullam Procos. remansit toto bello Mithridatico, quod Cicero & Plutarchus in eius vita testantur. Et Appianus in Mithridatica legatum ipsum appellat. Porrò M. Lucullum Quæstorem L. Sullæ fuisse, Plutarchus docet in Lucij fratris vita, quem redeuntem ad triumphum ex bello Mithridatico Romam, refert Marcum fratrem reperisse reum factum à C. Memmio, tamquam olim Quæsturam sub Sulla Procos. malè administrasset, vt suo loco dicemus.

// // //. f. //. n. //. M. Marcelli Pr. in. Sicilia
// // //. f. //. n. //. // //. Pr. in. Sardinia.
// // //. f. //. n. //. // //. Pr. in. Hisp. citeriore.
// // //. f. //. n. //. // //. Pr. in. Illurico.
// // //. f. //. n. //. // //. Pr. in. Gallia. Narbonensi.

C. Apustius * C. f. C. n * Fullo. Qui legatus C. Norbani Procos. bello ciuili anno DCLXXI. à P. Albinouano per proditionem occisus est in conuiuio, vt Appianus refert.

A. Ga-

A. Gabinius //. f. // nepos. Legatus in Asiam missus posteà qui L. Murenam à bello reuocaret, & Mithridatem Ariobarzanemque reges reconciliaret: Appianus de bello Mithridatico.

* Q * Minucius //. f. //. n. Thermus. Legatus iuit in Asiam anno sequenti cum L. Flacco Procos. vt Appianus in Mythridatica.

P. Lætorius * P. f. C. n * Mergus. Senator proscriptus & occisus à Sulla victore anno DCLXXI. vt auctor est Orosius lib. v. cap. XXI.

P. Annius //. f. //. n. Asellus. Senator mortuus C. Sacerdote Prætore anno DCLXXIIX. vt testatur Cicero Verrina III. & IV.

* M * Liuius * C. f. C. n * Salinator. Posteà legatus Q. Sertorij in Hispania, in Pyrenæis montibus occisus est, vt Plutarchus auctor est.

L. Titius * L. f * //. nepos. Et hunc Prætorem fuisse dicetur suo loco.

Prouinciæ prorogatæ.

C. Sextilius * C. f. C * nepos. Africam
P. Gabinius * A. f. P. n * Capito. Achaiam
C. Sentius //. f. //. n. Saturninus. Macedoniam
//. //. //. f. //. n. //. Hisp. vlter. //. //. //. f. //. n. //. Galliá. Cisalp.
L. Aurelius * L. f. L. n. Cotta. C. Cosconius * C. f. C * nepos.
Prouincias. prorogato. imp. obtinuêre.

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. C. Sextilij Propr. in. Africa.
//. //. //. f. //. n. //. P. Gabinij Propr. in. Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. C. Sentij Propr. in. Macedonia.
/. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Hisp. vlteriore.
//. //. //. f. //. n. //. // //. Propr. in. Gallia. Cisalp.
L. Gellius L. f. //. n. Poplicola. Q. Valerius //. f. //. n. Soranus.
M. Iunius * M. f. D. n * Brutus. Sex. Peduceius Sex. f. //. nepos.
M. Iuuentius * M. f * //. n. Laterensis.

ANNI P. R. C. DCLXVII.

Consules.

L. CORNELIVS. L. F. L. N. CINNA. C. MARIVS. C. f. VII. In. mag. mort. est. In. eius. loc. fact. est. L. Valerius * L. f. L. n * Flaccus.

INSEQVENS annus Consules habuit L. Cinnam II. C. Marium VII. vt Cassiodorus, Marianus, Auctoresque omnes qui de hoc bello ciuili verba faciunt, consentiunt. Tabulæ Græcæ Marium VII. & Cinnam iterùm proferunt. Corrigendus Orosij locus lib. v. cap. XVIII. vbi legitur perperàm C. Marium ad septimum Consulatum cum Cinna tertiùm Consule peruasisse. L. Florus septimam Marij purpuram vocat: Hæc, inquit, tot Senatus funera inter Kal. atque Idus Ianuarij mensis, septima illa Marij purpura dedit. Plutarchus Marium primum omnium Romæ septimum Consulatum accepisse scribit, quod Augures prædixerant parentibus, cùm puer ipse ex agris nidum septem pullis aquilinis plenum, quem inuenerat, domum reportasset; eo enim ostento maximum imperium septies puero portendi voluerunt, vt & Appianus asserit. Cinnam Mariumque igitur citra vlla comitia Consules in hunc annum seipsos renuntiasse Liuius scribit libro LXXX. Et cùm Kal. Ianuariis de more iniissent, nullis habitis comitiis, sine populi iussu, C. Marius Sex. Licinium Senatorem eodem die de saxo præcipitari iussit, quòd adfuturas ipsi atque vrbi nouas calamitates prædixisset. Ipse Marius editis multis sceleribus, Idibus posteà Ianuariis mœrore, vt volunt, animi in magistratu mortuus est, quòd Sullam inimicum prosperare in prouincia audiret. Nam rumor spargebatur, ipsum confecto bello Mithridatico cum magnis copiis redire in Italiam. Voluntaria morte defunctum

C. Marius septimùm Cos.

ctum scribit Auctor de viris illustribus. In Marij locum suffectus est à Cinna L. Valerius Flaccus, alius ab eo qui Censor fuit, vt in huius Quæstura dixi. Hi Consules comparasse inter se videntur prouincias, L. Cinna Italiam, L. Flaccus Asiam & bellum Mithridaticum. Interim cessatum est in Italia per hos annos mortuo Mario a cædibus & ciuili sanguine, vt Cicero affirmat in Bruto, vtque ex Plutarcho, Appiano, Velleio, Floro, aliisque colligimus. L. Flaccus Consul, vt Velleius scribit, turpissimæ legis auctor fuit, quæ iubebat creditoribus quadrantem tantùm solui, id est, quartam tantum debitæ pecuniæ partem; cuius facti merita eum pœna intra biennium consecuta est, manifesto exemplo, neminem debere abuti potestate sua ad eripiendum ius suum alteri, vel alicui cum iniuria alterius prodesse. Flaccus deinde Consul in Asiam cum duabus legionibus est profectus, vt L. Sullæ Procos. succederet, vt Liuius, Appianus, Plutarchus, & alij iam dicti. Meminit & Cicero in oratione pro Flacco eius filio: Atque idem, inquit, erat tempus, cum „ L. Flacco Consuli portas tota Asia claudebat; Mithridatem autem non modò recipie- „ bat suis vrbibus, verùm etiam vltrò vocabat. „

Lex Valeria de ære alieno.

CENSS. L. MARCIVS. Q. F. Q. N. PHILIPPVS. M. PERPERNA. M. f. Lustr. fec. LXVII.

Censores eodem anno fuisse ostendunt Capitolini Fasti L. Marcium Philippum & M. Perpernam. Eosdem nominat Cicero Verrinarum tertia, recitans C. Verris Prætoris edictum, quo ab operum publicorum redemptione publicanos arcebat, qui à L. Marcio & M. Perperna Censoribus opera publica redemissent. Refert idem Auctor alibi in oratione pro domo sua L. Marcium Censorem Ap. Claudium P. Clodij patrem, auunculum suum in recitando Senatu præteriisse. vbi ex eius verbis ferè colliges, Censores hos ex arbitrio & præscripto Cinnæ & Marij Consulum omnia tum egisse, vt verisimile sit, omnes Sullanæ factionis principes censu & Senatu exclusos fuisse. Vide locum Ciceronis. De Perperna Censore Plinius lib. VII. cap. LXVIII. vbi de spatiis agit vitæ longissimis. „ Perperna septem, inquit, in Senatu reliquit, cùm moreretur, ex iis quos Censor legerat. „ Vixit autem annos XCVIII. Hoc idem annotarunt Val. Max. lib. VIII. cap. V. Dio Cassius „ lib. XLI. Qui mortuum dicit anno vrbis DCCIV. quo Cæsar bellum ciuile mouit, ac monarchiam inuasit. Inter opera publica L. Marcium Censorem aquæ Marciæ ductum bello sociali disturbatum restaurasse nos docent denarij argentei, qui extant, cum eius nomine & facie, cum equite in aquæductu. Quorum imagines & Goltzianis in Fastis, Lector, videre poteris. Lustrum conditum fuisse verisimile fit, quòd Eusebius in Chronico circa hæc tempora descriptionem Romæ factam fuisse dicat, inuentaque ciuium milia CCCCLXIII. principem Senatus lectum L. Valerium Flaccum ab his Censoribus, & nouis ciuibus suffragium datum, libertinosque in XXXVI. tribus distributos esse, Epitome Liuiana indicat lib. LXXXIV.

Prætores.

// // // f. // n. // Vrbanam. // // // f. // n. // Peregrinam. iurisdictiones

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuere.

C. Marius Gratidianus.

C. Marius C. f. C. n. Gratidianus. qui. &. M. Marius. Anno superiore ordines sub Cinna duxerat, ante reditum patris adoptiui Marij senioris ex Africa. Atqui hunc C Marium appellat Appianus eo loco, vbi ait C. Marium alterum cum Q. Sertorio & C. Milonio Cinnæ partibus accessisse initio tumultus anni superioris. Hoc anno videtur Prætor vrbanus fuisse: legem enim nummariam de probandis denariis edicto promulgauit, atque auram popularem, & Consulatum studiose captans, collegas Tribunosque plebis fefellit, vt Cicero Officiorum libro tertio memorat: Ne noster quidem Gratidianus, „ inquit, officio boni viri functus est tum, cùm Prætor esset, collegiumque Prætorum Tri- „ buni plebis adhibuissent, vt res nummaria de communi sententia constitueretur. Con- „ scripserunt communiter edictum cum pœna atque iudicio, constitueruntque vt omnes „ simul in Rostra post meridiem descenderent. Et ceteri quidem alius aliò, Marius à sub- „ selliis in Rostra rectà; idque quod communiter compositum, solus edixit. Et ea res, si „ quæris, ei magno honori fuit, omnibus vicis statuæ, & ad eas thus & cerei. Quid multa? „ nemo vmquam multitudini fuit charior. Meminit eiusdem rei Plinius libro XXXIII. „ cap. IX. vbi de denariis: Alij, inquit, è pondere subtrahunt, cùm sit iustum octoginta „ quatuor è libris signari. Igitur ars facta denarios probare, tam iucunda lege plebi, vt Ma- „

Maria lex nummaria.

rio Gratidiano vicatim totas statuas dicarit. Si ars facta tunc primùm probare denarios, videndum, ánne ex hac lege Triumuiri monetales ordinarij inde posteà sint orti. *Triumuiri monetales.*

P. Antistius * C. f. C. n. Labeo * Quæstionem de peculatu sortitus obtinuit. Apud hunc factus est reus non diu post mortem patris Cn. Strabonis Procos. filius admodum iuuenis Cn. Pompeius Magnus, ob prædam Asculanam, ex qua nihil in ærarium retulerat pater. Pompeius multa ærario restituit, libertumque patris Alexandrum, qui multa surripuerat, Prætori detexit; adeò vt ipse nisi ob retia quædam venatoria, & libros, quos ex Asculo abstulisset, criminaretur. Dixisse autem pro Pompeio cum L. Philippo iam sene Q. Hortensium oratorem adolescentē, testatur Tullius in Bruto. In eius itaque caussæ iudicio præter ætatē prudentia ac ingenij sagacitate tantum enituit, vt non solum cum gratia gloriam reportaret; verùm ipse Pretor Antistius, qui caussæ presidebat, eius indole delectatus, filiam illi in vxorem spoponderit, atque pro eo amicos necessariosque interpellarit. Atque tum forte L. Philippus Censor pro Pompeio dicens hæc attulit, nihil sese indignū agere, cùm sit Philippus, si Philalexandros sit. Iam tum enim Pompeius ob similitudinem Alexander Magnus vulgò per iocum appellari cœperat. Non tamen latuit hæc Prætoris erga Pompeium beneuolentia populum. nam cùm sententias iudicum proferret, Pompeiumque absolueret; turba veluti necessitudinis inter reum Prætoremque nuper factæ præmonita, non sine nota corrupti iudicij nuptiale carmen solemne Thalassium acclamauit. Post paucos deinde dies Pompeius absolutus Antistiam duxit. Plutarchus in eius vita; qui scribit Antistium ob has nuptias posteà, tamquam Sullanus esset, à Damasippo in Senatu occisum fuisse, cùm Pompeius eius gener, Sullæ partes sequeretur. Cuius etiam meminit Cic. pro Sex. Roscio, vbi ob tragicas illas nuptias Priamum senem appellat Antistium, qui non diu ante suam cædem, velut Polyxenæ nuptias celebrasset. *Cn. Pompeius Magn' rem.* *P. Antistius à Damasippo casus.*

L. Licinius P. f * P. n * Murena. Frater P. Murenæ postmodum à Marianis occisi, vt antè in eius Quæstura dixi. Lucium hunc verò ex Prætura triumphasse constabit: & Sullæ Cos. in prouinciam abeuntis partes sequutū Marianis C. Cinnæ Cos. auspiciis Italiam atque vrbem occupantibus, omissa prouinciæ sorte sua, abiuisse in Græciam. Nam Sullæ Procos. in Asia legatum Propr. bello toto Mithridatico fuisse patebit.

P. Quinctilius * T. f. T. n * Varus. Cn. Pomponius * Cn * f. . . nepos.

C. Iulius C. f. Sex. n. Cæsar.

Prætores. prouinciarum.

L. Cornelius P. f. P. n. Sulla. Qui. posteà. Felix. appellatus. est. Procos. Asiam. atque. bellum. Mithridaticum. sortitus. obtinuit. L. Lucullum legatum Proquæstore in Suriam atque Ægyptum misit, vt ab amicis populi Rom. Regibus classem acciperet. Ipse Athenas fame & longa obsidione domitas, tandem in potestatem redegit; arcem in quam confugerat Aristion tyrannus cum suis, Sullæ iussu obsedit C. Curio legatus, eaque mox fame sitique expugnata, de tyranno eiusque satellitio sumptum est supplicium. Vrbem deinde libertatemque ac bona sua ciuibus Atheniensibus reddidit ob patrum memoriam, ingratissimos hominum mortuis, multosque malos paucis bonis se dare dicens: & Aristionem tyrannum cum suo satellitio captum supplicio effecit, ingratissimū hominum mortuis se donare dicens. Piræum deinde assiduis oppugnationibus, pulso Archelao Mythridatis duce, in potestatem redegit. Ac translato postea in Bœotiam bello, cum Hortensio, qui ex Thessalia copias adducebat, se cōiunxit; & Archelaum ob Romanorum paucitatē acie confligere ausum, ad Chæroneam ingenti prælio vicit, adeò vt ex hostibus vix decem milia, è centum viginti milibus euaserint Chalcidem fugientes. L. Sulla ex suis duodecim milites tantùm se desiderasse scriptum reliquit. Rursus ad Orchomenum oppidum nouas Archelai & Dorylai ducum copias duobus congressibus feliciter deleuit, cæsis priore prælio equitum XV. milibus vnà cum Diogene Archelai filio, peditibus in castra compulsis; postridie castris per vim expugnatis, totum hostilem, milibus centum cæsis, deleuit exercitum. Archelaus cùm triduo nudus in paludibus latuisset, nauiculā euasit Chalcidem. Sulla victor Bœotiam continuis defectionibus nutantem diripuit, transgressusque in Thessaliam hiemauit. Hæc late Plutarchus in Sulla, & Appianus in Mithridatica; breuiter Epitome Liuiana lib. LXXX. & LXXXII. & alij. *L. Corn Sullæ gesta.*

Q. Cæcilius Q. f. L. n. Pius. Pr. Africam. cum. Procos. imperio. obtinuit. Delectum diligenter egit, auxiliaque ibidem contraxit, vt eam prouinciam à Marianis vindicaret: Plutarchus in M. Crasso.

M. Clau-

M. Claudius * M. f. M. n * Marcellus. Siciliam
P. Gabinius * A. f. P. n * Capito. Achaiam

C. Sentius //. f. //. n. Saturninus. Macedoniam. Propr. obtinuit. Quam Archatias Mithridatis filius magno Thracum exercitu inuasit, ac ferè totam occupauit. Vide Appianum in Mithridatica, Plutarchum in Sulla, Liuij breuiaria libri LXXXI. & LXXXII.

//. //. //. f. //. n. //. Sardiniam. //. //. //. f. //. n. //. Hisp. vlter.
//. //. //. f. //. n. //. Galliam. Narb. //. //. //. f. //. n. //. Illuricum
//. //. //. f. //. n. //. Galliam. Cisalpinam

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

P. Licinius P. f * P. n * Murena. Cn. Pomponius * Cn. f * //. nepos.
C. Iulius C. f. Sex. n. Cæsar. [L. Minucius A. f. L. n. Thermus]
P. Tarquitius * P. f. //. nepos.

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
M. Æmilius Q. f. M. n. Lepidus. P. Seruilius C. f. M. n. Vatia. Qui. posteà. Isauricus. app. est.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
Q. Lutatius Q. f. Q. n. Catulus. Q. Antonius * Q. f. Q. n * Balbus

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
M. Fannius * C. f. M. n * Strabo. M. Minucius //. f. //. n. Thermus.
* L * Octauius Cn. f. Cn. nepos. Cn. Egnatius //. f. //. n. Maxsumus.
C. Rabirius //. f. //. nepos. M. Papirius C. f. //. n. Carbo.

Q. Sertorius //. f. //. nepos. Absente Sulla post repulsam anni superioris, vt Plutarchus in eius vita.

Q. Valerius //. f. //. n. Soranus. * C * Antistius * Sex. f. Sex. n. Vetus *
P. Rupilius * P. f. P. n * Lupus.

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

C. Flauius Fimbria audacissimus. C. Flauius //. f. //. n. Fimbria Homo omnium audacissimus ac furiosissimus, & Marianorum satelles, vt Cicero & Orosius testantur. Is curauerat, vt Q. Scæuula Pontifex in funere C. Marij iugularetur: frustratus tamen exspectatione sua, cùm Scæuulam ex vulnere recreari, & viuere posse intelligeret, ei diem ad populum dixit. Interrogatus deinde quid tandem accusaturus esset in eo, cui pro sanctitate morum satis digna laudatio reddi non posset: respondit, vt erat furiosus, se obiecturum illi, quòd non totum telum corpore recepisset. Quod referunt Cicero in oratione pro Sex. Roscio, & Val. Maximus lib. IX. cap. XI. Si accusauit Scæuulam ad populũ, profectò in magistratu fuisse videtur. Equidem Quæstorem vrbanum tum fuisse opinor, quamuis Strabo libro XIII. scribat, Fimbriam Quæstorem missum in Asiam cum Valerio Flacco Consule tardius in prouinciam abeunte ad bellum Mithridaticum. Verùm finita Quæstura legatum Flacco Proquæstore fuisse anno sequenti putamus; quod etiam ex Liuio, Appiano, Plutarcho, alijsque colligere est.

Cn. Cor-

Cn. Cornelius * L. f. L. n * Dolabella. Cuius magistratus ad Præturam & prouinciam vsque subsequentur.

Quæstores prouinciarum.

L. Manlius //. f. / . n * Torquatus * Quæstor in Asia, & annis sequentibus Proquæstore L. Sullæ Procos & triumphi ipsius procurator. Nam extant argentei denarij, qui docent L. Manlium aliquem vel Torquatum vel Acidinum L. Sullæ per biduum triumphantis anno vrbis DCLXXII. Proquæstore denarios tales ad triumphi sumptus cudi iussisse cum Romæ capite galeato, & litteris, L. MANLI. PRO. Q. In quorum altero latere sub curru triumphali Sullæ legitur, L. SVLLA. IMP. Torquatum vocat Plutarchus in Sulla. Meminit L. Torquati huius Tullius in Bruto: Elegans, inquit, in dicendo fuit, in existimando admodum prudens, toto genere perurbanus.

Ap. Claudius Ap. f. Ap. n. Pulcher. Eius qui de Salassis triumphauit nepos, atque Appij maioris filius, C. Mario fidus atque amicus: cui vt beneficij quondam accepti gratiam referret, anno superiore Trib. militum & Ianiculi custos portas aperuit, vt refert Appianus ciuilium primo. Plutarchus virum generosum ac strenuum vocat, & ab hinc triennium à L. Sulla prope vrbem prælio fusum, posteà proscriptum puto.

M. Octauius //. f. //. n. Ligur. Senator erat C. Sacerdote Prætore anno DCLXXVIII. vt testatur Cicero Verrina tertia & quarta, qui hominem ornatissimum vocat loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, & copiis.

C. Gallius //. f. //. n. Lupercus. Senator cùm accusaretur Verres, vt actione quinta testatur Cicero. Fortassis idem, qui (vt Valerius Max. refert lib. VI. cap. I.) flagellis est cæsus, à Sempronio Musca in adulterio deprehensus.

L. Octauius //. f. //. n. Balbus. Iuris & officij peritissimus, vt ait Cicero Verrina quarta: iudex in caussa Oppianici fuit, vt idem in Cluentiana testatur, vbi iuris peritissimum, ingenio prudentissimum, fide, religione, officio diligentissimum dicit. Puto eumdem qui senex proscriptus à III. viris, filij caussa semet neci obtulit, vt narrant Val. Max. lib. V. cap. VII. Appianus ciuil. quarto. Legatum verò Prætorium fuisse Cn. Pompeij Magni bello piratico, ex Dione & Plutarcho cognoscimus.

M. Canuleius //. f. //. n. Diues. Post Præturam repetundarum, ni fallor, reus anno DCLXXVI. eodem quasi iudicio quo Cæsar Dolabellam accusauit, vt suo loco latiùs dicemus. Meminit Cicero in Bruto.

Prouinciæ. prorogatæ.

M. Claudius * M. f. M. n * Marcellus. Siciliam
P. Gabinius * A. f. P. n * Capito. Achaiam
C. Sentius //. f. //. n. Saturninus. Macedoniam
C. Valerius * L. f. C. n * Flaccus. Hisp. citeriorem
Prouincias. prorogato. imp. obtinuêre.

Pro. Quæstoribus. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. M. Marcelli Propr. in. Sicilia.
//. //. //. f. //. n. //. P. Gabinij Propr. in. Achaia.
//. //. //. f. //. n. //. C. Sentij Propr. in. Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. C. Flacci in. Hisp. citeriore.

A. Gabinius //. f. //. nepos	P. Lætorius * P. f. C. n * Mergus.
P. Annius //. f. //. n. Asellus.	L. Titius * L. f * //. nepos.

ANNI P. R. C. DCLXVIII.

Consules.

L. CORNELIVS. L. F. L. N. CINNA. III. CN. Papirius Cn. f. C. n. Carbo.

SVBIICIT deinde Cassiodorus L. Cinnam III. & Cn. Papirium: tabulæ Græcæ Cinnam III. & Carbonē: Marianus L. Cornelium Cinnam III. Cn. Papirium Carbonem:

nem. Hos memorant item Plutarchus, Appianus, Velleius, Florus, & alij, qui belli huius historiam attingunt. Qui de viris illustribus libellum reliquit, L. Cinnam tradit seipsum Consulem iterum & tertiò creauisse. Collegam itaque sibi assumpsit hoc anno Cn. Carbonem. Liuius autem, vt in Epitoma libri LXXXIII. L. Cinnam & Cn. Carbonem seipsos per biennium creasse scribit.

Prouinciæ Consulares. Consules L. Cinna Italiam, Cn. Carbo Galliam prouincias inter se compararunt, ac Romæ magnum belli apparatum fecerunt contra Sullam; & cum in clarissimos quosque flagitiosè sæuirent, maior Senatus nobilitatisque pars quoquomodo elapsa, transuecta in Græciam ad Sullæ castra peruenit, perinde ac in portum quemdam; adeo vt breui apud eum velut quædam Senatus forma constitueretur. Accessit & vxor Metella cum filiis profuga, supplex orans, vt patriæ ac domesticis rebus succurreret: Plutarchus, Liuius, & Orosius lib. v. cap. xx.

Prætores.

// // // f. // n. // Vrbanam. // // // f. // n. // Peregrinam iurisdictiones

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Quæstiones publicas sortiti obtinuêre.

C. Fabius // f. // n. Hadrianus. Q. Granius // f. // nepos.

M. Lætorius // f. // n * Mergus * Cum Q. Granio hic inter duodecim Senatores fuisse videtur, qui cum C. Mario ante biennium hostes iudicati abiere in exilium; iam cum Mario reuersi ambo magistratus postliminiò capere non dubitarunt.

P. Cornelius * P. f. P. n * Cethegus. Et hic cum C. Mario inter alios hostis iudicatus in exilium pulsus est. Cum eodem reuersus absente Sulla, magistratus item inuasit. Meminit Cicero in Cluentiana, & in Bruto Senatorem appellat.

L. Fufius // f. // n. Calenus. C. Papirius Cn. f. C. n. Carbo.

Prætores prouinciarum.

P. Antistius * C. f. C. n. Labeo * P. Tarquitius * P. f. // nepos.

C. Marius C. f. C. n. Gratidianus. Qui & M. Marius appellatus est.

Cn. Cornelius * Cn. f. Cn. n * Dolabella. M. Tullius M. f. A. n. Decula.

Cn. Granius // f. // nepos. Ex XII. Senatoribus vnus, qui cum C. Mario hostes iudicati in exilium pulsi fuere. Hoc anno reuersi Præturam ac imperium cum eodem sibi arrogarunt. Vide Appianum, Plutarchum, & alios.

Ædiles curules.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Ædiles plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

D. Iunius D. f. M. n. Brutus C. Annius T. f. T. n. Luscus.

C. Albius * C. f. Sex * n. Carrinas. L. Cassius * Q. f. Q. // * Longinus.

Tribuni plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Sex. Lucillius // f. // nepos. Cuius meminit Velleius Paterculus libro historiarum secundo, vt anno sequenti de eius exitu dicemus.

M. Pomponius // f. // nepos. L. Manilius // f. // nepos

M. Pe-

M. Petreius //. f. //. nepos. Homo, vt dixi, militaris, & disciplinæ militaris seuerus executor, cuius, nisi fallor, hoc anno lata lex Petreia de decimandis seditiosis militibus, cuius Appianus meminit. Petreia lex.

P. Rutilius * P. f. L. n * Lupus. M. Aurelius M. f. //. n. Cotta.
C. Marcius * C. f. L. n * Censorinus. C. Claudius M. f. M. n. Marcellus.
M. Papirius C. f. //. n. Carbo. Sex. Apuleius * Sex. f. Sex * nepos.

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

C. Licinius * C. f. C. n * Sacerdos. Hominem innocentem, & summa prudentia præditum vocat Verrina tertia Cicero. Siciliam ex Prætura rexit ante C. Verrem; & multo pòst cum Cicerone Consulatum frustrà petiit, vt auctor est Pædianus in argumento orationis in toga candida.

C. Claudius * Ti. f. C. n * Nero. Asiam ex Prætura posteà rexisse, docet in Verrinis Tullius.

//. //. //. f. //. n. //. L. Cinnæ Cos. in. Italia. Ostiensis.
//. //. //. f. //. n. //. Cn. Carbonis Cos. in. Cisalpina.
//. //. //. f. //. n. //. L. Flacci Cos. in. Asia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Sicilia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Sardinia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Hisp. citeriore.

C. Herennius * M. f. C * nepos. Tribunus plebis suo anno sequetur. Prætor posteà peculatus est damnatus, cuius meminit Cicero actione in Verrem secunda.

M. Cælius * M. f. C * nepos. L. Iunius * L. f. D. n * Silanus.

Cn. Cornelius Cn. f. //. n. Lentulus. Clodianus. E Claudiorum domo adoptatus in Corneliam à Cn. Lentulo, ni fallor, qui Cos. anno DCLVI. fuit. Hunc Tullius in Bruto non tam facultate dicendi, quàm actione motuque corporis, & voce suaui & canora locum oratoris obtinuisse scribit. In oratione autem pro lege Manilia, in isto pro amplissimis honoribus summum consilium summamque grauitatem fuisse dicit.

Cn. //. //. f. //. n. Norbanus. Qui Prætor posteà Siciliæ, Tullio in Verrinis auctore.

C. //. //. f. //. n. Norbanus. Qui Consul anno DCLXX. victus à L. Sulla profugit Procos. occisus Rhodi anno sequenti. Meminit Cicero de oratore.

Prouinciæ prorogatæ.

L. Cornelius L. f. P. n. Sulla. Qui posteà Felix. app. est. Procos. Asiam cum bello Mithridatico prorogato imperio obtinuit. Ad Delum cum Archelao Mithridatis duce in colloquium venit, atque petenti pacis conditiones præscripsit. Nam Mithridates tribus grauissimis cladibus fractus ad Archelaum scripserat, vt quàm honestissimis posset conditionibus pacem cum Sulla faceret. Postulauit Procos. vt Mithridates Archelai classem omnem septuaginta rostratarum ac transfugas traderet, captiuos redderet, ac Chios aliosque è ciuitatibus suis in Pontum per vim abstractos restitueret, præsidia statim locis omnibus occupatis deduceret; Asia, Paphlagonia, Bithynia, Cappadocia abstineret; Ponto, id est, regni paterni finibus contentus maneret; duo millia talentûm impensæ belli à se concitati nomine penderet. His conditionibus præscriptis, Archelaus deduxit confestim præsidia, ac de reliquis Regem certiorem fecit. Sulla interim, ne in otio teneret militem, Thracum populos, Macedoniam assidue incursantes, variis præliis concidit: Appianus, Plutarchus, Velleius, & alij. Imperium prorogatum. Mithridates victus.

//. //. //. f. //. n. //. Galliá. Narb. //. //. //. f. //. n. //. Macedoniam
//. //. //. f. / . n. //. Illuricum. //. //. //. f. //. n. //. Galliá. Cisalp.

Propr. prorogato. imp. obtinuêre.

Q. Cæcilius Q. f. L. n. Pius. Propr. Africam. cum. Procos. imperio. obtinuit. Delectum diligenter egit, auxiliaque ibidem contraxit, vt eam prouinciam à Marianis vindicaret: Plutarchus in M. Crasso.

M. Claudius M. f. M. n. Marcellus. Siciliam. prorogato. imperio. Propr. obtinuit.

Cn. Granius //. f. //. nepos. C. Marius C. f. C. n. Gratidianus.
Cn. Cornelius * Cn. f. Cn. n. Dolabella. P. Tarquitius * P. f. //. nepos.

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

M. Terentius M. f. L. n. Varro. Lucullus. L. Sullæ. Procos. in Asia. cuius auspiciis in Asia cum fratre L. Lucullo res multas præclarè gessit. Prætor & Consul posteà triumphauit etiam ex Macedonia; vt sequentes Annales demonstrabunt.

//. //. //. f. //. n. //. C. Sentij Propr. in. Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Gallia. Narb.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Gallia. Cisalp. Gallicus.
//. //. //. f. //. n. //. Calenus. //. //. //. f. //. n. //. * Lucerinus *
C. Annius * C. f. //. n. Bellienus Cn. Callidius Cn. f. //. nepos.
Ap. Claudius Ap. f. Ap. n. Pulcher. M. Octauius //. f. //. n. Ligur.
C. Gallius //. f. //. n. Lupercus. L. Octauius //. f. //. n. Balbus.
M. Canuleius //. f. //. n. Diues.

ANNI P.R.C. DCLXIX.

Consules.

CN. PAPIRIVS. CN. F. CN. CARBO. II. SOLVS. CONSVLATVM. GESSIT. L. CORNelius L. f. L. n. Cinna IV. in. mag. occisus est.

CASSIODORVS Consules in hunc annum prodit L. Cinnam IV. & Cn. Papirium II. Marianus L. Cornelium Cinnam IV. Cn. Papirium Carbonem II. Quos semetipsos denuò refecisse testantur Liuius & Appianus. Cinnæ IIII. Consulis filiam C. Cæsar vxorem duxit, ex qua illi mox Iulia nata; neque vt repudiaret illam compelli ab hoste Sulla Dictatore potuit, vt auctor est Suetonius.

C. Iulius Cæsar L. Cornelij Cinnæ IV. Cos. gener.

Prouinciæ Consulares.

Consules inter se prouincias compararunt; Galliam Cisalpinam Carbo, & Asiam Cinna, vt L. Sullæ occurreret; delectibusque habitis Italiam totam ad bellum concitarunt. effectum nihilominùs est per L. Flaccum principem Senatus, vt legati de concordia concilianda ad Sullam nomine Senatus mitterentur; quibus Sulla futurum se in Senatus potestate respondit, si ciues, qui à Cinna pulsi ad se confugerant, restituerentur. Quæ conditio cùm iusta Senatui videretur, per Carbonem factionemque eius, cui bellum videbatur vtilius, ne conueniret effectum est. Interim Cinna Consul ab exercitu suo, quem inuitum cogebat naues conscendere, & aduersus Sullam proficisci, fuit interemptus. Carbo nullo suffecto collega, bis interturbatis propter auspicia & prodigia comitiis, solus per reliquum anni tempus Consulatum gessit. Qui cùm ab omnibus Italiæ oppidis coloniisque obsides exigere vellet, vt fidem eorum contra Sullam obligaret, consensu Senatus prohibitus est. Et legere non pigeat apud Val. Max. lib. VI. cap. II. quemadmodum à Placentino magistratu, cùm obsides peteret, sit reiectus. Sed historiam huius anni colliges latiùs ex Appiano, Plutarcho, Velleio, & Epitomis Liuianis lib. LXXXIII. & LXXXIV. Auctor de viris illustribus cap. LXIX. L. Cinnam Cos. Ancone lapidatum ab exercitu suo scribit. Plutarchus, & Zonaras Annalium secundo tradunt Cn. Pompeium iuniorem in caussa fuisse, qui cùm in castris eius esset, & gratiosus apud exercitum, ob Cinnæ crudelitatem ac suspiciones clàm se subduxerat. Rumor mox sparsus inter milites, à Cinna sublatum ac interfectum esse: mox itaque tumultu excitato Pompeium exhiberi postulantes, Consulem ipsum alioquin inuisum occiderunt.

Præ-

Prætores.

//. //. //. f. //. n. //. Vrbanam. //. //. //. f. //. n. //. Peregrinam iurisdictiones.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuêre.

C. Valerius C. f * P. n * Flaccus. Q. Sertorius //. f. //. nepos.

M. Perperna * C. f. C * nepos. C. Papirius C. f. C. n. Carbo.

L. Licinius P. f * P. n * Murena. P. Seruilius C. f. M. n. Vatia. Qui. posteà. Isauricus. appellatus. est.

Prætores prouinciarum.

C. Fabius. //. f. //. n. Hadrianus. Q. Granius //. f. //. nepos.

M. Lætorius //. f. //. n * Mergus * Cum Q Granio inter duodecim Senatores fuisse videtur, qui cum C. Mario ante biennium hostes iudicati in exilium abierunt. Iam cum Mario reuersi ambo magistratus postliminiò capere non dubitarunt, quemadmodum & hic qui sequitur,

P. Cornelius * P. f. P. n. * Cethegus. L. Fufius //. f. //. n. Calenus.

C. Calpurnius //. f. //. n. Piso.

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Cn. Cornelius * L. f. L. n * Dolabella. C. Claudius * C. f. Ti. n * Nero.

Ædiles plebis.

//. //. //. f //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

L. Domitius * L. f. L. n * Ahenobarbus. * C * Antistius * Sex. f. Sex. n. Vetus *

Tribuni plebis.

P. Popillius * P. f. P. n * Lænas. Sex. Lucilium, qui anno superiore Trib. plebis fuerat, saxo Tarpeio deiecit. Et cùm collegæ eius, quibus diem dixerat, metu ad Sullam profugissent, aqua & igni eis interdixit: auctor Velleius libro II.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //.

M'. Fonteius C. f * M'. n * Capito

Cn. Aufidius * Cn. f. Cn. n * Orestes. Aurelianus. Repulsam anni superioris passus Cos. tamen factus est, vt Cicero in Planciana testatur.

Q Valerius //. f. //. n. Soranus. C. Apustius * C. f. C. n * Fullo.

* C * Flauius C. f. T. n. Fimbria. C. Claudius M. f. M. n. Marcellus.

C. Cassius L. f * C. n * Varus. Quem Cicero in Planciana recenset inter eos, qui in Tribunatu plebis repulsam passi, Consules tamen facti sunt.

Cn. Sempronius Q. f. * Cn. n * Cuius extant argentei cum Romæ capite & Castorum decursu, cusi ordinario Quæstoris vrbis prælo. Fortasse fuit sanguine iunctus auo materno M. Varronis.

Q. Fuluius M. f * M. n * Flaccus. cum Hermaphroditi signo eleganti, Veneris diadematæ scilicet, & Mercurij caduceo: cusi, vt apparet, in vsus sacrorum à duobus Quæstoribus vrbanis Q. Flacco & M. Marcello, quorum nomina circumscripta sunt, M. CLAVD. M. F. MARCEL. Q. FVLVI. M. F. FLACCVS.

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

T. Aufidius //. f. //. nepos. Frater M. Virgilij, qui Trib. plebis L. Sullæ diem dixit, vt Cicero de claris oratoribus in Bruto scribit: sed tantùm ex eadem matre, vt opinor, quæ duos, Aufidium & Virgilium, maritos habuerat, & ex vtrisque filios. Hic vir bonus & innocens ad summam senectutem vixit, teste Cicerone, & ex humili fortuna ad Asiæ Præturam venit, vt suo loco dicemus. Deinde etiam putabatur Consulatum petiturus cum Cicerone, vt ad Atticum epistola prima refert.

C. Cosconius C. f. * M. n * Calidianus. Quem inter rabulas forenses sui temporis recenset idem Tullius in Bruto, adoptatus ex Calidia gente.

C. //. C. f. //. Verres. Cn. Carbonis Cos. in Gallia, vt testatur Cicero actione contra ipsum tertia, his verbis; Quæstor Cn. Papirio Cos. fuisti ab hinc annos quatuordecim; ex ea die ad hanc diem quæ fecisti in iudicium voco. Hora nulla vacua à furto, scelere, crudelitate, flagitio reperietur. Hi sunt anni consumpti in Quæstura, & legatione Asiatica, & Prætura vrbana, & Prætura Siciliensi. Quare hæc eadem erit quadripartita distributio totius accusationis meæ. Quæstor ex S. C. prouinciam sortitus es, obtigit tibi Consularis, vt cum Consule Cn. Carbone esses, eamque prouinciam obtineres. Et posteà: Quæstori pecunia attributa numerata est, profectus est Quæstor in prouinciam, venit in Galliam expectatus ad exercitum Consularem cum pecunia; simulac primùm ei occasio visa est, auersa pecunia publica Quæstor Consulem, exercitum prouinciamq; deseruit. Meminit & actione secunda, vbi depeculatorem ærarij appellat, & nihil Quæsturam eius, primum honoris gradum, in se habere, nisi Cn. Carbonem spoliatum pecunia publica, nudatum ac proditum Consulem, desertum exercitum, relictam prouinciam, sortis necessitudinem, religionemque violatam. Quod ita declarat Asconius: Carbo, inquit, Marianæ partis dux, idemque Consul, desertus Arimini est à Quæstore suo Verre, spoliatus pecunia publica, quam Quæstor pro exercitu de ærario sumpserat, cùm ad Sullam ille transiret proditor partium Marianarum. Hæc ille. Flagellat hoc idem facinus & in quinta Verrina Cicero. Non tamen hoc anno transiisse Verrem autumo, sed cùm Sulla in Italiam cum exercitu traiecisset, & vincerentur iam Marianæ partes. Patrem habuisse C. Verrem testatur idem Asconius in argumento Verrinarum.

P. Cælius * P. f. C. n. Caldus * Qui cum C. Verre demum Prætor est factus, vt actione tertia in Verrem Cicero.

C. Fonteius C. f * M'. n * Capito * Frater fortasse M'. Fonteij quem Cicero defendit, cuius legatum fuisse in Gallia dicit.

M. Otacilius * M'. f. M'. n * Crassus. P. Gabinius * P. f. A. n. Capito *

L. Valerius * C. f. L. n * Flaccus. Qui tres legati post septennium ex Senatu Erythram missi Sibullinorum carminum conquirendorum caussa, sicut Lactantius Firmianus Institutionum libro primo refert ex Fenestella.

Prouinciæ prorogatæ.

L. Cornelius L. f. P. n. Sulla. Qui. posteà. Felix. appellatus est. Procos. Asiam cum bello Mithridatico prorogato imperio obtinuit. Cùm in Asiam traiecisset exercitum, in agro Troiano cum rege Mithridate in colloquium venit, & cum eo pacem conditionibus ante latis fecit; Vt Asia & Paphlagonia cederet, & paternis, hoc est, Ponticis finibus contentus esset; Bithyniam & Cappadociam Regibus redderet. Ipse accepta deinde classis regiæ parte, contra C. Fimbriam aduersæ partis ducem profectus Pergamum, duas eius legiones voluntaria transitione in deditionem accepit. C. Fimbria

à suis

à suis desertus semetipsum interfecit. Sulla Asiam constituit posteà, & in quadraginta quatuor regiones distribuit, ciuitates imperium recusantes muris nudauit. Asiam totam quinquennali tributo multauit, quòd se Mithridati iunxisset, & ciues Rom. occidisset. C. Curioni legato vt Nicomedem & Ariobarzanem reges reduceret in Bithyniam & Cappadociam negotium dedit, atque exercitum deinde in Græciam traduxit. Vide Appianum in Mithridatica, Plutarchum, Liuium XXCI. L. Florum lib. III. cap. V. Velleium, & Auctorem de viris illustribus cap. LXX.

Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Pius. Procos. Africam. prorogato. imp. obtinuit. Vbi dum bellum molitur, à C. Fabio Cinnanæ factionis Prætore pulsus est. Qui deinde in Libya cum exercitus sui reliquiis mansit, Sullæ aduentum expectans, cui anno sequenti in Italiam aduenienti cum exercitu obuiam iuit, Proconsulare adhuc imperium retinens. Durat enim semel assumptus hic honos volenti donec ad vrbem reuersus fuerit, vt Appianus asserit.

C. Papirius Cn. f. C. n. Carbo. Hic frater Cn. Carbonis ter Consulis, quem hoc anno opinor prouinciam obtinuisse, & altero ab hinc anno legatum fratris tertiùm Consulis exercitum contra Sullam duxisse, à quo, cum propter bella ciuilia dissolutam disciplinam militarem perfectiùs & rigidius intempestiuè astringeret, per seditionem in illa transitione partium est occisus, vt auctor est Val. Max. lib. IX. cap. VII. Atqui Plutarchus in Sertorio duos Carbones contra Sullam duxisse exercitus apertè demonstrat. Itaque non immeritò mihi suspectus est Vellei, locus, velut aliquo glossemate corruptus; vbi Carbonis ter Cos. fratrem à Damasippo occisum dicit. Neque enim Consulis fratrem Sullanum tunc fuisse verisimile est: sed qui à Damasippo occisus est, C. Carbonis à L. Crasso oratore damnati filius fuit. *Vellej Paterculi locus correctus.*

P. Cornelius * P. f. P. n. * Cethegus. Q. Granius //. f. //. nepos.
M. Lætorius //. f. //. n. Mergus. L. Fufius //. f. //. n. Calenus.
//. //. //. f. //. n. //. Siciliam. //. //. //. f. //. n. //. Sardiniam
//. //. //. f. //. n. //. Hisp. citer. //. //. //. f. //. n. //. Hisp. vlteriorem
Prouincias. sortiti. obtinuêre.

C. Fabius //. f. //. n. Hadrianus. Pr. Africam. sortitus. obtinuit. Cinnanæ factionis dux turbulentissimus, Q. Metellum Pium Africam optimatibus adserentem prouincia pepulit: Liuius breuiario lib. LXXXIV. Et Plutarchus in M. Crassi vita Q. Metellum Pium hoc anno in Libya habuisse exercitum validum scribit, & M. Crassum cum adductis ex Hispania, vbi latuerat militibus eò venisse, atque inde ad Sullam Procos. abnauigasse in Græciam.

//. //. //. f. //. n. //. Achaiam. //. //. //. f. //. n. //. Macedoniam
//. //. //. f. //. n. //. Illuricum. //. //. //. f. //. n. //. Cisalp. Gallicus
Pro. Prætorib. prorogato. imp. obtinuêre.

Cn. Cornelius * Cn. f. Cn. n * Dolabella. Cuius operâ L. Sulla vsus est contra Marianos; vt Plutarchus.

L. Aurelius * L. f. L. n * Cotta. C. Cosconius C. f * M. n. Calidianus.

Pro. Quæstoribus. f. fuêre.

//. //. //. f. //. n. //. L. Sullæ Procos. in. Asia.
L. Manlius * //. f. //. n. Torquatus.
* C * Terentius //. f. C. n. Varro. Consobrinus frater Q. Hortensij oratoris, vt ex Pædiano & Acrone constabit posteà.
Calenus * Lucerinus *

ANNI P. R. C. DCLXX.

Consules.

L. CORNELIVS. L. F. L. N. SCIPIO. ASIATICVS   C * Iunius * //. f. //. n. Norbanus.

SCIPIONEM & Norbanum Consules proferunt tabulæ nostræ Græcæ: Cuspiniani tabulæ Asiaticum & Balbum, nescio quàm correctè; sed ibidem in tabulis perperàm

Q. Antonij Balbi Prætoris cognomen in Consulis Norbani locum irrepsisse scriptoris librarij imperita negligentia suspicor. Cicero in Quinctiana, Velleius, Eutropius, & L. Florus libro III. cap. XXI. Cassiodorus, Marianus, & Obsequens L. Scipionem & C. Norbanum Consules adferunt. Item Cornelius Tacitus libro Annalium XIX. Appianus, Plutarchus, & alij qui bella hæc ciuilia memorant.

Prodigia varia. Varia atque horrenda prodigia, molem ingentis belli portendentia, referunt Appianus & Obsequens, & inter alia vt Capitolium Romæ, quod a Tarquinio Superbo exstructum quadringentos amplius annos iam steterat, incendio consumptum est, vel æditui incuria, vt scribunt Obsequens & Cassiodorus, vel ex insidiis, vt alij volunt. Sunt qui culpam in Cn. Carbonem referunt; sunt, qui in Consules; alij in Sullam: veritas tamen in obscuro est. *Sibyllini libri cōflagrarunt.* Illud constat, libros Sibyllinos eodem incendio periisse, vt asserit Dionysius Halicarnass. historiarum lib. IIII. Vide etiam quæ de hoc casu pulcherrime scribit Tacitus libro ante citato, quæ & Plutarchus in Sulla, & Tacitus ciuilium primo.

Consules contra L. Sullam inimicum cum exercitu in Italiam remeantem, copias ducentorum amplius milium duxerunt in Campaniam. C. Mario iuniori & Q. Sertorio Prætori extra ordinem cum exercitibus datum imperium, quod & Cn. Carboni Procos. in Gallia prorogatum est. C. Norbanus Cos. ad Canusium cum L. Sulla & Q. Metello Procos. infeliciter pugnauit, atque sex milibus amissis Capuam refugere coactus est. L. Scipio Consul cum ingenti quidem exercitu, sed pacis quam prælij magis cupido, ad Theanum cum Sulla Metelloque congressurus, de pace coactus est cum inimicis agere. de cuius conditionibus cùm per inducias ageretur, nec conueniretur; infensus Consulibus exercitus, quòd bellum quam concordiam mallent, deserto Scipione signa ad Sullam transtulit, Consul cum filio in castris relictus cùm capi vel occidi potuisset, à Sulla tamen incolumis est dimissus, qui Massiliam deinde abiuit in exilium. Vide Appianum, Plutarchum, Velleium, alios.

Prætores.

P. //. * P. f. P. n * Burrienus. Vrbanam. iurisdictionem. sortitus. obtinuit. Ab hoc Sex. Næuius postulat, Vti ex edicto P. Quinctij bona, quasi vadimonium profectus in Galliam deseruisset, possidere liceret. Proscriptione facta, Sex. Alphenus Quinctij absentis procurator, quo minùs eius bona venderentur impediit, sistique Quinctium ad Idus Septembris proximas promittit: Cic. in oratione pro eodem Quinctio.

Q. Lucretius //. f. //. n. Offella. Hunc peregrinam iurisdictionem sortitum colligo, quòd cum imperio & exercitu fuerit, vt in grauioribus bellis Prætor peregrinus solet. Hunc enim Prætorem Marianæ factionis ad Sullam transfugisse scribit Velleius, & alij omnes consentiunt, eum anno sequenti Prænestinæ obsidioni præfuisse, atque post biennium cùm inuito Sulla Consulatum candidatus peteret, eius iussu in comitio occisum esse. Neque enim vni assentior Appiano, qui Lucretium tunc adhuc equitem Rom. fuisse dicit, & ante Quæsturam Præturamque contra leges Consulatum petiisse, ideoque à Sulla occisum.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Rerum. capitalium. quæstiones. sortiti. obtinuêre.

Q. Antonius * Q. f. Q. n * Balbus. Extant argentei denarij in eius Prætura prouinciali, quam anno sequenti in Sardinia gessit, cusi cum capite Triumphi dei lauro coronati, & Victoria cum palma & corona quadrigam agitante, cum tali titulo, Q. ANT. BALB. PR. S. C. De cuius Prætoris exitu anno sequenti, quo Sardiniam obtinuit, plura dicam.

Q. Valerius //. f. //. n. Soranus. Pr. Romæ ex vrbe capta fugiens in Siciliam, Cn. Carbonem Cos. sequutus, dum eò magnæ confluerent victarum partium copiæ, ibidem cum Carbone Consule à Cn. Pompeio Magno captus & occisus est: vt auctores sunt Plutarchus in Pompeio, & L. Florus libro III. cap. XXI.

Q. Lutatius Q. f. Q. n. Catulus. C. Albius * C. f. Sex. n * Carrinas.

Prætores. prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Q. Ser-

Q. Sertorius //. f. //. nepos. Hispaniam vlteriorem sortitus erat, sed cum exercitu in Italia remansit, atque L. Sullæ aduenienti cum Consulibus obuiàm iuit. Et cùm per inducias pax inter partes, obsidibus datis, tractaretur, Sertorius à Scipione Consule Capuam ad Norbanum communicandi consilij gratia missus, Suessam ex itinere, quæ à Sullanis tenebatur, occupauit. Qua de re cum Sulla expostularet acriter, obsides reddíti, & bellum renouatum est. Sertorius cum Suessam occupasset, & Scipionem Cos. ab exercitu desertum intelligeret, resque Marianorum in Italia male cedere, in Hispaniam prouinciam, quam antea sortitus erat, profugit, vt Appianus & Plutarchus referunt: Velleius autem Sertorium quoque exarmatum cum Consule Scipione in potestatem Sullæ peruenisse, & incolumem cum alijs multis dimissum scribit.

C. Valerius C * f. P. n * Flaccus. Pr. Galliam Narbonensem sortitus obtinuit. Aduersus Transalpinos rem feliciter gessisse videtur: nam Cicero in Quinctiana imperatorem eum appellat, vbi ait: Quinctius accepta insigni iniuria confugit ad C. Flaccum imperatorem, qui tum erat in prouincia: quem, vt ipsius dignitas poscit, honoris gratia nomino. Imperatoris autem cognomen assequebatur Consul vel Prætor insigni aliqua victoria aliquot milibus externorum hostium cæsis, in castris ita militari gaudio & acclamatione post victoriam salutatus, & deinde à Senatu sic etiam appellatus, quemadmodum ex Cicerone, Appiano, Tacito, Dione alijsque colligimus. Ab hoc C. Valerio Flacco ciuitate donatum opinor C. Valerium Caburium propter fidem & merita, cuius filius adolescens summa virtute & humanitate post à C. Cæsare missus ad Ariouistum, ab eo in vincula est coniectus, vt Commentariorum belli Gallici primo libro legimus. Eiusdem Flacci videtur esse denarius argenteus cum aquila legionis IV. inter duo signa cohortium, & cum Victoria Gallica, crinibus in vertice nodo reuinctis, Sicambrorum more, vt apud Martialem legimus: adest titulus, C. VAL. C. F. FLAC. EX. S. C.

M. // * C. f. C. n * Perperna. P. Quinctilius * T. f. T. n * Varus.

P. Seruilius C. f. M. n. Vatia. Qui posteà. Isauricus. appellatus. est.

C. Papirius C. f * C. n * Carbo.

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

P. Rupilius * P. f. P. n * Lupus. Hunc C. Norbano Cos. Ædilem curulem fuisse, & ex S. C. annonam & sacra pop. Rom. in vrbe procurasse, testantur eius denarij cum Solis, aut Veneris capite lauro coronati, & eius mensa sacra inter duas spicas. Adscriptum eius nomen, P. RVPILIVS. LVPVS. ÆD. CVR. EX. S. C.

L. Titius * L. f * //. nepos.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

* C * Antistius * Sex. f. Sex. n. Vetus * Cn. Octauius M. f. Cn. nepos.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

P. Popillius * C. f. P. n * Lænas. Sex. Lucillium, qui superiore anno Tribunus plebis fuerat, saxo Tarpeio deiecit. Et cùm collegæ eius, quibus diem dixerat, metu ad Sullam profugissent, aqua & igni eis interdixit: auctor Velleius lib. II.

M'. Fonteius C. f * M'. n * Capito. C. Apustius * C. f. C. n * Fullo.

Cn. Aufidius * Cn. f. Cn. n * Orestes. Aurelianus. Qui repulsam anni superioris passus erat, attamen Consul factus, vt Tullius in Planciana disserit.

C. Cælius L. f * C. n * Varus. Et hunc inter Consulares in Tribunatu plebis priùs repulsos recenset ibidem Cicero.

C. Sempronius Q. f * C. n * Tuditanus. Cuius extant argentei cum Romæ

capite,

capite, & Castorum decursu, ordinario vrbis prælo in huius, vt apparet, Quæstura cusi. Fortasse fuit sanguine iunctus M. Tuditano, auo materno M. Varronis.

C. Claudius M. f. M. n. Marcellus. Q. Fuluius M. f. //. n. Flaccus. In argenteis reperitur denariis.

M. Liuius C. f * M. n. Salinator. In argenteis reperitur denariis Marianarum partium dux, & Q. Sertorij fidus vsque comes. Qui quamuis Iouem ac Martem triumphantem sibi ob exiguas Sullæ copias præsumpsisset, victus tamen cum Sertorio, fugere in Hispaniam coactus est.

C. Lutatius C. f. C. n. Catulus. Sic legitur in denariis eius argenteis ex S. C. cusis.

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

M. Pupius M. f * Cn. n * Piso. Frugi. Calpurnianus. L. Scipionis Cos. in Italia. Idque anno post Verrem Quæstorem, quod demonstrat Cicero actione tertia in Verrem, exemplo vrgens reum, dissensionem ciuilem non excusare facinus, quo Consulem exercitumque prodidit. Nam si tibi anteà (inquit) sors tua displicuisset, idem fecisses, quod anno pòst M. Piso Quæstor; cùm L. Scipioni Consuli obtigisset, non attigit pecuniam, non ad exercitum profectus est. Quod de rep. sensit, ita sensit, vt nec fidem suam, nec morem maiorum, nec necessitudinem sortis læderet. Ex quibus verbis colligere est, non aduersus Sullam profectum cum Consule Scipione M. Pisonem, sed medium se gessisse in iis reipublicæ motibus. Græcis doctrinis eruditum idem dicit Cicero in Bruto, auditoremque Peripatetici Staseæ, libro primo de Oratore, & ob id libro quinto de Finibus, & de natura deorum primo de hac disciplina disputantem inducit. Et in Planciana hominem nobilissimum, innocentissimum, & eloquentissimum vocat, & vbique eum laudat; præterquam epistolarum ad Atticum libro primo; forsan iratus, quòd in Senatu alium quàm se sententiam primùm Cos. rogasset. Sanè apud M. Pisonem pudicitiæ iactura didicisse eloquentiam Tullium, legimus in inuectiua aduersus eumdem, quæ Sallustio tribuitur. Quin & Asconius refert adolescentulum Ciceronem à patre deductum ad M. Pisonem, quòd in eo & antiquæ vitæ similitudò, & multæ erant litteræ.

P. Rutilius * P. f. Sp. n. Rufus. Cuius pater post repulsam Tribunus plebis factus fuerat. Hic legatus posteà fuit M. Cottæ Procos. in Bithynia, & à Mithridatis ducibus prælio victus ad Chalcedonem, amissa exercitus parte magna, vt apud Orosium libro VI. cap. II. legimus.

* P * Atilius //. / . n. Nudus. Qui Præfectus posteà M. Cottæ Procos. anno DCXX. classem amisit, vt auctor Appianus in Mithridatica. Socerum L. Pisonis Cæsonini Consularis Atilium Nudum vocat Pædianus ex Fenestella.

L. Herculeius //. f. //. nepos. Q. Sertorij Pr. in Hispania vlteriore, vt Liuius in Epitoma libri sui XC. & sequenti. priùs victor prælio, deinde à Cn. Pompeio Magno victus.

C. Herennius //. f //. nepos. Marianæ partis primùm inter duces Proquæstore Q. Sertorij Pr. Sed deuictis partibus profugit in Hispaniam ad Sertorium, vbi eius legatus cum esset, ad Valentiam prælio fusus à Cn. Pompeio Magno, vt suo loco dicemus.

L. Furius * L. f. L. n * Philus. Iuriscos. orator & poëta celebris hoc tempore Q. Allobrogico, Africano minori, & C. Lælio familiaris. Huius videntur esse denarij in Quæstura fusi cum Iano Barbato, & Roma victrice trophæum hostium spoliis onustum coronante. Adscriptum nomen, L. FOVRI. PHILI. ROMA.

L. Lucilius * L. f. //. n. Balbus. Iurisconsultus admodum celebris eo tempore, è schola Q. Mucij Scæuulæ Pont. Max. Deditus quàm maximè fuit Stoicæ philosophiæ, vt cum excellentibus in eo genere Græcis compararetur. Scripsit ad hunc Lucilium Antiochus Stoicus Græcus quoddam opus suum, ex quo Cicero hunc Lucilium in hi-

in libris de natura deorum partes Stoicorum defendentem adducit. Meminit & in epistolis ad Atticum Pomponius de origine iuris Ser. Sulpicij Iurisconsulti, quem docuerat, excellentia celebrem fuisse scribit. Itaque magistratus hoc quasi tempore occepisse possumus opinari.

C. Vitellius . f. . n. Aculeo. Iurisconsultus huius temporis celebris. L. Crasso oratori æqualis, & Ciceronis propinquus, vt ipse testatur libro de Oratore primo.

Prouinciæ hoc anno non tam prorogatæ S. C. vel populi iussu, quam quod bellis ciuilibus vsitatum est, cum vi geritur res, prolatæ sunt. Nam victor quisque quod capere potest, sibi retinet, suumque putat.

L. Cornelius L. f. P. n. Sulla. Qui. posteà. Felix. appellatus. est. Procos. in. Italia. prolatum. imperium. obtinuit. Compositis transmarinis rebus exercitum in Italiam traiecit, & xxx. armatorum milia Brundusij exposuit, aduersus ducenta amplius hostium milia, & quindecim inimicissimos belli duces protecturus. Ad eum mox Cn. Pompeius iuuenis Cn. Strabonis Triumphalis filius cum tribus voluntariorum legionibus, quas in Piceno collegerat, & M. Crassus iuuenis P. Crassi Triumphalis filius cum milite Hispaniensi, P. Cethegus aliique multi nobiles ex vrbe atque Italia se contulerunt. Missis legatis qui de pace agerent, iisque ab Consule Norbano violatis, Sulla Norbanum ad Canusium prælio vicit, sex milibus hostium occisis, cum ex suis vix septuaginta amisisset, sed multis sauciatis. Eodem tempore per M. Lucullum legatum Proquæstore ad Fidentiam octo milia hostium occisa sunt. Cum L. Scipione altero Consule item de pacis conditionibus egit, & per inducias eius exercitum sollicitauit, qui spe pacis, quemadmodum petebat, a Consule suo frustratus, eo deserto signa ad Sullam transtulit. Qui victor pacem per alios legatos cum Norbano tentauit, sed iis non admissis, exercitum versus vrbem duxit. Vide Appianum, Plutarchum, Velleium, Liuium, & alios. Ex quibus Plutarchus ex ipsius L. Sullæ commentariis rerum gestarum historiam ferè omnem deducit. *L. Cornelius Sulla.*

Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Pius. Procos. In Campania cum exercitu L. Sullæ Procos. se coniunxit, & C. Norbanum Cos. vnà vicit: Appianus ciuilium bellorum libro primo.

Cn. Papirius Cn. f. C. n. Carbo. Procos. Galliam. Cisalpinam. prolato. imperio. obtinuit. Cum magno exercitu L. Sullæ obuiam est profectus: sed rebus malè cedentibus, Norbano Consule deuicto, & Scipionis exercitu Sullæ astu in potestatem redacto, se bellum cum vulpe & leone animum Sullæ incolentibus gerere, sed maius sibi à vulpe periculum esse dixit. Moxque ad vrbem cum exercitu festinans profectus est, atque effecit vt Q. Metellus aliique optimates, qui se Sullæ adiunxerant, hostes iudicarentur, quo tempore Capitolium pridie Non. Quinctiles conflagrauit; quod eius culpæ attributum à quibusdam fuit. Ipse deinde Consul in annum sequentem cum C. Mario iuniore vix dum viginti annos nato per vim creatus est: Appianus, & Plutarchus in Sulla, alijque.

M. Perperna * C. f * Qui prouinciam quoque sortitus videtur, sed cum exercitu remansit in Italia contra Sullam inter alios duces Marianæ factionis. Constat enim anno sequenti Italia pulsum, atque cum Cn. Carbone Siciliam occupasse, inde in Hispaniam ad Sertorium cum Marianorum reliquiis fugisse: Velleius, & Valerius Max. libro vi. cap. ii. Prætorium appellant.

C. Fabius . f. . n. Hadrianus. Propr. Africam. prolato. sibi. imperio. obtinuit. Expulso Q. Metello Procos. prouinciam crudeliter & auarè admodum administrauit: Cicero Verrina tertia, Pædianus, & Liuius lib. xxcvi.

L. Licinius P. f * P. n * Murena. Propr. Asiam obtinuit, ad ordinandam prouinciam cum duabus Fimbrianis legionibus à L. Sulla Procos. in Italiam decedente cum imperio relictus. Additus L. Lucullus legatus Proquæstore, vt is reliquum tributi, quo Asiam multauerat, à ciuitatibus colligeret, & inde nummos cuderet. Qui Mitylenæis tributum detrectantibus bellum intulit. Et Murena quoque triumphi cupidine mox pacem cum Mithridate fregit, arma Colchis & Bosphoranis rebellibus suis inferente, caussatus magnitudinem apparatus bellici non Colchis Bosphoranisve, sed Romanis imminere. Archelaum itaque Præfectum Regi suspectum & ad se profugum excepit, quo auctore cum exercitu per Cappadociam vrbē Maximam Comanam inuasit & spoliauit, equitesque aliquot regios fudit. Cumque legati Mithridatis fœdera pacis obijcerent, negauit vlla esse fœdera: nulla enim Sulla conscripserat, sed in Italiam festinans executione pactorum contentus discesserat. Non cessauit igitur Murena, quasi nulla pax esset, prædas agere,

agere, traiectoque per hiemem Haly fluuio, cccc. Mithridatis vicos incursauit, nusquam impediente Rege, qui legatorú, quos ad vrbem miserat, reditum expectabat. Murena militem præda diuitem reduxit Phrygiam: Liuius, Appianus in Mithridatica, & Plutarchus in Lucullo, Cic. pro lege Manilia, & pro Murena.

Pro. Prætorib. prolato. per. vim. imperio. obtinuêre.

Pro. Quæstoribus. f. fuêre.

L. Manlius //. f. //. n. Torquatus * Pro. Quæstore. L. Sullæ. Procos. in. Asia. Qui cum eodem ex Asia reuersus, triumphum eius argenteis denariis exornauit, vt suo loco.

L. Herculeius / . f. //. nepos. Q. Sertorij. Propr. in. Hisp. vlteriore, vt auctor Liuius lib. xc. & sequenti.

C. //. C. f. //. n. Verres. Cn. Carbonis. Procos. in. Gallia. Cisalpina. Deserto Procos. suo transfugit hoc anno ad L. Sullam victorem, vt suprà diffusè Ciceronis verbis demonstraui.

//. //. //. f. //. n. //. L. Murenæ Propr. in. Asia.

//. //. //. f. //. n. //. C. Fabij Propr. in. Africa.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in. Achaia.

//. //. //. f. //. n. * Lucerinus. //. //. //. f. //. n. Gallicus.

ANNI P. R. C. DCLXXI.

Consules.

C. MARIVS. C. F. C. N. IN. MAG. OCCIS. E. — CN. Papirius Cn. f. C. n. Carbo. III. In. mag. occisus. est.

SEQVVNTVR Consules in Cassiodoro & Mariano Scoto Cn. Carbo III. C. Marius: in tabulis Græcis Carbo III. & Marius: in Cuspiniani tabulis autem Carbo III. & C. Gratidianus. Eosdem nominant Liuius, Velleius, Appianus, Plutarchus, Cicero, aliiq. plures. Reperiuntur item in Plinio lib. VII. cap. XLVIII. & XLIX. vbi his Consulibus M. Cœlium Rufum & C. Licinium Caluum oratores Romæ natos scribit. Valerius Max. libro VII. cap. VI. de dura necessitate, tradit, C. Mario, Cn. Carbone III. Consulibus bello ciuili cum L. Sulla dissidentibus, S. C. aurea atque argentea templorum ornamenta, ne militibus stipendia deessent, conflata fuisse. Non ergo Patrum, inquit, conscriptorum voluntas, sed tua teterrima necessitas truculenta manus illi consultò stylum impressit.

C. Marius Consul filius C. Marij Triumphalis & septies Consulis adoptatione fuit, vt Plutarchus, Liuius, Velleius, & alij consentiunt: solus Appianus aperte fratris C. Marij filium dicit. Viginti tantùm annorum cùm esset, contra leges hunc Consulatum cum Cn. Carbone inuasit, quemadmodum Liuius & Auctor de viris illustribus referunt. Velleius sex annos adijcit, Appianus septem. Porrò hunc honorem tam immaturum matrem eius defleuisse dicit idem Auctor de viris illustribus.

Prouincia Consulares. Consules ambo Italiam prouinciam, & bellum contra Sullam, quanto potuerunt apparatu susceperunt. C. Marius Cos. ad Sacriportum non procul a Præneste cum Sulla Procos. ingenti prælio conflixit: vbi cùm inclinato sinistro cornu quinque cohortes & turmæ duæ abiectis signis ad Sullam transirent, vniuersus mox exercitus effusa fuga Præneste petiit, Sullanis terga cedentibus. Prænestini primos refugientes receperunt, sed mox hoste vrgente portas clauserunt, Consulemque Marium exclusum fune subduxerunt in mœnia. Itaque maxima Marianorum cæde circa muros edita, Samnitibusque etiam captiuis omnibus ad internecionem occisis, Sulla victor Præneste vallo ac fossa cinxit, obsidionique præfecit Q. Lucretium Offellam, vt fame vrbem expugnaret, & Marium in potestatem redigeret: qui tandem rebus desperatis, cùm Prænestini vrbem dederent, ne in arbitrium victoris veniret, in cuniculi latebris cum Pontio Thelesino pugnans mortem sibi consciuit. Caput eius Romę pro Rostris posuit Sulla, non sine cauillo in immaturam ætatem Consulis, debuisse eum prius remum tractare, quam gubernaculum dicens. Cn. Carbo collega non minùs infeliciter res gessit. nam eius exercitus, cui frater legatus præerat,

præerat, ob rigidiorem disciplinam diligentiùs exactam alienatus, Cos. absente occisus: vt apud Val. Max. IX. c. VII. legimus. Ipse Cn. Cos. bis térve prælio victus, a suis desertus, & ex Italia profligatus, tandem in Sicilia a Cn. Pompeio Sullæ iussu captus & occisus est, idque tertio in Consulatu, vt Val. Max. asserit lib. VI. cap. II. Historiam latiùs intelliges apud Plutarchum in Sulla & Pompeio, Appianum, Liuium, Velleium, Orosium, Florum, & alios.

Prætores.

L. Iunius . f. . n. Brutus. Damasippus. Vtramque iurisdictionem & duas legiones ad vrbis præsidium obtinuit. In mag. occisus est. Ex præscripto C. Marij Cos. Præneste obsessi Senatum coëgit in curiam, quasi ad consultandum, vbi nobiliores aliquot Senatores suspectos, tamquam Sullanis partibus fauerent, immissis percussoribus trucidauit. Occisus in ipsa curia Antistius Ædilitius, vt vult Velleius. Eius Ædilitatem in annum superiorem conieci. Addit laudes vxoris Antistij Calpurniæ, L. Calpurnij » Bestiæ Consularis filiæ, quæ marito superuiuere noluit. Eius verba sunt hæc: Non perdat » nobilissimi facti gloriam Calpurnia, Bestiæ filia, vxor Antistij; quæ iugulato, vt prædixi» mus, viro, gladio seipsam transfixit. Quantum huius gloriæ famæque accessit, nunc virtute eminet, patria latet. Notat haud dubie Velleius L. Bestiæ infamiam, qui Cos. bellum cum Iugurtha gerens in Numidia, eius pecunia corruptus, pacem cum eo flagitiosam fecit, quam Senatus & populus Romanus improbauit, & ipse demum Mamilia lege damnatus, in exilium abire coactus fuit, vt suo Annali latiùs exponitur. Recte igitur suo » veteri stylo Velleius de Calpurnia, Nunc virtute eminet, patria latet, nimirum virtus; pro (paterna.) Miror igitur, doctissimum Lipsium in suis ad Velleium Animaduersionibus » hæc adferre: Corruptum hoc esse dicam, & dicam tantùm. Non enim medeor. Certè » patria eius non latet, & Romanam fuisse, nomen genusque euincunt, Calpurnia Bestiæ » filia. Non vidit Velleium non de Roma loqui Calpurniæ patria, sed de virtute patris L. Bestiæ, quæ nulla erat. Patrius æquè ac paternus nomen adiectiuum Virgilio, Plauto, Terentio, Ciceroni, & aliis antiquis familiarissimum. Occisi sunt, vt in viam redeam, & hi: C. Carbo Prætorius, oratoris Carbonis filius, vt ex Ciceronis epistola ad Pætum, & ex Appiano colligimus; P. Antistius alter, Prætorius, socer Cn. Pompeij Magni, quemadmodum Plutarchus testatur in Pompeij vita; Q. Mucius Scæuula admodum senex fugiens in foribus curiæ interemptus est; & Q. Scæuula Pontifex Max. in vestibulo ædis Vestæ. Cadauera omnium in Tiberim proiecta. Auctores sunt Liuius, Orosius, Valerius, alijque iam dicti. L. Brutus deinde Carbonis iussu cum duabus legionibus ad soluendam C. Marij obsidionem Præneste profectus, a Sullanis repulsus est, vt refert Appianus. Demum cum Carbone Cos. Italia pulsus, in aditu Siciliæ, a Cn. Pompeij militibus circumuentus, in naui piscatoria semetipsum gladio transfixit. Vide Liuium lib. LXXXIX.

Cognomen ipsum Pontificem Max. Scæuula nobis indicat errorem esse in Velleio, vbi Domitius Scæuula mendose legitur. Non enim Domitiorũ hoc cognomen est.

C. Marius C. f. C. n. Gratidianus. II. Qui & M. Marius. In mag. occisus est. Hominem maximè popularem vocat Cicero in toga candida, & ideò bis Prætorem factum scribit commentator Pædianus. In secunda autem hac Prætura occisum, ex » Valerio Max. intelligimus, qui libro IX. cap. II. de L. Sullæ crudelitate scribens ait: Quàm » porrò crudeliter se in M. Mario Prætore gessit? quem per ora vulgi ad sepulchrum Luta» tiæ gentis pertractum non priùs vita priuauit, quam oculos infelicis erueret, & singulas » corporis partes confringeret. Et M. Marium Gratidianum appellatum fuisse, in eius Quæstura probaui. Cur autem tam gratus populo fuerit, in Prætura eiusdẽ priore dixi. Verum statuas quas ei pop. Romanus ob legẽ nummariã latam vicatim dicauerat Romæ, L. Sullæ victoris metu omnes hoc anno ante eius in vrbem introitum à plebe subuersæ sunt, vt testatur Plinius libro XXXIV. cap. VI. Tum quoque Sullæ iussu Marius Prætor conquisitus, & è caprili casa extractus, à L. Catilina perditissimo iuuene per vrbem virgis cæsus, & ad Lutatiorum sepulchrum trans Tiberim ductus, ibidemque confossus, oculis, auribus præsectis, confractisque minutatim membris, crudelissimè iugulatus est. Caput sua manu resectum Catilina ad Sullam detulit, quod Præneste missum fratrem C. Marium Cos. obsessum ad vltimam desperationem adegit. Vide Plutarchum in Sulla, Appianum, Q. Ciceronem de petitione Consulatus, Senecam de ira lib. III. cap. XIIX. Liuium lib. LXXXIIX. Orosium lib. V. cap. XXI. præter alios iam dictos. Ex quibus colligimus, L. Florum lib. III. cap. XXI. vbi de huius Marij pœnis atque exitu scribit, esse mutilum & vitiatum, vbi sic le» gimus: Marium ducis ipsius fratrem apud Catuli sepulchrum * oculis, manibus, cruri» busque defossis, seruatum aliquamdiu vt per singula membra moreretur. Locum ita sup» pleri ac restitui mallem: * effossis oculis, manibus, cruribusque desectis.

L. Florus corrigitur.

// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .

Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuêre.

C. Annius T. f. T. n. Luscus. L. Manilius // . f. // . nepos.
Mamercus Æmilius Mam. f. M. n. Lepidus. Liuianus.
Ap. Claudius Ap. f * C. n * Pulcher.

Prætores. prouinciarum.

// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .

Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Pius. Procos. in. Italia. sibi. prolatum. imperium. obtinuit. Ad Æsim flumen C. Carrinatem Prætorem aduersæ factionis prælio fudit, & Cn. Carbonis Cos. alium exercitum vicit, quinque hostium cohortibus voluntaria transitione victoriam accelerantibus. Deinde ad Fauentiam Carbonem & Norbanum magno prælio superauit; quo decem hostium milia cæsa, sex milia capta; mille soli, reliquis disiectis & profligatis, Aretium se receperunt. Hac clade diuulgata, Gallia Cisalpina tota defecit ad Metellum, & Legio Lucana P. Albinouani, inuito ductore ad eumdem transiit. Albinouanus non multis pòst diebus, pactus clàm per internuntios impunitatem, occisis in conuiuio C. Norbani Procos. legatis C. Apustio & Flauio Fimbria, Ariminoque prodito ad Sullam transfugit. Vide Appianum, & Orosium lib. v. cap. xx.

C. Iunius * // . f. // . n. Norbanus. Procos. in. Italia. prolatum. sibi. imperium. obtinuit. A Q. Metello Procos. victus, & à suis desertus, de partium Marianarum salute desperans, sumpto priuato habitu, conscensa nauicula Rhodum confugit. Vnde cùm à Sulla victore posteà proscriptus deposceretur, Rhodiis de eius deditione deliberantibus, in medio foro semet transfixit: Appian. ciuilium primo, Liuius libro xxcix.

Q. Lucretius // . f. // . n. Offella. Pr. Prænestinam obsidionem L. Sullæ Cos. iussu obtinuit, C. Marium Cos. obsessum vi erumpere tentantem reppulit: L. Thelesini, C. Carrinatis, C. Marcij, M. Marij aliorumque aduersæ factionis principum occisorum capita circum Prænestina mœnia portari iussit; vrbem fame ac rerum desperatione domitam, post prælium ad portam Collinam commissum, in deditionem accepit. C. Marij Cos. occisi aliorumque ducum capita Romam mox ad Sullam misit, quæ pro Rostris exposita sunt. Senatores Marianæ factionis omnes Præneste deprehensos aut mox interfecit, aut in custodiam misit, quos Sulla post captam vrbem adueniens omnes occidit: Appianus, Plutarchus, Orosius, & alij.

Q. Valerius // . f. // . n. Soranus. Qui anno superiore Prætor in vrbe, hoc anno relicta prouinciæ sorte cum Cn. Carbone Cos. in Siciliam fugit. A Cn. Pompeio Sicilia occupata captus, & cum Cn. Carbone Cos. occisus. Hunc Pompeius, quia virum philosophum atque in primis eruditum nouerat, ad se adduci iussit, & seorsim varia de religione & philosophia percunctatus est, ad omnia respondente Sorano: verùm posteà, cùm satisfecisset, præcepit, vt milites inde abductum mox occiderent, vt C. Oppius historicus C. Cæsari addictus memorat, ex quo hæc Plutarchus. Hinc L. Florus libro III. cap. XXI. Piget (inquit) posthæc referre ludibrio abdita fata Carbonis, fata Sorani Prætoris, atque Venulei. Item Plinius libro III. cap. v. & Solinus eiusdem Sorani exitum infelicem notant, atque ideò pœnas luisse scribunt, quòd arcanum ac sanctius Romæ nomen ipse euulgasset.

Q. Antonius * Q. f. Q. n * Balbus. Pr. Sardiniam. prolato. sibi. imperio. obtinuit. Marianæ factionis dux, pulsus prouincia à L. Philippo legato Sullæ, vt auctor est Liuius breuiario libri xxcvi.

P. // * P. f. P. n * Burrienus. Hisp. citeriorem. prolato. sibi. imperio. obtinuit. Equites Celtiberos misit ad Cn. Carbonem Cos. in Galliam Cisalpinam, quos L. Sulla Procos. ad Glanim fluuium vicit equestri prælio. Ad quem deinde cum CCLXX. transfugissent, Carbo de reliquis diffidens, omnes internecione deleuit: Appianus ciuilium bellorum primo.

// . // .

//. //. //. f. //. n. //. Achaiam //. //. //. f. //. n. //. Illuricum
Prr. prolato. sibi. imperio. obtinuêre.

Q. Lutatius Q. f. Q. n. Catulus.

C. Albius * C. f. Sex. n * Carrinas. In. prælio. occisus est. Prætorem hoc anno
" fuisse scribit Orosius libro v. Carrinatem, inquit, Prætorem Romanum Sulla iugulauit. Cum exercitu remansisse in Italia sub Cn. Carbone Consule, ex historia eius anni constat. Nam cum Q. Metello Procos. ad Æsim infeliciter pugnauit, & castra amisit. Posteà in agro Spoletino a Cn. Pompeio & M. Crasso Sullanis ducibus obsessus, occasione noctis obscuræ vix euasit. Tandem post prælium ad portam Collinam ex fuga retractus cum C. Marcio Censorino, qui L. Sullæ in Asiam profecturo diem repetundarum dixerat, Sullæ iussu iugulatus est. Capita amborum in castra ad Præneste misit Sulla hostibus obsessis ostentanda. Vnde cladem intelligentes Prænestini, rebus desperatis vrbem dediderunt. Hæc apud Appianum, Liuium, Plutarchum, & alios.

Q. Sertorius //. f. //. nepos. Hispaniam vlteriorem, ad quam Sulla victore, rebusque Marianarum partium desperatis profugerat, prolato sibi imperio obtinuit. Magnum terra marique belli apparatum fecit, expulsisque ex Hispania aduersariis omnibus, Pyrenæos montes per Liuium Salinatorem legatum suum occupauit: Plutarchus, Appianus, & alij.

C. Fabius //. f. //. n. Hadrianus. Africam. Propr. prolato. sibi. imperio. obtinuit. Cùm sordido imperio prouinciam vsque vexasset, demum ipse propter crudelitatem & auaritiam Vticæ in Prætorio suo viuus est exustus; eò quòd corrupto seruitio ciuitatis illius regnum affectasse, & de principum ciuium nece conspirasse diceretur. Nec quæstio postmodum vlla Romæ de ea re, nec in prouincia est habita. Auctores sunt Cicero Verrina tertia, Pædianus, Liuius XXXVI. Orosius lib. v. cap. XX. Val. Max. lib. IX. cap. X. Meminit Cicero & Verrina septima, Verrem quoque sua culpa talem ferè seditionem Syracusis passum dicens: Neque quidquam propius est factum, inquit, quàm vt
" illud Vticense exemplum de Hadriano transferretur Suracusas, vt duo sepulchra duo-
" rum Prætorum improborum, duabus in prouinciis constituerentur.

C. Sentius //. f. //. n. Saturninus. Propr. Macedoniam. prolato. imperio. obtinuit. Res fortiter in prouincia semper gessit, & adueniente in Asiam L. Sulla Procos. ipsum per legatum suum Brutium Suram cum Mithridatis ducibus apud Charroneam belligerasse Plutarchus auctor est, vt ante dictum est. Quare Sullam ipsum in prouincia, donec successor illi mitteretur, reliquisse verisimile est.

L. Licinius P. f * P. n * Murena. Propr. Asiam. prolato. Sullæ. iussu. imperio. obtinuit. Bellum cum Mithridate continuauit; quamuis Q. Calidius ab vrbe missus, vt de Mithridatis querelis cognosceret, palàm præferret, Senatui non placere, fœderato Regi negotium fieri. Mithridates itaque legationes suas incassùm missas intelligẽs, Gordium Præfectum cum magno exercitu Romanos fines inuadere iussit, atque ipse subsecutus cum nouis copiis, Murenam, Halym fluuium transgressus, prælio ingenti superauit, atque in Phrygiam compulit; eiectis omnibus è Cappadocia Murenæ præsidiis. Quo nuntio Romam perlato, Sulla indignum ratus Regem contra fœdus infestari, A. Gabinium misit in Asiam qui Murenam à bello reuocaret, & Mithridatem cum Ariobarzane rege in gratiam reduceret: Appianus.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

L. Titius * L. f * //. nepos. P. Annius //. f. //. n. Asellus.
A. Gabinius //. f. //. nepos. * M * Minacius. Magius. //. f. //. nepos.

* C * Minacius. Magius. //. f. //. nepos. Iam hoc ferè tempore ad magistratus peruenisse duos Minacios Magios fratres fit verisimile, ob patris Minacij Magij (qui Velleij Paterculi fuit atauus) memoriam, idque summo populi Romani fauore, vt ipse testatur historiarum libro secundo. Sed audiamus parumper ipsum de maiorum suorum nobili- *C. Minacius Magius Velleij Paterculi atauus.*

nobilitate sese iactitantem: Neque ego, inquit, verecundia domestici sanguinis gloriæ »
quidquam (dum verum refero) subtraham. Quippe multum Minacij Magij ataui me- »
moriæ tribuendum est, qui nepos Decij Magij Campanorum principis, celeberrimi & »
fidelissimi viri, tantam hoc bello, sociali scilicet, Romanis fidem præstitit; vt cum le- »
gione, quam ipse in Hirpinis conscripserat, Herculaneum simul cum T. Didio caperet, »
Pompeios cum L. Sulla oppugnaret, Cosamque occuparet. Cuius de virtutibus cùm »
alij tum maximè dilucideque Q. Hortensius in Annalibus suis retulit. Cuius pietati »
plenam populus Rom. gratiam retulit, ipsum viritim ciuitate donando, duos filios eius »
creando Prætores, cùm seni adhuc crearentur. Ipsum igitur atauum Velleij bello finito »
mox ciuitate donarunt, duos filios eius, vti mox fructu priuilegij istius gauderent, Prætores crearunt, cùm seni adhuc crearentur.

M. Terentius L. f. L. n. Varro. Lucullus.

* M * Liuius * C. f. C. n * Salinator.

Q. Publilius Q. f. Q. n. Philo. Extant Goltzij denarij cum Dianæ pharetratæ capite, & Victoria cum corona quadrigam agitante, & Victoria in quadriga coronam prætendente. Videtur fuisse Præfectus posteà fabrûm L. Sullæ Dictatoris, qui eius ex voto templum & lucum Dianæ Victricis extruxit, vbi primum in Italiam reuersus castra posuerat.

L. Aurelius * L. f. C. n * Cotta. Extant eius denarij cum Romæ Martiæ bellatricis capite, & equite singulari decurrente.

L. Aurelius * L. f. L. n. Cotta. Cuius extant item denarij cum Vulcani capite & aquila fulminifera in coronis. Fulmen Iouis enim nil aliud quàm ignis est, cuius artificem ac præsidem Vulcanum esse fabulantur Poëtæ. Parat igitur Ioui fulmina Vulcanus.

Ædiles curules.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Ædiles plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

L. Gellius L. f. // n. Poplicola. Vir omnibus honoribus ad Censuram vsque defunctus, vt Valerius Max. libro v. cap. IX. testatur. Ædilitatem igitur haud dubium est quin gesserit: quam etiam fuisse curulem, reperimus in eius argenteis cum Iouis capite, & aquila fulminifera, iuxta quam simpulus ad sacrificandum. Legitur Gellij titulus in his ita, L. GELLIVS. L. F. POPLICOLA. ÆD. CVR. EX. S. C. Ob Iouis igitur insculpta nummo simulachra ludos Romanos sortitum fuisse; fit verisimile.

M'. Fonteius C. f * M'. n * Capito. C. Claudius M. f. M. n. Marcellus.

M. Pomponius // f. // nepos. De cuius Ædilitate plebeia sic Plinius pulchrè libro VII. cap. XLIIX. ipsum ludis plebeiis suis mimam produxisse, quæ post annos nonaginta vnum denuò in scenam rediit. quod velut miraculum, annosæ senectutis Anna-
Anno vrbis DCCLXI. libus annotatú est. Galeria, inquit, Copiola emboliaria reducta est in scenam, C. Poppæo, »
Q. Sulpicio Coss. ludis pro salute diui Augusti votiuis, annum agens centesimum quar- »
tum, quæ producta fuerat tirocinio à M. Pomponio Ædile plebis, ante annos nonaginta »
Plinij locus. vnum. In hunc modum corrigendus est Plinius eo loco; vbi mendosè nomen Consulis »
Cn. Pompeius legitur, in nuper correctis etiam exemplaribus. & vox emboliaria non vt
Emboliaria quid. nomen proprium Galeriæ, scribendum ibi est, cùm sit artis nomen, ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλειν: & significet primum mimæ ingressum, quæ scenæ repræsentandæ argumentum populo demonstrat, quemadmodum prologus apud Terentium.

Quæstores vrbani.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Quæstores prouinciarum.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //

L. Fu-

L. Furius * L. f. L. n. Philus * Cuius pater iuris prædiatorij peritissimus Iurisconsultus erat, Q. Mucio Scæuulæ Pontifici Max. Iuriscos. coæuus & familiaris, vt auctores sunt Cicero pro Balbo, & Valerius Max. libro VIII. cap. XII. Huius forte Quæstoris denarij sunt cum Iano barbato, & litteris, L. FOVRI. In quorum altera parte Victoria implumis trophæum coronat, vbi & eius cognomen PHILI. sic legitur.

Cn. Mallius * Cn. f. Cn. n * Maximus. Cuius patrem Consulē anno DCXLVIII. habuimus.

* P * Sextilius . f. . nepos. Qui posteà Prætor anno DCXXCII. à piratis est captus, Plutarcho in Pompeij vita auctore.

* P. Varinius . f. . n. Glaber. Qui Prætor anno DCXXC. obtinuit Asiam, vt auctor est Cicero pro Flacco.

M. Turpilius . f. . nepos. Cuius Tribunatum plebis adducam posteà ex Pædiano suo loco.

* M * Torannius * M. f. M. n * Niger. Posteà legatus Q. Metelli Pij Procos. præmissus in Hispaniam, à Q. Sertorio victus & deletus est, vt auctor Plutarchus.

* C * Cornelius . f. . n. Aquinus. Et hic legatus Q. Metelli Procos. in Hispania fuit, vt Plutarchus in Sertorio meminit.

Q * Fabius * . f. . n. Maximus. Cuius sunt nummi pulcherrimi cum Iani Nicephorij capite, & naui rostrata, in qua stat Victoria palmam tenens, & coronā prætendens. Hic idem videtur esse Ianus Clusius, pacem Romanis auspicatò Kal. Ianuarijs adferens. Fortasse hic idem Q. Maximus, qui posteà damnatus Nuceriam in exilium abiit, vt meminit in Balbiana Cicero.

Prouinciæ plures, vt anno superiore vi occupatæ & retentæ, Proprætorio vel Proquæstorio titulo retentæ sunt.

L. Cornelius L. f. P. n. Sulla. Qui. posteà. Felix. appellatus. est. in. Italia. vi. prolatum. sibi. imperium. obtinuit. Cum Italicis populis, ne timeretur ab iis velut erepturus ciuitatem & suffragij ius nuper datum, fœdus percussit: atque tum ex fiducia iam certæ victoriæ, litigatores vadimonia Romam deferre iussit. Setiam deinde occupauit, & C. Marium Cos. admouentem copias ad Sacriportum assecutus, fuso eius exercitu deletoque in oppido Præneste circumuallauit, atque obsidioni Prætorem Q. Lucretium Offellam præfecit. Occidit in eo prælio viginti milia hostium, cepit octo milia; ex suis dumtaxat tres & viginti amisisse, memoriæ prodit ipse. Post quam victoriam vrbem versus exercitum mouit, castrisque in Campo Martio positis, sine obstaculo eamdem ingressus est, inimicis metu fugientibus, quorū bona confestim hastæ subiecit ac publicauit. Concione deinde aduocata, questus inimicorum improbitate se hæc facere, populum bene sperare iussit, propediemque finem malorum se facturum, & remp. in tranquillo statu positurum. Post autem, præsidio vrbi imposito, contra Cn. Carbonem Cos. profectus, eumdem Clusium magno & ancipiti prælio fregit, ad Saturniam deinde, Fauentiam, Fidentiamque cæsum Italia postmodum expulit, & varijs locis contra hostes Cn. Pompeio, M. Crasso, M. Lucullo alijsque ducibus feliciter pugnauit. Extremo tandem certamine Kal. Nouembribus ad portam Collinam reliquos aduersæ factionis duces Carrinatem, Damasippum, & C. Marcium Censorinum, qui cum M. Lamponio Lucano, & L. Thelesino Samnitibusque velut Romam occupaturi castra in Albano coniunxerant, ingenti prælio, & non sine graui discrimine vicit & debellauit, magna hominum multitudine occisa, cùm pugna per totam durasset noctem. Octoginta tunc milia cecidisse, Orosius annotauit, & supra octo milia capta fuisse. Quorum maiorem partem, cùm Samnites essent, Sulla postridie iaculatoribus conficiendos obiecit. L. Thelesinus in prælio occubuit. Damasippus & Lamponius fuga elapsi, Marcius & Carrinas è fuga retracti & occisi. Prēneste non diu posteà rebus deploratis sese Lucretio dedidit, vbi Marius Consul & Thelesinus frater Pont. Samnitium ducis gladiis concurrentes, sese mutuis vulneribus confecerunt. Senatores Marianæ factionis omnes Sulla post captam vrbem eò veniens mox occidi curauit, reliquam multitudinem deditam depositis armis in campum prodire iussit, è qua Samnites Prænestinos omnes ab alijs secretos mox trucidauit. Atque eo modo recuperata, Felicis cognomen L. Sulla assumpsit: sed victoriam pulcherrimam crudelitate, quanta in nulla hominum vnquam fuit, inquinauit. Norbam captam ferro flammaque, occisis omnibus ad internecionem, deleuit. Vrbem & Italiam vniuersam cædibus repleuit, octo milia dedititiorum in Villa publica trucidauit Romam reuersus, vt Liuius auctor est. Plutarchus sex milia fuisse dicit, & in Circo Flaminio occisa, ipso Sulla

Senatum in proxima æde Bellonæ continente, orationeque acerba castigante, dum gemitus & clamores morientium aures omnium personarent. Misso deinde cum exercitu Cn. Pompeio in Siciliam contra Cn. Carbonem, vt reliquias belli persequeretur, ipse Romæ tabulam proscriptionis primus proposuit, ac tertiò renouauit, inscriptis eorum nominibus quos occidi volebat. Eaque proscriptione cum in vrbe tum per Italiam quinque ampliùs hominum milia occisa, atque inter hos, vt refert Appianus, Senatores quadraginta, equites Rom. mille sexcenti. Præmium percussoribus pollicitus est pro singulis proscriptorum capitibus duo talenta: pœnam qui seruasset, mortem minatus est. Proscriptorum, omniumque eorum qui aduersus eum arma illo biennio post inducias à L. Scipione Cos. ruptas sumpserant, pœnas edicta publicauit, liberosque eorum in perpetuum à magistratuum honorumque functione summouit. Vide Liuium, Appianum, Plutarchum, Velleium, Orosium, & alios iam dictos.

C. //. C. f. //. n. Verres. Proquæstore. Cn. Carbonis. III. Cos. in. Gallia. Cisalpina. Gallicus. Huius anni initio, deserto Arimini Consule Carbone, cùm res Marianarum partium declinarent, Verrem captata occasione ad Sullam transfugisse, ex Cicerone colligere est. Deseruisse enim Consulem Carbonem dicit, non Procos. nec transfugisse in Græciam, sed cum iam Sulla esset in Italia, qui eum Beneuenti manere iussit, durante bello, ne proditor nocere posset. Ait enim Verrina tertia: Ipse Sulla, cui aduentus istius gratissimus esse debuit, ab se hominem atque ab exercitu suo remouit: Beneuenti esse iussit, apud eos quos suis partibus amicissimos esse intelligebat, vbi iste summæ rei caussæq; nocere nihil posset. Non igitur Quæstor, sed Proquæstore Verres transfugit: primo enim anno Quæsturæ illius nondum transierat in Italiam Sulla. Sed indifferenter sæpè his vocabulis vtuntur Cicero aliique Auctores.

L. Manlius //. f. //. n. Torquatus. L. Sullæ. Procos. in. Italia. Ante prælium ad portam Collinam ipse & Dolabella legatus Sullam rogarunt ne lassum festina profectione militem mox periculo obijceret; verum Sulla his reiectis confestim signa canere iussit, quamuis iam dies in horam vergeret decimam: Plutarchus.

Pro Quæstorib. f. fuêre.

L. Herculeius //. f. //. nepos. Q. Sertorij Propr. in. Hisp. vlteriore.
//. //. //. f. //. n. //. C * Iunij * Norbani. Procos. in. Italia. Ostiensis.
//. //. //. f. //. n. //. C. Fabij Propr. in. Africa.
//. //. //. f. //. n. //. C. Sentij Propr. in. Macedonia.
//. //. //. f. //. n. //. L. Murenæ Propr. in. Asia.
//. //. //. f. //. n. //. Calenus. in. Campania.

L. CORNELIVS L. F. P. N. SVLLA. FELIX. Dict.
L. VALERIVS. L. F. L. N. FLACCVS. Mag. eq.
Reip. constituendæ caussa.

Occisis Consulibus, & aduersa factione Marianorum iam pænè profligata, L. Sulla Felicis, vt dixi, cognomen sibi assumpsit, vt pulchrè Appianus & Plutarchus explicant. Ipse secedens extra vrbem, Senatui, vt interregem comitiorum habendorum caussa crearet, permisit. Creatus L. Valerius Flaccus, princeps, vt opinor, Senatus: ad quem cùm scripsisset Sulla, è rep. sibi videri Dictatorem dici, qui perturbatam remp. constitueret, & ipsum eam potestatem suscepturum esse aperte satis declarasset. L. Flaccus interrex legem tulit ad populum, vt L. Sulla Dictator esset, vitæ necisque ciuium potestatem haberet, donec rempublicam omnem in tranquillum statum reposuisset; vtique omnia quæcumque ipse statuisset, essent rata. Eaque lege summam illam potestatem per annos centum viginti intermissam reuocauit. De qua censuram suam Cicero liberè atque apertè interposuit Rulliana tertia, omnium legum iniquissimam, dissimillimamque legis esse dicens: Nam ceteris in ciuitatibus tyrannis institutis leges omnes extinguuntur; hic reip. tyrannum lege constituit. Et rursus de legibus libro primo: Nihilo, inquit, credo magis illa, quam interrex noster tulit, vt Dictator quem vellet ciuium indicta caussa impune posset occidere. L. Sulla igitur viginti quatuor fascibus & magno satellitum numero stipatus Romam rediit, pacis constituendæ, & belli gerendi rationem solus habens, statum reip. ex arbitrio suo ordinauit, quæ malis domesticis & temporibus coacta se totam ei tradidit, vt Verrina quinta Cicero ait; eamque in potestate sua solus Dictatoris titulo, sed regio cum imperio primus omnium Romanorum per biennium continuauit, magistro equitum sibi desumpto L. Valerio Flacco, vt tabulæ testantur Capitolinæ.

M. Cicero contra L. Flacci legem.

L. Sulla Dictator.

ANNI

ANNI P. R. C. DCLXXII.

Consules.

M. TVLLIVS. M. F. A. N. DECVLA. CN. cornelius * Cn. f. Cn. n * Dolabella.

ADFERVNT deinde Consules Cassiodorus & Marianus M. Tullium, Cn. Dolabellam; quos tabulæ Græcæ, & eæ, quas Cuspinianus citat, Deculam & Dolabellam nominant. Scribit Appianus, L. Sullam Dictatorem, vt pristina reip. forma videretur manere, populo permisisse, vt Consules aliosque vrbanos magistratus more suo crearet, qui prouincias consuetas sortirentur. Habitis autem comitiis, facti Consules M. Tullius & Cornelius Dolabella, qui more solito ex lege Sempronia, Italiam ac Macedoniam sortiti sunt prouincias: M. Deculæ Italia, Dolabellæ Macedonia (ex qua postea triumphauit) obuenere. Ipse tamen Dictator Consulibus more regio vbique prætuit, lictoribus XXIV. & frequenti satellitum numero stipatus. Comitiis iisdem Q. Lucretius Offella, qui Prænestinæ obsidioni præfuerat, cùm contra Sullæ voluntatem Consulatum peteret, iussu eius à centurione in foro occisus est. Quod cum indigne ferret populus Rom. concione vocata, se iussisse palàm dixit, centurioque captus vt dimitteretur, suasit, addens fabellam satis acerbam: Rusticus, inquit, cùm inter arandum moleste ferret, infestantes se pediculos, semel atque iterum opere intermisso, purgauit indumentum. Sed cum non cessarent molestare, ne totus interpellaretur, vestem cum pediculis omnibus in ignem coniecit. Hoc exemplo monitos volo victos, caueant, ne tertiæ culpæ extrema ignis pœna accedat. Meminit & Consulum huius anni Cicero de lege agraria oratione secunda, dicens M. Tullio, Cn. Dolabella Consulibus Senatus consulta facta fuisse de vendendis locis publicis in vrbe & Italia propter ærarij angustias. Gellius quoque lib. XV. cap. XXVIII. Ciceronem viginti sex annis natum, M. Tullio, Cn. Dolabella Coss. caussam priuatã egisse primam pro P. Quinctio tradit, Cornelium Nepotem redarguens & Fenestellam his verbis: Cornelius Nepos in primo librorum quos de vita Ciceronis composuit errasse videtur, cùm eum scripsit tres & viginti annos natum primam caussam iudicij publici egisse, Sextumq; Roscium paricidij reum defendisse. Dinumeratis quippe annis a Q. Cæpione & Q. Serrano, quibus Coss. ante diem III. Non. Ianuarij M. Cicero natus est, ad M. Tullium & Cn. Dolabellam, quibus Consulibus caussam priuatam pro Quinctio apud Aquillium Gallum iudicem dixit, sex & viginti anni reperiuntur. Neque dubium est, quin post annum quàm pro Quinctio dixerat, Sex. Roscium reum paricidij defenderit, annos iam septem & viginti natus, L. Sulla Felice & Q. Metello Pio Coss. In qua re etiam Fenestellam errasse Pædianus Asconius animaduertit, quòd eum scripserit sexto & vigesimo ætatis anno pro Sex. Roscio dixisse: sed hæc res etiamnum controuersa est, & à Sebastiano Corrado alijsque doctis diligenter examinata, quibus, omisso Gellio, visum antiquiores, Fenestellam & Quinctilianum sequi. Gellij nos errorem detegamus: sed priùs ostendere ex historia lubet, atque etiam ex Ciceronis ipsius verbis, eum non his Consulibus, sed sequentibus, Sex. Roscium defendisse. Nam in Bruto testatur, se tum primùm ad caussas & priuatas & publicas adire cœpisse, cùm iam resp. recuperata, leges & iudicia cõstituerentur, quod hoc primùm anno perfectum est à Sulla Dictatore, vt historiæ ipsius ordo declarat. Anni superioris enim extremo, nempe Kal. Nouemb. prælio ad portam Collinam vicit, posteà deditum Præneste est, & capta Norba, missusque in Siciliam Pompeius cum exercitu ad persequẽdum Carbonem Consulem. Quo demum occiso, acceptoq; victoriæ nuncio, Sulla se primùm Dictatorem, habitis per interregem comitiis, creari iussit, idque hauddubiò anni extremo ferè mense, comitiaque denuò deinde haberi permisit magistratuum huius anni: adeò vt duos illos vltimos eius anni mẽses, quibus tunc vrbe potiri incepit, non nisi in persequẽdis belli reliquiis, comitiis habendis, & proscriptione illa funesta, agrisq; diuidundis triuisse historia ipsa docet; hoc autẽ anno, rep. in suam potestatẽ omnino redacta, leges tulisse, iudiciaque cõstituisse. Quo tempore Cicero Rhetori, vt ipse tradit, Apollonio Moloni operã dedit, qui Dictatore Sulla legatus ad Senatum de Rhodiorum premijs venerat, simulq; ad caussas priuatas & publicas accedere cœpit. Igitur cùm iam priuatas aliquot hoc anno egisset, primã publicã pro Sex Roscio paricidij reo dixit anno sequenti. L. Sulla II. Q. Pio Consulibus, cùm iudicia Sullanis legibus constituta exerceri cœpissent, natus videlicet annos non viginti septem, vt malè

L. Sulla ad populum fabella, occiso Lucretio Offella.

Cicero priuatam pro P. Quinctio caussam priuatam egit.

A. Gellij error.

Pro Sex Roscio paricidij reo dixit Cic.

malè Gellius supputauit, sed viginti sex, vt rectè Quinctilianus annotauit, ageretque annum ætatis vigesimum septimum; viginti sex enim annos absoluit III. Non. Ian. L. Sulla II. & Q. Metello Coss. vt Fasti declarant; si III. Non. Ian. Serrano & Cæpione Coss. est natus, vt ipse Cicero, Plutarchus, & Gellius testantur. Nondum enim viginti septem annos natus dici poterat, si hos nondum absoluerat; sed tantùm XXVI. annos natus, quamdiu vigesimum septimum adhuc agebat. Itaque si Fenestella scripsit, vt idem Gellius asserit, Ciceronem sexto & vigesimo ætatis anno pro Sex. Roscio dixisse, non immeritò Asconius eum redarguit: viginti quinque enim annos tantùm natus erat, cùm ageret vigesimum sextum, nempe his Consulibus M. Tullio & Cn. Dolabella, quibus nondum ita erant constituta iudicia, vt ex legibus Sullanis exercerentur. Dixit igitur anno ætatis vigesimo septimo, iam natus viginti sex annos. Error similis est Gellij, qui scribit annos iam septem & viginti natum Ciceronem fuisse, cum Sex. Roscium defenderet L. Sulla II. & Q. Metello Coss. qui viginti sex tantum tum habebat, & agebat vigesimum septimum, velut ex iam dictis satis manifestum est. Sed hæc aliquantò diffusiùs probanda erant, cùm quia ad historiam huius anni pertinent, tum vt Lector intelligeret, nobis cum ipso Cicerone, Quinctiliano, & Asconio conuenire, certiorque nobis constaret deinde magistratuum ordo.

L. Sullæ initia Dictaturæ. L. Sulla Dictator reip. statum constituit ex arbitrio suo, legesque plurimas tulit, quas subiiciemus: magistratuum sacerdotumque numerum auxit, & Senatum cædibus exhaustum ex equestri ordine suppleuit, allectis in eum ordinem trecentis ex præcipuis equitum, tributis comitiis suffragia de vnoquoque colligens. Atque ex eo tempore Senatorum numerus amplior factus ad quingentos accessit, quod ipsum ex Ciceronis ad Atticum epistolis libri primi quibusdam percipimus. Insuper decem milia ex proscriptorum seruis, ætate & viribus præstantibus, libertate donauit, Corneliosque a suo nomine vocatos tribubus inseruit. Vrbes oppidaque plurima, quæ aduersam partem erant sequuta proscripsit: Spoletum, Interamnam, Præneste, Fluentiam, sub hasta vendidit; Samnium euertit; Nolam, Sulmonem, Volaterras armis subegit, ac diruit. Viginti quatuor legiones per Italiam in agros proscriptorum captos deduxit, & eos his diuitit. Liuius quadraginta septem legionibus agros diuisisse scribit; sed error fortè in numerorum notis est. Alexandrinis in Ægypto Regem dedit, quem illi decimo nono regni die in Gymnasio occiderunt. Vide hæc latiùs apud Appianum, Liuium, Plutarchum, Velleium, L. Florum, & alios.

Corneliæ leges à L. Sulla Dictatore latæ.

Corneliæ leges L. Sullæ Dictatoris.

I. De proscriptione. Legem primus de proscriptione tulit, Vti quos ipse proscripsisset, hostes populi Rom. essent, occiderenturque: itque qui proscriptum celassent, iuuassentve, pœna eadem esset: Appianus, Plutarchus, Velleius, Cicero Verrina tertia.

Vtique eorum bona a. d. Kal. Iun. veneant, qui proscripti essent, eorumque, qui ex aduersariorum præsidiis occisi essent: Cicero pro Sex. Roscio Amerino, sed dubitare videtur, Cornelia ne, an Valeria hæc lex sit appellanda. Si Valeria erit, L. Flacci magistri equitum fuisse dicendum erit. Leges enim de proscriptione primas initio Dictaturæ Sullanæ latas opinor vel ab ipso, vel eius magistro equitum L. Valerio Flacco, Sullæ mandato atque auspiciis: quo confestim aduersarios populi iussu damnaret, hostesque iudicaret.

Vtique proscriptorum liberi ad nullos magistratus honoresve admitterentur vmquam: Sallustius in Catilinaria, Velleius secundo. Abrogatam hanc posteà a C. Cæsare Dictatore fuisse, scribit Dio Cassius, vt suo loco adferemus. Inuidiosæ atque inhumanæ proculdubiò sunt hæ similesque leges, quibus innocentes puniuntur; sed habent excusationem suam ex temporum statu.

II. De Sacerdotiis. Legem de sacerdotiis tulit, Vti ius cooptandorum sacerdotum à populo ad conlegia rursus transferretur, lege Domitia antiquata, quæ per inuidiam latoris perlata fuerat. De qua re Pædianus in diuinationem Ciceronis ita: His decem, inquit, annis, victore Sulla, "
spoliatus est populus Rom. potestate Tribunitia, iudicandi iure, arbitrio creandorum "
sacerdotum. Ex quibus verbis item constat leges hasce non ante hunc annum esse latas, "
vt etiam ex Ciceronis actionibus est colligere, qui post decennium deinde, anno videlicet DCXXCIII. C. Verrem accusauit. Meminit legis item Dio lib. XXXVII.

Vtique Pontificum, Augurum, Decemvirumque collegia augerentur, & in singulis sacerdotes XV. essent: quantum ex Liuij XXCIX. & Halicarnassei Dionysij quarto colligere est.

Vtique de carminibus Sibyllinis, quæ ante biennium exusto Capitolio perierant, quindecimviri inquirerent, eaque Samo, Ilio, Erythris, atque per Africam, Siciliam, & Itali-

cas

eas colonias conquisita, & exscripta in libros redigerent, quantumque humana ope possent, vera à falsis discernerent: Tacitus lib. v.

Legem de magistratibus tulit: Ne quis Præturam ante Quæsturam peteret, néve Consulatum ante Præturam. Appianus ciuilium bellorum primo, & Cic. Philippica xi. meminit huius legis: Vopiscus (inquit) ex Ædilitate Consulatum petit, soluatur legibus. Et rectè. nam contra hanc legem Corneliam, quæ tum temporis adhuc durabat, post Ædilitatem omissa Prætura Consulatum appetebat Vopiscus. Id erat etiam cognomentum C. Iulij Cæsaris Strabonis, vt suprà diximus. *III. De Magistratibus.*

Vtique quis post Ædilitatem continuò Præturam, & post Præturam Consulatum petere posset. Itaque Appianus libri primi fine M. Crassum Prætorium post victoriam de gladiatoribus, non dimisso exercitu, mox ex lege Cornelia petiisse Consulatum scribit. Et Cicero Academicarum quæstionum quarto de L. Lucullo sic: Deinde absens factus Ædilis, continuò Prætor (licebat enim celeriùs legis beneficio) pòst in Africam, inde ad Consulatum.

Vtique quotannis viginti Quæstores partim populi suffragio, partim Consulum lectione crearentur. Meminit Tacitus Annalium xi. Pòst lege Sullæ, inquit, viginti creati supplendo Senatui, cui iudicia tradiderat. Ex quibus verbis fit verisimile, in eum maximè finem ampliasse Quæstorum collegium, vti vberior deinceps suppeteret iudicum è Senatu selectio. Nam e Senatu dicebantur esse non solum Patres conscripti, vel Senatores à Censoribus lecti in eum ordinem: sed etiam populi honoribus vsi, quibus in Senatum venire licebat, & sententiæ ius habebant, sicut ante demonstraui. Iam verò Quæstores hac lege partim populi suffragio, partim Consulum lectione creari solere, Tacitus indicare videtur, cùm subiicit eodem loco: Et quamquam equites recuperauissent, Quæstura tamen ex dignitate candidatorum, aut facilitate tribuentium gratuitò concedebatur, donec sententia Dolabellæ velut venumdaretur. Hæc Tacitus, qui profectò dixisset, populi, non tribuentium facilitate, si solus populus Quæsturam tunc dedisset. Item Cicero aliquanto apertiùs idem ostendere videtur: Quæro abs te (inquit ad Vatinium) tenéasne memoria, cùm P. Sestius Quæstor sit cunctis suffragiis factus; tunc te vix, inuitis omnibus, non populi, sed Consulis beneficio extremum adhæsisse. Quę verba docent, vno Quæstore populi suffragiis creato, alterum mox renuntiatione Consulis è turba candidatorum adiici potuisse, atque alternatim vsque ad extremum. Quod idcircò fortassis instituit, ne nimis diu extraherentur comitia in tanto Quæstorum numero, de viginti personis singulatim suffragia colligendo. *Quæstorum Collegium ampliatum.*

Ne quis Tribunatum plebis nisi Senator peteret, Vtiq; qui eum magistratum gessisset, huic ad magistratus alios maiores aditus non esset. Ne Tribunis plebis concionãdi, ferendarúmve legũ ius esset: néve prouocantibus auxiliũ ferre possent, nisi iuratis, quod æquo aliàs iure vti non possent. Itaque hac lege Sulla Tribunitiam potestatem velut seditionis facem tantùm non prorsus extinxit, cui nihil præter auxilij lationem reliquit, velut Cicero de legibus tertio testatur. Verum Sulla mortuo, magistratuum ius his restituit C. Cotta Consul, & posteà prouocationem liberam Pompeius Magnus, vt tum dicemus. Meminere legis Appianus, Liuius, Velleius, & Cicero variis locis. Appianus autem de primo capite dubitare videtur, an Sulla sit eius auctor. Attamẽ Senatores Cæsarum tempore fuisse, qui Tribunatũ plebis petere debebant, ex Suetonio colligimus, cùm ita in Augusto scribat: Comitiis Tribunitiis, si candidati Senatores deessent, ex equitibus Romanis creauit. *Tribunatus plebis.*

Vtique Prætores octo quotannis crearentur, qui ius in vrbe dicerent, ex iisque sex ad minus quæstiones publicas exercerent, prouinciasque deinde sortirentur. Pomponius in lege secunda de origine iuris L. Sullam legibus suis adauxisse etiam quæstiones perpetuas, vt de crimine inter sicarios, de falso, de parricidio, de veneficio, de iniuriis, de vi publica, è quibus ordinariè, vel extra ordinem eas quotannis sortirentur, quas Senatus exercendas censuisset. Quantum tamen ex ipsa sequente historia & Cicerone colligere est, non quatuor, sed duos dumtaxat adiecisse Prætores Sulla videtur. Nam octo tantùm fuisse vsque Cæsaris monarchiam, nos sæpè demonstrabimus, & pulchre etiam declarat Onufrius Panuinus in Fastorum commentariis suis. *Prætores.*

Ne quis Consulatum nisi decennio interposito repeteret: Appianus libro primo. Et hæc antiqua lex annalis fuerat, quæ iubebat neminem Consulem iterùm nisi post decennium fieri. Eamque verò C. Marius, aliique tam sæpe intregerant, vt penitus obliterata videretur. Itaque restituit hanc legem Sulla, iam (vt puto) Cos. iterùm factus: alioquin mox ipse in legem suam peccasset, nõdum expleto post primum Consulatum decenniò. *Consulatus.*

Legem de iudiciis tulit, Vti iudicia penes Senatores, quique in Senatu sententiæ dicendæ ius haberent, essent: Tacitus Annalium libro xi. & Cicero in Cluentiana, docens, lege *IV. De Iudiciis.*

de

de falso Cornelia non teneri alios, quàm quibus iudicia L. Sulla commiserat. Cluentius » eques Rom. inquit, caussam dicit, qua lege Senatores & ij qui magistratum habuerunt, » soli tenentur. Pædianus in argumento primæ actionis Verrinarum (quas Cicero dixit » Ædilis designatus anno vrbis DCXXCIII. quo denuò lex ista mutata est) affirmat decem fere tunc annos iudicia penes Senatum fuisse. Agitur, inquit, caussa Senatoriis iudiciis in » inuidia apud populum constitutis corruptione multorum, vexatis prouinciis omnibus, » ac sociis populi Rom. fessis toto orbe terrarum, accusatoribus præuaricatione infamibus; » flagitante plebe iudicia equestris ordinis, quæ fere ante annos decem victor Sulla sustulerat. » Ex quibus Pædiani verbis liquidè apparet, iudicia Senatoria in annum sequentem exerceri cœpisse.

Verrinæ quando à Cic. habitæ.

Vtique ex iudicibus selectis nemini amplius quàm trium iudicum reijciundi potestas esset. Nam ita Cicero ad iudices Senatores Verrina quarta, vbi populum Romanum Verri similes iudices non diutiùs laturum dicit: Habeatis sane vobiscum, inquit, istum Sena- » torem, istum de vobis iudicem, si vultis, habeatis. De se homines, si qui extra istum ordi- » nem sunt (quibus ne reijciundi quidem amplius quàm trium iudicum præclaræ leges » Corneliæ faciunt potestatem) hunc hominem tam crudelem, tam sceleratum nolunt iu- » dicare. Præclaras has leges Cornelias per ironiam vocat; quippe quæ tum, cùm illa dice- » bat, in maxima erant inuidia. Nam illa lex de Senatoriis iudicibus eodem anno mutata est; hanc verò de reijciendis iudicibus posteà sustulisse P. Vatinium autumo, vt suo loco dicemus.

Vtique ex rei hominis voluntate clàm vel palàm sententiam ferrent iudices. Meminit Cicero in Cluentiana his verbis, vbi de iudicio Oppianici: Cum in consilium iri opor- „ teret, quæsiuit ab reo C. Iunius quæsitor ex lege illa Cornelia, quæ tum erat, clàm an pa- „ làm de se sententiam ferri vellet: de Oppianici sententia responsum est, quòd his Habiti „ familiarem Iunium esse dicebat, clam velle ferri. Ex qua quærendi formula, quam hic ex „ Cicerone adduxi, colligimus quoque abrogatam eam legem tum fuisse, cùm hæc Cicero diceret: Ex lege, inquit, Cornelia quæ tum erat, nempe, cum Oppianicus reus esset, hoc » est anno vrbis DCLXXIX. octennio antequam Cluentium defenderet Cicero Prætor an- » no vrbis DCXXCVII. Itaque sublatam hanc legem conijcio lege Aurelia iudiciaria, quæ quadriennio antè lata fuerat, quàm Cicero Prætor orationem illam pro Cluentio diceret, anno vrbis scilicet DCXXCIII.

Lex de maiestate.

Legem de maiestate retulit: Ne quis magistratus exire de prouincia, educere exercitum, bellum sua sponte gerere, in regnum externum accedere iniussu populi Rom. Senatúsve posset. Cicero in Pisonem scribens, idem anteà veteribus legibus, & posteà lege Iulia de repetundis prohibitum fuisse dicit. Meminit & legis huius Corneliæ Pædianus in Cornelianam.

De corruptis iudiciis lex.

Legem de falso tulit, ac primùm de corruptis iudiciis inquirundis, Vti de eius capite quæreretur, qui Tribunus militum e legionibus quatuor primis, queive Quæstor, Tribunus plebis, Ædilis, Prætor, Consul, Censor; queive eos magistratus habuerit, queive in Senatu sententiam dixit, dixeritve, Quei eorum coit, coierit, conuenit, cōuenerit, consensit, consenserit, falsúmve testimonium dixerit, quo queis iudicio publico circumueniretur, condemnaretúrve. Verba legis ex Ciceronis Cluentiana decerpsimus; vbi probat, non alligari hac lege vniuersos mortales, quemadmodum ea de veneficiis, quæ sequetur, sed eos dumtaxat, qui in lege hac nominantur, & quibus iudicia publica credebantur.

Vtique de eius capite quæreretur, qui in testamento, aliόve scripto, aliáve qua re falsum dolo malo fecit feceritve, circumueniendi alterius caussa. Vtique testamenta in ciuitate facta eorum etiam, qui in hostium potestatem peruenissent, atque in hostico decessissent, rata permanerent, in quibus heres in hostico susceptus non nominatus esset. Hanc legem testamentariam appellant Cicero Verrina tertia, & Vlpianus in lege Annonam, Digestorum libro XLVIII. de extraordinariis criminibus scribens, D. Traianum statuisse edicto pœnam falsi legis Corneliæ in eos, qui annonam stateris adulterinis onerant: perinde ac si lege testamentaria, quòd testamentum falsum scripsisset, signasset, recitasset, damnatus esset. Et D. Hadrianum eum qui falsas mensuras habuisset, in insulam relegasse constat. Vide, quæ Iulianus Digestorum XXVIII. titulo primo.

Cornelia lex, de falsis ponderibus.

Vtique de eius capite quæreretur, quei priuatus pecuniam publicā, queive in auro, argēto, ære fraudem, vitiúmve fecit, feceritve, circumueniendi alterius caussa. Meminit legis item Plinius lib. XXXIII. cap. IX. cuius verba sunt hæc: Miscuit Antonius III. vir ferrū, alios » è pondere subtraxisse tradit ibidē: quamuis lege Cornelia cautum fuisset, vt qui in aurum » vitij quid addidisset, quiq; argēteos nummos adulterinos cōflasset, falsi crimine teneretur. » Sic Fuluius Vrsinus in prefatione sui libri de familiis Romanis. Non tamē dictę Cornelię

legis

legis mentionem apud Plinium inuenio. Nummariam legem hanc appellat Cicero Verrina tertia, & meminit Pædianus. Sed vide Vlpianum & Modestinum Digestorum libro XLVIII. tit. x. ad legem Corneliam de falsis.

Legem de sicariis & veneficeis tulit, Vti de eius capite quæreretur, quei hominem occiderit, cuiusve dolo malo incendium factum fuerit: queive hominis occidendi, furtive faciundi caussa cum telo fuerit: queive hominem libidinis, vel promercij caussa castrauerit. De qua lege multa Iurisconsulti tit. octauo libro Digestorum XLVIII. Atque hanc *Cornelia lex de sicariis & veneficiis.*
» intelligit Seneca de Prouidentia cap. III. cum dicit: Quid ergo? felix est L. Sulla, quòd
» illi descendenti ad forum gladio summouetur? quòd capita Consularium virorum pati-
» tur ostendi? & pretium cædis per Quæstorem ac tabulas publicas numerat? Et hæc om-
» nia facit ille, qui legem Corneliam tulit. Atqui Sulla Dictator eos qui proscriptos occidissent, eaque de caussa pecuniam ex ærario accepissent, à pœna legis exceperat: quos tamen C. Cæsar posteà quæsitor factus inter sicarios habuit, vt suo loco dicemus. Rursùm in ludo de morte Claudij Cæsaris Seneca huius legis mentionem facit his verbis, ex antiquo
» codice S. Amandi correctis atque suppletis: Et agmine facto Claudio occurrunt. Quos
» cùm vidisset Claudius, exclamat: Quomodo vos huc venistis? ΠΑΝΤΑ ΦΙΛΩΝ * ΤΙΑΡΗ. ** ΠΑCIC melius fortè.*
» Tum Pedo Pompeius: Quid dicis homo crudelissime? Quæris quomodo: Quis enim *Gener Claudij fuit, Pompeius Pedo, magnus semper apud Claudium, & re & nomine.*
» nos alius huc misit, quàm tu omnium amicorum interfector? In ius eamus: ego tibi hic
» sellas ostendam. Ducit illum ante tribunal Æaci. Is lege Cornelia, quæ de sicariis lata est,
» quærebat: postulat nomen eius recipi, ac edit subscriptionem: Occisos Senatores XXX.
» equites Romanos CCCXV. atque plures, ceteros CCXXI. Ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε.

Vtique de eius capite quæreretur, quei hominis necandi caussa venenum malum parauerit, habuerit, vendideritve; queive partui, pudicitiæve alterius vim intulerit. Meminere legis Cicero in Cluentiana, & Seneca Declamationum libro tertio.

Legem de iniuriis tulit, Vti quæreretur de eo, qui quempiam pulsauerit, verberauerit, domumque alterius per vim introierit. Iniuriarum actiones itaque tam publicæ, quàm priuatæ nascuntur ex hac lege Cornelia, quam abunde declarant Vlpianus & alij Digestorum lib. XLVII. tit. x. Iustinianus Institut. lib. IIII. tit. IIII. *Lex Cornelia de iniuriis.*

Legem de repetundis, priori haud adeò dissimilem, promulgauit, nisi quòd in repetundis comperendinationem lege Acilia sublatam restituerit, grauioresque pœnas adhibuerit: quemadmodum ex Tullij Verrinis & Pædiano pulchre ostendit Paullus Manutius in libro de legibus. Corneliæ de maiestate meminit. Ex his igitur L. Sullæ Dictatoris legibus constituta in posterum iudicia publica sunt, ampliatoque Prætorum collegio factum, vt seni quotannis Prætores quæstiones perpetuas publicorum criminum sortirentur, atque secundum leges exercerent, veteribusque quatuor quæsitorum tribunalibus duo noua adiungerentur, ad quæ iudicia vel de falso, vel de sicariis, vel de iniuriis, aliisve criminibus pro reorum copia agerentur, vt ex sequentibus fiet manifestum. Sed lubet hoc loco adducere Ciceronis verba ex libro de natura deorum tertio, vbi *Corn. lex de repetundis.*
» recenset varia iudicia, quibus feruebat forum Romanum suo tempore: Tum hæc (inquit)
» quotidiana, sicæ, venena, peculatus, testamentorum etiam lege noua quæstiones. Inde
» illa actio, ope, consilioque tuo furtum aio factum esse. Inde tot iudicia de fide mala,
» tutelæ, mandati, pro socio, fiduciæ, reliqua quæ ex empto, aut vendito, aut conducto,
» aut locato contra fidem fiunt. Inde iudicium publicum rei priuatæ lege Lætoria, inde
» euerriculum malitiarum omnium iudicium de dolo malo, quod C. Aquillius familiaris
» noster protulit. Et quidem hæc post Præturam suam Cicero, quam cum C. Aquillio post annos quindecim gessit, vt suo loco patebit: cuius hic adducta verba nobis actionum forensium eius temporis maiorem partem repræsentant. Et iuris priuati quidem, actiones furti, & quas de fide mala appellat: vt tutelæ, mandati, pro socio, fiduciæ, & reliquas, quę ex empto, aut vendito, aut conducto, aut locato contra fidem inter priuatos plerumque fiunt. Iuris autem publici actiones fuere, sicæ, venenorum, peculatus, & testamentariæ: lege noua Cornelia de falso quæstiones: quas cùm quotidianas appellat Cicero, ex his maximè, aliisque prioribus perpetuarum quæstionum sortes Prætorias quotannis constitui solere, fit verisimile. Atqui iudicium de dolo malo, quod C. Aquillius Gallus pòst in vsum protulit, partim iuris priuati esse opinor, partim publici ex lege Cornelia de falso: non tamen inter quæstiones perpetuas numerandum videtur, quamdiu exemplum non reperimus, quod inter sortes Prætorias fuerit: vt nec illud iudicium publicum rei priuatę lege Lætoria, quod aliquando constitutum fuisse extra ordinem, non dubium est, vt illud de incestu rogatione Pæduceia.

Legem sumptuariam tulit, Vti Kalendis, Idibus, Nonis, diebusque ludorum, & feriis quibusdam solemnibus sestertios tricenos in cœnam insumere, ius potestasque esset: *Lex Cornelia sumptuaria.*

auctor

auctor Gellius libro 11. cap. XXIV. Vtique funebres epulæ & impensæ non minùs coërcerentur. Plutarchus Sullam ipsum scribit legis suæ de cœnarum tenuitate ac parsimonia modum excessisse, cùm Herculi fortunarum suarum decumam Romæ ex voto solueret, & prandia in semitis populo vsqueadeò sumptuosa præberet, vt plurima ciborum omnis generis fercula in Tiberim proiicerentur. Et postea quoque mortua inter eas crapulas Metella vxore, non cessauit continuo luxu conuiuiorum mœrorem inter epulas abstergere; vt legem quoque, qua funebres definit expensas, omnino sit transgressus. Macrobius libro Saturnalium tertio longe aliter de Cornelia lege sumptuaria censet, non in ea modum gulæ factum, magnificentiamve conuiuiorum prohibitam fuisse dicens: Verùm minora edulijs pretia imposita. Et quibus, inquit, rebus? Dij boni, quamque „ exquisitis, & pæne incognitis generibus deliciarum? Quos illic pisces, quas offulas no- „ minat? & tamen pretia illis minora constituit. Ex cuius Macrobij verbis apparet, caput „ hoc, in quo pretia rebus vilia constituit, legi huic Corneliæ deesse: quod in eum maximè finem adiectum legi fuisse existimo, vt lex obseruatu facilior esset, delicijs istis in foro venalium propter vilitatem non comparentibus; spe lucri præcisa obsoniorum opiparorum artificibus conquisitoribusque.

Lex Cornelia de Prouincijs. Legem de prouincieis tulit, Vti ex lege Sempronia Senatus prouincias quotannis constitueret, & quibus post magistratum ex S.C. imperium prorogatum esset, illud non minore iure, quàm Procoss. donec in vrbem reuertissent, haberent; etiamsi lege curiata illud non obtinuissent. Cicero ad P. Lentulum, qui Ciliciam Procos. obtinebat, scribens epistola IX. Familiarium primo: Appius dixit etiam, inquit, in Senatu palàm, sese, si licitum „ esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega prouinciam: si curiata lex non „ esset, se comparaturum cum collega, tibique successurum. Legem curiatam Consuli ferre „ opus esse, necesse non esse. Se, quoniam ex S. C. prouinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in vrbem introisset. Iam ab initio reip. Romanæ imperium magistratibus in prouinciam ituris dare solet populus seorsim lege curiata, quam soli ferebant Consules, sine qua magistratibus nullum erat imperium. Senatui verò Sulla Dictator tantum adiecit auctoritatis ampliùs, vt qui post magistratum ex S.C. prouinciam haberet, etiam sine lege curiata imperium obtineret, donec in vrbem redisset. Nam anteà prorogari quotannis imperium his debebat. Qua item lege quid honoris ampliùs accedebat magistratibus, quibus Senatus constituisset vel prorogasset prouinciam atque imperium; vt indifferenter Procoss. appellarentur, quamuis Prætorium dumtaxat imperium haberent, id quod ex sequenti historia obseruare est.

Ne quis cum imperio in prouincia existens, successore adueniente, vltra trigesimum diem in eadem permaneret. Docet hoc Cicero ad Appium scribens, cui in Cilicia prouincia succedere debebat. Sed eò, inquit, discessisti, quò ego te ne persequi quidem pos- „ sem triginta diebus, qui tibi ad discedendum lege, vt opinor, Cornelia constituti essent. „ Et posteà, his item verbis: Vt habere rationem possis, quo loco me, salua lege Cornelia, „ conuenias. Ego in prouinciam veni pridie Kal. Sextiles, iter in Ciliciam facio per Cap- „ padociam, &c. Hæc in epistola sexta libro Familiarium tertio.

Lex Cornelia de Legatis prouinciarũ. Vtique legatis prouincialium magistratuum decessuris in sumptus factos non ampliùs decernerent ciuitates, quàm lege a se constitutum esset. Cicero ad Appium eodem Familiarium libro epist. X. Ad me adire quosdam memini, qui dicerent, nimis magnos „ sumptus legatis decerni: quibus ego non tam imperaui quàm censui, sumptus legatis „ quàm maxime ad legem Corneliam decernendos. Atque in eo ipso me non perseue- „ rasse, testes sunt rationes ciuitatum, in quibus, quantum quæque voluit, legatis tuis da- „ tum induxit. „

Lex Cornelia de Quæstorijs prouincijs. Legem de Quæstoriis prouinciis etiam tulisse, opinamur omnino, cùm numerum Quæstorum ampliauerit. Sed quænam illæ fuerint, in obscuro manet, cum earum vix vllam mentionem apud Auctores reperire hactenus potuerim, quàm quæ anteà ex Cornelio Tacito de Quæstoriis prouinciis adduxi. Ex sequenti autem historia colligimus, quotannis mutatas fuisse Quæstorias prouincias, vt prius ordinatum fuisse constat. Nam qui cum Procoss. Proprætoribúsve suis vltra annum morabantur in prouinciis, legationis potiùs, quàm Quæstorio titulo mansisse videtur, vt & antiqua docent numismata, suis locis adferenda. *In Sicilia Prouinciæ duæ.* Ceterum in Sicilia duas priùs ordinatas ipsum autumo lege sua confirmasse, Suracusanam scilicet & Lilubetanam, sicut nobis palàm fit ex Cicerone & Pædiano. An verò in Sardinia & Africa fecerit idem propter adiunctas prouincias, adhuc nobis est incompertum. In Corsica quidem, quæ sub Sardinia semper fuerat, à L. Sulla *Aleria colonia in Corsica.* Dictatore Aleriam coloniam esse deductam, Plinius auctor est libro tertio. Vnde mihi suspicio est, in ea insula ipsum quoque Quæstorem nouum posuisse. Nam vini, mellis ac

ceræ feracissima est. In Libya quidem frumenti abundantissima, quæ sub Africæ erat Prætore, Adrumeti Quæstorem fuisse posteà, docet Tacitus. Nos tamen nihil certi in his statuere volumus, sed vt suppleremus quotannis Quæstorias prouincias, nuda sæpè nomina exempli caussa adiungere coacti sumus.

Legem denique agrariam tulit, qua Volaterranorum, Fesulanorum in Etruria, aliorumque perduellium agros in Gallia, Vmbria, Latio, Campania, Samnio, aliisque per Italiam regionibus publicauit, atque legionibus suis diuisit. Cuius legis frequens est mentio in orationibus Ciceronis, pro Sex. Roscio, & contra Rullum. *Lex Cornelia agraria.*

Prætores.

Cn. Cornelius * L. f. L. n * Dolabella. Vrbanam. iurisdictionem. sortitus. obtinuit. Postulante Sex. Næuio, vt P. Quinctius iudicatum solui satisdet, quòd eius bona ex edicto Prætoris Burrieni xxx. dies Romæ possessa essent; Quinctium aut satisdare, aut sponsionem facere iubet. Quinctius sponsionem facere maluit, & C. Aquillium iudicem sumpsit. Hæc ex oratione Ciceronis pro P. Quinctio habemus, cuius caussam, post alias quasdam priuatas huius anni extremo defendit; antequam Sex. Roscij publicam primam dixerit anno sequéti, vt etiam Gellius testatur libro xv. cap. xxvii. necnon ex Ciceronis ipsius verbis cum in Bruto, tum in eadem pro Quinctio oratione facilè demonstrari potest. Nam in Bruto dicit, se post aliquot priuatas caussas primam publicam pro Sex. Roscio dixisse; atque hoc anno Quinctium defendisse, ex ipso caussæ statu & argumento cognoscimus. Vt enim refert Cicero, ante diem IIII. Kal. Februarias in Galliam proficiscitur Quinctius L. Scipione, C. Norbano Coss. eiusque bona absentis, postulante Næuio aduersario, quasi vadimonium deseruisset, ex edicto Prætoris P. Burrieni proscribuntur. Redit Romam Quinctius ante Idus Septembris, vt ab auxilio venientibus absenti Tribunis erat ordinatum, & vadimonium sistit. Næuius deinde annum & sex menses nihil petit, quiescit, & conditionibus Quinctium, quoad potest, producit. Ita iacet, vt ait postea, res in controuersiis, Næuio calumniante, biennium. Quod si ita est, vt Tullius illic affirmat, profectò non ante Kal. Septembres huius anni apud C. Aquillium iudicem defendere caussam Quinctij potuit. Neque hanc primam fuisse inter priuatas, ipse in eadem oratione ostendit his verbis: » Quod mihi consueuit » in ceteris caussis esse adiumento, id quoque in hac caussa deficit. Iam verò Cn. Dolabellam hoc anno Prætorem fuisse, constabit ex sequentibus. Nam anno Ciliciam prouinciam obtinuit, ex qua reuersus deinde repetundarum reus est à M. Scauro factus, & damnatus, vt suis locis demonstrabo. Meminit & huius Prætoris Cicero in oratione » pro Cornelio, cuius verba citat hæc Pædianus: Non Cn. Dolabella C. Volcatium hone» stissimum virum communi & quotidiano iure priuasset. *Ciceronis Oratio pro P. Quinctio quando habita.*

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Peregrinam. iurisdictionem.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

// // // f. // n. //

Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuêre.

Sex. Nonius // f. // n. Suffenas. L. Sullæ Dictatoris sororis filium Plutarchus fuisse scribit, & repulsam in magistratus cuiusdam petitione passum, Sulla Consule, præter omnium exspectationem, cum ille C. Mario pulso ciuitatem armis occupasset; quod in petitione Ædilitatis contigisse suspicor: atque posteà vel cum auunculo Sulla in Asiam profectum, vel per bella ciuilia latuisse ad hunc annum vsque, aduersa factione vrbem obtinente. Hoc demum anno recuperata per Sullam republica Prætorem factum, atque præsedisse ludis, quos Sulla de Mithridate per biduum triumphans fecit maximis sumptibus, vt testantur denarij argentei pulcherrimi in eius rei memoriam, eumque finem cusi, vt donatiua congiariaque largiri hisce posset. Videtur autem in his Victoria palmam tenens, & Romam spoliis hostium insidentem coronans, circumscriptis litteris, SEX. NONI. PR. L. V. P. F. Quas interpretor, Sex. Nonius Pr. ludos Victoriæ primus fecit. Ab altero latere Vulcani caput est cum fabrilibus instrumentis, marculo & vecte, quæ monetariorum nota est, & reliquum tituli adiungitur, SVFENAS. S. C. Nummi picturam Lector videre poteris apud Fuluium Vrsinum in eius familiis.

* M * Minacius Magius // f. // nepos. * C * Minacius Magius // f. // nepos. Abaui materni, vt antè diximus, P. Velleij Paterculi, cuius adhuc extat historia, quos scri- *P. Velleij Paterculi historici atauus.*

bit, ob patris Minacij Magij bello sociali erga Romanos benemerita simul Prætores (quo tempore adhuc seni creabantur) fuisse populi Rom. gratitudine factos. Quod si ita est, singulari extra ordinem populi Sullæque Dictatoris fauore hoc factum fuisse videtur, cùm priùs minores magistratus nullos gessisse reperimus. nec citiùs ad Præturam peruenire potuerunt, cùm ipsi cum patre primùm ante nouennium ciuitate sint donati: nec tardiùs, cùm anno sequenti incœperint octo Prætores creari.

L. Domitius * L. f. L. n * Ahenobarbus * M. Æmilius Q. f. M. n. Lepidus.

Prætores prouinciarum.

// // // f. // n. // Italiam. // // // f. // n. // Præneste
// // // f. // n. // nullam. // // // f. // n. // Achaiam
// // // f. // n. // Macedoniam. // // // f. // n. // Asiam
C * Iunius * //. f. n. Norbanus. Q. Lucretius //. f. //. n. Offella.
Q. Valerius //. f. //. n. Soranus. Q. Lutatius Q. f. Q. n. Catulus
C. Sentius //. f. //. n. Saturninus. L. Licinius P. f * P. n * Murena
Prouincias. obtinuêre.

Tribuni plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
C. Licinius * C. f. C. n * Sacerdos. M. Cæsius * M. f. C * nepos.
M. Octauius //. f. //. n. Ligur. L. Octauius //. f. //. n. Ligur.

Duo fratres honoribus haud dubiè functi, quibus hereditatem abiudicauit C. Verres Prætor an. DCLXXXIII. vt Cicero multis actione tertia in Verrem.

L. Octauius //. f. //. n. Balbus. C. Gallius //. f. //. n. Lupercus.
M. Canuleius //. f. //. n. Diues. C. Flauius //. f. //. n. Fimbria.
M. Iunius * M. f. C. n. Silanus * C. Thorius //. f. //. n. Marinus.

Et hic Marinus Senatorius erat iudex posteà admodum infamis, vt tum suo loco dicam.

Ædiles curules.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
L. Manlius //. f. //. n * Torquatus * Ap. Claudius Ap. f. Ap. n. Pulcher.

Ædiles plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
M. Iunius * M. f. D. n * Brutus. C. Cassius L. f * C. n * Varus.

Quæstores. vrbani. duo.

// // // f. // n. // Vrbanam. // // // f. // n. // Vrbanam.
P. Cornelius P. f. P. n. Lentulus. Sura. L. Valerius //. f. //. n. Triarius.

P. Lentulus Sura. Ad quos vrbanos Quæstores C. Verres hoc anno rationes Quæsturæ suæ Gallicæ rettulit, cum deserto Carbone Consule suo, repentè ex Mariano Sullanus anno superiore factus esset, sic pluribus verbis declarat Verrina tertia Cicero. De hac P. Lentuli Suræ Quæstura pulchrè item Plutarchus in Cicerone. *Vnde Sura cognomentum adhæsit.* Refert enim, P. Lentulum, L. Sulla Dictatore Quæstorem fuisse, publicamque pecuniam dilapidasse grauiter: cuius cùm Sullæ iussu rationem reddere in Senatu cogeretur, ita respondisse ridiculè: Rationes non reddere, sed suram præbere possum, vt pueri solent, qui in ludo sphæræ peccassent. Ob illudque deinceps Suræ cognomen illi inditum fuisse scribit. Nos tamen illud cognomen & anteà reperimus. Fuit autem nepos P. Lentuli principis Senatus, Appiano, Sallustio, & Cicerone testibus, sed degener; nam Consularis posteà Senatu motus est, & in secunda Prætura ob coniura-

coniurationem Catilinariam in carcere strangulatus à Cicerone Consule. De L. Triario Ciceronem in Bruto loqui existimo, cum dicit: Me quidem delectabat etiam Triarij in illa ætate plena litteratæ senectutis oratio: quanta seueritas in vultu? quantum pondus in verbis? quam nihil non consideratum exibat ex ore! Hunc militasse deinde in Sardinia contra M. Lepidum, & deinde legatum fuisse L. Luculli in Asia, docet Pædianus in argumento Scaurianæ orationis. Item Appianus & Plutarchus mentionem faciunt, sed in Liuio perperàm C. Triarius appellatur lib. XCVIII. *L. Val. Triarius.*

Cn. Sicinius * Cn. f. Q. * nepos. Homo impurus, sed admodum ridiculus; alius in eo oratoris simile quidquam, vt ait Tullius in Bruto. Meminit illius & Plutarchus in Crasso. Tribunus plebis deinde factus magnas in vrbe seditiones excitauit, verùm mox in ipso magistratu suo meritas pœnas dedit, vt ex sequentibus patebit.

L. Albius Sex. f. / . n. Carrinas. Male Quirinas in vulgatis Ciceronis pro P. Quinctio, vbi hominem in primis honestum vocat, qui cum P. Quinctio socius in Galliis negotiabatur.

Q. Cornificius * L. f. Q. * nepos. Qui posteà Consulatum cum Cicerone petiit, vt ipse Cicero ad Atticum epistola prima. Pædianus in argumento orationis habitæ in toga candida, & Q. Tullius Ciceronis frater de petitione Consulatus.

C. Popillius * P. f. C. n. Lænas * Senatorem appellat Cicero Verrina secunda, & peculatus posteà damnatum dicit. Idem opinor, qui Præfectus classis bello Mithridatico fuerat, vt auctor Appianus in Mithridatica. Hunc item Cicero in Balbiana clarissimum & amplissimum virum vocat, atque in exilium iusse Nuceriam.

M. Licinius P. f. M. n. Crassus. Cuius vitam describit Plutarchus, & apud alios frequens est mentio, & in meis Annalibus item, vt de eo hic multa dicere, non sit operæ pretium.

L. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus. L. Metelli Diademati filius, qui per magistratuum gradus ad Consulatum peruenit, sed antequam iniret, mortuus est.

Prouinciæ. prolatæ.

L. Marcius Q. f. Q. n. Philippus. Procos. Sardiniam, Q. Antonio pulso, in aduentum successoris obtinuit: Liuius LXXXVI.

M. Æmilius Q. f. M. n. Lepidus. Pr. Siciliam. sortitus. obtinuit. Prouinciam auarè & crudeliter administrasse videtur, quantum ex Ciceronis verbis colligere est, qui actione in Verrem quarta de Siculis ita: Magistratuum autem nostrorũ iniurias ita multorum tulerunt; vt numquam ante hoc tempus ad aram legum, præsidiumq; vestrum publico concilio confugerent: tametsi & illum annum pertulerant, qui sic eos afflixerat, vt salui esse non possent, nisi C. Marcellus quasi aliquo fato venisset. Per annum illum, Præturam M. Lepidi, Pædiano teste, intelligit, in qua hoc vel anno sequenti prouinciam vexauit, per auaritiam & crudelitatem, vnde posteà reus est factus.

C. Annius T. f. T. Luscus. Pr. Hispaniam. vtramque. Proconsulari. cum. imperio. obtinuit. A L. Sulla Dictatore missus cum magno exercitu contra Sertorium proscriptum, qui ingens bellum in Hispania moliebatur, & Pyrenæos montes cum sex armatorum milibus occupauerat. Quorum ducem Salinatorem C. Annius per dolum occidi curauit, depulsoque præsidio, transgressus in Hispaniam, Q. Sertorium viribus imparem cum suis fugere in Mauritaniam coëgit: auctor est Plutarchus in Sertorio. C. Annius hic PROCOS. nominatur in denariis argenteis: vnde discimus per Quæstorum duorum nomina, Hispaniam vtramque C. Annium obtinuisse; in quibus Quæstorum alter, L. FABI. L. F. HISP. in altero legitur, C. TARQVITI. P. F. Et sunt eiusdem formæ: nam in vna parte habent Monetæ vel Astrææ deæ caput diadematum cum bilance & caduceo: Iustitiam rerum reginam esse significans. In altera vero parte Victoria cum palmæ ramo videtur. In vtrisque Q. littera, Quæstoris extat nota: Proconsulis autem titulus sic in vtrisque legitur, C. ANNI. T. F. T. N. PROCOS. EX. S. C.

M. Minucius //. f. / . n. Thermus. Pr. extra ordinem à L. Sulla Dictatore in Asiam missus, vt L. Murenæ quem reuocauerat, succederet. In cuius Prætoris contubernio C. Cæsar, qui posteà Dictator fuit & Monarcha, prima stipendia fecit iam annorum nouemdecim, missusq; à Prætore ad classem accersendam, desedit illic non sine infamia prostitutæ Regi pudicitiæ: à Thermo tamen Prætore posteà in expugnatione Mitulenarum (quæ sola ciuitas in Asia post victum Mithridatem arma retinebat) ob fortitudinem ciuica donatus est. Mitulenas verò diu obsessas à L. Lucullo Procos. post Volaterras in

Italia captas sequenti demum anno expugnatas ac dirutas fuisse, Liuiana Epitome libri XXCIX. etiam indicat.

// . // . // . f. // . n. // . Achaiam. // . // . // . f. // . n. // . Galliam. Narb.
// . // . // . f. // . n. // . Illuricum. // . // . // . f. // . n. // . Gall. Cisalpinam
Prætores. prolato. sibi. imp. obtinuêre.

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

L. Manlius // . f. // . n. Torquatus. L. Sullæ. Dict. in Italia. Cuius extat nummus cum triumpho Sullæ.

// . // . // . f. // . n. // . M. Lepidi. Pr. in Sicilia.

Sardinia & Africa extraordinariis ducibus subiectæ, Quæstores hoc anno ab vrbe non videntur accepisse.

* Lucerinus * Gallicus. Calenus.

L. Cornelius L. f. P. n. SulLA. FELIX. DICT. A. DCLXXII.
de. rege. Mithridate. ex. Asia. per. biduum. IV. III. K. FEB.

Sulla Dictator recuperata acceptaque Dictatura, huius anni initio per biduum de Mithridate rege insignem sumptu magnifico, & regiorum nouitate spoliorum excellentem triumphum duxit. Insuper reducendo exules, qui Mariana Cinnanaq; factione pulsi ad eum in Asiam confugerant, iucundissimum præbuit spectaculum. Ciues enim longè primarij sequebantur currum, seruatorem patronumque Sullam vocitantes, quòd eius operà reducti, patriam, vxores & liberos recepissent. Illud laude dignum in eius triumpho iudicarunt omnes, quòd de ciuibus triumphare noluerit. Auctor est enim Val. Maximus lib. II. cap. III. L. Sullam, licet plurima bella ciuilia confecisset, non tamen vt Græciæ & Asiæ multas vrbes, ita ciuium Rom. oppidum vllum in triumpho vexisse. Iactata nihilominus inter militares iocos ex more in triumphantem scommata & conuitia. Quidam enim eius Dictaturam Regnum palliatum appellabant; alij verò Tyrannidem apertam, vt apud Appianum legimus. Transtulisse priori die Plinius libri XXXIII. principio tradit, ex omni victoria sua auri pondo XV. ∞. argenti pondo centum quindecim milia; sequenti autem, auri tredecim milia pondo, argenti septem milia. Erant autem hæ reliquiæ ex Capitolinæ ædis incendio, ceterisque omnibus delubris à C. Mario iuniore paulo ante Prçneste delatæ. Post triumphum concione vocata rerum gestarum à se rationé ambitiose reddidisse refert Plutarchus, quem legas in Sullæ vita, & alios iam antè nominatos. Meminerunt triumphi huius etiam L. Florus libro III. cap. V. Cicero in orationé pro lege Manilia, Eutropius libro V.

L. Licinius P. f. Murena. Propr. ann. DCLXXII.
de. rege. Mithridate. ex. Asia.

Duos anni huius triumphos nobis ostendunt Capitolinorum notæ numerabiles, quorum alterum puto fuisse L. Murenæ, qui cùm per biennium in Asia cum Mithridate post Sullæ discessum varia fortuna bellum gessisset, reuocatus hoc demum anno rediit, vt ex Appiani Mithridatica videmur colligere, qui secundum hoc bellum Mithridaticum anno tertio finitú esse asserit. Et constat ex superioribus, L. Sullam pace facta Asiam constituisse, relictoq; Murena Propr. rediisse cum exercitu in Græciam anno DCLXIX. ac deinde in Attica circum Athenas aliquamdiu podagra impeditum traxisse moram, Plutarchus auctor est: adeò vt anno primùm sequenti in Italiam venerit, Scipione & Norbano Consulibus, quo etiam in Asia bellum cum Mithridate Murena renouauit, continuauitque illo & sequenti anno Mario & Carbone Coss. Hoc deinde tertio anno reuocatus succedente M. Thermo Romam rediit, vt est demonstratum. Et rediisse eodem anno L. Lucullum legatum Proquæstore, (quem cælesti quadam sorte rebus Asiæ inmoratum, ciuili bello durante, à miserandis Italiæ calamitatibus abstinuisse Plutarchus asserit) Quinctiana Ciceronis oratio ostendit, quam hoc anno dictam esse suprà probaui, in qua nominatur inter iudices eius caussæ L. Lucullus. Item Academicarum quarto testatur idem Tullius, Lucullum Quæsturæ diuturnum tempus, Murena bellum in Ponto gerente, in Asia pace consumpsisse. Sed hæc de tempore satis. Murenam verò Romam reuersum triumphasse, Cicero in oratione pro lege Manilia aperte testatur: Triumphauit (inquit) L. Sulla, triumphauit L. Murena de Mithridate, duo fortissimi » & summi imperatores: sed ita tamen triumpharunt, vt ille pulsus superatusque regnaret: » verumtamen illis imperatoribus laus est tribuenda, quòd egerunt: venia danda, quòd re- » liquerunt; propterea quòd ab eo bello Sullam in Italiam Resp., Murenam Sulla reuoca- » uit.

uit. Idem in oratione pro L. Murena filio huius ambitus reo non semel mentionem facit, quem donis militaribus ornatum patris triumphum decorasse dicit. Et extat denarius L. Licinij P. f. Murenæ cum triũphali quadriga, quem expressit in libro suo Goltzius.

ANNI P. R. C. DCLXXIII.

Consules.

L. CORNELIVS. L. F. P. N. SVLLA. FELIX. II. Q. CAECILIVS Q. f. L. n. Metellus. Pius.

ITA Consules subijcit Cassiodorus L. Sullam II. Q. Metellum: tabulæ Græcæ Sullam II. & Metellum: Marianus L. Cornelium Sullam II. & Q. Metellum Pium. nominat eosdem Cicero Verrina tertia; item Gellius libro XV. cap. XXVIII. neque dubium esse affirmans, quin post annum quàm pro Quinctio dixerat Cicero, Sex. Roscium reum paricidij defenderit annos iam septem & viginti natus, L. Sulla Felice & Q. Metello Pio Coss. De qua re nostram opinionem supra interposuimus, salua tamen semper aliorum meliore sententia. Appianus autem memorat L. Sullam Dictatorem adhuc, quamuis summa imperij ipse solus potiretur, vt tamẽ aliqua species reip. remaneret, se cum Q. Metello Pio Numidici filio Consulem iterum creari voluisse, atque inde morem forte natum esse, vti imperatores Cæsares posteà comitiorum arbitri sæpè ipsimet eum honorem assumerent, pulchrum ducentes summum imperium cum Consulatu iungere. *Sex. Roscius reus paricidij à Cic. defensus.*

Q. Metello Consuli Hispania decreta, & bellum quod à Q. Sertorio proscripto in ea prouincia concitatum erat; non tamen hunc puto ante annum insequentem abiisse in prouinciam, vt ex ipsius historiæ ductu colligere est. quod ipsum videtur deinceps solemne fuisse, siue ex more eius temporis, siue ex constitutione Sullana (nam nihil de ea re certi comperio) vti Consules, non secus ac Prætores, annuum magistratum (nisi temporum necessitas aliter cogeret) in vrbe exigerent, atque anno deinde sequenti pro Consulibus in prouinciam paludati proficiscerentur. Mithridates otium à Romano bello nactus Bosphoranos subegit, prouinciæque vnum ex filiis Macharem regem imposuit. inde Colchos aggressus haud prospere bellum gessit; nam exercitus parte hiemis intemperie amissa domum reuersus est: Appianus. *Prouincia Consulares.*

Prætores. primùm. octo. creati.

||. ||. ||. f. ||. n. ||. Vrbanam. ||. ||. ||. f. ||. n. ||. Peregrinam iurisdictiones

||. ||. ||. f. ||. n. ||. ||. ||. ||. f. ||. n. ||.

||. ||. ||. f. ||. n. ||. ||. ||. ||. f. ||. n. ||.

||. ||. ||. f. ||. n. ||.

Quæstiones. rerum. capitalium. sortiti. obtinuêre.

M. Fannius * C. f. M. n * Strabo. Quæstionem inter sicarios sortitus obtinuit. Apud hunc Sex. Roscium Amerinum paricidij reum defendit Cicero iam sex & viginti annos natus, agensque vigesimum septimum, vt suprà demonstraui. Quæ prima eius caussa publica fuit, vt ipse testatur in Bruto, & Officiorum libro secundo se adolescentem contra L. Sullæ dominantis opes Sex. Roscio Amerino subuenisse scribit. Inceptam verò caussam hanc fuisse anni superioris exitu constitutis iudiciis, cùm Prætores in hunc annum designati ex lege Cornelia sortiti erant iurisdictiones suas, atq; tunc M. Fannium iudicem huic quæstioni, quæ sibi obuenerat, præfuisse, donec Kal. Ianuariis hisce magistratum iniisset, ex Ciceronis verbis colligimus, vbi orationis initio Fannium tunc Prætorem sic alloquitur: Te quoque magnopere, M. Fanni, quæso, vt qualem te iam anteà populo Rom. præbuisti, cùm huic idem quæstioni iudex præesses; talem te & nobis, & populo Rom. hoc tempore impartias. Quanta multitudo hominum conuenerit ad hoc iudicium, vides; quæ sit omnium mortalium exspectatio, quæ cupiditas, vt acria & seuera iudicia fiant, intelligis. Longo interuallo iudicium inter sicarios hoc primum committitur, cùm interea cædes indignissimæ maximæque factæ sint. Omnes hanc quæstionem te Prætore manifestis maleficiis, quotidianoque sanguine haud demissiùs sperant futuram. Ex quibus etiam verbis cognoscimus quæstionem inter sicarios

diu iacuisse antequam à Sulla restitueretur, hoc tempore, quo primum iudicium inter sicarios lege Cornelia M. Fannio Prætori commissum est.

C. Claudius * Ti. f. C. n * Nero. D. Iunius D. f. M. n. Brutus.
C. Claudius M. f. M. n. Marcellus. C. Scribonius C. f * C. n * Curio.
L. Manilius //. f. //. nepos. M. Minucius //. f. //. n. Thermus.
Cn. Octauius M. f. Cn. nepos.

Constitutis lege Cornelia iudiciis, accusatus repetundarum P. Gabinius Capito à L. Pisone petentibus Achæis, vt in diuinatione Cicero demonstrat: Nuper (inquit) cùm „ in P. Gabinium vir fortissimus & innocentissimus L. Piso delationem nominis postula- „ ret, & contrà Q. Cæcilius peteret, isque se veteres inimicitias iam diu susceptas persequi „ diceret; cùm auctoritas & dignitas Pisonis valebat plurimùm, tum illa erat caussa iustissi- „ ma, quòd eum sibi Achæi patronum adoptarant. Damnatum verò fuisse, in Liciniana „ obiter indicat, vbi Gabinius inter Prætores nominatur, apud quos socij lege Papiria Plautia in ciuitatem recipiendi profitebantur: Nam cùm Appij (inquit) tabulæ negli- „ gentiùs asseruatæ dicerentur, Gabinij, quàm diu incolumis fuit, leuitas, post damnatio- „ nem calamitas omnem tabularum fidem resignasset. Seriùs post Præturam quòd ipse „ aliíque accusati fuerint, bellum ciuile, per quod fere leges ac iura silent, in caussa fuisse videtur.

Quamuis L. Sulla Dictator lege sua Tribunitiam potestatem ferè sustulisset, & præter auxilij lationem nihil reliquisset, vt ante dictum est: non defuere tamen Senatores, qui tali potestate contenti, plebeiæ libertatis amore eamdem acceptarunt, vt ex sequentibus constabit.

Tribuni plebis.

C. Herennius * M. f. C * nepos. Legem Sullæ Cos. de reditu Cn. Pompeij sua intercessione impediit. Sallustius historiarum secundo, cuius verba apud Gellium libro x. cap. xx. hæc leguntur: Sallustius quoque proprietatum in verbis retinentissimus „ consuetudini concessit, & priuilegium, quod de Cn. Pompeij reditu ferebatur, legem „ appellauit. Verba ex secunda eius historia hæc sunt: Nam Sullam Consulem de reditu „ eius legem ferentem ex composito Trib. plebis C. Herennius prohibuerat. Hæc apud „ Gellium. Rem verò ita se habere suspicor. Iussus erat, vt dixi, Cn Pompeius confecto in Africa bello exercitum dimittere, & cum vna legione successorē Vticæ expectare. Quod ægre latum tam ab ipso, quam ab exercitu, qui redire in Italiam cupiebat, magnæ seditionis origo fuit: cuius fama Romam perlata Dictatorem Sullam & Senatum perterruit, cùm nuntiaretur Pompeium cum exercitu defecisse. Sed re certiùs postmodum cognita, Pompeium placare cupiens Sulla Cos. rogationem de eius reditu cum exercitu ad populum tulisse videtur, sine cuius iniussu, maximè cùm Senatus aliter anteà decreuisset, exercitus deduci è prouincia non poterat. Quam legem scribit Sallustius C. Herennium ex composito prohibuisse, vt rei difficultas, puto, magis appareret, neve exercitui vni populus Romanus mox obsecundasse videretur. Quòd si Sulla Consul de reditu Cn. Pompeij legem tulit, profectò ante huius anni initium Pompeius redire cum exercitu ac triumphare non potuit. C. Herennium Tribunum plebis puto eumdem esse Senatorem, qui posteà peculatus damnatus est, vt auctor Cicero Verrina secunda.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.
C. Annius * C. f. C. n. * Bellienus. Cn. Callidius Cn. f. Cn * nepos
L. Iunius * L. f. D. n. * Silanus.

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
Cn. Cornelius Cn. f. //. n. Lent. Clodianus C. Claudius * Ti. f. C. n * Nero.

Ædi-

Ædiles plebis.

// . // // f. // n. // // // // f. // n. //
Sex. Peduceius Sex. f. Cn. Aufidius Cn. f * Cn. n *
// nepos Orestes. Aurelianus.

Prouinciæ prætoriæ.

Cn. Cornelius * Cn. f. Cn. n * Dolabella. Procos. Macedoniam. obtinuit. Eius legatum fuisse opinor M'. Fonteium, qui ex Prætura Narbonensi postea reus est factus repetundarum. Nam in eius defensione sic Cicero: Primum obiicitur contra istorum impetus Macedonia, fidelis & amica populo Rom. prouincia, quæ cum se ac suas vrbes non solùm consilio, sed etiam manu Fonteij conseruatam esse dicat, vt illa per hunc à Thracum aduentu ac depopulatione defensa fuit; sic ab huius nunc capite Gallorum impetus terroresque depellit. Hæc Cicero in fine orationis. Et laudabat tunc Fonteium reum Macedonica legatio, aliaque Hispaniæ vlterioris. *Cn. Corn. Dolabella proc. Macedonia.*

Cn. Cornelius * L. f. L. n * Dolabella. Pr. Ciliciam obtinuit, ex qua posteà reus est factus, & repetundarum damnatus à M. Aurelio Scauro, vt suo loco dicemus. Interim dum populus Romanus bello intestino Mithridaticoque districtus est, vt L. Florus narrat, Cilices piratæ maria omnia interna sublatis commerciis infesta reddiderunt, atque etiam ad Mauritaniam & Gades prædas egerunt. Nam scribit Plutarchus Cilices piratas cum Sertorio quoque societatem hoc tempore iniisse. Igitur hoc anno primum cum Cilicibus bellum initum, eaque prouincia cum Proconsulari imperio Cn. Dolabellæ Prætori demandata est. Quare ad hanc nouam prouinciam deprædandam mirè C. Verres aspirauit, atque omni adulationis studio perfecit, vt cum Dolabella tamquam legatus in prouinciam iret. Cuius sæpè meminit Cicero. Nam C. Verres Dolabellæ legatus Proquæstore Asiam, Græciam, Pamphiliamque prouincias tum expilauit: Posteaquam (inquit Verrina tertia) Cn Dolabellæ prouincia Cilicia constituta, ô Dij immortales, quanta iste cupiditate, quibus allegationibus illam sibi legationem expugnauit? id quod Cn. Dolabellæ principium maximæ calamitatis fuit. An aliquid memoria dignum bello gesserit, non constat. Hoc tantùm colligimus ex Verrina tertia, C. Verris legati precibus motum reliquisse exercitum, prouinciam ac bellum, profectumque ad C. Neronem Pr. in Asiam vt de Philodamo Lampsaceno, qui contra Verrem iniuria coactus tumultum excitauerat, pœnas sumeret. *Alter Dolabella Ciliciæ Prætor.* *Primum cum Cilicibus bellum.*

L. Domitius * L. f L. n * Ahenobarbus. Pr. Hisp. citeriorem. sortitus. obtinuit. A L. Herculeio Sertorij Proquæstore anno sequenti victus, vt tum dicemus. Iam enim inualuerant vires Q. Sertorij, qui Lusitanorum princeps factus, Hispaniam fere omnem ad arma excitauerat; L. Cottam legatum Propr. C. Annij Procos. nauali prælio ad Mellariam vicerat. Vide Plutarchum, Orosium lib. v. cap. XXIII. Florum libro III. cap. XXII. & Eutropium.

T. Didius T. f. T. nepos. Pr. Hispaniam. vlteriorem. sortitus. obtinuit. A Sertorio iuxta Bætim victus, & duobus milibus Romanorum cæsis, prælio fusus & profligatus: Plutarchus in Sertorio. In exemplarib. malè Phidius legitur, pro Didius.

// // // f. // n. // Achaiam. // // // f. // n. // Sardiniam
// // // f. // n. // Galliam. Narb.

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

Sex. Nonius // f. // n. * M * Minacius. Magius // f. //
Sufenas. nepos.
* C * Minacius Magius. // f. // nepos.

Prouinciæ prolatæ.

M. Æmilius Q. f. M. n. Lepidus. Siciliam
M. Minucius // f. // n. Thermus. Asiam
// // // f. // n. // Illuricum // // // f. // n. // Galliam. Cisalp.

Prolato. imperio. obtinuêre.

Quæstores. primùm. lege. Cornelia. viginti. creati. sunt.

//. //. //. f. //. n. //. Vrbanus. //. //. n. //. n. Vrbanus.

L. Thorius * Sp. f. //. n. Balbus * Cuius reperitur denarius argenteus cum effigie Iunonis Sospitæ & tauro insultante. Hunc Thorium Cicero in Bruto M. Pisoni & C. Macro ætate æqualem facit. Fuit ingenio paruo, sed multo labore: & quoquo modo poterat, sæpè dicebat. Itaque ei paucæ centuriæ defuerunt ad Consulatum, vt ibidem affirmat Cicero. Per magistratuum igitur gradus peruenit ad petitionem vsque.

L. Volcatius Q. f. //. n. Tullus. Vt habet eius nummus æreus in hac, ni fallor, Quæstura cusus, cum naui rostrata, & Herculis capite, tituloque, L. VOLCAT. Q. F.

C. Poblicius //. f. //. n. Malleolus. Cn. Dolabellæ Pr. in Cilicia, ibidem mortuus est, vt auctor Pædianus: etsi Cicero in Verrina tertia suspicioso vsus vocabulo oratorie, occisum dicat, vt Verrem grauaret inuidia, cui mors eius lucro fuit. Nam à Dolabella legatus Proquæstore est receptus, quem tamen Verres posteà reum prodidit, & grauauit testimonio, vt testatur Cicero. Itaque (inquit) idem iste, quem Cn. Dolabella posteà C. Malleolo occiso Proquæstore habuit, idem in Cn. Dolabellam, qui in Cn. Carbonem fuit. Et posteà: C. Malleolo Quæstore Cn. Dolabellæ occiso duas sibi hereditates venisse arbitratus est, vnam Quęstoriæ procurationis, nam à Dolabella statim Proquæstore iussus est esse; alteram tutelæ: nam cum pupilli Malleoli tutor esset, in bona eius impetum fecit.

//. //. //. f. //. n. //. L. Domitij Pr. in. Hisp. citeriore.
//. //. //. f. //. n. //. T. Didij Pr. in. Hisp. vlteriore.
//. //. //. f. //. n. //. Pr. in. Sardinia. Eiusdem. in. Corsica.
Caralitanus. Aleriensis.
//. //. //. f. //. n. //. Pr. in. Africa. Eiusdem. in. Africa.
Vticensis. Adrumetanus.
//. //. //. f. //. n. //. Pr. in. Narbonensi. //. //. //. f. //. n. //. Ostiensis.
Narbone. in. Latio.
//. //. //. f. //. n. //. Ariminensis //. //. //. f. //. n. //. Asculanus.
in. Cisalpina. in. Piceno.

M. Coponius M. f. //. nepos. Pisanus. in. Etruria. Quem puerum sub tutela positum L. Crassus orator non diu ante sociale bellum ac M. Drusi Tribunatum aduersus Q. Scæuulæ Iurisconsulti sententiam defenderat, vt auctor Cicero de oratore libro primo. Hunc primum nûc Etruriæ Quæstorem ordinarium factum esse, conicio ex antiquissimo denario cum Tagetis aruspicinæ primi inuentoris capite, & equite decurrente. qui nummus litteris Etruscis M. Coponium M. f. designat: quæ litteræ eiusdem formæ sunt, vt ahenęę antiquissimę hymnorum tabulæ sculptæ, quæ Augubij atque Perusiæ adhuc extant, & quales multæ Clusij & Volaterræ visuntur Epitaphiorum.

//. //. //. f. //. n. //. Genuas //. //. //. f. //. n. //. Æserninus.
in. Liguria. in. Samnio.
//. //. //. f. //. n. //. Calenus. //. //. //. f. //. n. //. * Lucerinus *
in. Campania. in. Apulia.
//. //. //. f. //. n. //. Brundusinus //. //. //. f. //. n. //. Mediolanensis.
in. Sallentineis. in. Insubribus.

Q. Hortensius Orator. Q. Hortensius L. f * L. nepos. Orator tunc temporis clarissimus atque eloquentissimus: quem vbique laudat Cicero, & maximè in Bruto de claris Oratt. Pædianus Regem caussarum appellat in argumento diuinationis. Prouincialem obtinuisse quęsturam indicat Cicero actione tertia, vbi C. Verris rationes Quæstorias excutit: Hoc est (inquit) rationes referre? Hoc modo aut ego, aut tu Hortensi, aut quisquam hominum rettulit? Et rursus posteà: Quasi non vt Quæstor sine Prætore posset rationem referre, vt tu Hortensi, vt omnes, eodem modo sine Quæstore Prætor. Atqui non multis annis ante Ciceronem Quæstorem fuisse demonstrat Verrina quinta: Nuper (inquit) Hortensi Quæstor fuisti, quid tui scribæ fecerint, tu potes dicere: ego de meis hoc dico, cùm in eadem ista Sicilia pro frumento pecunias soluerem, &c.

L. Fufi-

L. Fufidius * L. f. L * nepos. Primipilaris bello hoc ciuili apud Sullam Dictatorem gratiosus; quo auctore primùm tabula proscriptionis prolata est, vt Orosius libro v. cap. xxi refert. Sed perperàm ibi Furfidius, vt apud Plutarchum Ofidius legitur: qui vnum ex assentatoribus Sullæ fuisse dicit. Cùm autem Fufios, Fuficios, Fufidiosque repe- riamus, malo Sallustium sequi, qui Fufidium vocat, & in eum inuehitur his verbis in oratione M. Lepidi ad Quirites: * An quibus prælatus in magistratibus Fufidius? ancilla turpis, & honorum omnium dehonestamentum. Ex quibus verbis colligere est, eum Sullæ gratia & auctoritate prouectum ad magistratus, & puto cum hac noua magistratuum constitutione Quæstorem factum fuisse. *Fufij & Fufidij Roma.* * *Fortè meliùs En.*

* C * Antitius * C. f. Sex. n. Vetus * Quo Prætore posteà Quæstor in Hispania C. Cæsar fuit: atque hic auus erat C. Antistij, quem Consulem & Pontificem sub Augusto viderat Velleius Paterculus historicus.

P. Sulpicius * Ser. f. Ser. n * Galba. Qui Tribunus militum bello Mithridatico & ciuili hoc sub L. Sulla fuerat, vt Appianus in Mithridatica, & Plutarchus in Sulla. Iudicem in caussa Verris eum nominat Cicero, actione secunda & tertia. Cum quo posteà Consulatum petiit, vt constat ex eodem, Pædianoque & Q. Fratre de petitione.

M. Seius L. f. . nepos. Quem prædiuitem fuisse, M. Varro de re rustica demonstrat, atque etiam ipsius Ædilitas, quam splendidam gessit, in cuius petitione M. Pisonem competitorem vicisse scribit Cicero in Planciana.

L. Iunius //. f. //, n. Silanus. Ædilitius posteà damnatus ob falsum iudicium, innocens tamen, vt suo loco dicetur ex Cicerone & Pædiano.

Q. Arrius / . f. //. nepos. Clamosus orator in foro, qui fuit M. Crassi quasi secundarius, vt inquit Cicero in Bruto. Nam infimo loco natus, Crassi fauore & honores, & pecuniam, & gratiam consecutus est, quod latius ibidem declarat. Successorem destinatum fuisse C. Verri in Prætura Siciliæ, non tamen succesisse, ex eodem Cicerone suis locis discemus.

M. Atilius * A. f. A. n * Balbus. Senatorem fuisse constat, & maiestatis posteà damnatum; cuius etiam lis æstimata est, quòd pecuniam in iudicio accepisset, vt Cicero refert actione in Verrem secunda. Meminit & in Cluentiana frequenter, vbi nequam hominem, turpem, improbum, multisq; flagitiis contaminatum, in iudicium adductum fuisse contendit, ideoq; faciliùs damnatum. Idem mihi videtur hic Atilius Senator esse, quem Appianus scribit ad Mithridatem iudicij profugisse, atque ab eodem detectis quibusdam eius insidiis occisum fuisse.

Ti * Sempronius * / . f. / . n. Gutta. C. Fidiculanius //. f. //. n. Falcula.

Peruersi item hi duo iudices fuere in Oppianici caussa, quorum meminerunt sæpè Tullius & Pædianus. Falculam Senatorem appellat Tullius in oratione pro A. Cæcina.

M. Antonius M. f. C. nepos Oratoris clarissimi, qui à C. Mario occisus est, & pater M. Antonij posteà III. viri, auctore Plutarcho, qui Creticum appellatum dicit; opinor, quod in insula illa bellum infame gerens obierit. Humanum ac liberalem dicit Plutarchus, sed pauperem: ideoque Ædilitatem prætermisse suspicor, sed nihilominus ob patris clarissimi memoriam pertendisse, atque euectum fuisse ad Præturam atque prouinciam. Cicero in Verrinis, Pædianus, Velleius, alijque dissolutissimum hominem fuisse ostendunt; & magis graphice Sallustius, dicens eum perdundæ pecuniæ genitum, & vacuum à curis, nisi instantibus. Hunc anno sequenti legatum Proquæstore L. Manlio Prætori in Gallia Narbonensi fuisse, Liuius breuiario libri xc. docet. *M. Antonius pater M. Antonij Triumviri.*

Prolatæ. forsan. Prouinciæ.

//. //. //. f. //. n. //. . . . //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. . . . //. //. //. f. //. n. //.
M. Minucius //. f. //. n. Thermus. Asiam. prolato. imperio. obtinuit.
M. Æmilius Q. f. M. n. Lepidus. Siciliam. prolato. imperio. obtinuit.
//. //. //. f. //. n. //. Illuricum. //. //. //. f. //. n. //. Galliam. Cisalpinã Prætores. prolato. imperio. obtinuêre.

Pro. Quæstoribus. f. fuêre.

L. Manlius //. f. //. n. Torquatus L. Sullæ. Dict. in. Italia.

//. //. //. f. //. n. //. M. Lepidi Pr. in. Sicilia.
//. //. //. f. //. n. //. Pr. in. Illurico.
//. //. //. f. //. n. //. Pr. in. Gallia. Cisalpina. Gallicus.
//. //. //. f. //. n. //. * Lucerinus * //. //. f. //. n. //. Calenus.

Cn. Pompeius Cn. f. Sex. n. Magnus. a. DCLXXIII.
primus. eques. Rom. Propr. de. rege. Hiarba.
ex. Africa. //. //. //.

Cn Pompeius à L. Sulla honoratus.

L. Sulla Dictator, confecto in Africa bello, iusserat Cn. Pompeium ex S. C. dimisso reliquo exercitu, cum legione vna successorem exspectare. Quod ægrè ferens miles, ingentem excitauit seditionem, qui simul omnis redire in Italiam cum imperatore suo cupiebat. Pompeius militem ferociùs tumultuantem vix tandem compescuit, cùm sibimet mortem, ne belli ciuilis caussa esset, iureiurando minaretur, nisi Sullæ Dictatoris ille iussis acquiesceret. Romæ intereà percrebuit fama Pompeium defecisse. Tum Sullam dixisse ferunt, fato vtique sibi euenire, vt seni cum pueris esset certandum; quia à Mario iuniore nuper ad extrema fere compulsus fuerat. Sed rei veritate postmodum certiùs cognita, Pompeium, misso successore, redire, exercitumq; deportare iussit, vt Cicero in oratione pro lege Manilia testatur. Redeuntem Sulla magnis affecit honoribus, aduenientemque ad vrbem cùm omnis nobilitas obuiàm effusa exciperet, prosequereturque, & ipse Sulla processit obuiàm, dataque palàm dextera, ingenti voce MAGNVM cum salutauit, atque vt ita ab omnibus appellaretur, iussit. Triumphum petenti nihilominùs obstitit Sulla, dicens, Consuli aut Prætori tantùm lege triumphum petenti ex S. C. populique iussu permitti: sibi verò necdum ob ætatem in Senatum admisso gloriam eam inuidiosam futuram apud omnes. Sed non ob hæc territus Pompeius, instare non destitit, & cogitare Sullam iussit, plures eos esse, qui orientem adorarent Solem, quàm qui occidentem. Quod priùs intellectum à Sulla non fuit, sed vt amici hoc suggessissent, admiratus Pompeij fiduciam: Ergo triumphato, Ergo triumphato, bis acclamauit, atque eius petitioni cessit. Triumphus tamen Pompeij non sine optimatum indignatione visus est. Quos vt grauius afficeret, conatus est curru quatuor elephantibus iunctis triumphum ducere: nonnullos enim inter alia spolia secum ex Africa adduxerat. Verùm angustiore vrbis porta prohibitus, equis vsus est. Meminit eius item rei Plinius libro VIII. cap. II. Romæ (inquit) iuncti primùm elephanti subiere currũ Pompeij Magni Africano triumpho; sed Procilius negat potuisse iunctos ingredi portam. Militibus autem præter omnem exspectationem malignius donatiuum distribuit. Cùm eam ob caussam molestiores essent, fereq; tumultum appararent: magno animo se triumphum nihil morari, priusque se eos mittere, quàm blandiri velle iactauit. Quod factum illi magnam gratiam apud optimates conciliauit; Seruiliusque, qui anteà triumphum petenti pertinaciter obstiterat, Pompeium meritò Magnum, & triumpho dignissimum iudicauit. Peracto autem triumpho, noui atque rari exempli esse apparebat, Pompeium non inter Senatores, sed tantùm inter equestris ordinis iuuenes summa cum modestia versantem videre. Quod etiam ipsi ad popularem beneuolentiam assequendam plurimum momenti attulit. De his etiam pulchre in oratione pro lege Manilia Cicero, inter alia hæc differens: Quid verò tam inauditum, quàm equitem Romanum triumphare? At eam quoque rem populus Rom. non modò vidit, sed etiam studio omni videndum putauit. Adijciam insuper, quæ Plinius lib. VII. cap. XXVI. de eodem Pompeio, & hoc eius triumpho scribit: Africa, inquit, tota subacta, & in ditionem redacta, Magni nomine spolio inde capto, eques Romanus (id quod anteà nemo) curru triumphali reuectus est. Nil dissimile Liuius scribit libri XXCIX. Epitoma: Cn. Pompeius, inquit, quatuor & viginti annos natus, adhuc eques Rom. quod nulli quidem cõtigerat, ex Africa triumphauit. Ex quibus verbis colligimus, etiam Pompeium hoc anno triumphasse. Nam natus erat, Velleio teste, Cæpione & Serrano Coss. pridie K. Octobris, anno vrbis DCXLVII. adeò vt annum XXIV. absoluerit anno superiore, extremo Septembri, ageretque XXV. cùm triumpharet huius anni initio. Quapropter Eutropius impropriè dicit: Cn. Pompeius (quòd nulli Romanorum tributum erat) quartum & vigesimum annum agens de Africa triumphauit. Sed Auctor de viris illustribus viginti sex annis natum Pompeium triumphasse scribit: quæ forsan differentia ex numeris perperam notatis prouenit. Tu vide Lector præter hæc, quæ Plutarchus, Zonaras, Valerius Max. & alij de hoc triumpho memoriæ mandarunt.

Magnum appellat Pompeium Sulla.

ANNI P. R. C. DCLXXIV.

Consules.

P. SERVILIVS. C. F. M. N. VATIA. QVI. POSTEA. ISAVRICVS. APPELLATVS. EST. AP. Claudius C. f. C. n. Pulcher.

ADIICIVNT deinde Consules Cassiodorus P. Seruilium & Ap. Claudium: tabulæ Græcæ Vatiam & Pulchrum: Cuspiniani autem Seruilium Isauricum & Pulchrum. Marianus Scotus plene P. Seruilium Vatiam Isauricum, Ap. Claudium Pulchrum Consules adfert. Cassiodoro conuenit Orosius libro v. cap. XXII. P. Seruilio & Ap. Claudio Coss. Sullam priuatum fuisse visum dicens. Cui suffragantur Appianus & Plutarchus; qui Sullam eo tempore Consulatum à populo oblatum spreuisse referunt, *L. Sulla Consulatum spreuit.* Consulesque ordinasse Seruilium Isauricum & Claudium Pulchrum: & ipsum non diu posteà Dictaturam, quam nullo tempore definito acceperat, vltrò deposuisse: dimissisque lictoribus, omnique satellitum præsidio, priuati habitu in publicum prodiisse, paratum, vti præ se ferebat, omnium à se gestarum rerum rationem reddere. Res sane stupenda, quod is ausus fuerit semet vltro exponere omnium vindictæ & iniuriis, cuius arbitrio centum & ampliùs hominum milia trucidata, plurimæ vrbes non solum immunitatibus multatæ, sed direptæ ac dirutæ fuissent, vt Appianus, Plutarchus, aliique diffusius explicant. Porrò longe alia mens C. Cæsari postmodum fuit, qui cùm Sullæ exemplo rempublicam inuasisset, & in suam potestatem redegisset: de restituenda demum libertate non solum non cogitauit quidem, sed festiuo etiam satis ioco L. Sullam suggillauit, & ipsum nescisse litteras dicens, qui Dictaturam sponte deposuisset; vt apud Suetonium legimus. Cæsar itaque non sicca morte ad inferos abiit, vt Iuuenalis poëtæ Satyrici verbis vtar. Augustus autem posteà de reddenda republica cogitare quidem cœpit, sed eius consilium C. Mæcenatis amici rationibus discussum fuit, vt suo loco dicendum erit. Atque ita fato quodam, summiq; numinis prouidentia Romanum imperium ad Monarchiam peruenit, ciuitatis libertas in seruitutem vnius est redacta.

P Seruilius Consul Ciliciam bellumque piraticum; Ap. Claudius Macedoniam prouincias sortiti ex Consulatu obtinuerunt. *Prouinciæ Consulares.* Mithridates rex legatos Romam mittit, qui fœdera ac pacem cum L. Sulla imperatore initam confirmari curarent: sed cùm Ariobarzanes missis item legatis Senatum docuisset, se non Cappadociam omnem ex fœdere recepisse, iussus est Mithridates priùs, antequam leges pacis conscriberentur, Ariobarzani integrè regnum restituere. Hæc apud Appianum.

Prætores.

.. .. .. f. .. n. Vrbanam. .. .. .. f. .. n. Peregrinam iurisdictiones.

.. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. ..

.. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. ..

.. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. ..

Quæstiones. rerum. cap. sortiti. obtinuêre.

* L * Octauius Cn. f. Cn. nepos. Vrbanam. iurisdictionem. sortitus. obtinuit. Quod ex vno Ciceronis loco in Verrina tertia colligo. Edictum quippe perpetuum hunc Prætorem Octauium conscripsisse, ex eoque posteà L. Metellum Siciliæ Prætorem formulam, quam Octauianam idcircò vocat, in suum edictum transtulisse.
» Verba Ciceronis sunt hęc: C. Gallius Senator postulauit à L. Metello, vt ex edicto suo
» iudicium daret in Apronium, Quòd per vim ac metum abstulisset. Quam formulam
» Octauianam & Romæ Metellus habuerat, & habebat in prouincia. Non impetrat
» Gallius, cùm hoc diceret Metellus, præiudicium à se de capite C. Verris per hoc iu-
» dicium nolle fieri. Atque ita C. Gallius homo nostri ordinis à suo familiarissimo L. Me-
» tello iudicium ex edicto non potest impetrare. Hæc ita Tullius. Neque post hunc Octauium inuenio Prætorem vrbanum alium ante L. Metellum, qui dum Verres accusaretur, post vrbanam suam Præturam Verri successit in Sicilia.

C. Calpurnius * C. f. C. n * Piso. iurisdictionem. inter. ciueis. &. peregrinos. sorti-

sortitus. obtinuit. Prætor hoc anno sedit in caussa pecuniaria Sex. Roscij Amerini occisi, & eius filij Q. Roscij, quos Cicero tum defendit, cùm Sex. Roscius reus ciuis Romanus non fuisset.

Q. Metellus, Pius cognomento, quod patrem Calidia rogatione ab exilio reuocasset.

Q. Calidius //. f. //. nepos. Huius mentionem facit Cicero in oratione pro Plancio, se vidisse dicens Q. Metellum Pium Consulem, qui anno superiore fuit, comitiis Prætoriis, petente Q. Calidio, populo Rom. supplicasse. Cùm quidem non dubitaret & & Consul & homo nobilissimus, patronum illum suum & familiæ suæ nobilissimæ dicere; eò quòd Tribunus plebis Calidius lege sua Q. Numidicum patrem Q. Pij ab exilio reuocasset. Ergo superiore anno, cum haberentur comitia, vidit hæc Romæ Cicero, quem hoc eodem anno profectum in Asiam, ex eius Bruto constat, cùm iam biennium esset versatus in caussis. Refert eumdem Q. Pium inter exempla gratorum Val. Max. lib. v. cap. 11. Metellus verò Pius, inquit, pertinaci erga patrem exulem amore tam » clarum lachrumeis, quàm alij victoriis, cognomen assecutus, non dubitauit Consul pro » Q. Calidio Præturæ candidato supplicare populo; quòd Tribunus plebis legem, qua pa- » ter eius in ciuitatem restitueretur, tulerat. Quin etiam patronum eum domus & familiæ » suæ semper dictitauit. Prætorem ergo factum tunc Calidium constat, qui admodum » diu propter bella ciuilia iacuerat, sequutus partes Sullanas atque optimatum cum Q. Metello Pio.

Repetundarum reus factus est ex Sicilia M. Æmilius Lepidus, accusantibus duobus Metellis, Celere & Nepote: sed victi eius apud populum gratia, destiterunt, vt Pædianus in Tullij diuinationem, & Verrinam quartam notat.

Prætores. prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. M. Decula Cos. Italiam

//. //. //. f. //. n. //. Macedoniam. //. //. //. f. //. n. //. Ciliciam

//. //. //. f. //. n. //. Hisp. citer. //. //. //. f. //. n. //. vlteriorem

//. //. //. f. //. n. //. Achaiam. //. //. //. f. //. n. //. Siciliam

//. //. //. f. //. n. //. Africam. //. //. //. f. //. //. //. Gall. Narbon.

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

Cn. Cornelius * Cn. f. Cn. n * Dolabella. Cn. Cornelius * L. f. L. n * Dolabella.

L. Domitius * L. f. L. n * T. Didius T. f. T. nepos.

Ahenobarbus Procos. Propr. Hisp. citeriorem. obtinuit. Procos. „ vocat Sallustius libro historiarũ primo, vt è Prisciano discimus, apud quem hęc verba le- „ guntur: Metellus Domitium Procos. in citeriore Hispania cũ omnibus copieis quas parauerat, accersiuit. Itaq; Metellus iam viribus impar erat, Domitius autem à L. Herculeio Sertorij Proquæstore cum exercitu oppressus & occisus est, vt auctores sunt Plutarchus, Orosius, & Eutropius. L. Florus libro III. cap. XXII. ad Anam fluuium Domitium oppressum scribit, qui fluuius Bæticam separat à Lusitania, Pomponio Mela auctore.

Sex. Nonius //. f. //. n. Sufenas. * M * Minacius. Magius. //. f. //. nepos.

* C * Minacius. Magius. //. f. //. nepos.

Mam. Æmilius Mam. f. M. n. Lepidus. Liuianus.

C. Claudius * Ti. f. C. n * Nero. Asiam. sortitus. obtinuit. M. Thermo » succedens. Meminit Cicero in Verrem actione tertia, vbi C. Verrem Legatum Cn. Do- » labellæ Propr. Ciliciæ Iunonis Samiæ fanũ celeberrimum diripuisse, signis ac tabulis spo- » liasse refert. De qua expugnatione, inquit, cùm legati ad C. Neronem in Asiam Samo ve- » nissent, responsum tulerunt: eiusmodi querimonias, quæ ad legatum populi Rom. pertinerent, non ad Prætorem, sed Romam deferri debere. Et eadem actione sæpius deinde nominat eumdem C. Neronem, narrãs vt coactus fuerit Laodiceæ securi percutere Philodamum Lampsacenum cum filio, quòd seditionem iniuria compulsi mouissent contra Verrem legatum: vrgente hoc ipsum Cn. Dolabella, qui Verris in gratiam, relicto bello atque prouincia sua, eò venerat.

Tribuni

Tribuni plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
*C*Terentius //. f. //. n. Varro.
C. Fonteius C. f * M'. n. Capito. M'. Otacilius * M'. f. M'. n * Crassus.
P. Gabinius * P. f. A. n. Capito. P. Cœlius * P. f. C. n. Caldus.
C. Quinctius //. f //. n * Cilo *

Ædiles curules.

L. Licinius L. f. L. n. Lucullus. M. Terentius L. f. L. n. Varro. Lucullus.

Quei. fratres. germani. fuêre.

Plutarchus & Cicero in L. Lucullo scribunt ipsum cum Marco fratre Ædilem à populo factum fuisse; eumque magistratum eos simul hoc anno gessisse, perspicuum est ex Plinio. Refert enim ex Fenestella, post C. Claudij Pulchri Ædilitatem anno XX. Lucullos Ædiles elephantorum cum tauris pugnas ludis exhibuisse. Verba eius sunt hæc libro VIII. capite VII. ubi multa de elephantis memoriæ prodidit: Eos Romæ pugnasse Fenestella tradit, primùm omnium in Circo, Claudij Pulchri Ædilitate curuli, M. Antonio, A. Postumio anno vrbis DCLV. item post anno XX. Lucullorum Ædilitate curuli aduersus tauros. De eiusdem Ædilitatis magnificentia mentionem quoque facit Cicero Officiorum libro secundo, cum ait: C. Claudius Ap. f. multi pòst, Luculli, Hortensius, Silanus. Auctor est Valerius Max. libro II. vbi de scenæ ornamentis multa breuiter attingit, Lucullos Ædiles versatilem fecisse scenam primos. Quem locum mirè deprauatum in Annotationibus meis, quas nuper in eum Auctorem edidi, ex manuscriptis libris correxi. *L. Licinius Lucullus Ædilis.*

Ædiles plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
Sex. Peduceius Sex. f. //. nepos. C. Licinius * C. f. C. n * Sacerdos.

Quæstores vrbani. duo. ad. ærarium.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
Q. Marcius Q. f. Q. n. Rex. M'. Acilius M'. f. M'. n. Glabrio.

Q. Marcius Consularis ac Triumphalis viri filius, cuius extat denarius in libro Goltzij, cum naui rostrata & Neptuni facie. Per magistratuum gradus peruenit tandem vt Consul sine conlega sit factus, vt suo loco.

M'. Acilij Glabrionis extat item denarius in libro Goltzij. Vir fuit amplissimus, qui ad summos etiam honores ascendit. patrem habuit M'. Glabrionem, qui legem de repetundis tulit; auum maternum P. Scæuulam Iurisconsultum, socerum M. Scaurum principem Senatus, vt Cicero in Bruto, Verrina secunda, Pædianus, & Plutarchus in Sulla testantur. *M'. Acilius Glabrio.*

// // // f. // n. // Ap. Claudi. Cos. in. Macedonia.
// // // f. // n. // P. Seruili. Cos. in. Cilicia.

C. Vrbinius //. f. //. nepos. Q. Metelli. Pij. Procos. in. Hispania. vlteriore.

Qui cognita Procos. sui voluntate & luxu, conuiuia per vrbes instruxit sumptuosissima supra Romanorum ac mortalium morem etiam, exornatis ędibus per aulæa & insignia, scenisque ad ostentationem histrionum fabricatis. De quo Metelli vitio vide quæ scribunt accuratiùs Saturnalium libro tertio cap. XIII. Macrobius & Valerius Maximus libro IX. cap. I. inter exempla luxuriæ. *Luxus Roman.*

// . // . // . f. // . n. // . C. Marcelli Pr. in. Sicilia. Suracusanus.
// . // . // . f. // . n. // . Eiusdem. Lilubetanus.
// . // . // . f. // . n. // . C. Neronis Pr. in. Asia.
// . // . // . f. // . n. // . L. Manili. Pr. in. Gallia. Narb.
// . // . // . f. // . n. // . Pr. in. Sardinia. Caralitanus. Eiusdem. in. Corsica. Aleriensis.
// . // . // . f. // . n. // . Pr. in. Achaia. Corinthi.
// . // . // . f. // . n. Ariminensis. in. Gallia. Cisalpina.
// . // . // . f. // . n. // . Asculanus. in. Piceno. // . // . // . f. // . n. // . Genuas. in. Liguria.
// . // . // . f. // . n. // . Æserninus. in. Samnio. // . // . // . f. // . Calenus. in. Campania.
// . // . // . f. // . n. // . Ostiensis. in. Latio. // . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus * in. Apulia.

L. Quinctius * // . f. // . * Cilo. Homo nouus & ignobilis, concionibus turbulentis aptissimus: qui omneis rumorũ ventos colligere solet, vt ait in Cluentiana Cicero, vbi suis eum coloribus depingit. In Bruto autem recenset eum inter seditiosos. Tardius peruenit ad magistratus: nam quinquaginta erat annorum, cùm esset Tribunus plebis, Cicerone teste.

M. Lollius // . f. // . n. Palicanus. Hunc aptiorem dicit auribus imperitorum, vbi etiam eum numerat inter seditiosos. Erat autem humili loco Picens, magis loquax quàm facundus, vt asserit Quinctilianus libro IV. cap. III. Aspirauit nihilominus ad Consulatum, vt suo loco dicemus, gratiam popularem adeptus propter restitutam Tribunitiam potestatem, pro qua multum laborauerat.

Cn. Tudicius // . f. // . nepos. Vir optimus & honestissimus: Senator erat anno DCXXCVII. & testis in caussa Cluentij, vt etiam

P. Volumnius * P. f. P. n. Flamma * qui tunc iudex in eadem caussa sedit, quemadmodum docet Cicero in oratione, qua Cluentium defendit.

M. Lucretius * M. f. M. n * Gallus. Q. Considius // . f. // . n. Longus. Cuius laudes ita prosequitur in Cluentiana Cicero: nam iudex in caussa Oppianici fuerat: Quis (inquit) „ Q. Considio constantior? Quis iudiciorum, atque eius dignitatis, quæ in iudiciis publicis, „ versari debet, peritior? Quis virtute, consilio, auctoritate præstantior? Ne is quidem Op- „ pianicum absoluit. „

C. Iunius // . f. // . n. Silanus. Q. Curtius * Q * f. // . nepos. Hos posteà iudices in caussa C. Verris repetundarum rei nominat Tullius actione tertia: quo tempore Senatores adhuc lege Cornelia iudicabant. Vnde verisimile est, magistratibus tum quoque functos fuisse.

* T * Anneius // . f. // . n. Brochus. Senatorem splendore ac virtute æstimatum Cicero vocat, cùm Verrem accusaret actione quinta. Fortè fuit auunculus Q. Ligarij, quem posteà defendit Cicero, in qua oratione T. Brochus vocatur.

M. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus. Q. Metelli Cretici frater, qui & Prætor factus est posteà, vt suo loco constabit.

Q. Opimius * L. f. Q * nepos. Consularis, vt apparet, viri filius, qui ob cædem Gracchanorum in exilium fuerat pulsus.

M. Mummius * Q. f. Q * nepos. Cuius Prætura suo loco sequetur.

Q. Sergius Q. f. // . nepos. Senatorem appellat in Cluentiana Cicero, & inter sicarios posteà damnatum fuisse dicit.

M. Bebrius // . f. // . nepos. Hic verò Senator, Cicerone ibidem teste, fide, prudentia, & dignitate notus. Sed iam mortuus erat, cùm defenderet Cluentium Tullius.

M. Iuuentius // . f. // . n. Pedo. Quem & iudicem Senatorem nominat in Oppianici caussa Tullius in Cluentiana, virum probum dicens, seuerum ex vetere illa iudicum disciplina.

Pro-

Prolatæ prouinciæ.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
Cn. Cornelius * Cn. f. Cn. n * L. Domitius * L. f. L. n * Ahenobarbus.
Macedoniam Hiſpaniam. citer.
// // // f. // n. // Illuricum. // // // f. // n. // Galliam. Ciſalp.
Proprr. prolato. imperio. obtinuêre.

Pro. Quæſtorib. f. fuêre.

// // // f. // n. // Cn. Dolabellæ Propr. in. Macedonia.
// // // f. // n. // L. Domitij Propr. in. Hiſp. citer.
// // // f. // n. // // // Propr. in. Illurico.
// // // f. // n. // // // Propr. in. Gallia. Ciſalp. Gallicus.

C. Verres C. f. // nepos. Cn. Dolabellæ Propr. in Cilicia prouinciam expilauit, vt ait Cicero Verrina tertia, multiſque declarat: hanc appellat hereditariam eius Quæſturam Verrina quinta, non aliam opinor ob cauſſam, quam quòd Malleolo mortuo ipſe tamquam heres ad eius arcam acceſſerit. Quod etiam verba eius indicant actionis, quæ ſuperiùs adduxi.

ANNI P. R. C. DCLXXV.

Conſules.

M. AIMILIVS. Q. F. M. N. LEPIDVS. Q. LVtatius. Q. F. Q. n. CATVLus.

In Caſſiodoro ſubſequuntur Conſules M. Lepidus & Q. Catulus; in tabulis Græcis & Cuſpiniani Lepidus & Catulus; in Mariano Q. Lutatius Catulus, M. Æmilius Lepidus. Meminerunt eorumdem Cicero in Balbiana, & Catilinaria tertia, Appianus, Oroſius, Plutarchus, Eutropius, & alij, quæ hic loca adferre longum foret. In tabulis Capitolinis, licet fragmenta marmoris quadam minutim quaſi ſint conciſa, nomina, vt vides, Conſulum nihilominùs integra ferè repræſentant. Plinius item libris XXXV. & XXXVI. capp. III. & VI. mentionem facit horum Conſulum. rurſus lib. X. cap. XXI. ex Annalibus refert, in Ariminenſi M. Lepido, Q. Catulo Coss. gallum gallinaceum fuiſſe loquutum. Auctor eſt Plutarchus, M. Lepidum anno ſuperiore inuito L. Sulla, qui iam depoſita Dictatura priuatus erat, Cn. Pompeij ſtudio Conſulem non ſolùm factum, ſed & ante Q. Catulum Conſulem fuiſſe renunciatum. Eiuſdem M. Lepidi Cos. lex eſt ſumptuaria, quam & cibariam vocant Cato, Gellius, Macrobius. Qua lege non ſumptus cœnarum in pecuniis, ſed ciborum genus & modus eſt præfinitus: qualem multo antè M. Scaurus Cos. legem tulerat, qua cœnis eodem modo ademit conchylia, & ex alio orbe conuectas aues. *Lex ſumptuaria à M. Lepido lata.*

M. Lepido prouincia Gallia Tranſalpina ſeu Narbonenſis, Q. Catulo Italia, ni fallor, obuenit. Interim L. Sulla annorum iam ſexaginta Puteolis, quo relicta Roma conceſſerat, fœdiſſimo morbo phthiriaſi correptus, hoc anno moritur. Magnus ei honos à Senatu, inuito Lepido Cos. eſt habitus. Corpus eius aurea lectica per Italiam regio more vectum, & in Campo Martio ſepultum eſt. Cuius funeris pompam late & pulchrè deſcribunt Appianus ciuilium primo, & Plutarchus in Sullæ vita. *L. Sulla phthiriaſi extinctus.*

Mortuo L. Sulla noui confeſtim orti ſunt motus in vrbe Roma, M. Lepido Conſule legem promulgante, qua proſcriptos reuocare, L. Sullæ acta omnia reſcindere ſeditioſis concionibus tentauit. Extat oratio eius ad populum habita lectu digna ex libris hiſtoriarum Salluſtij excerpta. Eius autem actionibus ſeſe oppoſuit Q. Catulus cum optimatum factione. Lepidus tandem, cum diu fruſtrà laboraſſet, à Senatu iureiurando adactus bellum ſe patriæ non illaturú, in prouinciam Galliam Tranſalpinam, quam ſortitus erat, nondum exacto magiſtratu, profectus eſt: nec ad comitia redit, patriæ bellum minitans. Quo in tumultu Q. Catulus hic Conſul, non ille qui cum C. Mario an. DCXLVII. Cos. fuerat, vt quidam volunt, apparatus bellicos fecit: legemque veterem Plautiam de vi armata reip. illata retulit capitibus aliquot auctam.

Vti perduelles eſſent, qui contra rempublicá arma cepiſſent, coniuraſſentve.

Vti iudicium de vi armata apud Prætorem de maiestate festis etiam diebus exerceretur. Qua lege quęstio quoque posteà Cicerone Cos. constituta est de Catilinariæ coniurationis sociis, quemadmodum in oratione pro M. Cælio testatur. Vide historiam latiùs apud Appianum, & Plutarchum in Pompeio. Meminere Liuius, Zonaras, Florus, & alij.

Tigranes pro Mithridate inuadit Cappadociam.

Mithridates rex, cùm Sullæ atque Senatus iussu Cappadocia cessisset, legatos denuò Romam misit ad conscribendas fœderis leges. Sed quia defuncto iam Sulla propter ciuiles in vrbe dissensiones de ea re Consules ad Senatum referre non poterant, Rex occasionibus deinde vsus, Tigranem regem generum suum subornauit, qui Cappadociam inuaderet. Appianus hæc in Mithridatica.

Prætores.

// // // f. // n. // //. // //. f. // n. //.

iurisdictiones

// // // f. // n. // //. // //. f. // n. //.

// // // f. // n. // //. // //. f. // n. //.

// // // f. // n. // //. // //. f. // n. //.

Quæstiones. publicas. sortiti. obtinuêre.

M'. Fonteius * C. f. M'. n. Capito *	M. Aurelius * M. f. L. n * Cotta.
C. Cassius L. f * C. n * Varus.	Cn. Iunius .. f. // n. Norbanus.
C. Rabirius //. f. //. nepos.	L. Cassius * Q. f. Q. n * Longinus.
C. Seruilius M. f. // . nepos. Rullus.	P. Seruilius M. f. // . n. Rullus.

Extant horum duorum fratrum, vt apparet, denarij elegantes cusi anteà in eorum Quæstura C. Seruilius expressit in his Romæ caput leonina pelle tectum, & nauem rostratam: P. Seruilius autem caput Palladis cum Victoria bigam agitante. Eorum nomina sic leguntur in nummis, P. SERVEILI. M. F. RVLL. in altero, C. SERVEILI. M. F.

L. Aurelius Cotta accusatur.

Accusatus à duobus Lucullis fratribus L. Aurelius L. f. Cotta, vt ex Cicerone & Pædiano percipimus. Nam Cicero Verrem accusaturus actione secunda, vbi rationem reddit, cur potiùs probatione testium quàm perpetua oratione malit vti, sic dicit: Faciam hoc » nouum, sed ab iis, qui nunc principes nostræ ciuitatis sunt, antè factum, vt testibus vtar » statim. In quem locum Pædianus ita commentatur: Verum dicit. Etenim L. Licinius & » M. Licinius ambo Consulares, Marcus verò etiam Triumphalis tum erat. Hi cùm accu- » sarét L. Cottam, non vsi sunt oratione perpetua, sed interrogatione testium caussam per- » egerunt. Verùm quisnam hic L. Cotta. suspicor illum fuisse qui Tribunus plebis ante an- » nos aliquot à C. Norbano collega è Rostris depulsus erat. Et accusasse Lucullos existimo post Ædilitatẽ curulẽ, cùm L. Lucullus Pręturam peteret, qui antea ferè semper abfuerat.

Cn. Corn. Dolabella repetundarũ accusatur.

Accusatus est etiam repetundarum atque damnatus, ex Cilicia prouincia successore P. Seruilio Procos. accepto reuersus Cn. Cornelius * L. f. L. n * Dolabella ab adolescente M. Æmilio Scauro. Cum enim crudeliter & auare Prætor cum suo legato C. Verre Achaiam, Asiam, Pamphiliam, omnes quas attigerat prouincias frumento imperando aliisque oneribus iniquis vexasset spoliassetque, vt copiosè Cicero declarat actione in Verrem tertia, vbi ita de Verre: Itaque M. Scaurus, qui Cn. Dolabellam accu- » sauit, istum in sua potestate ac ditione tenuit. Homo adolescens, cum illius inquirendo » multa furta ac flagitia cognosceret, fecit peritè & callidè. Volumen eius rerum gesta- » rum maximum isti ostendit, ab homine quæ voluit in Dolabellam abstulit, istum » testem produxit: dixit ille quæ velle accusatorem putauit. Inuehitur igitur hinc sæpius in » Verrem, quòd legatus & Proquæstore Dolabellæ Prætorem suum perfide, & in reum amicum suum puniendus ipse, facinorum conscius, furtorumque particeps testimonium dixerit. Damnatum vero Dolabellam & in exilium missum fuisse, Ciceronis item verba ostẽdunt in eadem actione, vbi narrat Philodamum Lampsacenum cum filio per summam iniuriam à C. Nerone securi percussum, Dolabella C. Verris in gratiam id vrgente. Vbi tunc ita stomachatur: Nemo iam Dolabella neque tui, neque tuorũ liberum, » quos tu miseros in egestate atque in solitudine reliquisti, misereri potest. Et rursus actione » quarta, vbi refert, cur damnato Romæ Cn. Dolabella, damnationem Philodami Opuntij ab eo factam resciderint. Damnati litem æstimatam in eadem actione dicit sextertiũm ad tricies, his nominibus solis, quòd eius legatus Proquæstore C. Verres à ciuitatibus Lyciæ, Pamphiliæ, Pisidiæ, Phrygiæque frumentum, coria, cilicia, saccos præter modum imperasset;

perasset, neque ea sumpsisset, sed pro his rebus pecuniam exegisset. Cùm hæc itaque ex Ciceronis actionibus luce clariùs manifesta sunt, solus Pædianus nobis nebulas offundit, & ne sibi quidem cóstat, vel nesciens hunc Cn. Dolabellam quem Scaurus accusauit, alium esse ab illo Cn. Dolabella Consulari ac Triumphali, quem C. Cęsar anno sequenti frustrà accusauit, vel quod magis credere lubet, insigniter ab aliquo sciolo corruptus est locus, qui nominibus Dolabellarum pro suo ingenio transpositis, peruertit omnem Pædiani commentationé duobus maximè locis; vt in diuinationem, vbi exponit, quos nam pueros nobiles intelligat Cicero Hortensium elusisse: Significat, inquit, & Cæsarem item adolescenté in Dolabella reo ex Sicilia, qui quidem damnatus est, quantum oportuit per Hortensium* gratiá. Nam si non damnatus est Dolabella, quomodo posteà dicit Tullius, Nemo iam Dolabella, neq; tui neque tuorum liberûm, quos tu miseros in egestate ac solitudine reliquisti, misereri potest? Significare sane etiam potest Scaurum, qui alterum Dolabellam Consularem Triumphalemque, & potuit eodem Hortensius resistere. Hæc profectò Pædiani verba plena mendis sunt. Si tamen transposueris accusatorum nomina, Scaurum scilicet pro Cæsare, & pro Scauro deinde Cæsarem, Pædianus planè conueniet cum Cicerone & aliis Auctoribus, qui nunc falsò scribit, & M. Scaurum & C. Cæsarem ambos vnum Dolabellam Consularem ac Triumphalem accusasse. Non desunt nihilominùs vitia in istis Pædiani verbis corrigenda. Nam pro Sicilia omnino legendum est Cilicia, & in sequétibus posteà verbis sensus est mancus (per Hortensium * gratiam.) Quare hoc modo, si coniecturæ locus est, supplenda esse suspicor (per Hortensium fortè gratiam nactus.) Rursus in Verrinæ tertiæ commentario vertenda sunt eodem modo nomina, cùm dicit: Inimicos accusatoresque Dolabellæ Cæsarem dicit; nam Scaurus Dolabellam alium accusauit, nec damnare potuit. Hæc ex alio vitioso loco sic corrupta sunt, vt error errorem trahit. Sed constabit historiæ veritas, si transpositis nominibus ita legas: Inimicos accusatoresque Dolabellæ Cæsarem dicit. Nam Scaurus Dolabellam alium accusauit, nec damnare potuit. Alioquin sibimet ipse contradicit, scribens in Scaurianam hoc modo: Scire vos oportet, duos eodem tempore fuisse, & prænomine, & nomine, & cognomine Dolabellas. Horum igitur alterum Cæsar accusauit, nec damnauit: alterum M. Scaurus & accusauit, & damnauit. Hæc quidem eius verba Ciceroni aliisque Auctoribus optime congruunt, vt etiam superiora loca, modò nomina perperam posita, vt dixi, transponantur.

Asconius Pædianus semel iterumque correctus.

Prætores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. Macedoniam. Ap. Claudius C. f. C. n. Pulcher. Procos.
//. //. //. f. //. n. //. Ciliciam. P. Seruilius C. f. M. n. Vatia. Procos.
//. //. //. f. //. n. //. Hisp. vlteriorem. Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Procos.
//. //. //. f. //. n. //. Siciliam. C. Claudius M. f. M. n. Marcellus. Procos.
//. //. //. f. //. n. //. Galliam. Narb. L. Manilius //. f. //. nepos. Procos.
//. //. //. f. //. n. //. Asiam. C. Claudius * Ti. f. C. n * Nero. Procos.
//. //. //. f. //. n. //. Hisp. citeriorem. Q. Calidius //. f. //. nepos. Procos.

De Q. Calidij rebus gestis in Hispania nihil certi reperio, cùm ipse Procos. Q. Metellus, qui eum ad Præturam prouexerat, nihil magni gesserit. Hoc constat, Calidium deinde ex Prætura Hispaniensi damnatum fuisse, vt suo loco dicemus.

//. //. //. f. //. n. //. Galliam. Cisalp. M. Iunius * D. f. M. n. Brutus. ex. Prætura. Dissensione ciuili partes M. Lepidi Cos. est sequutus, vt anno sequenti dicemus. Plutarchus & Zonaras patrem fuisse tradunt M. Bruti, qui Cæsarem occidit, quæ infesta Monarchis tyrannis progenies ab exordio partæ primæ libertatis semper fuerat.

C. Marcellum obtinuisse Siciliam Propr. hoc anno palam est. Obseruare tamen est ex Cicerone, Sallustio, Liuio, aliisque Auctoribus, indifferenter Proconsulibus vocari sæpe magistratus post legem Corneliam de prouinciis latam, qui etiam Prætorio cum imperio prouinciam vltra annum obtinuissent, quibus non secùs ac Procoss. imperium manebat, donec ad vrbem reuertissent. Et quia C. Marcellum Procos. vocat Cicero Verrina quarta: C. Marcelle, inquit, te appello, Siciliæ prouinciæ cùm esses Procos. præfuisti, &c. Certè in suspicionem venio, & huic imperium ex S. C. legeque Cornelia fuisse prorogatum: maxime cùm tunc prouinciæ Prætoriæ frequenter in biennium obtinerentur. Atque ea ratione magnificentiùs de Marcello loquitur Tullius, indicans non solum Prætorem anno suo prouinciam, sed etiam ex S. C. legeque Cornelia Proconsulare imperium prorogatum obtinuisse.

Proconsules qui tùm dicti.

De L. Manilio eadem mea sententia est, quem hoc anno victum à Sertorij Quæstore

Herculeio constat,& Procos. appellari. De quo sic Liuius libri xc. Epitoma: "L. Manilius Procos. & M. Antonius legatus ab Herculeio Quæstore victi sunt." Item Orosius libro v. cap. xxiii. sic: "Manilius Procos. è Gallia in Hispaniam cum tribus legionibus,& mille quingentis equitibus euocante Metello transgressus, iniquam cum Herculeio pugnam conseruit;à quo castris copiisque nudatus, in oppidum Ilerdam penè solus, refugiens euasit." Manilium è Gallia Narbonensi euocatum tunc à Q. Metello in Hispaniam properasse, tradit item Plutarchus in Sertorio.

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //.

M. Pupius M. f * Cn. n * Piso. Frugi. Calpurnianus.

P. Rutilius * P. f. Sp. n * Rufus.

* P * Atilius //. f. //. n. Nudus.

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

M. Octauius //. f. //. n. Ligur.   L. Octauius //. f. //. n. Balbus.

M. Iunius * M. f. C. n. Silanus *   M. Cæsius * M. f. C * nepos.

Quæstores. vrbani. duo. ad. ærarium.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

M'. Æmilius * M'. f. M'. n * Lepidus. Qui in Quæstura Sublicium Romæ pontem ex ligneo lapideum fecit, vt auctor est Plutarchus in Numa rege. Testatur idem denarius argenteus, cum Romæ capite,& equite in aquæ ductuum ponte, sub quo LEP. adest circumscriptum nomen, MAN. ÆMILI. Q. Ab eodem pons Æmilius posteà nominatus est, cuius adhuc hodie reliquiæ in Tiberi.

P. Cornelius Ser. f. L. n. Sulla. Dictatorem Sullam habuit patruum, auctore Dione. Ser. f. appellatur à Sallustio in Catilinaria. reperiturque eius argenteus denarius cum Romæ capite & Victoria bigam agitante.

//. //. //. f. //. n. //. P. Seruilij Procos. in. Cilicia.

//. //. //. f. //. n. //. Ap. Claudij Procos. in. Macedonia.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Calidij Pr. in. Hisp. citeriore.

//. //. //. f. //. n. //. M. Bruti Pr. in. Gallia. Cisalp. Gallicus.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. apud classem.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Sardinia.

Eiusdem. in. Corsica. Aleriensis.   Calaritanus.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Africa. Vticensis.

//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem. Adrumetanus.

//. //. //. f. //. n. //. Pr. in. Achaia.   //. //. //. f. //. n. //. Pr. in. Asia.

//. //. //. f. //. n. //. Pr. in. Illurico.   //. //. //. f. //. n. //. Ostiēsis. in. Latio.

//. //. //. f. //. n. //. Calenus. in. Campania.   //. //. //. f. //. n. //. Brundusinus. in. Sallentinis.

//. //. //. f. //. n. //. Asculanus. in. Piceno.   //. //. //. f. //. n. //. Æserninus. in. Samnio.

C. Volcatius //. f. //. n. Gurges. Honestissimum virum appellat hunc Cicero in Corneliana apud Pædianum, cuius verba superiùs in Prætura Cn. Dolabellæ citaui. Et profectò videtur idem esse, qui Senator posteà sub Cæsare subitò est mortuus, cùm de progrediendo cogitaret; vt annotauit Plinius lib. vii. cap. liii.

M. Iu-

M. Iunius * M. f. M. n * Brutus. Cuius auus opinor Iuriſcos. fuit, qui ſeptem libros de Iure ciuili reliquit, vt auctor eſt Pomponius de origine iuris. Pater huius infamis & inuiſus ob accuſationes, magiſtratus non petiuit, vt Tullius in Bruto; & de oratore libro II. demonſtrat, bonorum & hereditatis paternæ grauem decoctorem fuiſſe.

C. Falcidius / . f. //. nepos. Cicero in oratione pro lege Manilia Tribunum plebis non diu ante ſe Prætorem fuiſſe declarat, & poſteà legatum.

Cn. Cornelius * Cn. f * Cn. n * Lentulus. Vatia. Hic familiam gladiatoriam tunc temporis Capuæ alebat, in vſum ſui muneris, quod populo parabat, Ædilis breui futurus. Ex eodem ergaſtulo Spartacus cum ſuis elapſus, bellum grande in Italia commouit. Oroſius item Cn. Lentulum vocat, Plutarchus Lentulum Vatiam, in M. Craſſo. Sed in Latineis vulgatis exemplaribus cognomen hoc mendoſum eſt: in Græcis tamen vera retinet antiqui cognominis veſtigia. Adoptatus autem à Seruilio quopiam videtur. *Cn. Corn. Lentulus Vatia.* *Spartacus ſeruus ſeruilis belli auctor.*

D. Iunius * M. f. L. n * Silanus. Filius fortaſſis M. Silani, qui contra Cimbros malè pugnauerat, anno DCXLIV. ſed decimus natu inter eius liberos, ſicut ex temporum interuallo colligere eſt, & prænomen Decimus indicat. Æqualem ſuum vocat Cicero de claris oratoribus, & vitricum M. Bruti fuiſſe ſcribit, cuius mater Seruilia vidua Silano nupſerat. *Decimi prænomen vnde.*

C. Licinius L. f. //. n. Macer. Vt habet titulum denarius eius argenteus, cum Sumani fulmen vibrantis capite & Martis quadriga, C. LICINIVS. L. F. MACER. Hic P. Licinij Calui oratoris clariſſimi pater fuit, qui poſt Præturam repetundarum damnatus à Cicerone Prætore voluntaria morte periit. Hunc, ait, in Bruto Tullius auctoritate ſemper egiſſe, fuiſſe tamen patronum quaſi diligentiſſimum: ſed vitam, mores, vultum denique omnem commendationem ingenij euertiſſe.

L. Popillius //. f. //. nepos. Libertini cuiuſdam filius, iudex poſteà in Oppianici cauſſa; ſed Senatu motus deinde ob falſum iudicium, atque etiam ambitus poſteà damnatus, vt Cicero in Cluentiana.

Cn. Egnatius * Cn. f. //. n. Maximus * Senatoria familia, exheredatus teſtamento patris poſteà, quòd ob Oppianici damnationem iudex anno DCLXXIX. pecuniam accepiſſet, vt Cicero in Cluentiana.

T. Betutius //. f. / . n. Barrus. Aſculanus. Orator eloquentiſſimus, cuius ſunt aliquot orationes Aſculi habitæ. Illa verò contra Cæpionem nobilis ſanè. Cui orationi Cæpionis ore reſpondit Ælius, qui ſcriptitauit orationes multas, orator ipſe numquam fuit. Hæc ibi fere de eodẽ Ælio Tullius. Et rurſus de eodem loqui videtur ſic ad M. Varronem in Academicis: „L. Ælius noſter, peritus Philoſophiæ Stoicæ: poſt cuius occaſum, „ait ſe Romanorum primum Latino ſtylo philoſophica ſcribere cœpiſſe. *L. Ælius, Stoicus.*

P. Cornelius * P. f. P. n * Lentulus. Marcellinus. M. Marcelli, qui Æſerniæ bello ſociali captus fuerat, filius, in adoptionem datus P. Lentulo, vt opinor, Suræ patri. Itaque fratrem habuit adoptiuum P. Lentulum Suram, atque germanum C. Marcellum Æſerninum, ſicut ex Ciceronis Bruto colligere eſt, atque eiuſdem Verrinis. Hunc verò cum patre M. Marcello numerat inter promptos patronos, & non inexercitatos. *P. Corn. Lentulus Marcellinus.*

L. Manlius L. f. //. n. Torquatus. Qui P. Autronio Pæto ambitus damnato Conſulatum eripuit, accuſante filio ſuo L. Torquato adoleſcentulo, vt teſtatur Cicero de finibus libro II. De huius Torquati laudibus idem multa in oratione pro P. Sulla, & in oratione contra L. Piſonem; virum omni dignitate ornatiſſimũ, elegantemq; in dicendo fuiſſe tradit in Bruto, in exiſtimando admodum prudentem, toto genere perurbanum. In Faſtis Græcis, qui libris hiſtoriarum Dionis præfiguntur, L. Manlius L. f. appellatur.

C. Cannutius //. f. //. nepos. Vir militaris, qui poſteà legatus M. Craſſi Prætoris in prælio contra Spartacum in inſidiis poſitus, victoriæ occaſionem dedit, vt Plutarchus in Craſſo memorat.

C. Cæpaſius //. f. //. nepos. L. Cæpaſius //. f. //. nepos. Duo fratres qui multa opera ignoti homines & repentini Quæſtores celeriter facti ſunt oppidano quodam & incondito genere dicendi, vt Tullius in Bruto tradit. In Cluentiana rurſus eos ita coniungit, vt ambitionem eorum potiùs irridere, quàm eorum laudare videatur induſtriã. Si non hoc anno Quæſtores fuerunt, non magno ſane interuallo abfuiſſe ab hoc exiſtimo, cùm biennio fere maiores Cicerone fuerint, vt ipſe teſtatur in Bruto. *C. & L. Cæpaſij, fratres.*

T. Manlius T. f. / . n. Torquatus. Doctus vir ex Rhodia diſciplina Molonis, & à natura ad dicendum ſatis ſolutus atque expeditus: cui ſi vita ſuppeditauiſſet, ſublato ambi-

ambitu Consul factus fuisset. Plus facultatis habuit ad dicendum quàm voluntatis: itaq; studio huic non satisfecit; officio verò, nec in necessariorum suorum caussis, nec in sententia dicenda defuit. Hæc Cicero in Bruto, ex cuius verbis constat, Torquatum magistratus suos præter Consulatum consummasse.

Cn. Cornelius //. f. //. n. Aquinus. Anno sequenti legatus Proquæstore factus Q. Metelli Procos. in Hispania vlteriore frumentatum missus malè pugnauit, amissoq; equo armisque suis solus effugit, vt Plutarchus memorat in Sertorio. Male tamen Aquilius pro Aquinus in vulgatis exemplaribus legitur.

C. Erucius //. f. //. n * Clarus * Clari cognomen apud posteros huius gentis reperio Cæsarum temporibus. Hic autem accusator & infamis calumniator Sex. Roscij Amerini, qui mirificè exagitatur à Tullio in oratione qua Roscium defendit: vbi eius artes & calumnias abundè detegit.

Sex. Roscij Amerini accusator, quu.

Prolatæ. prouinciæ

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //.* f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Pius. Procos. Hisp. vlter.
C. Claudius M. f. M. n. Marcellus. L. Manilius //. f. //. nepos.
Siciliam. Galliam. Narbon.
Pro. Prætorib. prolato. imperio. obtinuêre.

Pro Quæstorib. f. fuêre.

C. Vrbinius //. f. //. nepos. Q. Metelli Procos. in. Hisp. vlt.
//. //. //. f. //. n. //. C. Marcelli Propr. in. Sicilia. Suracusanus.
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem Lilubetanus.
//. //. //. f. //. n. //. L. Manilij Pr. in. Gallia. Narbon.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in. Gallia. Cisalpina. Gallicus.
Cn. Cornelius * Cn. f. Cn. n * Dolabella. an. DCLXXV.
Procos. ex. Macedonia. //. //. //.

Cũ Thracib. bellum pop. Rom.

Per hæc sanè tempora continuum ferè bellum fuisse cum Thracum populis Macedoniam frequenter incursantibus, ex Liuio, Appiano, Plutarcho & aliis cognoscimus. Ex eaque prouincia Cn. Cornelium Dolabellam post Consulatum triumphasse, M. Cicero docet in oratione contra L. Pisonem: Vnde (inquit) vir omni dignitate ornatissimus » L. Torquatus me referēte absens imperator appellatus est: vnde his paucis annis Cn. Do- » labellæ, C. Curionis, M. Luculli iustissimos triumphos vidimus. Hic idem Dolabella, » quem Cæsar ex Cilicia Romam reuersus Consularem & Triumphalem, composita seditione ciuili à M. Lepido concitata, anno sequenti repetundarum postulauit.

FINIS LIBRI XV.

IN QVO CITATI,

Cicero. Val. Maximus. Strabo. Victorinus. Donatus. Asconius Pedianus. Marmora antiqua. Appianus Alexandrinus. Plutarchus. Julius Obsequens. Hubertus Goltzius. Pomponius Mela. T. Liuius. Velleius Paterculus. Carolus Sigonius. Suetonius. Plinius. Auctor Dialogi de Oratt. Tabula Græca. Tabula Cuspiniani. Marianus Scotus. Cassiodorus. Auctor de viris illustribus. Macrobius. J. Lipsius. A. Gellius. Cornelius Nepos. Seneca. Orosius. Fasti Capitolini. Corn. Tacitus. Iulius Frontinus. Eutropius. Iustinus. Sex. Rufus. L. Florus. Solinus. L. Sisenna. Sex. Pompeius Festus. P. Ouidius. Sulpicius Apollinaris. Polyænus. Dio Cassius. Epitome Liuiana. Priscianus. M. Varro. Auctor Rhetoricorum ad Herennium. Dionysius Halicarnassensis. I. Cæsar. Hirtius. Lactantius Firmianus. Fenestella. Vlpianus. Julianus Iuriscos. Fuluius Vrsinus. Onufrius Panuinius. C. Oppius. Modestinus. Iustinianus. Zonaras. Sallustius.

EMENDATI AVT ILLVSTRATI,

Cicero, pagina 194. 201. 204. 212. 227. 228. 267. *Carolus Sigonius*, pag. 197. 205. 207. 211. *Iulius Obsequens*, pag. 201. 208. 211. 219. *Asconius Pedianus*, pag. 196. 281. *Auctor de viris illustrib.* pag. 194. 207. 274. *Auctor Dialogi de Oratt.* pag. 212. *Plinius*, pag. 205. 256. *Appianus*, pag. 223. *Orosius*, pag. 237. *Velleius Paterculus*, pag 247. 253. *A. Gellius*, pag. 259. 260. *I. Lipsius*, pag 253. *L. Florus*, pag 253 *Fenestella*, pag. 259. *Liuius*, pag. 267. *Eutropius*, pag. 274. *Plutarchus*, pag. 271. 273. 284. *Orosius*, pag 273.

STE-

STEPHANI VINANDI PIGHII LIBER XVI.

ANNALIVM ROMANORVM.

ANNI P. R. C. DCLXXVI.

Consules.

D. IVNIVS. D. F. M. N. BRVTVS MAM. ÆMILIVS. MAM. F. M. N.
Lepidvs. Livianus.



CAPITOLINA Fastorum fragmenta plenè satis Consulum huius anni nomina suggerunt D. Iunium Brutum & Mam. Æmilium Lepidum Liuianum. Caroli Sigonij industria in Obsequente, Pædiano, & Cassiodoro legimus M. Æmilium, D. Brutum: in tabulis Græcis Brutum & Mamercum; in Cuspiniani mendose Mamercum, Brutum Iulianum, pro Liuianus. D. Bruti cum Mamerco Consulis meminit Cicero de claris oratoribus in Bruto, & Officiorum libro secundo, vbi de liberalitate scribit: Vitanda tamen, inquit, est auaritiæ suspicio: nam Mamerco homini diuitissimo prætermissio Ædilitatis Consulatus repulsam attulit. C. Curionem quoque in hunc annum simul petere voluisse, ex Sallustij verbis persentimus, quæ ex historiarum primo libro citat Priscianus lib. x. Curionem quæsiuit, vti adolescentior, & populi suffragiis integer ætati concederet Mamerci. Hæc de Q. Catulo comitia tunc habente Sallustius.

De Consulum prouinciis nihil inuenio; suspicor tamen (quamuis errare possum) Italiam & Galliam Cisalpinam prouincias, vt prius, Consulares fuisse.

Hos autem Consules ex interregno iniisse magistratum, ex oratione L. Philippi eodem anno in Senatu habita interregni tempore constat, vbi ille sententiam dicit: Quare ita censeo, quoniam Lepidus exercitum priuato consilio paratum cum pessumeis, & hostibus reipublicæ contra huius ordinis auctoritatem ad vrbem ducit: vti Ap. Claudius interrex cum Q. Catulo Procos. & ceteris quibus imperium est, vrbi præsidio sint, operam dent, ne quid respublica detrimenti capiat. Ex quibus verbis intelligere videmur, M. Lepidum interregni tempore, nondum creatis nouis Consulibus bellum declarasse, atque cum exercitu ad vrbem properasse, continuatique sibi Consulatum postulasse. Itaque cum nulli adhuc essent Consules, Cn. Pompeio Magno etiam tum priuato extra ordinem imperium Proprætore decernitur, qui cum Q. Catulo Procos. aduersæ factioni resistat. Ceterum de Ap. Claudio interrege nihil amplius reperio. Non enim puto hunc Appium Procos. Macedoniæ fuisse, quem hoc anno a C. Cæsare reum factum Romæ mox docebo. *Ex interregno Consules.*

His Consulibus S. C. factum est, opinor, de Quæstoriis prouinciis, Vti quotannis, si Senatui videretur, mutarentur: etiam vbi imperia summa essent prorogata. Nam ex Cicerone & sequenti historia fit verisimile, nouos subinde Quæstores prouincialibus magistratibus quamuis prorogatis summissos fuisse. Idque necessarium, cum ob multitudinem Quæstorum, qui lege Cornelia quotannis viginti creabantur, tum ob paucitatem prouinciarum. Itaque qui postea cum Procos. Propr. ve suis accepto successore morabantur in prouinciis; legationis potius, quam Quæstorio titulo mansisse videntur, vt nummismata etiam testantur eius temporis antiqua. Senatusconsulti istius mentionem facit Vlpianus de officio Quæstoris Digest. lib. 1. tit. XIII. Ex Quæstoribus quidam, inquit, solebant prouincias sortiri ex S.C. quod factum est D. Bruto & Porcina Coss. Quo loco Iurisconsultorum filij admodum deprauarunt Consulum nomina ex glossis ali- *S.C. de Quæstoriis prouinciis.*

cuius

cuius indocti. Porcina namque Æmilij Lepidi quidem agnomen quoddam est, sed non huius, verum alterius, qui multò prius cum C. Mancino Consul fuit, vt ex Annalibus constat. legendum est ergo, D. Bruto & Æmilio Coss.

Tigranes Armeniæ rex subornatus a Mithridate socero suo Cappadociam inuasit, ex eaque velut indagine cincta, vt nemo posset euadere, ad trecenta captiuorum milia extraxit in Armeniam, vbi agros iis colendos assignauit, impositoque sibi diademate, vrbem Tigranocertam à se denominauit.

Prætores.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //.

iurisdictiones.

Cn. Aufidius Orestes. Cn. Aufidius Cn. f * Cn. n * Orestes. Aurelianus. Vrbanam. iurisdictionem. sortitus. obtinuit. vt apparet ex Valerio Maximo libro VII. cap. VII. de testamentis rescissis, vbi possessionem secundùm tabulas testamenti Genucio cuidam Gallo Matris Magnæ à Cn. Oreste Prætore datam à Mamerco Lepido Consule abrogatam fuisse scribit: qui Genucium amputatis sua sponte genitalibus, neque virorum neque mulierum numero habendum; ideoque hereditatis minimè capacem pronuntiauit.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //.

Peregrinam. iurisd. &. Quæstiones.

rerum. criminalium. sortiti. obtinuère.

L. Licinius L. f. L. n. Lucullus. Eum post Ædilitatem mox Præturam legis Corneliæ beneficio petiisse, testatur Cicero quæstionum Academicarum quarto, cuius verba iam antè citaui.

L. Gellius L. f. . n. Poplicola. Omnibus honoribus ad Censuram vsque defunctus, vt Valerius Max. auctor est.

Sex. Peduceius Sex. f. //. nepos. P. Annius //. f. //. n. Asellus.

Cn. Cornelius Cn. f. //. n. Lentulus. Clodianus.

A. Gabinius //. f. //. nepos. L. Iunius * L. f. D. n * Silanus.

C. Iulius Cæsar Cn. Dolabellã repetundarum accusat. Accusatus est repetundarum ex Macedonia Cn. Cornelius Cn. f. Cn. n * Dolabella Consularis ac Triumphalis a C. Iulio Cæsare adolescente annorum XXII. cùm iam ageret XXIII. quod quidem ex Fastis colligimus, si anno ætatis quinquagesimo sexto est occisus. Nam si ab anno vrbis DCCIX. quo periit, rationem retrò subducas, hunc annum ætatis suæ esse vigesimum tertium inuenies. Quare non rectè Tacitus, vel si mauis, Quinctilianus in dialogo de claris oratoribus, vno & vigesimo ætatis anno Cæsarem accusasse Dolabellam scribit. Sed tales in numeris errores librariis excidunt in scribendo sæpissimè. Neque est, quòd existimemus biennio ante accusatum à Cæsare, quem anno primùm superiore Ap. Claudio successore Romam reuersum triumphasse docuimus; testaturque etiam Suetonius, Dolabellam compolita seditione ciuili à M. Lepido concitata accusatum à Cæsare fuisse. Scribit item in Bruto Tullius, se vidisse *Cic. in Asiam quando profectus.* hoc celebre de Dolabella Consulari iudicium post peregrinationem Asiaticam, cùm Romam reuersus esset. Profectus autem ab vrbe est aliquamdiu post Sex. Roscium Amerinum defensum L. Sulla II. & Q. Metello Coss. abfuitque, vt ipse testatur, per biennium. Recepit igitur se primùm hoc anno Romam composita seditione ciuili, viditque Dolabellam reum. Quæ omnia ex ipsius verbis sunt manifesta, vbi latius refert, se cùm esset biennium versatus in caussis, primamque dixisset publicam pro Sex. Roscio, aliasque deinde multas, valetudinis curandæ caussa profectum Roma; vel eiusdem, vt verisimile est, anni extremo, vel sequentis initio venisse Athenas, mansisseque sex menses cum Antiocho veteris Academiæ nobilissimo philosopho: peragrasse se deinde Asiam totam, audiuisseque celeberrimos quosque oratores ac philosophos: neque his contentum, venisse Rhodum, vt Moloni, quem Romę audierat, se recoquendũ daret: ita se recepisse biennio post, confirmata iam valetudine, atque hoc, vt dixi anno, composita seditione ciuili. Duo »
tum (inquit) excellebāt oratores, qui me imitandi cupiditate incitarent, Cotta & Horten- »
sius: quorum alter remissus & lenis, & propriis verbis cõprehendens facile & solute sentē- »
tiam; alter ornatus, acer, & non talis, qualem tu eum Brute iam deflorescentē cognouisti, »
sed verborum & actionis genere commotior. Itaque cum Hortensio mihi arbitrabar rem »
esse,

» esse, quòd & dicẽdi ardore eram propior, & ætate coniunctior. Etenim videram in iisdem
» caussis, vt pro M. Canuleio, pro Cn. Dolabella Consulari, cùm Cotta princeps adhibi-
» tus esset, priores tamen agere partes Hortensium. Hæc Cicero; ex cuius verbis constat, celeberrimos eius temporis oratores C. Cottam & Q. Hortensium rei Dolabellæ patronos aduersus Cæsarem caussam eius egisse. Idem testatur Valerius Max. libro VIII.
» cap. IX. cuius verba sunt hæc: Diuus quoque Iulius vim facundiæ propriæ expressit, di-
» cendo in accusatione Cn. Dolabellæ, quem reum egit: extorqueri sibi caussam optimam
» C. Cottæ patrocinio. Absolutus igitur est Dolabella, vt & Suetonius, Plutarchus, ac Velleius suffragantur. Et quamuis nobilem Cæsaris accusationem, vt Plutarchus refert, Græciæ quas reus spoliauerat ciuitates, multis testimoniis instruxissent; nihilominùs Dolabella est absolutus, maiore, vt Velleius ait, ciuitatis fauore, quàm reis præstari solet. Cæsar absoluto reo suo Rhodum secedere statuit, ad declinandam, vt Suetonius ait, inuidiam. Quò cùm tenderet anno sequente, captus à piratis fuit, vt ex sequentibus intelligetur. Hæc quidem aliquantò diffusiùs exponenda nobis erant studiosorum in gratiam, quo temporum rerumque gestarum differentia magis patesceret, quæ adhuc vitiato Pædiano in duobus his Dolabellis admodum obscura manet.

Accusatus eodem anno M. Canuleius, vt auctor est Cicero loco superiùs citato; & vt suspicor repetundarum, quando cum Dolabellano iudicio celebri producit in exemplum, defendentibus item Cotta & Hortensio oratoribus. Si quis tamen aliter velit, non pugnabo.

Prætores prouinciarum.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Catulus. Procos. Italiam
//. //. //. f. //. n. //. Ap. Claudius. Procos. Romam
//. //. //. f. //. n. //. Cn. Pompeius. extra. ord. Galliam. Cisalpinam
//. //. //. f. //. n. //. Cn. Norbanus. ex. Prætura. Siciliam
//. //. //. f. //. n. //. M'. Fonteius. ex. Præt. Galliam. Narbon.
//. //. //. f. //. n. //. Sardiniam. //. //. //. f. //. n. //. Africam
//. //. //. f. //. n. //. Achaiam. //. //. //. f. //. n. //. Illuricum
//. //. //. f. //. n. //. Asiam. C. Claudius * Nero. Asiam
Prouincias. sortiti. obtinuêre.

Ap. Claudius * Ap. f. Ap. n * Pulcher. Interrex. Vrbem. cum. Procos. imperio. ex. exercitu. obtinuit. S. C. iussus operam dare, cùm M. Lepidus exercitum ad vrbem duceret, ne quid resp. detrimenti acciperet, quemadmodum ex oratione L. Philippi apparet loco iam citato. Huic, opinor, imperium, donec tumultus esset, in vrbe datum esse, quòd nulli adhuc essent creati Consules Prætorésve, quibus imperium committi potuisset; nec vllus Præfectus vrbis, qui à Consulibus creari solet. Interregi igitur necesse fuit imperium dare, cum Dictatorem creare non placuisset, vt esset qui iustitium indiceret, delectum haberet, atque vrbem præsidiis muniret, defenderetque. *Ap. Claudius Pulcher.*

Q. Lutatius Q. f. Q. n. Catulus. Procos. Italiam. cum. exercitu. obtinuit. S. C. iussus. videre. atque. operam. dare. ne. quid. resp. detrimenti. capiat. M. Lepidum, qui reuocatus à Senatu, concitata ad bellum Etruria, cum ingentibus copiis Romam properabat alterum Consulatum per vim capturus, non longè à Campo Martio ad pontem Muluium prælio fudit, profligatumque persequutus extra Italiam pepulit. Lepidus in Sardiniam cum parte exercitus profugit: vbi cùm frustra bellum moliretur, morbo tandem interiit. Exercitus ab illo relictus, paulisper aliis aliísque locis infestatus, tandem est dispersus, pars Albæ obsessa, & fame expugnata est cum Scipione Lepidi filio ad deditionem compulso, qui captus & occisus est, vt Orosius auctor est; pars maior ductu M. Perpernæ proscripti peruenit in Hispaniam ad Sertorium. Itaque intra vnam æstatem, vt vult Eutropius, hic motus belli ciuilis est oppressus. Victores, quòd non temerè in aliis ciuilibus bellis, vt inquit Florus, pace contenti fuerunt. Quod *Q. Lutatius Catulus & M. Lepidus.* *Romæ seditio.*
» idem testatur Valerius sic libro secundo cap. VIII. Q. Catulus, M. Lepido collega suo
» cum omnibus copiis seditiosis extincto, tantùm moderatum præ se ferens gaudium, in
» vrbem reuertitur. Et ex Sallustij paucis verbis, quæ ex historiarum secundo citat Fronto
» Grammaticus, idem colligere est: Post reditum eorum, quibus Senatus belli Lepidiani
» gratiam fecerat. Vide Plutarchum in Pompeio, Appianum libro primo, Zonaram, Florum libri III. fine, & Orosium lib. V. cap. XXII.

Cn. Pompeius Cn. f. Sex. n. Magnus. adhuc. eques. Rom. Propr. impe- *Cn. Pompeius Magnus.*

rium.

rium. & exercitum. extra. ordinem. obtinuit. Ex S. C. iussus Galliam Cisalpinam recuperare, atque M. Brutum bello persequi. Quem vrbibus facilè recuperatis Mutinæ obsessum; ac deinde per deditionem cum suis in fidem receptum occidi curauit. Cuius cædis vt iniquæ haud euitauit infamiam, teste Plutarcho. Vnde etiam apud Valerium Max. libro VI. cap. II. Ælius Mantia Cn. Pompeium acerbè accusans ait: Vide etiam » apud inferos pari claritate conspicuum Brutum ferro laceratum, querentem id sibi priùs » perfidia, deinde etiam crudelitate tua accidisse. Ex eius verbis colligimus ad minus Prætorium Brutum fuisse cùm occideretur, quando confert cum Consularibus viris Cn. Domitio & Cn. Carbone, quorum alterum in Sicilia, alterum in Africa occiderat. Vide Plutarchum in Pompeio. Meminere Zonaras, Liuius lib. XC. & Orosius loco iam citato. Confecto in Gallia bello, compositaque Romæ seditione ciuili, cum exercitu ad vrbem cum esset Pompeius, intelligeretque Senatus Sertorium in Hispania haud modicis auctum copiis, M. Perperna proscripto, cum reliquiis exercitus M. Lepidi ad ipsum profugiente, expeditionem in Italiam cogitare; è rep. visum, vti Cn. Pompeius cum suo exercitu & supplementis, parique cum Q. Metello imperio Procos. aduersus Sertorium in Hispaniam mitteretur. Factũ de ea re S. C. ex L. Philippi sentẽtia, qui se Pompeium non Proconsule, sed Proconsulibus in Hispaniam mittere dicebat; quasi Consulum neuter idoneus ad tantam expeditionẽ videretur. Profectus est igitur Pompeius extrema æstate, magnoque animo, prohibentibus Gallis viam armis sibi aperuit per Alpes, inter Padi & Rhodani fontes, aliam, quàm Annibal patefecerat. De suo itinere ipse multa in epistola ad Senatum, quæ extat inter Sallustiana fragmenta, item Cicero pro lege Manilia, & pro Fonteio. Hoc autem anno in Hispaniam veniens legionem frumentatum missam cum D. Lælio legato amisit, Lauronemque vrbem in suo conspectu captam diripi atque incendi passus est, ipse vix vlla re gesta cum Metello in hiberna ad Pyrenæos montes concessit: Plutarchus in Pompeio & Sertorio, Appianus, Liuius libro XCI. Obsequens, Frontinus Stratag. lib. II. c. V. & alij. Auctor de viris illustrib. Prætorem Pompeium cum Proconsulari imperio in Hispaniam missum scribit; sed Proprætore cum imperio anteà fuisse intelligendum est. Erat enim, vt omnes alij Auctores tradunt, adhuc eques Romanus, nec vllos gesserat magistratus.

Cn. Pompeius Proconsulibus mittitur.

Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Pius. Procos. Hispaniam. vlteriorem. bellumque. Sertorianum. obtinuit. Multas per Hispaniam vrbes perdidit, quas Sertorius partim vi partim deditione in potestatem redegit: Plutarchus, Appianus, & Liuius libro XCI.

P. Seruilius Vatia.

P. Seruilius C. f. M. n. Vatia. qui. posteà. Isauricus. appellatus. est. Procos. Ciliciam. bellumque. piraticum. obtinuit. Difficillimum cum piratis bellum gessit, & nec mari summouisse contentus, validissimas eorum vrbes & diutina præda abundantes in Cilicia, Pamphilia, & Lycia est aggressus: L. Florus, & Orosius, aliique.

Ap. Claudius C. f. C. n. Pulcher. Procos. Macedoniam. obtinuit. Thracas Macedoniam populantes pluribus præliis vicit, & in Sarmatas vsque peruenit: Liuius lib. XCI. L. Florus lib. III. cap. IV.

Cn * Iunius * . f. / . n. Norbanus. P. Siciliam. sortitus. obtinuit. Atque non diu ante Verrem obtinuisse Siciliam, Cicero indicare videtur actione septima: Ergo, » (inquit) his institutis prouinciæ iam tum, cùm bello fugitiuorum tota Italia arderet, ho- » mo non acerrimus, nec fortissimus Cn. Norbanus in summo otio fuit; perfacile enim » sese Sicilia tuebatur, ne quod in ipsa bellum posset existere. Nescio quodnam fugitiuo- » rum bellum velit fuisse in Italia hoc tempore, cùm illud quadriennio ferè tardius incœperit, vt alij volunt: nisi fortè Lepidiani tumultus occasione, & hoc anno serui arma sumpserint, de quo tamen nihil alij memoriæ prodiderunt, qui nullum fugitiuorum bellum aliud in Italia nominant, quàm illud quod Spartacus paulò pòst concitauit. Neque verò hanc Cn. Norbani Præturam serius collocare possum, quando sequentes ad Verrem vsque Siciliæ Prætores annis suis reperimus. Eiusdem Norbani mentionem & actione quinta fieri autumo, quamuis Caius ibidem appelletur errore librariorum; vbi hunc decumas agri Leontini lege Hieronica vendidisse docet.

M'. Fonteius Capito in Gallia quæ gesserit.

M'. Fonteius * C. f. Capito * Pr. Galliam. Narbonensem. sortitus. obtinuit. Quo tempore Cn. Pompeius contra Sertorium exercitum traduxit in Hispaniam, vt constat ex oratione Ciceronis pro eodem repetundarum ex Gallia prouincia reo, vbi hæc leguntur: Cum Galliæ præesset Fonteius, maximos populi Rom. exercitus in duabus » Hispaniis, clarissimosque imperatores fuisse. Quàm multi equites Rom. quàm multi » Tribuni militum; quales, & quot, & quoties legati ad eos exercitus? Præterea Cn. Pom- »

peius

,, peius maximus atque ornatissimus hiemauit in Gallia, M'. Fonteio imperante. Satísne ,, vobis multos, satis idoneos testes & conscios videtur ipsa fortuna esse voluisse earum re- ,, rum quæ M'. Fonteio Prætore gererentur in Gallia? De rebus eius gestis varia ex eadem oratione colligi possunt, ipsum videlicet Cn. Pompeio in Hispaniam cum exercitu tendenti auxilio fuisse, Vocontios, Allobroges, atque Aruernos obsistentes bello repressisse, Narbonensem coloniam obsidione liberasse, & viam Domitiam muniendam curasse, portorium vini instituisse.

* Cn * Terentius //. f. //. n * Varro. Asiam. ex. Prætura. sortitus. obtinuit. Prouinciam expilauit, vnde repetundarum anno sequenti est accusatus. Minores magistratus suos multò ante Sullæ reditum atque victoriam in ipso feruore belli ciuilis Romæ gessisse videtur, quorum certam memoriam apud Auctores necdum reperio.

Tribuni plebis.

» M. Turpilius * M. f * //. nepos. Contemptissimum nomen eiectum esse ex » iis, qui Tribuni plebis fuerunt. Hæc quidem Ciceronis verba ex oratione pro C. Cornelio nobis in miserè contaminatis eius commentariis sunt reliqua, in quæ Pædianus ita: ,, Post infractam (inquit) Tribunitiam potestatem à Sulla, & ante restitutam à Cn. Pom- ,, peio, vt apparet. Fuit autem is Tribunus plebis ante duodecim annos, D. Bruto, M. Le- ,, pido Coss. Sic Pædiani vulgata habent exemplaria. In quibus in primis corrigenda sunt monstrosa nomina Marcus, in Mamercus; Catulo, in Corbulo; quod cognomen Domitiis familiare sæpiùs deinde inuenietur. Quem adfert posteà Tribunum plebis Terpolium, vt Ciceroni conueniat magis, Turpilium vocari mallem. Quem dicit hisce » Coss. Tribunum plebis fuisse Pædianus, ante duodequadraginta annos, quàm accusatus est maiestatis C. Cornelius. Qui numerus vt huic anno congruat, videtur in Pædiano mutandus in, vndecim, vt posteà demonstrabo.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
M. Pupius M. f * Cn. n * Piso. Frugi. Calpurnianus.
Cn. Manlius * Cn. f. Cn. n * Maximus.
P. Varinius. //. f. //. n. Glaber. * C * Sextilius. C. f. C. nepos.

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
L. Valerius * C. f. L. n. * Flaccus — Q. Fabius. //. f. //. n. Maximus

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
C. Cosconius. C. f. * M. n * Calidianus. — T. Aufidius. //. f. //. nepos.

Quæstores. vrbani. duo. ad. ærarium.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

C. Marcius C. f. C. n. Figulus. Iurisconsultus fuit sui temporis celeberrimus, qui per magistratuum gradus ad petitionem Consulatus vsque progressus est; in qua repulsam passus est, vt sequentes Annales docebunt. *C. Marcius Figulus.*

Cn. Tremellius * Cn. f * L. n * Scrofa. Hic septimus eius gentis Prætorius fuit, rei rusticæ scriptor, commendatus à Columella libro primo cap. primo. M. Varroni item fuit familiarissimus, quem idcircò de re rustica scribens secum disputantem indu- *Cn. Tremellius Scrofa, rei rusticæ scriptor.*

cit. Fuit autem iudex in cauſſa Verris, cùm deſignatus eſſet Tribunus militum in annum ſequentem, vt Cicero oratione in Verrem ſecunda nos docet.

// // // f. // n. // Q. Catuli Procos. in. Italia. Oſtienſis.
// // // f. // n. // Cn. Magni Propr. in. Ciſalpina. Gallicus.
// // // f. // n. // Cn. Norbani Pr. in. Sicilia. Suracuſanus.
// // // f. // n. // Eiuſdem. Lilubetanus.
// // // f. // n. // M'. Fontei. Pr. in. Gallia. Narbonenſi.
// // // f. // n. // C. Claudij Pr. in. Aſia.
// // // f. // n. // // // Pr. in. Sardinia. Caralitanus.
// // // f. // n. // // // Eiuſdem. in. Corſica. Alerienſis.
// // // f. // n. // // // Pr. in. Africa. Vticenſes.
// // // f. // n. // // // Eiuſdem. in. Libua. Adrumetanus.
// // // f. // n. // Pr. in. Achaia. // // // f. // n. // Pr. in. Illurico.
// // // f. // n. // Pr. apud. claſſem. Apolloniæ. in. Macedonia.
// // // f. // n. // * Lucerinus * // // // f. // n. // Piſanus in. Apulia. in. Etruria.
// // // f. // n. // Pr. in. Illurico. Salonenſis. in. Delmateis.

L. Corn. Siſenna hiſtoricus ſui temporis celebris. Deſcripſit bellũ Marſicũ, & res geſtas Sullæ Dictatoris.

L. Cornelius // f. // n. Siſenna. Cn. Norbani Pr. in Sicilia Lilubetanus fortaſſis: nam nominat eum Tullius Verrinarũ quarta inter magiſtratus Romanos, qui in ea prouincia per hæc tempora hoſpitio Sthenij Thermitani viri nobilis ſunt vſi. Eſt autẽ Thermæ colonia in prouincia Lilubetana inter Agrigentum & Selinum oppida; quemadmodũ Plinius, Solinus, Mela, alijq́; Chorographi declarãt. Atqui in Sicilia, niſi cum magiſtratu Quæſtor hic L. Siſenna fuiſſe videtur, quando poſtmodum Prætor Achaiam obtinuit, vt ſuo loco dicemus. Fuit autem hic L. Siſenna hiſtoricus ſui tẽporis eximius ac celebris, Pomponio Attico, Hortenſio, & Ciceroni familiaris, vt & ceteris doctis Romanæ ciuitatis principibus. Bellum Marſicum, & res geſtas L. Sullæ Dict. Optimè eum ſcripſiſſe teſtantur Salluſtius, Velleius, Plutarchus, & alij. Citat eumdem ſæpe Tullius, & in Bruto commendat admodum.

D. Lælius * D. f. // n. Balbus * Anno ſequenti Proquæſtore Cn. Pompeij legatus in bello contra Lepidum & Brutum, ac deinde in Hiſpaniam cum eodem profectus occiditur, vt Iul. Obſequens auctor eſt, qui hæc de eodem prodigia refert: Mam. Æmilio, »
D. Bruto Coſs. D. Lælius legatus Pompeij, cui prodigium Romæ erat factum, in lecto »
vxoris duo angues conſpecti, in diuerſumque lapſi, & proximè Pompeio in caſtris ſedenti »
accipiter ſuper caput acceſſerat: in Hiſpania aduerſus Sertorium inter pabulatores occiſus »
eſt. Perperam Didius Lælius legitur in vulgatis. Opinor D. Lælij filium fuiſſe, qui Lucilio poëtæ familiaris cum Scipione & C. Perſio fuit, atque auum viri Conſularis ſub Auguſto.

Q. Pompeius A. f. Q. n. Bithunicus. Filius, niſi fallor, A. Pompeij, quem Plinius ſcribit in Capitolio, cùm deos ſalutaret, ſubitò obiiſſe, libro VII. cap. LIII. Tullius in Bruto Q. Pompeium A. f. nominat, & fuiſſe ſecum, & cum M. Piſone amicitia, ſtudiis, exercitationibuſque coniunctum, & biennio quaſi ſe maiorem dicit. Perit cum Cn. Magno profugus in Ægypto bello ciuili, vt tradit Oroſius libro VI. cap. XV.

L. Sergius Catilina Quæſtor.

L. Sergius * L. f. M. n * Catilina. Homo, vt Tullius pro M. Cælio dicit, ex contrarijs diuerſiſque inter ſe pugnantibus naturæ ſtudiis cupiditatibusque conflatus. De cuius moribus vitiiſque quid attinet hic multa referre? cum Tullius ipſe in Orationibus, Salluſtius, Plutarchus, aliique eum abunde ſuis depingant coloribus. Hoc anno Quæſtorem fuiſſe autumo. Nam deinde legatum abiuiſſe in prouinciam, reſque præclaras bello geſſiſſe, ex paucis, & vt videntur mendoſis Salluſtij verbis colligimus, quæ ex hiſtoriarum primo citat Feſtus Pompeius, in voce Obſidium: Magnis opibus profectis ob- »
ſidium cœpit per L. Catilinam legatum. Corrigit Ioſephus Scaliger locum, & legit: Ma- »
gnis operibus perfectis. Veriſimile videtur ex annorum & magiſtratuum ductu, L. Catilinam, peracta Quæſtura, legatum abiuiſſe cum C. Curione Procos. in Macedoniam.

C. Viſellius Varro C. Aculeonis F. Ciceronis conſobrinus. Dialog. Cic. III. de Oratore quando habiti.

C. Vitellius C. f. // n. Varro. Conſobrinus M. Ciceronis equeſtri familia natus. Nam patrem eius C. Aculeonem iuriſconſultum L. Craſſus apud Ciceronem de oratore libro primo equitem Romanum tunc acutiſſimo omnium ingenio ſecum viuere, ſemperque vixiſſe dicit. Qui ſermones habiti finguntur ante quatuordecim annos, gliſcente bello ſociali. Neque Vitelliorum quempiam ante hunc geſſiſſe magiſtratum aliquem reperio. Hunc verò fuiſſe Ædilem curulem, nobis auctor eſt Tullius in Bruto, vbi de eodem tic

» sic ait: Erat etiam vir doctus in primis C. Visellius Varro consobrinus meus, qui fuit cum » Sicinio ætate coniunctus. Is cum post curulem Ædilitatem iudex quæstionis esset, est mortuus. Et perfectum in litteris paulò pòst dicit, iurisque ciuilis iam a patre Aculeone traditam tenuisse disciplinam. Consobrinum suum fuisse testatur & in oratione de prouinciis Consularibus, atque in Verrina tertia Tribunum militum sub C. Nerone Prętore in Asia ordines duxisse declarat: quamuis ibi de propinquitate nihil dicat, sed virum rebus omnibus ornatissimum vocat. In caussa fortassis, quòd cōtra Verrem testis erat, quem Cicero tunc reum agebat. De eodem loqui puto Valerium Max. libro VIII. cap. II. vbi de eius fallaci testamento à C. Aquilio Iuriscos. rescisso scribit.

C. Sicinius .. f. .. nepos. Q. Pompeij, qui Censor fuit, sororis filius, probabilis orator, quem Quæstorium decessisse scribit Tullius in Bruto.

M. Manilius .. f. .. nepos. Post Præturam deinde gestam repetundarum damnatus, vt Pædianus in argumento Cornelianæ, & Plutarchus in Cicerone.

M'. Aquillius * M'. f. M' * nepos. A Censoribus posteà Senatu motus, quòd diceretur pecunias accepisse, cùm in Oppianici caussa esset, vt in Cluentiana Cicero memorat.

P. Cornelius * P. f. P. n * Dolabella. Qui vrbanus Prætor postmodum suo loco sequetur.

Q. Publicius .. f. .. nepos. Prætorem fuisse ex Ciceronis Cluentiana suo loco constabit.

* C * Sextilius * C. f. C * nepos. Qui posteà legatus L. Luculli Procos. bello Mithridatico fuit, vt ex Appiano, & Dionis historiarum lib. xxxv. suis locis ostendetur. Sed auferendum ex Dione mendosum nomen Secilius, vbi à Lucullo missum scribit ad Arsacem Parthorum regem.

L. Fannius .. f. .. n * Strabo. Et hic legatus posteà L. Luculli eodem bello à Tigrane rege obsessus fuit, vt auctor idem Dio est.

* M * Sornatius .. f. .. nepos. vt in vulgatis Plutarchi nomen hoc legitur, nescio an rectè: qui L. Luculli legatum in Ponto fuisse, & malè pugnasse scribit.

L * Licinius * .. f. .. n. Lucullus. Non ille qui de Mithridate triumphauit, sed quem Prætorem fuisse scribit Dio libro xxxvi. vt suo loco dicemus. Nominat hūc L. Lucullum Pædianus in argumento orationis pro C. Cornelio, inter principes ciuitatis, qui contra reum Cornelium infesti testimonia dixere. Et rursus de eodem loquitur scribens » in orationem Tullij contra competitores Catilinam & Antonium. Fecit reum (inquit) » Catilinam inter sicarios L. Lucullus, paratus eruditusque, qui posteà Consulatum quo» que petiit. Neque quis existimet, hunc Consularem ac Triumphalem Lucullum fuisse: nam is tum aberat, & diu antè Consul fuerat, quàm Cornelius accusaretur, & Consulatum Cicero & Catilina peterent.

Prolatæ. prouinciæ.

.. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. ..
.. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. ..
Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Pius. Procos. Hisp. vlter.
Cn. Pompeius Cn. f. Sex. n. Magnus. Propr. Galliam. Cisalp.
P. Seruilius C. f. M. n. Vatia. Procos. Ciliciam
Ap. Claudius C. f. C. n. Pulcher. Procos. Macedoniam
Prouincias. prolato. imperio. obtinuêre.

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

.. .. .. f. .. n. .. Q. Metelli Pij. Procos. in. Hisp. vlt.
.. .. .. f. .. n. .. P. Seruili. Procos. in. Cilicia.
.. .. .. f. .. n. .. Ap. Claudi. Procos. in. Macedonia.
.. .. .. f. .. n. .. Mediolanensis. .. .. .. f. .. n. .. Calenus.
in. Insubribus. in. Campania.

ANNI P. R. C. DCLXVII.

Consules.

CN. OCTAVIVS. M. F. CN. N. C. SCRIBONIVS. C. f * C. n * CVRIO.

CONSVLES insequens annus habuit Octauium & Curionem, velut in tabulis Græcis & Cuspiniani legimus: vt autem in Cassiodoro, Cn. Octauium & C. Curionem; & recte quidem Cicero Cn. Octauium M. f. appellat, tabulis Capitolinis congruens: Iulius Obsequens Cn. Octauium, C. Scribonium Coss. prodit, de terræ motu Reatino scribens. Plinius item libro II. cap. XXXV. scintillam e stella cecidisse tradit, Cn. Octauio, C. Scribonio Coss. & auctam in Lunæ magnitudinem: demum lampadem factam cum in cælum se reciperet. Meminit horum Coss. Cicero in Bruto, Lactantius item Firmianus in libro de ira Dei, & Institutionum primo ex Fenestella memorat, Octauio & Curione Coss. in Senatu actum fuisse, vt legati Erythras mitterentur ad Sibullina carmina colligenda. Vetustos enim Sibullinos libros incendio Capitolij periisse, superius dixi. Legati fuere P. Gabinius, M'. Otacilius, & L. Valerius Flaccus, qui deinde, nisi fallor, ex Asia reus est factus.

Sibullini libri Capitolij incendio amissi.

C. Scribonio Cos. Macedonia prouincia decreta est, vti post Consulatum Ap. Claudio Procos. succederet. Cn. Octauium arbitror ob malam valetudinem Romæ mansisse, atque Italiam prouinciam habuisse. Mithridates legatos in Hispaniam misit ad ineundam cum Sertorio amicitiam, bellique contra Romanos societatem: Appianus Alexandrinus in Mithridatica.

Prætores.

//. //. //. f. //. n. //. Vrbanam. //. //. n. //. n. Peregrinam iurisdictiones.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

L. Titius * L. f * //. nepos. Vrbanam. iurisdictionem. sortitus. obtinuit. vt ex Valerio Max. libro VIII. cap. III. colligere est, cuius verba sunt hæc: Amesia Sentij » caussam suam, L. Titio Prætore iudicium cogente, maximo populi concursu egit, par- » tesque omnes ac numeros defensionis non solum diligenter', sed etiam fortiter executa, » prima actione cunctis pæne sententiis absoluta est. Apparet sane iudicium priuatum, » in quo partes suas defendit mulier, & actione prima tam facile absoluitur, quæ deinde Androgyne vocari vulgò cœpit.

M. Terentius M. f. L. n. Varro. Lucullus. Pr. inter. ciueis. &c. Peregrinos. iurisdictionem. sortitus. obtinuit. Auctor est Pædianus in orationem Ciceronis in toga candida: Clientem (inquit) negat Cicero habere posse C. Antonium, nam is mul- » tos in Achaia spoliauerat, nactus de exercitu Sullano equitum turmas. Deinde Græci » quos spoliauerat, eduxerunt Antonium in ius ad M. Lucullum Prætorem, qui ius inter » peregrinos dicebat. Egit pro Græcis etiam tunc adolescentulus * de quo paullò ante » mentionem fecimus. Et cùm Lucullus id quod Græci postulabant, decreuisset, appel- » lauit Tribunos Antonius, iurauitque se ideò * abiurare, quòd æquo iure vti non posset. Ci- » cero caussam, cur iudicium recusarit Antonius, apertius declarat. Negasse enim Antonium dicit, in sua ciuitate cum peregrino se iudicio æquo certare posse. Ceterùm Pædiani hunc locum esse mutilum recte notauit Manutius. Deest enim adolescentuli C. Cæsaris nomen, qui pro Græcis contra Antonium egit: id quod ex Plutarchi Cæsare deprehendi. Rem enim eamdem is refert, & statim post Dolabellam frustra a Cæsare accusatum id accidisse indicat. Quamuis non videatur ipsam satis intellexisse Plutarchus, quum dicat C. Antonium sub Macedoniæ Prætore M. Lucullo in prouincia reum a Cæsare Græcis patrocinium suum conferente factum fuisse: & ideò Tribunos plebis appellasse, & ideò iudiciū declinasse Antonium, quòd inique secum agi diceret, si cum Græcis in Græcia sibi disceptandum foret. Constat autem M. Lucullum Macedoniam ex Consul. tu obtinuisse, & clarę Cicero dicit, reum Antonium in sua ciuitate fuisse, non in prouincia, vbi frustra Tribunos plebis appellasset. Sic in Philippicis eumdem ex Prætura Achaiam

** Deest C. Cæsaris nomen.*
** Fortasse melius appellare, vt Sigonius legit.*

Achaiam obtinuisse nos docet, & ex Consulatu, Cicerone collega illi sortem Macedoniæ prouinciæ suæ cedente, eamdem iterùm, cuius commodum anteà gustauerat, lubenter acceptauit. Quæstorem hoc quasi tempore fuisse, nos docet aureus nummus ab Hub. Goltzio Consulatui ipsius accommodatus, in quo suæ gentis originem ad Antonem Herculis filium iactantia quadam exaltat.

L. Furius * L. f. L. n * Philus. Pr. quæstionem de repetundis sortitus obtinuit. Apud hunc primò reus factus est * C * Terentius Varro repetundarum ex Asia, qui erat frater consobrinus Q Hortensij oratoris, vt commentator Acron in Horatium. Sed Prætor Furius, nondum peracto iudicio, magistratu defunctus est, lisque delata est ad successorem eius P. Lentulum Suram, vt anno sequenti ex Pædiano latius.

L. Iunius. . f. . n. Silanus. M. Octauius. . f. . n. Ligur.
L. Octauius. . f. . n. Balbus. L. Licinius. L. f. L. n. Lucullus.
L. Gellius L. f. . n. Poplicola.

Damnatus hoc anno repetundarum ex Hispania Q. Calidius, qui antè Tribunus plebis Numidicum ab exilio reuocarat, accusantibus Q. Lollio Q. f. & Q. Gallio, vt Verrina v. Cicero testatur. Damnatus est autem prauis iudicum sententiis, quos aduersarij eius pecunia corruperant, vt ex Verrina secunda intelligimus. Verba sunt hæc: Cognoscet populus Rom. quid sit, quòd iudiciis ad Senatorium ordinem translatis, sublataque populi Rom. in vnumquemque potestate, Q. Calidius damnatus dixerit; minoris HS. tricies Prætorium hominem honestè non posse damnari. Historiam explicat Pædianus in Cornelianam commentator: Q. Calidius, inquit, M. Calidij oratoris pater, ex Prætura Hispaniensi accusatus à Gallio, pro quo posteà Cicero dixit; atque damnatus, cùm sensisset iudicibus contra se pecuniam datam; in eos iudices qui paruo pretio corrupti se damnauerāt, exclamauit: Vel idoneam mercedem pro meo capite pacisci debuistis. Hoc saltem honestatis esset in vocabulis, vt hominem Prætorium non vili pretio venderetis. Et honestè, & ironicè dictum est. Ita Pædianus. Et in Planciana Cicero huius iudicij mentionem facit, se non dubitare dicens, quin reo Calidio adfuissent Metelli, aut Pius, si Romæ esse potuisset; aut pater eius Numidicus, si vixisset. *Q. Calidius repetundarū reus.*

Prætores prouinciarum.

L. Licinius L. f. L. n. Lucullus. Africam. ex. Prætura. sortitus. obtinuit. Vt testatur Academicorum quarto Tullius, scribens eum post Præturam in Africam abiuisse, atque inde ad Consulatum rediisse. Vnde constat, ipsum anno tantùm vno suo permansisse in Africa. Auctor de viris illustribus, quem vir doctissimus Andreas Schottus Sex. Aurelio Victori vindicatum Notis illustrauit vberioribus, Lucullum Africam iustissimè rexisse scribit. *L. Lucullus Prætor Africæ.*

L. Gellius L. f. . n. Poplicola. Achaiam. ex. Prætura. sortitus. obtinuit. Procos. Nam cùm venisset in Græciam, vt ait Cicero de legibus primo, Athenis Philosophos, qui tum erant, in vnum locum conuocauit, ipsisque magnopere auctor esse voluit, vt aliquando controuersiarum aliquem facerent modum. Quòd si eo animo essent, vt nollent ætatem in litibus conterere, posse rem cum eo conuenire, & simul operam illis suam est pollicitus, si posset inter eos aliquid conuenire. Quod eius factum ioculare censet Cicero, & à multis sæpè derisum dicit. Achaiam verò prouinciam sortitum potiùs existimo, quia Græciæ proxima erat: quæ libera tum adhuc suis legibus, Sullæ beneficio, viuebat; quamuis Athenis captis bello Mithridatico potuisset in prouinciam redigere; sed voluit maiorum memoriæ Græcos condonare. Vnde colligimus Gellium non obtinuisse Græciam, sed iter per eam, vt alij magistratus solent, fecisse in Achaiam proximam Prætoriam prouinciam. Nam ceteræ vltra Græciam prouinciæ ab aliis tum tenebantur, vt patebit ex historia.

Cn. Aufidius Cn. f * Cn. n * Orestes. Aurelianus. Illuricum. ex. Prætura. sortitus. Procos. obtinuit. Vbi grauia bella gessisse, ex paucis Sallustij verbis, quæ ex libro historiarum secundo, in quo huius temporis res gestas describit, à Prisciano Grammatico citantur, liquidum nobis est. Verba Sallustij sunt hæc: Eam deditionem Senatus per nuntios Orestis cognitam approbat. Vnde colligo, bellicosam eum habuisse prouinciam, atque diuturnam quoque, per triennium scilicet, cùm quinto ab hinc primùm anno ad Consulatum peruenerit. Quare mihi videtur Illuricum, vbi bellum cum Delmateis viciniśque populis erat, obtinuisse.

Sex. Peduceius Sex. f. . nepos. Siciliam. ex. Prætura. sortitus. Procos. obtinuit.

nuit. per. biennium: cùm alter annus in vilitate, alter in summa caritate annonæ esset, vt Cicero memorat Verrina quinta, laudatque passim Præturam hanc Peduceij in Actionibus vt innocentissimam & diligentissimam, qui & ipse Quæstor eius anno insequenti est factus. Nam hoc anno Quæsturam Romæ petiit, vt de se testatur ipse in Bruto his verbis: Vnum igitur annum, cùm redissemus ex Asia, caussas nobiles egimus, cùm » Quæsturam nos, Consulatum Cotta, Ædilitatem peteret Hortensius. Qui magistratus » C. Cottæ & Q. Hortensij oratorum proximè sequentur, atque etiam Ciceronis Quæstura: qui anno suo, & sine repulsa, magistratus quos petiit omnes est adeptus, sicut non semel iactitat ipse. Hoc igitur anno reuersus ex Asia, Romæ caussas nobiles egit, nobis quidem obscuras, cùm non extent orationes, quibus eas egit. Mihi quidem videtur & tum dixisse pro gentili quodam suo M. Tullio inter sicarios reo, si quid colligere est ex paucis verbis ex eius oratione pro M. Tullio citatis partim à Prisciano, partim a Quinctiliano. Dixisse tunc etiam verisimile est pro Q. Roscio Comœdo familiari suo in caussa priuata extra ordinem apud C. Calpurnium Pisonem iurisconsultum iudicem; cùm & orationum editarum ordo hoc indicet, & ex eius verbis colligere sit, non adeò diu post Sullæ mortem, compositaque bella ciuilia eam ipsam orationem esse dictam, præsertim ex hisce verbis: Nunc deum immortalium benignitate omnium fortunæ sunt certæ. » Et paulò anteà multis probarat, propter reipublicæ calamitates omnium fortunas fuisse incertas, iacuisseque pretia agrorum.

Ap. Claudius C. f. C. n. Pulcher. Macedoniam. ex. Consulatu. in. aduentum. successoris. vsque. obtinuit. Thracum varias gentes, quæ Rhodopæis montibus circumfusi sunt, bello finibus pellere tentauit, magnisque se laborum molibus obiiciens, curis circumseptus, morbo insuper correptus in prouincia est mortuus: Orosius, & Eutropius, item Sex. Rufus auctores sunt. Hinc est quòd scribit Obsequens, Octauio & » Curione Coss. aduersum Mœdos variè dimicatum esse: sed mallem legere Mœsios; » nam hos deinde etiam inuasit C. Curio successor eius.

Mam. Æmilius Mam. f. M. n. Lepidus. Liuianus. &. D. Iunius. D. f. M. n. Brutus. Procoss. Italiam. obtinuêre. Hos quamuis imbelles iudicarat Senatus, bellum Sertorianum Pompeio Magno extra ordinem committendo, ex more tamen tunc visitato obtinuisse prouincias suspicor, & Q. Catulo in Italia prouincia iam vtcumque pacata successisse Mam. Æmilium; quem habuisse exercitum, & Quæstorem paullò pòst docebo.

L. Iunius * L. f. D. n * Silanus. Auo D. Silano, cui Senatus libros Magonis Pœni de re rustica transferendos dederat, vt Auctor est Plinius libro XVIII. cap. III. Et huius quidem L. Silani meminit libro II. cap. XXXV. vbi in Plinij vulgatis male legitur Licinius Syllanus, pro L. Iunius Silanus. Syllanus etenim inter cognomina Romana non inuenitur. Plinius autem disertè hoc prodigium de stella cælo cadente visum fuisse scribit, Cn. Octauio & Curione Coss. à L. Silano Procos. cum comitatu suo in itinere fortasse. Videtur igitur Silanus tunc temporis ex Prætura Asiæ, quam cum Proconsulari imperio, more tunc consueto rexerat, Romam rediisse: cùm Asia & bellum Mithridaticum L. Lucullo ex Africa ad petitionem Consulatus reuerso palàm destinaretur.

Tribuni plebis.

Cn. Sicinius * Cn. f. Q * nepos. In. Tribunatu. occisus. est. Meminit eius Cicero de claris oratoribus, hominem, vt dixi impurum, sed admodum ridiculum vocans, & seditiosum gessisse Tribunatum indicans. Nam Consules Curionem & Octauium protraxisse in concionem refert. Curionem multa contra eum, vt erat facundus, dixisse, Octauio sedente & quiescente, qui deuinctus erat fasciis, & multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. Tunc Sicinium incompositos & indecoros gestus Curionis ita notasse scribit: Numquam Octaui collegæ tuo gratiam referes? qui nisi se » suo more iactauisset, hodie te istic muscæ comedissent. Et sanè hic idem videtur Tri- » bunus, quem in oratione Macri inter operum C. Sallustij fragmenta nobis residua, pro Tribunitia potestate restituenda legimus C. Curionis Cos. hortatu occisum fuisse, vbi multa de motu ciuili eius temporis. Verba Macri sunt hæc: Tumultus intercessit, Bruto, » & Æmilio Mamerco Coss. Dein C. Curio ad exitium vsque insontis Tribuni dominatus, » est. Occasionem discordiæ atque huius seditionis declarat Pædianus in diuinationem Tullij contra Verrem scribens, nempe Tribunitiæ potestatis ob caussam fuisse, quæ à Sulla Dictatore oppressa tunc temporis iudiciorum desiderio valdè efflagitabatur. Primus,

Cn. Sicinij in Curionis gestus iocus.

„ mus,inquit, Sicinius Tribunus plebis, nec multò pòst Quinctius, & postremò Palicanus
„ perfecerunt, vt Tribunitiam potestatem populo redderent Consules. Quo quidem
„ ex Pædiani loco animaduerto Tribuni Sicinij nomen mendosum esse, & perperàm legi
„ L. Cincius, in oratione Macri iam dicta, cùm dicit: Et quamquam L. Cincius primus de
„ potestate Tribunitia loqui ausus, mussantibus vobis circumuentus erat: tamen priùs
„ illi inuidiam metuêre, quàm vos iniuriæ prætæsum est. Et hæc de Sicinio Macer;
qui primus, auctore etiam Pædiano, de Tribunitia potestate restituenda cœpit
„ agere, cùm adiungat hæc: C. Cottam ex factione media Consulem non aliter quàm
„ metu post Sicinium oppressum iura quædam Tribunis plebis restituisse. Quod anno sequenti contigit, vt tum dicemus. De eodem Sicinio loqui videtur Plutarchus in vita M. Crassi, quem in omnes dicacem & amarulentum probris fuisse scribit. vnde rogatus à quibusdam, cur soli Crasso non conuiciaretur; Fœnum ipsum in cornu gerere respondit: nam diuitiis & auctoritate metuendus erat Crassus. Vide Quinctilianum libro XI. cap. III. *Cn. Sicinius dicax.*

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Q. Arrius //. f. //. nepos.   M. Seius L. f. //. nepos.
Ti. //. //. f. //. n. Gutta.   M. Atilius * M. f. M. n * Bulbus.
C. Thorius //. f. //. n. Marinus.   C. Fidiculanius //. f. //. n. Falcula.
L. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus.   C. Popillius * C. f. P. n. Lænas *

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
P. Sulpicius * Ser. f. Ser. n. Galba.   P. Cornelius. P. f. L. n. Lentulus. Sura.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
L. Calpurnius L. f. L. n. Piso. Frugi   P. Cælius * P. f. C. n. Caldus *

Quæstores vrbani duo.

//. //. //. f. //. n. //. Vrbanam.   //. //. //. f. //. n. //. Vrbanam.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Prouincias. sortiti. obtinuêre.

C. Memmius * C. f. C. n. Gallus * Cn. Pompeij. Magni. Procos. in. Hispania. citeriore. in. prælio. occisus. est. vt Plutachus & Orosius testantur, & nos anteà quoque diximus. Plutarchus in Sertorio ait, omnium qui cum Pompeio erant, præstantissimum fuisse, & Orosius sororis Pompeij vita, quamuis librariorum culpa Mummius illic legatur, eumdem enim suspicor esse, quem Pompeius è Sicilia exercitum in Africam traiiciens præfecit Siciliæ, donec Prætor successor adueniret, adeò vt tum etiam ordines sub Pompeio duxerit. Meminit eius etiam Cicero in oratione pro L. Balbo Gaditano; vbi Balbum, nondum ciuem Rom. hoc durissimo bello insignem operam nauasse contra Sertorium scribit sub Q. Metello & Cn. Pompeio imperatoribus, & ob sua *C. Memmius Gallus.* *L. Corn. Balbus Gaditanus cur à Cn. Pompeio ciuitate donatus.*

merita à Cn. Pompeio ciuitate donatum fuisse. Ciceronis verba sunt hæc: Vnum obii- » citur, natum esse Gadibus, quod negat nemo. Cetera accusator fatetur, hunc in Hispania » diutissimo bello cum Q. Metello, cum C. Memmio, & in classe & in exercitu fuisse: » & vt Pompeius in Hispaniam venerit, Memmiumque habere Quæstorem cœperit, » numquam a Memmio discessisse: Carthaginem esse profectum, acerrimis illis præliis » & Sucronensi & Duriensi interfuisse; cum Pompeio ad extremum belli tempus fuisse. » Hæc Cicero. Apparet itaque Memmium post Siciliensem militiam abiuisse Præfectum classis cum Q. Metello Procos. in Hispaniam, militasse per biennium: redisseque deinde Romam ad petitionem Quæsturæ; Pompeioque cùm obtigisset Quæstor, in Hispaniam reuersum esse. Aldina Ciceronis exemplaria M. Memmium vocant, alia Caium. Et temporum ratio velle videtur esse C. Memmij filium, quem Consulatus candidatum L. Saturninus per seditionem occidit.

C. Memmius Consulatus candidatus occisus.

C. Ælius ·/·. f. ·/·. n. Stalenus. Pætus. Mam. Æmilij. Procos. in. Italia. Nam eius maximè operâ, vt Cicero dicit in Cluentiana, seditio conflata est in exercitu clarissimi viri Mam. Æmilij, cùm Quæstor esset; eaque de caussa maiestatis posteà damnatus est, cùm insuper corrupti iudicij. In vulgatis exemplaribus M. Æmilius legitur; sed quia Stalenus post M. Æmilium Lepidum hostem alios magistratus gessit, non puto ipsum eius Quæstorem fuisse. De hoc ita Cicero de claris Oratt. Et C. Stalenus, qui se ipse ad- » optauerat, & de Staleno * Ælium fecerat, feruido quodam, & petulanti, & furioso ge- » nere dicendi, quod quia multis gratum erat & probabatur, adscendisset ad honores, » nisi in facinore manifesto deprehensus, pœnas legibus & iudicio dedisset. Suspectus » mihi iste locus est; mallem enim legere (& de Staleno * Pætum fecerat.) Nam in Cluentiana, vbi multa de huius ingenio & moribus scribit, Balbus eum ita alloquitur: Quid » tu, Pæte: hoc enim sibi Stalenus cognomen ex imaginibus Æliorum delegerat, ne si se » Ligurem fecisset, nationis magis suæ, quàm generis vti cognomine videretur. Sed in vul- » gatis exemplaribus perperàm Pacete scribitur, pro Pæte. Erant autem Pætus & Ligus Æliæ gentis cognomina, quod Annalium nostrorum ductus satis demonstrat.

C. Stalenus Pætus seditionem in exercitu concitat.

C. Cassius * C. f. L. n * Longinus. Patre Consulari, vt apparet ex ratione temporum. Hic posteà legatus M. Crassi contra Spartacum res benè gessit, vt auctor Plutarchus in Crassi vita.

M. Poblicius * C. f. ·/·. n. Malleolus * C. Malleoli fortasse frater, qui in Quæstura Ciliciæ mortuus erat, & cui C. Verres legatus Proquæstore successit, & auaram tutelam filij pupilli inuasit, vt suo dicam loco. Hic M. Poblicius posteà legatus Propr. fuit Cn. Pompeij Magni bello piratico, vt indicat titulus denarij argentei, in cuius vno latere videtur Romæ Martiæ galea Græca tectum caput, cui circumscriptum, M. POBLICI, LEG. PRO. PR. In altero, Roma bellatrix, clupeo & pilis duobus armata, Cn. Pompeio paludato nauis rostro insistenti valedicens, imperium cum auspicato palmæ ramo tradit. Adscriptum nomen, CN. MAGNVS. IMP.

M. Cornelius * M. f. C. n. Cethegus * Et hic eodem bello legatus Propr. Cn. Magni fuit, vt similis ferè denarius demonstrat, in quo Roma videtur item imperium maritimum Pompeio tradere. Adscriptus est titulus, M. CORNELIVS. LEG. PRO. PR. CN. MAGNVS. IMP.

M. Fabius ·/·. f. ·/·. n. Sanga * Qui legatus fuit posteà L. Luculli bello Mithridatico à Rege fugatus, atque in Cabireis obsessus, posteà à Valerio Triario liberatus est, vt Dio, Plutarchus, & Appianus auctores sunt.

L. Valerius * L. f. L. n * Flaccus. Eius fortasse filius qui magister equitum sub Sulla Dictatore fuerat: posteà legatus bello Mithridatico sub Cn. Magno castra pulchro stratagemate defendit, vt apud Dionem libri XXXVI. fine legimus.

A. Manlius * A. f. A. n * Torquatus. Africam ex Procos. ex Prætura obtinuit, vt Cicero scribit in Planciana, paullò ante Creticum bellum, sub eodemque Cn. Plancium suum tunc militasse: vocatque eumdem grauissimum & sanctissimum, atque omni laude & honore dignissimum virum.

Cn. Plancius militans.

C. Fundanius C. f. ·/·. n. Fundulus. Socer M. Varronis philosophi, vt ipse de re rustica libri primi cap. primo. Vixit adhuc sub Cæsare Dictatore. &

Cn. Cornelius ·/·. f. ·/·. n * Gallus * Fortasse frater C. Cornelij, quem maiestatis reum ex Tribunatu plebis defendit Cicero, & pater Galli poëtæ, de quo alibi suo loco. Hunc verò Prætorium in coitu exanimatum tradunt Valerius Max. libro IX. cap. XII. & Plinius libro VII. cap. LIII.

C. An-

C. Antonius M. f. C. nepos. Postmodum collega primus in Tribunatu plebis iam dictorum C. Fundanij & Cn. Cornelij, vt postmodum suo loco. Eius est denarius, vt apparet, in Quæstura cusus, cum Herculis in leonina in vna; & eius armis, pharetra, arcu & claua erecta tamquam ad pugnam parata insignibus, in altera parte pulcherrime expressis. Quibus iactabundus insinuat gentis suæ originem antiquissimam ab Antone filio Herculis venire; vt auctores sunt Plutarchus & Suetonius. In denariis leguntur litteræ, C. ANTONIVS. M. F. Opinor equidem alterum, iuniorem scilicet, M. Antonij oratoris filium fuisse, qui Consul demum cum Cicerone factus est, vt sequentia demonstrabunt. *C. Antonius M. f. ab Hercule genus repetiuit.* *M. Antonij Oratoris F. Ciceronis in Cos. collega.*

M. Volteius M. f. * M. * nepos. Cuius extant denarij plures, artis & inuentionis pulcherrimæ, vt videatur Quæsturam in vrbe anno suo gerens cudendæ monetæ curam simul gessisse. Antiqua quidem fuit gens, vt indicant numismata varijs notis distincta, adiecto semper nominis titulo eodem, M. VOLTEI. M. F. Quorum primus Quæstor Achaiam obtinuit anno vrbis DCXI. & Isthmiacos ludos ibidem Romanorum impensis celebrari curauit, vt suo tum in Annali latiùs declaraui. Hunc verò, vt annorum interuallum indicare videtur, prioris illius nepotem vsitata voce Latina, Vulteium appellat Cicero, vt & alios Volteios, vsitato tunc Romæ loquendi modo Vulteios. Videtur igitur ex decimarum Siciliæ imperatarum argento Romam aducto magnam vim pecuniarum retulisse in ærarium ad vsus instandum bellorum, vt indicant elegantes & ingeniose facti denarij, in quibus Siciliæ summam fertilitatem pulcherrimis notis celebrare voluit, Proserpinæ vel Floræ deæ raptum appingendo, quæ ab Ennæ Hyblæque floridis campis, Iouis iussu & Dianæ Mineruæque in virginis formam mutatæ ductu, legendis floribus cum suo comitatu cum esset intenta, Plutoni rapienda traditur. Vt autem mater Ceres filiam intellexit tam violenter raptam esse, dolore ac pietatis studio (cuius sacrum apud Romanos symbolum est ciconia, quæ post eam in curru draconum sedet) facibus accensis filiam per orbem terrarum frustra quærit. De qua fabula pulcherrimum & doctissimum extat opus Claudiani poëtæ: illamque nobis eleganter etiam canit heroico carmine Ouidius Transmutationum libro quinto. *M. Volteius.*

P. Tadius ... f. ... nepos. Qui legatus deinde C. Verris in Siciliæ Prætura fuit. Meminit Cicero in Verrinis frequenter, vt actione III. IIII. & V. Sed vbique ferè nomen hoc mendosè Tidius vel Tedius legitur, quod & huius denarij antiqui redarguunt.

C. Plotius ... f. ... n. Varus. Virum primarium appellat in oratione pro L. Flacco Tullius, & in Asia legatum fuisse dicit. Eius videntur esse denarij cum Romæ capite & Castoribus, cum titulo, C. PLVTI. Plautios enim Plotias, & Plutios eiusdem gentis esse nomina, ex historia & Annalibus facile est colligere. Plotium Varum appellat Appianus in Mithridatica, belloque Piratico Siculo mari legatum præfuisse scribit, cui & L. Florus astipulatur. Quas verò turbas anno DCXXCI. Tribunus plebis factus excitarit, suo loco Lector inuenies. *C. Plotius Varus, vir primarius.*

M. Cæsonius ... f. ... nepos. Qui collega deinde Ciceronis in Ædilitate fuit, vt ipse testatur actione in Verrem secunda.

Prorogatæ prouinciæ.

Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Pius. Procos. Hisp. vlteriorem prorogato imperio obtinuit cum Cn. Pompeio Magno.

M'. Fonteius * C. f. M'. n. Capito * Galliam Narbonensem ex Prætura Procos. prorogato imperio obtinuit.

Ap. Claudius C. f. C. n. Pulcher. Procos. Macedoniam. prorogato. imperio. in. aduentum. successoris. vsque. obtinuit.

Pro. Quæstoribus. f. fuere.

... ... f. ... n. ... ... f. ... n. ...
Q. Metelli &. Cn. Magni. Procos. in. Hisp. vlteriore.
C. Vrbinius ... f. ... nepos. D. Lælius * D. f. ... n. Balbus.
M'. Aquillius M'. f. M'. nepos. M'. Fonteij Propr. in. Gallia. Narbonensi.
C. Memmius * C. f. C. n. Gallus. Cn. Magni Procos. in. Hispania. citeriore.
... ... f. ... n. ... Gallicus. ... ... f. ... n. ... Calenus.

ANNI P. R. C. DCLXXVIII.

Consules.

L. Octavius. Cn. F. Cn. N. C. Aurelius. M. f * L. n * Cotta.

In tabulis Græcis hi Consules scriptorum negligentia prætermissi sunt: In Cuspiniani autem Octauius & Cotta leguntur. Cassiodorus L. Octauium, C. Cottam suggerit: Iul. Obsequens C. Aurelium, L. Octauium; qui Sertorio in Hispania tale prodigium euenisse refert: Scuta equitum, iacula, & equorum pectora cruenta visa sunt. Idque prosperum sibi fore interpretatus est, quia exteriora sanguine maculari solent. Et etiam continua illi inde contra Metellum & Pompeium prælia prospera fuerunt.

Prouinciæ duæ Romanis accessere, Bithynia & Cyrene.

Populus Romanus eodem anno duabus prouinciis imperium suum auxit, Bithyniam Nicomede rege testamento relinquente; & Cyrenem Ptolomęo Appione: sed Eutropius in annum insequentem illud refert. Bithyniam huius anni extremo peruenisse in potestatem Romanorum, docebo ex Suetonio: quæ prouincia seorsim, vel à Consulari, vel à Prætorio deinceps est gubernata. Cyrenem verò iam anteà Cn. Domitio & C. Cassio Coss. Romanis testamento relictam, auctores habemus Liuium, Obsequentem, & Cassiodorum: sed tum liberas esse iussisse eius regni ciuitates Senatum, Liuius testatur. Hoc autem primùm anno prouinciam ordinariam cum Bithynia esse factam, facilè credo, cum Quæstorem Cyrenes deinceps inueniamus, & propter prouincias quotannis prorogatas octo Prætorias alioquin non inueniamus. Interim Mithridates, fœdere cum Sertorio per legatos icto, hostem denuò se Romanis apertè declarauit, vt Appianus & Plutarchus auctores sunt. Vide item Ciceronis orationes pro lege Manilia & L. Murena, in quibus multa reperies de eius belli exordio. Nominat item hos Consules Cicero contra Verrem quinta: L. Octauio (inquit) & C. Cotta Consulibus Senatus permisit, vt vini & olei decumas & frugum minutarum, quas ante te Quæstores in Sicilia vendere consuessent, Romæ venderent.

Mithridates hostis pop. Rom.

Extat inter Sallustiana fragmenta ab Aldo Manutio iuniore, & accuratiùs à Lud. Carrione Brugensi quondam collecta ex eius Historiarum libro tertio, C. Cottæ Consulis semet pro salute Quiritium deuouentis oratio, quæ facilè demonstrat, non sine tumultu vrbano hunc annum transactum esse. Tunc legem C. Cotta Cos. tulit, Vti Tribunis plebis, peracto suo magisterio, magistratus etiam alios maiores capere liceret: quod lege Cornelia Dictatoris Sullæ iis prohibitum erat. Meminit non vno loco Pædianus Ciceronis commentator.

L. Octauius Consul Ciliciam, C. Cotta Cos. Galliam vtramque sortitus est.

Reges Suriæ Antiochi filij adolescentes Romam venerunt propter Ægypti regnum, quod ad se & Selenem matrem suam pertinere arbitrabantur. Munera attulerunt in Capitolio ponenda, pocula ex auro gemmis distincta, & candelabrum è gemmis clarissimis opere mirabili perfectum. Manseruntque Romæ ferè per biennium, sed cùm per Senatum quæ voluerant, agere non potuissent, in Suriam reuersi sunt, muneraque secum retulerunt, quia templum nondum perfectum erat, vt auctor est Cicero Verrina sexta.

Prætores.

.. .. .. f. .. n. .. Vrbanam. .. .. .. f. .. n. .. Peregrinam.
iurisdictiones.

.. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. ..
.. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. ..
.. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. ..

Quæstiones. rerum. capitalium. sortiti. obtinuêre.

Q. Cassius * Q. f. L. n * Longinus. Vrbanam. iurisdictionem. sortitus. obtinuit. Ludos Apollinares de more magnificè celebrauit, vt monstrant eius argentei, in quibus extat eius nomen sub aquila fulminifera inter Pontificalia signa; & in alio numismatis latere pulcherrimum Apollinis caput cum sceptro regio.

C. Licinius * C. f * .. n. Sacerdos. peregrinam. fortasse. iurisdictionem. sortitus. obtinuit. Nam Prætor hoc item anno in vrbe fuit, sicut ex actione contra Verrem

rem tertia de eius vrbana Prætura, & aliis locis manifestum. Sic enim Cicero de hac
» Sacerdotis Prætura: Cùm L. Octauius, C. Aurelius Coss. ædes sacras locauissent, neque
» potuissent omnia sarta tecta exigere, neque ij Prætores, quibus erat negotium datum,
» C. Sacerdos & M. Cæsius, factum est Senatus consultum, Quibus de sartis tectis cogni-
» tum & iudicatum non esset, vti C. Verres, P. Cælius Prætores cognoscerent & iudica-
rent: anno, nisi fallor, sequenti, quo Prætores hi duo in vrbe futuri essent. Idem Cicero & anteà successorem C. Sacerdotis in Prætura vrbana C. Verrem fuisse indicat, vbi de testamentis P. Annij Aselli & C. Sulpicij per C. Verrem rescissis multa in eadem Actione disserit, quibus hereditatum possessionem C. Sacerdos Prætor hoc anno dederat. Præter ordinaria igitur iudicia priuata, habuerunt aliquando & sartorum tectorum cognitionem vrbani Prætores ex S.C. addito vno ex collegis adiutore minus occupato, quantum ex Ciceronis verbis colligere est; sicut hoc anno C. Sacerdoti M. Cæsius, & anno sequenti C. Verri successori Sacerdotis P. Cælius. Quæ cura extra ordinem committi solet Prætoribus, cum Censores in republica non essent. Successit igitur Sacerdoti Verres tam in vrbana, quam in Siciliensi Prætura. Ex quo vulgare illud dictum promanauit, quod Cicero Verrina tertia, atque etiam Quinctilianus libro sexto Institut. oratoriarum
» memorant: Malum sacerdotem fuisse, qui verrem tam nequam reliquisset. Solent enim immolari à sacerdotibus porci.

P. Cornelius P. f. P. n. Lentulus. Sura. Quæstionem. de. repetundis. sortitus. obtinuit. Apud quem Prætorem accusatus est ex Asia Terentius Varro quidam Prætorius, qui Q. Hortensij oratoris frater consobrinus erat, ab Ap. Claudio Pulchro, nobili adolescente, fratre, vt puto, P. Clodij inimici Ciceronis. Defendit reum Varronem Q. Hortensius orator; qui eius, vt diximus, frater consobrinus erat. Et cùm de caussa desperaret, promissa pecunia corrupit iudicium per C. Thorium vel Thurium Marinum iudicem, sicut ex Pædiano in diuinationem Ciceronis, & Horatij commentatoribus in Saturam primam sermone II. in hunc Horatij versum:

Grande malum Thurius, si quis me iudice certet.

» Vbi Acron commentator ita: Thurius quidam corruptissimus iudex, hic est cui Hor-
» tensius propter fratrem Varronem ceratas diuersi coloris tabellas dedit. Alij idem scribunt, & Thurium Marinum vocant iudicem; Porphyrio C. Thurium: sed errant ipse aliique, vt imperiti historiarum Grammatici solent, cum scribunt Thurium Prætorem fuisse, apud quem accusatus est à Cicerone Verres, Hortensio defendente. Ex Acrone quidem colligo, qua ratione Pædiani locus mirifice deprauatus corrigi debeat, vbi declarat Ciceronis verba in diuinatione, quibus Hortensium & eius technas notat,
» cùm dicit: Ceratam vnicuique tabellam dari cera legitima, non illa infami atque nefaria.
» Varro, inquit Pædianus, consobrinus frater * huic censi reus apud L. Furium Prætorem *Pædiani locus correctus.*
» primò de pecuniis repetundis, deinde apud P. Lentulum Suram est accusatus, absolu-
» tusque est a Q. Hortensio, qui corruptis iudicibus hunc metum adiunxit ad gratiam, vt
» discoloribus ceris insignitas iudices tabellas acciperent; vt timeret vnusquisque eorum,
» ne fidem pactionis non seruasse videretur, si non in tabella, quam vnicuique datam me-
» minisset Hortensius, ex nota ceræ scilicet discoloris, absolutum Varronem reperiret. Hæc Pædianus totidem fere verbis. Cuius obscurus ac mirum in modum deprauatus locus me torsit aliquamdiu Bruxellæ, vbi mihi istius loci Asconiani subuenit, videbaturque commodè pro * huic censi, Hortensi posse reponi: & Pædiani locum ita rectè
» legi posse: Varro consobrinus frater Hortensi, reus ex Asia, &c. Quæ quidem correctio mihi volupe per multos dies fuit. Ab Ap. Claudio Pulchro quidem adolescente accusatum fuisse hunc C. Varronem, paullò antè exponens dicit ibidem Pædianus, quosnam pueros nobiles deceperit in iudiciis Hortensius. Atque hæc prima fuit P. Lentuli Suræ Prætura, qui in secunda fuit strangulatus, Consule Cicerone, vt suo loco dicetur.

M. Antonius M. f. C. nepos. Qui posteà Creticus appellatus est; etsi in Plutarchi Antonio malè editum Κελτικὸς pro Κρητικὸς animaduertas.

M. Cæsius * M. f. C * nepos. Qui hoc anno Romæ Prætor erat, & Prætori vrbano Q. Cassio Longino datus adiutor erat in cognitione sartorum tectorum; sicut ex Verrina tertia paulò antè probaui.

L. Valerius * L. f. L. n * Flaccus. L. Titius * L. f * n. nepos.

L. Furius * L. f. L. n. Philus.

Tribuni plebis.

Q. Opimius * L. f. Q * nepos. Haud mihi dubium est, quin L. Opimij, qui, vt Cicero *Q. Opimius L. F. Trib. pl.*

Cicero testatur, rempublicam Prætor finitimo, Consul domestico bello liberauerat. Legem Aureliam C. Cottæ Cos. quæ Tribunis plebis viam ad maiores magistratus aperiebat, persuasit, & cõtra legem Corneliam Sullæ Dictatoris intercessit. Eamque ob caussam anno sequenti, cùm magistratu abiuisset, in iudicium priuatum verbo vocatur apud Prætorem vrbanum C. Verrem, maiestatis quoque caussam dicere coactus est. Atque instantibus nobilibus aliquot, qui leges Sullanas tuebantur, vt Q. Catulo, Q. Hortensio, & C. Curione, antequam in prouinciam abiret, caussa decisa, bonis publicatis damnatus est. Auctores sunt Pædianus, & Cicero Verrina tertia, vbi sic ait de Verre: Atque etiam iudicium in Prætura publicum exercuit: non enim prætereundum est ne id quidem. Petita multa est apud istum Prætorem à Q. Opimio, qui adductus in iudicium verbo, quòd cùm esset Tribunus plebis, intercessisset contra legem Corneliam; quòd in Tribunatu dixerit contra alicuius hominis nobilis voluntatem. De quo iudicio si velim dicere omnia, multi appellandi lædendíque sunt, quod mihi non est necesse. Tantùm dicam, paucos homines arrogantes, hoc adiutore, Q. Opimium per ludum & iocum fortunis omnibus euertisse. Et posteà cõqueritur multis verbis apud Verrem Prætorem tribus horis, Q. Opimium Senatorem populi Rom. bona, fortunas, ornamenta omnia amisisse. Verrem in bonis eius vendendis prædas apertè atque improbè fecisse, spolia domum suam retulisse: adeò vt propter indignitatem istius iudicij sæpè sit actum in Senatu, vt genus hoc totum multarum ac iudiciorum eiusmodi tolleretur.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	
L. Volcatius Q. f. //. n. Tullus.	M. Aurelius * M. f * //. n. Cotta.
M. Mummius * Q. f. Q * nepos.	L. Caulius //. f. //. n. Margus.
* C * Antistius * C. f. Sex. n. Vetus *	C. Caudinius //. f. //. nepos.
L. Iunius //. f. //. n. Silanus.	M. Bebrius //. f. //. nepos
L. Thorius * Sp. f. //. n. Balbus.	Q. Considius //. f. //. n. Longus.
Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Creticus.	

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

L. Hortensius Ædilis. L. Hortensius L. f. L. nepos. Huius Ædilitatem inter sumptuosas & magnificentia celebres Ædilitates sui temporis recenset Tullius Officiorum secundo, & Verrina quinta ostendit Hortensium Ædilem in annonæ caritate frumentum vili populo Rom. præstitisse, cùm dicit: Quòd nisi omnis frumenti ratio ex temporibus esset & annona, non ex numero & annona; numquàm tam grati hi sesquimodij Q. Hortensi fuissent, quos tu cùm ad mensuræ tam exiguam rationem populo Rom. in capita descripsisses, gratissimum omnibus fecisti. Caritas enim annonæ faciebat, vt istud quod re paruum videbatur, tempore magnum videretur.

Q. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus. Qui. posteà Creticus. appellatus. est.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

C. Iunius Silanus. C. Iunius //. f. //. n. Silanus. Ædilitium dicit Cicero in Cluentiana, cùm anno sequenti prorsus innocens à L. Quinctio Tribuno plebis damnaretur; atque iam Prætorem opinionibus hominum constitutum non disceptatione dicendi, sed clamore hominum de foro, atque adeò de ciuitate esse deiectum, cùm iudex esset quæstionis.

M. Piso Frugi. M. Pupius M. f * Cn. n * Piso. Frugi. Calpurnianus. Repulsam ante in huius magistratus petitione passus, sicut idem testatur Cicero in sua Planciana: Vidit, inquit, M. Pisonem in ista Ædilitate offensiuncula accepta summos à populo Rom. honores esse adeptum.

Quæ-

Quæstores.

//. //. //. f. //. n. //. Vrbanam. //. //. //. f. //. n. //. Peregrinam. iurisdictiones.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæstiones. rerum. capitalium. sortiti. obtinuêre.

C. Aquillius * C. f * //. n. Gallus. Nobilissimus Iurisconsultus, qui de dolo malo constitutionis formulas primus protulit, sub falsi lege Cornelia, dolum malum aliud dictum, aliud factum definiens. Quod euerriculum malitiarũ omnium in republica tum esse cœpit, vt Cicero de natura deorum tertio, & Officiorum tertio memorat. Qui laudat vbique Aquillium amplissimè, & præsertim in oratione pro A. Cæcina. Collegam verò suum appellat, quia simul Præturam gessere, & videbatur cum ipso Consulatum quoque petere voluisse, vt ad Atticum epistolarum libro primo epistola prima, data Cotta & Torquato Coss. anno vrb. DCLXXIIX. vbi de suæ petitionis statu & consilio ad Atticum quàm diligentissimè scribens, de suis competitoribus C. Aquillium ait de petitione non » cogitare: Aquillium (inquit) non arbitramur, qui denegat, & morbum iurauit, & illud » suum regnum iudiciale opposuit. *C. Aquillius Gallus I. C.*

P. Autronius L. f. //. n. Pætus. Quem Cicero in oratione pro Sulla dicit sibi collegam in Quæstura fuisse. Audax, petulans, libidinosus, vt ait ibidem C. Curio orator, vbi de moribus multa. Reperiuntur eius denarij haud dubiè in Quæstura cusi, cum Iouis laureati capite, & aratore, qui videtur nouæ coloniæ pomœrium designare velle. Vt Lilubetanæ prouinciæ Quæstor tum fuit Cicero, sic Autronius Suracusanam obtinuit. *P. Autronius Pætus.*

L. Manlius L. f. //. n. Torquatus. Senatorem fuisse Appianus refert, occisumque in prælio ad Chalcedonem, vbi M. Cotta victus à Mithridate fuit anno DCXXC.

P. Saturius //. f. //. nepos. Qui Q. Roscium Comœdum Cicerone defendente accusauerat; quem Tullius in Cluentiana honoribus populi ornatum summaque virtute præditum dicit.

Pro. Quæstorib. f. fuêre.

M. Tullius M. f. M. n. Cicero. Sex. Pæduceij. Propr. in. Sicilia. Lilubetanus.

L. Volteius L. f. L. n. Strabo. Eiusdem. Propr. Suracusanus.

P. Cernius //. f. //. nepos. legatus ex Quæstura C. Verris in Sicilia, posteà iudex in nauarchorum caussa, vt Cicero Verrina VII. vbi demonstrat virum bonum & iustum fuisse, ideóque non adhibitum in consilium eorum quorum ex sententia nauarchos in» sontes ad mortem condemnare volebat. Verba eius sunt: Neque accersit P. Cernium » talem virum legatum; qui quia legatus isto Propr. in Sicilia fuit, primus ab isto iudex re» iectus est Prætore, qui de latronum, hoc est de comitum suorum sententia condemnat » omnes. Nescio an hic idem P. Cernius qui in adulterio deprehensum quemdam Pontium castrauit, vt scribit Valerius Max. lib. VI. cap. I.

L. Cassius * C. f. L. n. * Longinus. C. Cassij anno DCLVII. Consulis filius ex ratione temporis: iudex in caussa C. Verris, deinde post Præturam Consulatum quoque petiit cum Cicerone. Hunc dicit Tullius actione in Verrem septima natum ex familia cùm ad ceteras res, tum ad iudicandum seuerissima. Et iudicem in Oppianici caussa fuisse anno sequenti, testatur in Cluentiana. Ipsum verò non admodum laudat Pædianus, stolidum & inertem magis, quàm improbum fuisse dicens: quippe cùm post Consulatus repulsam mox coniurauerit cum Catilina contra rempublicam.

Ostiensis in Latio * Lucerinus * in Apulia.
Brundusinus in Sallentineis.

Prorogata. f. imperia. per.
Occidentis.prouincias.multa.

Q. Metellus Pius. Cn. Pompeius

Q. Cæcilius Q. f. L. n. Pius. Numidicus. &. Cn. Pompeius. Magnus. Hispaniam. vtramque. &. bellum. Sertorianum. obtinuêre. Sertorium Calagurij obsessum tenuere: sed aduenientibus hostium vndequaque auxiliis, erumpenteq; Sertorio, obsidionem soluere, atque etiam disiunctis castris, dum eos per abrupta atque montana dilapsos excursibus insidiisque fatigat hostis. Pompeius ab obsidione Pallantiæ depulsus, in Galliam ad hiberna concessit: Metellus dum interim hostium agros vicosque depopulatur, persequente hoste in Lusitaniam fugatus est, vbi & hiemauit. Quo tempore & multi Sertorianorum transfugêre ad Metellum: adeò vt exasperatus Sertorius, in amicorum multos velut proditionis suspectos sæuierit, seque deinceps satellitio Celtiberico stipauerit. Quo facto Romanorum suorum animos vehementer à se alienauit. Metellus interim publicè præmia, qui Sertorium occidisset, promulgauit, & tamquam victor esset, ea hieme conuiuia triumphalia per vrbes Hispaniæ celebrauit. Vide Plutarchum, Appianum, Sallustij fragmenta, & Liuium XCIII.

P. Seruilius C. f. M. n. Vatia. Qui. posteà. Isauricus. appellatus. est. Phaselide euersa Corucum diruit, Olympon cepit, Taurique montis latera in Ciliciam vergentia perscrutatus, Isauros bello fractos in deditionem redegit, primusque Romanorum per Taurum duxit exercitum, ac limitem itineris fecit: triennio emenso, quo bellum gestum est, Isaurici nomen assumpsit. Hæc Orosius libro V. cap. XXIII. Idem fere Eutropius, triennio bellum confecisse scribens. Verùm Cicero in Frumentaria, quinquennio exercitui Seruilium præfuisse dicit; ample accipiens imperij tempus à sortitione prouinciæ, vt opinor, vsque ad triumphi diem. Ab hoc tempore Cilicia haberi prouincia Romanorum cœpit, quibus adiunctæ sunt ad tempus Pamphulia, Lucia, & Isauria, vt testantur Iustinus libro XL. Rufus & Iornandes, item Marcellinus lib. XIV.

C. Scribonius Curio tumultum militarem compescuit.

C. Scribonius * C. f. C. n * Curio. Macedoniam. ex. Prætura. sortitus. obtinuit. Curionum oratorum trium primus L. Sullæ Dictatoris fauore magnus. Successit Appio Claudio Pulchro, vt Orosius & Eutropius auctores sunt. Ex quinque legionibus vnam, ad Durrachium seditiosè tumultuantem, qua seueritate compescuerit, leges apud Frontinum Stratagematum libro quarto. In prouinciam veniens Dardanis bellum intulit, attentatarum superiore bello gentium vim declinans: Dardanos & Mœsios inuasisse Curionem, & Sex. Rufus auctor est.

M. Iunius * M. f. M. n * Silanus. Bithuniam. extra. ordinem. ex. Prætura. sortitus. prorogato. imperio. Procos. obtinuit. C. Cæsar adolescens, qui denique Monarcham se fecit, postquam hoc anno Romæ frustrà Dolabellam accusasset, Rhodum secedere statuit, ad declinandam inuidiam, & vt Apollonio Moloni clarissimo tunc dicendi magistro per otium operam daret. Huc cum hibernis iam anni superioris exitu traijcit, à piratis circa Pharmacusam insulam est captus, mansitque apud eos quadraginta propè dies. Allatis deinde Mileto quinquaginta talẽtis liberatus, contractaq; qualicumque ex portu Milesiorum classe, confestim piratas persecutus eosdem cepit, & Pergami in vincula condidit. Profectus deinde in Bithuniam, vbi tunc Asiæ Prætor M. Iunius, fortasse possessionis illius prouinciæ ex testamento Nicomedis regis Romano populo relictæ, administrandæ caussa moram trahebat; ab eodem petiit, vt auctor fieret sumendi de captiuis supplicij. Quod cùm ille se facturum negasset, vendíturumque se captiuos dixisset: incredibili celeritate reuectus ad mare, priusquam de ea re Procos. Iunio redderetur epistola, quos ceperat omnes cruci suffixit. Hæc fere Velleius & Tranquillus, & idem habet Plutarchus, qui Prætorem Iunium hunc appellat, Velleius Procos. Sed, vt dixi, plerumq; in vsu tunc fuit Procoss. vel Proprr. appellare indifferenter eos, qui post magistratum vrbanum prouincias gubernabant. Hoc autem anno Bithuniam Nicomedis regis testamento accessisse prouinciis Romanis, ex antè dictis est manifestum: vnde etiam colligimus, M. Iunium Prætorem in Asia fuisse, Cæsarem cepisse tum piratas; qui etiam, vt auctor est Suetonius, vastante regiones proximas Mithridate, contractis vndecumque auxiliis, pulso Regis Præfecto, nutantes ac dubias Asiæ ciuitates priuatus in fide retinuit. Quæ hoc item anno & sequenti contigisse opinor.

C. Cæsar Rhodum cur secesserit. A piratis capitur.

In crucem illos captos egit. Procos. & Propret.

.. .. .. f. .. n. .. Ex. Prætura. classem. atque. oram. Græciæ. maritumam. sortitus. Procos. obtinuit. Quisnam hic Prætorum fuerit, non liquet. De classe tamen

men huius anni mentionem facit M. Cotta Consul in oratione sua ad populum, vbi reipublicæ onera recenset: Exercitus, inquit, in Asia Ciliciaque ob nimias Mithridatis opes aluntur, Macedonia plena hostium est, nec minus Italiæ maritima & prouinciarum: cùm interim vectigalia parua, & bellis incerta vix partem sumptuum sustinent: ita classe, qua commeatus vehebatur, minore quàm anteà nauigamus. Quæ verba Cottæ Cos. quia ad statum reipublicæ eius anni pertinent, hîc adferre libuit.

C. Claudius * Ti. f. C. n * Nero. Asiam. ex. Prætura. vrbana. sortitus. Procos. prorogato. imperio. obtinuit. Meminit Tullius Actionis tertiæ principio quasi.

Sex. Peduceius Sex. f. . nepos. Propr. Siciliam. prorogato. imperio. obtinuit. Ex more censum egit in prouincia, quemadmodum Cicero testatur his verbis Verrina quarta, cùm dicit: Quinto quoque anno Sicilia tota censetur, erat censa Prætore Peduceio: quintus annus, cùm te Prætore incidisset, censa denuò est. Postero anno L. Metellus mentionem tui census fieri vetat, Censores dicit de integro sibi creari placere, interea Peduceianum censum obseruari iubet.

M'. Fonteius C. f. * M'. n * Capito. Propr. Galliam. Narbonensem. prorogato. imperio. obtinuit. Qui tertius prouinciæ eius annus fuit, cuius extremo Cn. Pompeius Magnus Procos. vt Cicero testatur in oratione pro eodem Fonteio, hiemauit in Gallia Narbonensi: vbi pro Pompeianeis equites, frumentum & pecunias imperauit.

Cn. Aufidius Cn. f * Cn. n * Orestes. Aurelianus. Propr. Illuricum. prorogato. imperio. obtinuit. vt constat ex anni superioris historia.

M. Terentius M. f. L. n. Varro. Lucullus. Macedoniam. ex. Prætura. sortitus. obtinuit. Appio Claudio Pulchro successor datus. Bessis primus ducum Romanorum per Thraciam bellum intulit, inque ingenti prælio in Æmo monte superauit; & ex Macedonia Romam reuersus triumphauit, vt Cicero in Pisoniana, Asconius, Orosius, & alij.

L. Gellius L. f. //. n. Poplicola. Achaiam. ex. Prætura. prorogato. imperio. Procos. obtinuit.

A. Pompeius A. f. //. n. Bithunicus. Bithuniam. prorogato. ex. Prætura. imperio. obtinuit. Procos. cognomen indeque sibi retinuit, quòd in prouinciæ formam ex decem legatorum sententia Pontum ac Bithuniam redegerit, vt Appianus, Liuius, & Eutropius auctores sunt: item Sex. Pompeius Festus in voce Rutrum, addens A. Pompeium hoc anno omnem supellectilem regiam testamento Romanis relictam deuexisse Romam.

Pro Quæstoribus f. fuêre.

M. Tullius M. f. M. n. Cicero. Sex. Peduceij. Propr. in. Sicilia. Lilubetanus. Testatur idem ipse frequenter, vt in inuectiua aduersus L. Pisonem se Quæstorem in primis, Ædilem priorem, Prætorem primum cunctis suffragiis populi Rom. factum esse gloriatur. Quod honorificum putabatur, cùm magis digni magistratibus plerumque priores renuntiari solerent. Tribunatum plebis non gessit, & liberum erat tunc hunc, vel Ædilitatem, vel etiam vtrumque hunc magistratum omittere. Anno autem superiore Quæsturã petisse, ex eius verbis in Bruto probaui, vbi mox subiungit: Interim me Quæstorẽ Siciliensis excepit annus. Quæstorem verò fuisse Sex. Peduceio Prætori in Lilubetana prouincia, Pædianus auctor est in argumento diuinationis. Ipse verò in oratione Post reditum in Senatu ait, se Quæstorem fuisse patri M'. Curij, quem L. Crassus orator anteà celebri oratione contra M. Coponium defenderat. Quare videtur Peduceius adoptasse hunc M'. Curium, vti ea ratione pater eius fuerit. Omnia fere in hoc magistratu à Cicerone gesta, quemadmodum frumento diligenter coacto adiuuerit Romam in annonæ caritate, & alia, quæ hîc referre nimis longum esset, recenset tum ipse in oratione pro Cn. Plancio, tum Plutarchus in eius vita.

M. Tullius Cicero Prætor primus.

Tribunus pl. non fuit Cic. nec Ædilis.

Cicero Quæstor fuit Sex. Peduceio Pratori.

L. Volteius L. f. L. n. Strabo. A. Pompeij. Propr. in. Bithynia. &. Ponto.

Duos Claudios Nerones hoc tempore per magistratuum gradus, vrbana Prætura Romæ peracta, Sullæ fauore prouectos fuisse ad prouinciarum recturas, discimus ex Cicerone, Plutarcho, Appiano, & aliis. Quorum hic C. Nero in Asiæ Prætura, quam prorogato imperio obtinuit, fuit. Sed eius res gestas C. Cæsar ad monarchiam aspirans sui imperij violentia, contra leges ac morem maiorum defloraiut, vt quid nam in Asia gesserit, ob-

Claudij Nerones duo.

C. Iulius Cæsar.

C Claudius Nero, Creticus.

ſcurum ſit, quemadmodum antè à me dictum eſt ſuperiore anno. Iam alter C. Claudius Nero patruus P. Clodij, qui maiore filiarum ſtirpe fultus, eas præcipuis vrbis atque imperij principibus Q. Marcio Regi, Q. Metello Celeri, L. Lucullo coniunctas vidit. Qui, vt erat valdè improbus, ſuorum tamen fauore prouectus poſtmodum eſt ad infinitum illud maris imperium, cuius ſedem ſibi Cretam inſulam ſelegerat opimam ac locupletem centum vrbibus, ac celebrem Iouis educatione. Hanc cùm infinitis malis, magno ſuo cum dedecore, diu tyrannicè tractaret, infame cognomen Cretici exinde ſibi retinuit. Cui inſulæ tamen priſca libertas religionis intuitu eſt relicta, donec tandem ſocietatis Mithridaticæ factionibus immixta vrbium oppidorumque expugnationibus à Q. Metello fatigata ſe dedere populo Romano coacta fuerit. Quæſtor igitur huius impuri C. Cretici fuiſſe videtur L. Volteius L. f. L. n. Strabo, gener A. Pompeij, qui ob Bithuniam & Pontum in prouinciæ formam redactas Bithunicus appellatus eſt. Hic rei memoriam pulcherrimo raptus Europæ per Iouem taurum ſymbolo prodere in publicum voluit argenteis ſuis denariis, vt erat tunc Romana nobilitas ſtudiis Græcarum non ſolùm, ſed etiam omnium cuiuſcumque gentis diſciplinarum & artium, morumq; varietates diſcendi cupida. Qua nobili ſua virtute non deſtitit vnquam, quamdiu Romanum imperium ſtetit, ignotarum gentium mores, terrarum ſitus atque naturam, ſtirpium atque arborum non priùs viſarum fructus & vires ab incolis diſcere: non priùs viſa Romam transferre, tranſplantatione per villas & prædia ſua vbique gentium copiosè communicare non deſtiterint. Cuius beneficij magnæ, licet admodum obſcuræ, vbique gentium per prouincias omnes adhuc extant reliquiæ, in quas nunc temporis etiam doctiſſima quæque ingenia commentando protrahunt in maiorem lucem. Vides igitur in dictis argēteis L. Volteij Quæſtoris Iouem tauriformem e Phœnicia ac Ponto cum præda ſua Europa verſus Cretam inſulam per mare natantem, & vt pulchrè canit Ouidius, virginem raptam trepide ſe cornibus tauri dextera, & ſiniſtra dorſo tauri impoſita, ſinuatas flamine veſtes colligentem. Vides etiam in eodem numiſmate Cretis Idæi lauro coronati effigiem, qui nomen inſulæ dedit, & Iouem, vt fabulantur, Saturni dentibus ereptum in Lucæo monte reconditum nutriuit, Curetumque ibidem ſacro cymbalorum ſonitu coli inſtituit.

L. Volteius Strabo, gener A. Pompeij.

Europa tauro vecta.

Iupiter in Creta deliteſcens.

ANNI P. R. C. DCLXXIX.

Conſules.

L. Licinius. L. F. L. N. LVCVLLVS. M. AVRELIVS. M. f. Cotta.

SEQVVNTVR Conſules in Caſſiodoro L. Licinius Lucullus & M. Cotta: in tabulis Græcis Lucullus & M. Cotta. Eoſdem reperies apud Appianum in Mithridatica, Ciceronem Verrina ſeptima, Plutarchum in vita Luculli, Liuium lib. XCIII. & ſequenti, & alios.

Bithynia Romanis ex teſtamento Nicomedis ceſſit.

Bithyniæ regnum Nicomedis teſtamento Romanis relictum eſt, Eutropio teſte, & Liuio: quod in prouinciæ formam redegerunt, atque vt Feſtus teſtatur, per Pompeium Bithunicum ſupellectilem regiam omnem Romam deportarunt: Feſtus in Rufro. Prætoris Quæſtor tunc L. Volteius L. f. Strabo fuit, vt ſuprà iam docui.

Mithridates bellum adornat.

Mithridates, fœdere cum Sertorio icto, belli repente moti nullam ſperans veniam, totus erat in apparatu faciendo, de ſumma rerum iacturus aleam, æſtatis reliquum & integram hiemem conſumpſit in materie cædenda, fabricandis nauibus & armis, commeatuque procurando. Contraxitque hoc anno ingentia vndequaque auxilia, vt in exercitu eius fuerint peditum CXX. ∞. equitum XVI. milia, vt Appianus auctor eſt. Aſtipulatur etiam Plutarchus in Lucullo, qui pedites CXX. ∞. habuiſſe ſcribit, addiditque, vt Mithridates exercitum & claſſem more Romano inſtruxerit atque exercuerit. Huius apparatus mentionem facit etiam Cicero pro lege Manilia, & in oratione pro Murena, cum dicit: Mithridates rex, aliquot annis ſumptis ad confirmandas rationes & copias ,, belli, tantum ipſe opibus conatuque inualuit, vt ſe Oceanum cum Ponto, Sertorij copias ,, cum ſuis coniuncturum putaret. Ad quod bellum duo Conſules ita miſſi ſunt, vt alter ,, Mithridatem perſequeretur, alter Bithyniam tueretur. Hæc fere Cicero, cui conſentanea ,, ſunt ea, quæ prodit Plutarchus: ſcribit enim, cum iam Gallia Narbonenſis, vel Inalpina (vt appellat) prouincia Lucullo in annum ſequentem obuenitſet, nuntiata Romæ L. Octauij Ciliciæ Procos. morte, impendenteque maximo Mithridatico bello, prouincias

cias Consulares in annum sequentem mutatas fuisse, & Lucullo Ciliciam cum bello Mithridatico, M. Cottæ Bithyniam cum classe, qua Propontidem tueretur, decretas fuisse. *L. Lucullo Mithridaticum bellum mandatum.*

* Defectus hic aliquot annorum in Annalibus Pighianis, ab ANDREA SCHOTTO Societatis IESV Sacerdote est suppletus.

Prætores vrbani.

C. Verres. P. Cælius.

C. Verres his Consulibus Prætor vrbanus C. Sacerdoti Prætori successit, vt alter ,, M. Cæsio. De Sacerdote autem iactatus ea tempestate iocus, teste Cicerone Verrina ter- ,, tia, & M. Fabio libro sexto Institutionum oratoriarum, cap. tertio: Malum Sacerdo- ,, tem, qui tam nequam verrem reliquisset. Immolari enim porci solebant. De Verris hac ,, Prætura Tullius sic Verrina septima: Nemo, inquit, tam rusticanus homo, L. Lucullo & ,, M. Cotta Coss. Romam ex vllo municipio vadimonij caussa venit, quin sciret iura omnia populi Rom. nutu atque arbitrio Chelidonis meretriculę gubernari. Oppianicum hic condemnauit, cuius L. Quinctius Tribunus pl. patronus fuerat, vt auctor est in Cluentiana Cicero, & Asconius Pædianus in Verrinam secundam.

M. Cicero, annuo iam Quæsturæ munere expleto, Siciliâ prouinciâ decessit. Habuit tum orationem Lilybæi, in qua Siculis multa benignè promisit, vt Asconius scribit. Meminit & Plutarchus, & Tullius oratione pro Plancio. Cumque e Sicilia se recepisset, iam videbatur facultas illa dicendi esse perfecta, & habere maturitatem quamdam suam, vt ipse Cicero in Bruto, qui de claris est Oratoribus, affirmat. Fuerat autem anno superiore Quæstor in Sicilia Lilybætanus, Prætore Sex. Peduceio, vt Pædianus refert, anno post Ro. cond. DCLXXVIII. vt & Franc. Fabricius in eius vitæ historia docuit, contra atque Sebast. Corradus, qui commentario extremo in Brutum Ciceronis, illo anno Prætorem vrbanum fuisse putat, & hoc anno Prętorem in Sicilia fuisse opinatur. Tenendum itaque, Ciceronem Quæstorem vrbanum fuisse anno V. C. DCLXXVII. Lilybætanum verò insequenti anno. Et Syracusanus Quæstor fuit cum P. Autronio, vt oratione pro Sulla ait. Idem tamen oratione post reditum in Senatu, Quæstorem se fuisse ait patri Manij Curij Prætoris. Quod Pighius noster sic anno superiore accepit, quasi Manium Curium adoptarit Sex. Peduceius: quo Prætore Quæstorē in Sicilia fuisse Ciceronem, iam diximus. Sed fortasse verius docet Fabricius è Nicolai Gruchi libro secundo de Comitiis accidisse sæpenumerò, vt vnus duorum Prætorum Quæstor esset.

M. Fonteius Prætor Galliam obtinuit, vt in Fonteiana Cicero ostendit. Nam ab obsidione Calagurij opidi Hispaniæ, depulsis à Sertorianis Pompeio & Metello; Pompeius Galliam petere coactus est, & Metellus in vlteriorem Hispaniam deducere exercitum debuit, vt est in Epitoma Liuiana libri nonagesimi tertij.

Pompeius Bithynicus Prætor: cuius Quæstor L. Vulteius L. f. Strabo fuit: de quo suprà dictum est.

Tribuni plebis.

L. Quinctius, homo maximè popularis, & ad inflammandos animos multitudinis accommodatus: qui conciones quotidie seditiosas & turbulētas habebat, vt refert M. Tullius pro Cluentio. Hunc acta Sullæ rescindere, ac Reip. statum minuere & perturbare conantem, L. Lucullus Consul ab incœpto deduxit; vt in Luculli vita Plutarchus refert. Hinc apud Sallustium libro tertio historiarum M. Lepidus Tribunus plebis de Tribuni- ,, tia potestate recuperanda verba faciens: Lucullus, inquit, quantis animis ierit in L. Quin- ,, ctium, vidistis. Damnauerat hic Quinctius L. Iunium Silanum Ædilem plebis innocentem, vt ait Cicero in Cluentiana, atque iam Prætorem opinionibus hominum constitutum, non disceptatione dicendi, sed clamore hominum, de foro, atque adeò de ciuitate esse deiectum, cùm iudex esset quæstionis.

Hoc tempore M. Antonius gratia M. Aurelij Cottæ Consulis, & Cethegi factione in Senatu curationem nactus totius oræ maritimæ, Siciliam & prouincias omnes depopulatus est, & ad extrēmum inferens bellum Cretensibus, re male gesta, animi dolore morbo correptus interiit, vt auctor est Asconius Pædianus, Liuiana Epitome libri nonagesimiseptimi, Florus libro tertio, capite quarto, item Velleius Paterculus, & Cicero ipse Verrina quarta, vbi M. Antonij infinitum imperium dicit. Sallustius vero libro tertio histo- ,, riarum sic apud Arusianum Messum: M. Antonius perdundæ pecuniæ genitus, vacuis- ,, que curis, nisi instantibus. Hic Antonius pater fuit M. Antonij Triumviri, qui in Plutarchi Antonio Κρητικὸς nominatur; mendosè tamen in Græcis quibusdam codicibus Κελτικός. De Cotta verò idē Crispus Sallustius victum à Mithridate iuxta Chalcedonem, *M. Antonius M. Antonij III. viri R.P.C. pater.*

auctor est libro quarto historiarum (cui libro Carisius Sosipater attribuit) in epistola Mithridatis ad regem Arsacen: Marcum, inquit, Cottam Romanum ducem apud Chalcedona terra fudi, mari exui classe pulcherrima. Apud Cyzicum magno cum exercitu in obsidione moranti frumentum defuit, nullo circumadnitente, simul hiems mari prohibebat, &c.

ANNI P. R. C. DCLXXX.

Consules.

M. TERENTIVS. M. F. VARRO LVCVLL. C. Cassius L. F. Varus.

HORVM Consulum Cicero sic in Cluentiana meminit: Sed quæro à vobis, num istam legem ex isto Senatusconsulto L. Lucullus Consul, homo sapientissimus tulerit; num anno pòst M. Lucullus & C. Cassius? Nominat eosdem Verrina tertia M. Terentium & C. Cassium, à quibus lex frumentaria Terentia & Cassia lata fuit, de qua idem Tullius Verrina quinta & septima. Fuit enim M. Lucullus frater L. Luculli in Terentiorum familiam adoptatus, vt Lucullianus de more appellandus videatur; vt in sequenti anno de Clodiano disseram. Huic Macedoniam obuenisse, vt collegæ Galliam citeriorem (quod in Crassi vita Plutarchus refert) auctor est Eutropius libro sexto, sed consobrinum eius facit, qui contra Mithridatem bellum gerebat, cùm frater potiùs fuerit germanus, vt Plutarchus, & in Lucullo Cicero testantur. sed ob adoptionem, consobrinum fortè nominauit. De hoc rursum Verrina quarta Cicero: Dixit hoc idem M. Lucullus, se de his Dionis incommodis pro hospitio, quod sibi cum eo esset, iam antè cognosse. Quid? Lucullus, qui tum in Macedonia fuit, meliùs hæc cognouit, quàm tu, Hortensi, qui Romæ fuisti? M. Lucullum & C. Cassium Cassiodorus in Fastis nominat. Siculi verò Fasti Græci Μαρκέλλου καὶ Κασσίου Marcello & Cassio Coss. librarij fortè errore, qui Marcellum pro Marco Lucullo descripserit. Cassij verò cognomẽ fuisse Varum docet plumbeus tubulus, qui, testibus Sigonio & Onufrio, Romæ olim inuentus, sic est inscriptus:

M. Lucullus in Terentiam gentem adoptione trãsijt.

Fasti Siculi correcti.

M. VLPI. SVLPIC.
C. CASSIO. VARO.
M. LICIN. LVCVLLO. COS.

Accedit quod Appianus Alexandrinus libro quarto bellorum ciuilium, C. Cassium Varum Consularem à Triumuiris proscriptum fuisse scribat. Cognomen autem Longini addendum videatur, quòd Cassiæ gentis fuisse constat. Hunc Cicero pro Plancio, cùm Tribunus pl. esse non potuisset, Consulem factum ait.

C. Cassius Varus.

Hoc anno bellum exortum est, quod Spartacum Plutarchus nominat, & Seruile vt & in Maniliana Tullius. Fugitiuorum alij, aut Gladiatorum nominant. Cæsar etiam commentario primo belli Gallici, Seruilem tumultum: cùm vt à Spartaco Thrace gladiatore excitatum; tum quòd ad vexillum, vt ad pileum serui, vocati essent, vt in L. Floro libro tertio, capite vigesimo, I. Gruterus emendat, firmaturq; Valerij Maximi auctoritate libri octaui capite sexto. Gladiatores autem quatuor & septuaginta (septuaginta rotundo numero habet Appianus, libro primo bellorum ciuilium. Plutarchus vero in Crasso, septuaginta octo, ὀγδοήκοντα δυοῖν δέοντας duodeoctoginta:) Capuæ è ludo Cn. Lentuli Barciati (puto Vaccia legendum, qualis est Ciceroni epistola tertia libri secundi ad Q. Fratrem) diffugerunt: qui continuò ducibus Crixo (aliis Chryso) & Oenomao Gallis, & Spartaco Thrace Vesuuium montem occuparunt, vnde erumpentes, locis inuisis (sic enim in Floro lego pro inuiis cum Steph. Pighio nostro in Hercule Prodicio) Claudij Glabri Prætoris, (qui Plutarcho Clodius est, in Liuij Epitoma nonagesima quinta Claudius Pulcher est) qui eos obsidione cinxerat, castra expugnarunt; ipsoque in fugam acto cuncta diripuerunt. Sic Paulus Orosius libro quinto, capite vigesimo quarto; Florus libro tertio, capite vigesimo, Velleius Paterculus libro secundo, pluribus verò Plutarchus in Crasso, & Appianus lib. primo bellorum ciuilium: bellumque aiunt non leuius pæne quàm Hannibalem mouisse Spartacum. De interfectorum autem numero, tertio post anno, quo confectum hoc bellum est, videbimus.

Bellum Spartacum, seu Seruile aut Gladiatorũ.

Eodem anno L. Lucullus, qui superiore anno Consul contra Mithridatem profectus erat, ad Cyzicum vrbem exercitum eius fame ferroque deleuit, auctore T. Liuij Abbreuiatore, libro nonagesimo quinto, & apud Sallustium libro quarto Historiarum, ipse Mithridates in epistola ad Arsacen regem. Nam cùm totius impetus belli (inquit in Mureniana Cicero) ad Cyzicenorum mœnia constitisset, eamque vrbem sibi Mithrida-

L. Lucullus contra Mithridatem.

" tes Asiæ ianuam fore putauisset, qua effracta & reuulsa, tota pateret prouincia; perfecta
" ab Lucullo hæc sunt omnia, vt vrbs fidelissimorum sociorum defenderetur, & omnes
" copiæ Regis diuturnitate obsidionis consumerentur. Hæc Cicero. Eamdem rem pro
" Lege Manilia, & pro Archia Poëta commemorat.

M. Cotta Procos. hoc anno in prælio ad Chalcedonem victus, vbi & L. Manlium L. f. Torquatum Senatorem cecidisse auctor est Appianus.

L. Lucullo Procos. obuenerat Gallia Narbonensis seu Inalpina, vt in Lucullo vocat Plutarchus: L. autem Octauij Ciliciæ Procos. morte mutatæ sunt prouinciæ, & Lucullo Cilicia cum Mithridatico bello, & collegæ ipsius M. Cottæ Bithynia cum classe, qua Propontidem seruaret.

Prætor Siciliensis.

C. Verres.

Cicero in Verrem Act. III. quæ Frumentaria inscribitur, ait C. Cassium clarissimum atque amplissimum virum Consulem fuisse anno primo Præturæ Siculæ C. Verris. *C. Verres Prætor.*

ANNI P. R. C. DCLXXXI.

Consules.

L. Gellius L. f. Poplicola. Cn. Cornelius Cn. f. Lentulus Clodianus.

HORVM meminit Consulum Cassiodorus, Plutarchus in Crassi vita, Orosius, Florus, & Eutropius. In Græcorum autem Fastis in Sicilia repertis mendosè legitur Γιντίλλου κ̀ Γελλίου: emenda Λεντύλου, quod nomen & anno insequenti ponitur, sed pro P. Lentulo, qui Cn. Orestis collega est. Nominat vtrosque M. Tullius Verrina IIII. *Fasti Siculi correcti.*
" Itaque in Senatu continuo Cn. Lentulus & L. Gellius Consules faciunt mentionem pla-
" cere statui, si Patribus Conscriptis videretur, ne absentes homines in prouinciis rei fie-
" rent rerum capitalium. Sic enim reponit Sebastianus Corradus Commentario in Brutum Ciceronis; nam in editis impressum videas Cn. Lentulus & L. Lucullus, pro L. Gellius, vt in vetustis libris esse monuit Fabricius. Nominantur ab eodē Cicerone in oratione
" pro C. Cornelio Balbo, cùm sæpiùs, tum de alia lege verba faciendo: Nascitur, inquit,
" caussa Cornelij ex ea lege, quam L. Gellius, Cn. Cornelius ex Senatus sententia tule-
" runt: qua lege videmus esse sancitum, vt ciues Rom. sint ij, quos Cn. Pompeius de consilij
" sententia sigillatim ciuitate donarit.

De hoc verò Cn. Lentulo C. Sallustius libro quarto Historiarum, (citante Agellio libro decimo octauo Noctium Atticarum, capite quarto) de L. Gellio loquens, sic me-
" minit: At Cn. Lentulus Patriciæ gentis, collega eius, cui & cognomentum Clodiano
" fuit, perincertum stolidior an vanior, legem de pecunia, quam Sulla emptoribus bono-
" rum remiserat, exigunda promulgauit. Clodianum autem de more dictum apparet, quòd è gente Clodia sit in familiam Lentulorum adoptatus. Falli enim docet eos doctissimus Sigonius, qui contra marmora Fastosque Capitolinos, ad Cn. Lentulum, qui anno V. C. DCLVI. Cos. fuit P. Crassi collega, cognomen illud Clodiani retulerunt: cuius cognominis meminit & M. Varro togatorum doctissimus, Epistola ad Fufium Quinctiporem, Clodianum nominans. In Cicerone autem libro primo ad Atticum, epistola pænultima, è Sallustiano illo loco, idem Sigonius, & doctissimus Turnebus libro XXIII. Aduersariorum cap. octauo, pro Lentulus Clodiæ filius, rescribendum docent Clodiani filius. Hunc patrem fuisse eius Lentuli, qui Consulatum geret anno DCCVII. idem Sigonius opinatur. L. verò Gellius, parens quoque eius videatur, qui sexto & vigesimo pòst anno Cos. in Triumuiratu cum M. Cocceio Nerua fuerit, post Romam cond. DCCXVII. quem L. Gellium cùm Dion Cassius M. Valerij Messallæ fratrem nominet, apparet adoptione quoque Poplicolæ cognomen, (quod Valeriæ gentis proprium, non Gelliæ) esse illi attributum. Hunc autem Gellium omnibus honoribus defunctum esse ad Censuram vsque; (de qua cum eodem Cn. Lentulo asperè acta tertio pòst anno dicetur) Valerius Maximus auctor est libro quinto Memorabilium, capite nono. Hic Crixum (alius Chrysum) acerrimè pugnantem, prælio oppressit, vt P. Orosius libro quinto extremo, Orchestræ (sic enim Pighius noster in Hercule Prodicio pro Ormesta vocandum Orosij opus censet) refert, & Plutarchus: sed ipse vicissim Gellius à Spartaco victus est, vt memorat T. Liuij Epitoma libri nonagesimi sexti: vbi & à Q. Ar- *Crixus dux fugitiuorum bello Spartaco.*

rio Prætore Crixum fugitiuorum ducem, cæsis viginti hominum milibus, superatum ait. Appianus ad Garganum montem cum exercitu deletum Crixum scribit: Spartacum contra Thurios vrbem cepisse, victoriamque & prædam de Consulibus retulisse.

Hoc anno L. Lucullus Mithridatem in Pontum persecutus, Romanis eum legionibus patefecit, qui ante populo Rom. ex omni aditu clausus fuerat, ait Cicero pro Lege Manilia: & pro Archia poëta; Populus, inquit, Romanus aperuit Lucullo imperante „ Pontum, & regiis quondam opibus, & natura regionis vallatum. Amisum & Empatorias „ vrbes Ponticas obsedisse Lucullum, ducta etiam mora longiore, Plutarchus & Appianus referunt.

Procoss.

Eodem anno C. Seruilius Curio, Ap. Claudio Pulchro ibidem mortuo, in Macedoniam Proconsul missus, (qui anno DCLXXVI. Cos. cum Cn. Octauio fuerat) cum exercitu in Dardaniam profectus, ad Danubium vsque penetrauit, & intra triennium confecto bello, triumphauit. Sic enim Tullius in Pisoniana, & Eutropius, ac Sallustius libro secundo Historiarum, vt est apud Nonium Marcellum in Dicere, pro promittere: Eodem, inquit, anno in Macedonia C. Curio principio Veris cum exercitu profectus in „ Dardaniam, quibus potuit modis dictas pecunias coëgit. Quò fortè pertinet illud è „ tertio Historiarum libro Sallustij apud eumdem Nonium in Optare, pro eligere: Atque „ eum Curio laudatum, accensumque præmiorum spe, quibuscum optauisset, ire iubet. „ Etsi notet Ludouicus Carrio, pro Curione Cæpionem in aliis membranis legi.

Dardanos C. Curio subegit: tumultuantem legionem punit.

Festus Rufus in breuiario rerum Rom. Dardanos & Mœsios Curio Procos. subegit, „ & primus Romanorum ducum ad Danubium vsque peruenit. Eadem pænè Orosius, „ Eutropius, L. Florus, & Liuiana Epitome librorum nonagesimi secundi & nonagesimi quinti. Iulius quoque Frontinus libro quarto stratagema refert C. Curionis, & qua pœna bello Dardanico circa Dyrrhachium legionem vnam ex quinque tumultuantem affecerit.

C. Cassium Galliæ citerioris Procos. Cn. Lentulo Cos. victo in Apennino Spartacum seruorum ducem, ad Alpes festinantem cohibuisse, atque amisso exercitu apud Mutinam vix incolumem effugisse Plutarchus refert, & L. Florus, atque T. Liuij Epitoma, lib. XCVI. C. Cassius Procos. Cn. Manlius Prætor malè aduersus Spartacū pugnauerunt. „

Tribuni plebis.

M. Lollius Palicanus Trib. pl.

M. Lollius. Palicanus. Trib. plebis, vt Cicero oratione quarta in Verrem significat, quem & allaborasse, vt Tribunitia potestas populo restitueretur, Pædianus in Verrinam primam annotauit, meminitque & in Verrinam secundam & tertiam, ad illa potissimùm Ciceronis verba: Oblitos ne igitur hos putatis esse quemadmodum sit iste „ solitus virgis plebem Romanam concidere: quam rem etiam Tribunus plebis in con- „ cione egit, cum eum, quem virgis iste ceciderat, in prospectum populi Rom. produxit. „ Quo loco Asconius, Tribunum pl. ait esse M. Lollium Palicanum, hominem popularem & turbulentum, qualem & Valerius Maximus libro tertio Memorabilium prędicat, capite tertio, vsque eò seditiosum, vt C. Piso Cos. eum suffragiis populi Consulem creatum renuntiare noluerit, quòd diceret, non existimare se tantis tenebris offusam esse rempublicam, vt huc indignitatis veniretur. Meminit eiusdem & libro primo ad Atticum epistola prima, & decima sexta; item in Bruto de claris Oratoribus, cum Tribunis plebis comparans; Aptior, inquit, etiam Palicanus auribus imperitorum. „

ANNI P. R. C. DCLXXXII.

Consules.

Cn. Aufidius. Orestes. P. Cornelius Lentulus. Sura.

Hos edunt Eutropius & Cassiodorus in hunc annum Consules. Orestes autem, quod Aureliæ gentis cognomen est, à Cn. Aufidio adoptatus, vt Cicero pro domo sua ait, Cn. Aufidius Orestes dictus est, & rectè hinc etiam Cn. f. quem Consulem factum ait idem Tullius in Planciana, cùm Tribunus pl. esse non potuisset. Idem quoque Prætor fuit vrbanus anno vrbis DCLXXVI. vt ex Val. Maximo lib. VII. cap. VII. apparet. P. autem Lentulus Sura is est, qui Consularis, & Prætor iterùm in coniuratione Catilinæ,

tilinæ, Cicerone Cos. strangulatus est: cuius auus fuit P. Lentulus princeps Senatus, vt idem refert Cicero pro domo sua, & in Catilinam, & Asconius Pædianus. Vnde verò Suræ cognomen inuenerit, è Plutarcho in Ciceronis vita adscribemus. Cùm Sullanis temporibus Quæstor hic magnam vim pecuniæ publicæ consumpsisset atque perdidisset, Sulla id ægre ferens, rationem ab eo in Senatu exegit. Tum ille negligenter & cum contemptu progressus, rationem se redditurum negauit, præbiturum autem se suram, ita vt pueri consueuerint, cum in pilæ lusione deliquissent. Hinc Sura cognominatus fuit. Sura enim Romanis est, quæ Græcis κνήμη dicitur. *Cur P. Lentulus Sura cognomento.*

Seruili bello tertium iam annum cum Spartaco non satis feliciter gesto, M. Crasso Prætori id mandatum, & sex mensibus confectum; vt Appianus Alexandrinus libri primi extremo bellorum ciuilium tradit. Is primus cum parte fugitiuorum, quæ ex Gallis Germanisque constabat, feliciter pugnauit, cæsis inimicorum triginta quinque milibus, & duce eorum Granico. Deinde cum Spartaco bellauit, cæsis cum illo milibus quadraginta: Liuij Epitoma libri nonagesimi septimi, Athenæus lib. 11. Δειπνοσοφ. & Eutropius lib. VI. & copiosius in Crassi vita Plutarchus: cui tum permissum ait, vt ouans vrbem iniret; quòd de seruis subactis triumphare indignum esse putaret. Visus autem non myrtea de more corona, sed vt lauro coronatus incederet per gratiam faciendum Senatusconsultum curauit, vt refert Agellius libro quinto Noctium Atticarum, capite sexto, & Plinius libro decimo quinto Naturalis Historiæ, capite vigesimosecundo: Myrtea ouantium fuit corona: excepto M. Crasso, qui de fugitiuis & Spartaco laurea coronatus incessit. Et Claudianus poeta in Eutropium: —— *illustrat seruilis laurea Crassum.* Hinc Cicero in Pisonem: Crasse, pudet me tui. Quid est quod confecto formidolosissimo bello, coronam illam lauream tibi tantopere decerni volueris à Senatu? *M. Crassus feliciter cum fugitiuis pugnat.*

Eodem tempore exercitum Cn. Pompeius ex Hispania in Italiam reduxit, & quinque milia fugitiuorum, qui è prælio aufugerant, interfecit: scripsitque ad Senatum, auctore Plutarcho, M. Crassum Asiæ gladiatores fugasse, se bellum radicitus sustulisse. Hinc pro lege Manilia Cicero: Testis est iterùm & sæpiùs Italia, quæ cùm seruili bello tetro periculosoque premeretur, ab hoc auxilium absente expetiuit. Quod bellum exspectatione Pompeij attenuatum atque imminutum est, aduentu sublatum ac sepultum. Idem lib. III. Verrinarum, quæ Frumentaria est: & pro Sextio, ad Cn. Pompeium belli huius intra sex menses confecti (teste Eutropio, & Appiano) gloriam his verbis transfert: Qui etiam seruitia virtute victoriaque domuisset. *Cn. Pompeius fugitiuos è prælio seruos cædit.*

Externi belli Sertoriani, vt L. Florus nominat, triumphi acti duo à Metello & Pompeio Procoss. ex Hispaniis triumphantibus. Pompeius quidem adhuc eques Ro. vltimo huius anni die, pridie quam Consulatum iniret, curru vrbẽ inuectus est. Sic enim Eutropius lib. VI. Vno tempore multi simul triumphi fuerunt, Metelli ex Hispania, Pompeij secundus ex Hispania. Et Velleius Paterculus lib. II. Metellus & Pompeius ex Hispanijs triumpharunt: sed Pompeius hoc quoque triumpho adhuc eques Romanus, &c. Idem L. Florus, Appianus, & Plutarchus referunt. Cicero quoque pro lege Manilia: Quid, inquit, tam incredibile, quàm vt iterùm eques Romanus ex Senatusconsulto triumpharet? & C. Plinius lib. VII. Naturalis historiæ, c. XXVI. Pompeius ad Solis occasum transgressus, excitatis in Pyrenæo trophæis, oppida DCCCLXXVI. ab Alpibus ad fines Hispaniæ vlterioris in ditionem redacta, victoriæ suæ adscripsit, & maiore animo Sertorium tacuit; belloque seruili (vulgò ciuili editur) quod omnia externa conciebat, exstincto, iterùm triumphales currus eques Rom. induxit; toties Imperator antequam miles. Vbi externa omnia hinc concitata ait, quod Florus dixit externum potiùs quàm ciuile bellum esse habitum. Lucanus denique libri septimi Pharsalici belli initio: *Triumphus duplex.* *Cn. Pompeij de Hispania alter triumphus.*

Qualis erat populi facies, clamorq; fauentum
Olim, cùm iuuenis, primiq; ætate triumphi
Post domitas gentes, quas torrens ambit Hiberus:
Et quæcumque fugax Sertorius impulit arma,
Vespere pacato, pura venerabilis æquè
Quàm currus ornante toga, plaudente Senatu
Sedit adhuc Romanus eques. ——

L. Lucullum in Ponto aduersus Mithridatem feliciter pugnasse, cæsis hostium amplius sexaginta milibus, colligas ex Epitoma Liuiana libri nonagesimi septimi, atq; adeò ex epistola ipsius Mithridatis ad regem Arsacem, (quam ex Sallustij libro quarto historiarum laudat Carisius Sosipater) his verbis: Simul hiems mari prohibebat: ita sine vi hostium regredi coactus in patrium regnum, naufragiis apud Param & Heracleam, militum optimos cum classibus amisi. Restituto deinde apud Cabira exercitu, & variis inter me atque

atque Lucullum prœliis,inopia rurſus ambos inceſſit,Murena ad Amiſum obſidendam relictus erat,etſi Mithridates contractis copiis bellum inſtaurarit,equeſtri prælio ſuperatus, cæſiſque equitum turmis, quas in inſidiis collocarat,ſubita ex Ponto fuga in Armeniam ad Tigranem regem contendit,veniſſetque in Romanorum poteſtaté, niſi auro in itinere ſparſo,Luculli milites Regem dilabi permiſiſſent. Quod ſtratagema eleganter,vt omnia,Tullius in Maniliana ſic refert: Mithridates e regno fugiens,maximam vim auri atque argenti,pulcherrimarumque rerum omnium in Ponto reliquit. Hæc dum noſtri colligunt omnia diligentiùs,Rex ipſe è manibus aufugit. Hunc in illo timore & fuga Tigranes rex Armenius excepit. De quo quidem Tulliano loco nos in Nodis Ciceronis libro primo,capite vigeſimo quinto nuper diſſeruimus:addere tamen libet emendatum Eutropij locum e lib.ſexto,aliis,quos equidem viderim,intactum. Sic enim vulgò editur: Sed hi quos in Ponto Lucullus reliquerat cum exercitus parte , vt regiones victas etiam Ro. tuerentur,negligenter ſe & auarè agentes, occaſionem iterùm Mithridati in Pontum irrumpendi dederunt. Equidem ſic depoſitum locum ſanare tentabam: Vt legiones victas etiam perſequerentur;de hoc ipſo ſtratagemate loqui vt videatur. Qui Eutropius pluribus de his bellis,& triginta milibus lectiſſimis Regis à quinque milibus Romanorum ad Cabira cæſis,Regem inde fugiſſe ſcribit.

Mithridatis ſtratagema inſigne: quale & in Ponto caſtoris animalis ſen fibri.

Eutropius corrigitur.

ANNI P.R.C. DCLXXXIII.

Conſules.

M. Licinius Craſſus. Cn. Pompeius Magnus.

CELEBRANTVR hi ab omnibus,eduntúrque hoc anno Conſules à Caſſiodoro, Faſtiſque Græcorum Siculis,à Plutarcho in Craſſi & Pompeij vita, Appiano, extremo libri primi ciuilium bellorum . Meminit & Salluſtius in Catilinaria coniuratione , & Aſconius Pædianus in diuinationé Ciceronis,& Velleius Paterculus inſigni elogio,quod non deſcribo. Cognomen vtrique laudabile: huius quidem Magni,illius verò Diuitis Sic enim M. Tullius libro ſecundo ad Atticum : Quanto in odio noſter amicus Magnus ? cuius cognomen vnà cum Craſſi Diuitis cognomine conſeneſcit. Et libro Officiorum : Craſſus non tam cognomine Diues quàm copiis. Craſſum autem operâ Cn. Pompeij Conſulatum adeptum eſſe,auctor eſt Plutarchus. Eumdem Prætorium, Pompeium verò ne Quæſtorium quidé,annos triginta quatuor natum, Conſulatum cepiſſe Appianus refert. Alij triginta ſeptem ætatis annos attribuunt,quotus Ciceronis ætatis annus fuit: ſed locus Appiani mendo vacat. Tempus enim ſignificat,quo ante natalem ſuum Pompeius Conſulatum petiuit. Conſul enim ante factus eſt,quàm vllum alium magiſtratum capere per leges liceret. Sic enim Cicero in Maniliana: Quid tam ſingulare,quam vt ex S. C. legibus ſolutus Conſul ante fieret, quàm vllum alium magiſtratum per leges capere licuiſſet. Natum autem eodem anno Pompeium quo Cicero in vitam prodit , obſeruat Velleius libro ſecundo,Q. Seruilio Cæpione , C. Atilio Serrano Coſs. anno DCXLVII. mortuum verò P. Seruilio Vatia & C. Iulio iterum Coſs. anno poſt Ro. cond. DCCV. De vtroque Conſule ita Liuiana Epitoma libri nonageſimi ſeptimi, quem locum ſola interpunctione,fruſtrà ſudante ibi Sigonio, ſic ſanabá, diuiſa vna voce (ſicut) in duas: M. Craſſus & Cn. Pompeius Conſules facti ſunt ſic,vt Pompeius, antequam Quæſturam gereret,ex equite Romano.

Magni, & Diuitis cognomina Coſs. huius anni.

Liuij Epitoma emendatur.

Tribunitiam poteſtatem hi Coſs. reſtituerunt,vt Salluſtius commemorat in Catilinaria coniuratione,& Epitoma Liuij libri nonageſimi ſeptimi; additque Velleius , libro ſecũdo, Cuius Sulla imaginem in iure reliquerat: & Plutarchus in Pompeio Hinc Q.Cicero lib. tertio de legibus ait: Pompeium noſtrum ceteris rebus omnibus ſemper ampliſſimis ſummiſque effero laudibus: de Tribunitia poteſtate taceo: nec enim reprehendere libet,nec laudare poſſum. Aſconius verò Pædianus ſic in Ciceronis diuinationem initio: Primus Sicinius Tribunus pl. nec multò pòſt Quinctius,& poſtremò Palicanus, perfecerant, vt Tribunitiam poteſtatem populo redderent Coſs. Cn. Pompeius Magnus & M. Licinius Craſſus.

Tribunitia poteſtas reſtituta.

Iurauit Pompeius ſe ex Conſulatu nullam in prouinciam iturum, idque ſeruauit , ait Velleius;& Zonaras prouinciam ab eo repudiatam auctor eſt. Poſt biennium tamen A. Gabinius Tribunus pl. tulit, vt Cn. Pompeius ad opprimendos bello piratas cum imperio mitteretur,quod & ante biennium in M. Antonij Prætura fuerat decretum.

C. Verres Siciliam prouinciam per triennium tenuerat,atque in ea fuerat libidinosè, auarè

auarè crudeliterque versatus, succedente ei hoc anno L. Metello. Quare repetundarum reus à Siculis est postulatus: qui Ciceronem ad accusandum eum, descendere compulerunt. Metellus autem cùm fœdissima illa Verris Prætura afflictam Siciliam inuenisset (vt refert Orosius lib. sexto, cap. tertio) maximè Pyrgamenone archipirata nefariis prædis & cædibus dilaceratè, quia Syracusanum portum, nulla ibi classe Romana excubante, obtinuerat. Hunc mox nauali terrestrique prælio comminutum Siciliâ decedere compulit.

His itaque Coss. C. Verres Quæstura perfunctus, à M. Cicerone est accusatus: quæ actiones septem hinc Verrinæ sunt appellatæ, quæ in manibus sunt: in quas quæ commentando præfatur Asconius Pædianus, & Franc. Hotmanus, & in Ciceronis historia Franc. Fabricius, ea hîc repetere non est animus. Cicero autem annos natus sex & triginta hoc tempore Ædilitatem petit. Nam & P. Scipio Africanus minor cùm totidem annos natus Ædilitatem peteret, Consul à populo renunciatur, vt est in Epitoma Liuij quinquagesima, & in Velleio lib. secundo. *Ædilitatem Cicero petit.*

His quoque Consulibus P. Virgilium Maronem, Andibus, non procul à Mantua natum esse, Eusebianum refert Chronicon.

Prætores.

M'. Acilius Glabrio Prætor Pompeio Consule (qui tertio pòst anno Consul fit cum C. Pisone:) eoque iudicium exercente, Cicero C. Verrem Prætorium accusauit.

L. Aurelius Cotta Prætor (posteà Cos. an. DCXXCVIII.) iudicia ad equites Romanos his Consulibus transtulit, ait Liuij Epitoma XCVII. Cic. verò I. Verrina, Asconius in orat. pro Corn. & lib. II. in Verrem; communicata esse iudicia Senatorũ cum equitibus & Tribunis ærarijs significant: vt & Velleius Paterculus: Per idem, inquit, tempus Cotta iudicandi munus, quod C. Gracchus ereptum Senatui ad equites (annis ferè quinquaginta) Sulla ab illis (per annos x.) ad Senatum transtulerant, æqualiter inter vtrumque ordinem partitus est: vt Roscius lege sua equitibus in theatro loca restituit. De lege eadem iterum lata iisdem iteratis Coss. anno DCXCVIII. significat in Pisoniana Cic. & in eamdẽ Pædianus, & in Pompeio Plutarchus. Pluribus verò doctissimus Iuris sacerdos & præsul Ant. Augustinus V.C. opere de legibus in Aurelia iudiciaria, ex Plinio lib. trigesimo tertio cap. I. & II. Agellio lib. VII. cap. X. & Suetonio in Cæsare, non malè ad equites translatum videri iudicium (vt Epitoma ait) quòd maior tum equitum in iudicando pars esset, Tribunis ærariis ferè equitum in numero habitis. *Communicata iudicia Senatorum & equitum.*

L. Metellus Q. Metelli Cretici frater, Prætor fuit Siciliæ, auctore Pædiano.

Censores.

L. Gellius L. f. Poplicola. Cn. Cornelius Cn. f. Lentulus. Clodianus.

Reuocata etiam Censura est, quæ annos permultos ab anno DCLXVII. quo Philippus & Perperna Censuram gesserãt, fuerat intermissa. Horum Censura asperè est exercita, Senatu motis quatuor ampliùs & sexaginta: in his & C. Antonio M. f. qui sexto pòst anno Cos. cum Cicerone fuit. Caussas autẽ subscripserant Censores, testante Asconio: Quòd socios diripuerit: quòd iudicium recusarit: quòd propter æris alieni magnitudinẽ prædia manciparit, bonaque sua in potestate non haberet. Quæ caussa fuit, vt posteà, referente Sallustio, L. Catilina in coniuratione speraret, si designatus Consul foret, facile se ex voluntate C. Antonio vsurum. Lustrum ab his conditum. Censa ciuium capita quadringenta quinquaginta milia. Meminit Cicero pro Cluentio, Liuiana Epitoma libri nonagesimi octaui, Plutarchus in Pompeio, & Asconius in diuinationem Ciceronis, & ad orationem in toga candida. Hic autem Pædianus populum Romam ad Censuram conuenisse ait. Plutarchus verò cùm in Apophthegmatis, tum in Pompeij vita, hos etiam equitum centurias recognouisse. Lentuli Censoris meminit Tullius Verrina septima, & pro L. Flacco, & pro domo sua. L. autem Gellium omnibus honoribus ad Censuram vsque perfunctum auctor est Valerius Maximus libro quinto, capite nono, & Agellius libro quinto, capite sexto; meminitque in Verrinis Orator. Princeps Senatus ab his Censoribus lectus est Q. Catulus, vt refert Dion Cassius libro trigesimo sexto: quem in lege Gabinia dissuadenda Senatus principem fuisse Acilio & Pisone Coss. ostendit.

ANNI

ANNI P. R. C. DCLXXXIV.

Consules.

Q. Hortensius L. F. Q. Cæcilius Metellus Creticus.

MEMINIT horum Consulum Hortensij ac Metelli M. Cicero in Cluentiana, & Verrina secunda, qui & in Bruto de claris Oratoribus, vbi eum valdè prædicat vt oratorē, Q. Hortēsium L. f. nominat. Meminit Asconius, & Cassiodorus cum Fastis Siculis, itemque Iosephus de bello ciuili fratrum Aristobuli & Hircani, circa Olympiadem, vt ipse quidem malè computat, centesimam octogesimam tertiam, qui potius est annus quartus Olympiadis CLXXVII. Onuphrio & Cuspiniano. Pædianus autem Asconius tres ea tempestate Metellos floruisse ait; hunc Q. Metellum Cos. qui posteà fit Creticus appellatus, & L. Metellum Siciliæ Prætorem, qui aduersus piratas rem gesserit, vt Liuiana Epitoma libri nonagesimi octaui refert: denique M. Metellum iudicem in vrbe de pecuniis repetundis constitutum. Hunc autem Q. Metellum L. Metelli Delmatici filium fuisse, colligunt ex Asconio in diuinationem Ciceronis. Huius filiæ, opinor, hæc Romæ spectatur via Appia inscriptio: CÆCILIÆ

Q. CÆCILII. F.

METELLÆ. CRASSI.

Sortitis prouincias Q. Hortensio Creta obuenerat, qui vrbe ac foro, in quo regnabat, delectatus, eam Metello collegæ cum exercitu concessit, teste Xiphilino. Hinc in Verrinis orator: Quid agis Hortensi? Consul es designatus: prouinciam sortitus es. Bellum autem gessit cum Cretensibus anno insequenti Metellus.

Ædiles.

M. Tullius Cicero. M. Cæsonius.

M. Cicero Ædilis. M. Tullius Cicero annos XXXVII. natus, vt suprà dixi, Ædilis fit curulis. Ædiles autem dicti sunt, vt ait Dionysius Halicarnasseus lib. sexto Antiquit. Rom. ab vna sui muneris parte, quasi ædium curatores, &, vt magnā illis partem similes, vocari à Græcis ἀγορανόμους. De sua ipse Ædilitate Verrina septima, ludos sibi commissos ait Cereri, Libero, Liberæq; faciendos, &c. Et in Mureniana, trinos se ludos fecisse prædicat: vt & altero Officiorum libro, exiguum Ædilitatis suæ sumptum fuisse, quod & in eius vita Plutarchus commemorat. *Oratio Cic. pro M. Fonteio, & pro A. Cæcina.* Hoc anno pro M. Fonteio dixisse Tullium putat Fabricius, iisdemq; fortasse temporibus pro A. Cæcina; quæ oratio, quia Iuris quæstio Vnde vi, agitatur, perdifficilis sane doctis etiam hominibus, de qua ipse in Oratore: Tota, inquit, mihi caussa pro Cæcina de verbis Interdicti fuit. Res inuolutas definiendo explicauimus, Ius ciuile laudauimus, verba ambigua distinximus.

M. Cæsonius Ciceronis in Ædilitate collega, vt in Verrina secunda testatur, ibidemq; Asconius: in quem scholia scribens Paulus Manutius, C. Antonium, non Cæsonium nominat; nisi aut manus operarúmve error est, aut memoriæ ἁμάρτημα doctis familiare, nimiùm memoriæ suæ confisis. M. Cæsonij meminit, vt secum Consulatum petituri, Cicero lib. primo ad Atticum epist. prima, & rursum lib. duodecimo, epist. decima quarta Cæsonius, inquit, ad me litteras misit, &c.

Prætores.

M. Pupium Pisonem Calpurnianum Prætorē ex Hispania triumphasse, ait in Pisoniana Cicero, ibidemq; Asconius. Is biennio post Ciceronem Consul fuit, anno V.C. DCXCII. Eidem Pisoni Quæstor in Hispania L. Flaccus fuit, vt in Flacciana Cicero ostendit.

Tigranocerta à L. Lucullo capta. L. Lucullus vrbē Tigranocertam è Tigranis regno cepit, fuso ingenti hostium exercitu exigua suorum manu, pridie Nonas Decembris. Meminit Cicero in Maniliana, Plutarchus in Lucullo, Appianus, & Dion lib. trigesimo quinto; vnde plura hic Sigonius de Luculli rebus hausit.

Q. Lutatius Catulus his etiam Consulibus templum Iouis in Capitolio, quod incendio conflagrarat, ac reparatum erat, dedicauit: Epitoma Liuij libri nonagesimi octaui, Plinius lib. septimo Natur. Hist. cap. quadragesimo tertio, Cassiodorus in Fastis, Corn. Tacitus, & Cicero Verrina sexta, quæ de signis est, prædicat, Q. Catulum appellans magnificentiùs Capitolium, quàm fuerat anteà, restituisse.. Ceterum de Capitolio multa præclarè in Poplicola Plutarchus commemorat.

ANNI

ANNI P. R. C. DCLXXXV.

Consules.

L. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus. in. Mag. mortuus. e. in. eius. loc. f. c. anteaquam. iniret. in. e. | Q. Marcius Q. f. Rex. solus Consulatum. gessit.

DION & Cassiodorus hos nunc Consules edunt. Dion etiam Lucij prænomen diserte Metello tribuit, quod in Verrina quinta nunc Q. nunc L. legitur. Asconius quoque in Pisonianam (qua & in oratione hi Consules, sed deprauate nominantur) Consulibus istis sublata ait Senatusconsulto collegia, quæ contra Remp. inita videbantur. Quem locum corruptum quidem vidit hic Cuspinianus, emendat verò Paullus Manutius. Hic autem L. Metellus frater est Q. Metelli Cretici, priore anno Consulis, auctore Pædiano. Non recte igitur in Fastis Græcorum Siculis Consul iterùm fuisse dicitur: Μαρκίυ Ῥήγυ καὶ Μετέλλυ τὸ β΄, deceptis forte librarijs Græcis, quòd prænomina vtriusq; Metelli abessent. Sic & suprà in iisdem Siculis Fastis peccatum, an. V. C. DCLXXI. Κάρβονος τὸ γ΄, καὶ Μαρίυ τὸ β΄. Nec enim C. Marius iterùm Consul tum fuit, sed primum Consul, in magistratu occisus, vt Fasti Capitolini Romæ testantur. Hunc quoque Metellum initio magistratus mortuum esse, & qui in eius suffectus est locum, antequam iniret obiisse Dion refert: itaque subrogari placuit neminem. Solus ergo Q. Marcius annuum gessit Consulatum: cui Regis cognomentum C. Sallustius attribuit, sæpiùs quidem in Catilinario, tum de hoc ipso tempore libro v. Historiarum apud Priscianum libro XVIII. „ At Lucullus, audito Q. Marcium Regem Procos. per Lycaoniam cum tribus legionibus tendere. Eius parens Consulatum vnà cum M. Porcio Catone, anno DCXXXV. gesserat. Cilicia autem prouincia, quæ huic obuenerat, decreta est. P. Clodius Luculli exercitum in Nisibis obsidione sollicitauerat, eodem Dione auctore libro XXXV. quod & Cicero in oratione de Aruspicum responsis sic affirmat: „ Pòst exercitu L. Luculli sollicitato, fugit illinc. *Q. Marcius Rex solus Cos.*

Q. Metellus Proconsul intra triennium (vel vt Orosius, intra biennium) in Cretam missus, prouinciam omnem subegit, & Creticum inde cognominatum ait Eutropius lib. sexto, additque de ea triumphasse, Silano & Murena Coss. anno DCXXCIX. ibidemque post M. Antonium M. Antonij Triumuiri patrem Proconsulem fuisse, qui, vt suprà diximus ad annum V. C. DCLXXIX. gratia Cottæ Cos. & Cethegi factione in Senatu, curationem est nactus infinitam oræ maritimæ; Siciliamque & prouincias omnes depopulatus est, & ad extremum Cretensibus bellum inferens, morbo perijt, vt semel iterumq; in Verrinas Tullianas, in tertiam & initio quartæ, Pædianus refert, & in diuinationem eiusdem, hominem vocat nequam, & pessimis vsum comitibus: certè nihilo meliorem filio Triumuiro: idque C. Sallustij e libro tertio Historiarum Asconius confirmat, leguntur„ que apud Arusianum Messum: M. inquit, Antonius perdundæ pecuniæ genitus, va„ cuusque curis nisi instantibus. Turpissimè autem victum in Creta, mortuumque Antonium L. Florus refert libro tertio rerum Rom. cap. septimo, etsi ante Cn. Pompeium totius pænè orbis imperium tenuisset, vt Velleius ait, & Epitoma T. Liuij nonagesima „ septima; trahitque eodem Ciceronis illa Pædianus ad Verrinam secundam: Post M. An„ tonij infinitum illud imperium senserant: repetitque Verrina tertia, quæ est de Prætura Vrbana. *M. Antonius M. Antonij III. viri pater, qualis.*

Cydonam autem metropolim Cretæ (vel vt Græci, Strabo, & Dio Cydoniam nominant) obsedit Metellus, teste Floro lib. tertio, cap. septimo, & Epitoma Liuiana nonagesima nona, Velleio lib. secundo, & Orosio lib. sexto, cap. quarto. De Græcis Xiphilino in Pompeio. Hinc Mithridates in epistola, quam ad Arsacem regem anno superiore mi„ sit, extatque lib. quarto Historiarum Sallustij: Cretenses, inquit, impugnati semel iam, „ neque finem, nisi excidio, habituri. De bello autem Mithridatico a Lucullo hoc anno gesto petere licebit è Dione, Appiano, & Plutarcho in Luculli vita. *Cydonia in Creta à Metello obsessa.*

ANNI P.R.C. DCXXCVI.

Consules.

C. Calpurnius Piso. M'. Acilius Glabrio.

NOMINAT hos, qui sequuntur, Consules, Cicero lib. duodecimo ad Atticum, epist. vigesima secunda, iterumque Philippica secunda, & Dion, Cassiodorus, & Asconius in Cornelianam, & in Toga candida. C. Pisonem Frugi cognomento opinatur Onuphrius e nummis argenteis, qui in Goltzij Fastis Consularibus pag. 171. spectantur. Hic Galliam Narbonensem obtinuit, auctore Dione. Vnde & à Cicerone lib. I. ad Attic. Pacificator Allobrogum dictus. Manius verò Acilius Glabrio Bithyniam cum bello Mithridatico post L. Lucullum obtinuit; auctor Cicero pro lege Manilia, Dio lib. xxxv. & Plutarchus in Pompeio. Hinc Sallustius lib. v. Historiarum apud Priscianum lib. xviii. Grammat. Legiones, inquit, Valerianæ comperto, lege Gabinia Bithyniam & Pontum » Consuli datam, missos esse. Hunc enim Acilium Consulem Lucullo successisse, ibidem » in Maniliana Cicero significat, & Valerianos milites confectis stipendiis tumultuatos fuisse: quod sic Dion extulit: Οὐαλέριοι οἱ τῆς στρατείας ἀφιέντες: qui Dio etiam de illorum tumultu refert, cùm audissent Glabrionem Consulem Luculli successorem aduentare.

Calpurnia lex de ambitu. Legem autem Calpurniam de ambitu à C. Pisone latam hoc anno, Asconius ait in Cornelianam, & oratione in Antonium & Catilinam: illi legi præter alias pœnas pecuniariam fuisse adiectam: de qua lege pluribus Ant. Augustinus V.C. libro de Legibus, & Franc. Hotomanus de Calpurnia. Tulit & seuerissimam legem de pecuniis repetundis collega eius Glabrio, teste eodem Pædiano. De Gabinia autem lege infrà dicetur.

C. Triarius legatus Luculli his Consulibus victus à Mithridate fuit, vt Dion, Plutarchus & Appianus scribunt; adduntque cecidisse tum Centuriones centum & quinquaginta, Tribunos viginti quatuor, & castra Romanorum capta à Rege fuisse. Hæc est illa calamitas, bellique offensio, quam in Maniliana Tullius tantam fuisse ait, vt eam ad aures L. Luculli Imperatoris, non ex prælio nuntius, sed ex sermone rumor adferret. Hic, inquit, in ipso illo malo, grauissimaque belli offensione L. Lucullus, qui tamen ali- » qua ex parte iis incommodis mederi fortasse potuisset, vestro iussu coactus, quòd imperij » diuturnitati modum statuendum veteri exemplo putauisti, partem militum, qui iam sti- » pendiis confectis erant, dimisit, partem Glabrioni tradidit. »

Prætores designati.

M. Cicero Prætor cum quibus designatus. M. Cicero post Ædilitatem Prætor factus primus (hoc est primo loco, nam octo creari solent) incredibili populi voluntate, vt in Bruto de claris Oratoribus ipse commemorat: designati & M. Plætorius, C. Flaminius, Q. Orchinius, C. Aquillius Gallus, P. Cassius, & C. Antonius; quos in Cluentiana Cicero enumerat, & in Pisoniana, ac Miloniana, & post reditum in Senatu. Verumenimuerò in his Prætorum nominibus, non satis sibi Sebastianus Corradus Commentario in Brutum constat. Nam in sua idem Quæstura, eumque Fr. Fabricius secutus, Q. Voconium Nasonem vnum facit: Io. Glandorpius tamen in Onomastico Ro. Nasones in Voconia gente non agnoscit, sed in Actoriis quidem, in Iuliis, Otaciliis, Ouidiis, & Sextiis. Corradus quoque Voconium & Nasonem duos initio, vt dixi, fecerat; quo fit vt octo Prætores præter Tullium reperiat. C. Aquillius in Topicis nominatur: P. Cassius ab Asconio in Cornelianam: C. Antonius competitorem in Prætura fuisse, ipse Cicero oratione in toga candida apud Pædianum fatetur, & Q. Tullius libello de petitione Consulatus. Sic enim cum C. Antonio loquitur, quem in Consulatu collegam habuit: An oblitus es, te ex me, cùm Præturam pete- » remus, petiisse, vt tibi primum locum concederem? »

Tribuni plebis.

Extremo anni mense a. d. IIII. Idus Decemb. Tribuni pl. magistratum inire solebant, vt ex T. Liuio & Dionysio patet.

Bellum Piraticum. Gabinia lex. A. Gabinius Tribunus pl. cum piratæ non solùm maria, verùm etiam oras maritimas suis latrociniis infestarét, (vt præter Ciceronem in Maniliana, historici referunt) de vno Imperatore contra prædones constituendo legem initio sui Tribunatus promulgauit: de quo & oratione post reditum in Senatu. Tum Hortensius in Senatu contra Gabinium

nium grauiter ornateque dixit. Cumque ex populo Ro. quæreret Q. Catulus, Si in vno Pompeio omnia ponerent, si quid eo factum esset, in quo spem essent habituri: cumque omnes vna prope voce In eo ipso se spem habituros dixissent, cepit magnum virtutis suæ fructum ac dignitatis, vt ait pro lege Manilia Cicero, & ex illo Plutarchus, ac Valerius Maximus lib. VIII. cap. decimo sexto, & Velleius Paterculus. Cn. itaque Pompeius bellum piraticum, (quod Cicero & Sallustius maritimum nominant) summa celeritate confecit, extrema hieme apparando, ineunte Vere suscipiendo, quod media æstate absoluit.

L. Roscius Otho Tribunus pl. restituit ordini equestri non solùm dignitatem, sed etiam voluptatem, ait Cicero pro Murena. Tulit enim legem hoc anno, Vt equitibus Ro. in theatro quatuordecim gradus proximi assignarentur: auctor Liuij abbreuiator lib. XCIX. & Dio lib. XXXVI. & in Cornelianam Pædianus, Cor. Tacitus lib. XV. Annalium, Horatius in Epodo, & epistola prima, & Iuuenalis Satyra III. alijque. *Roscia lex de ordinibus.*

C. Cornelius Tribunus pl. is, qui biennio pòst maiestatis reus à Cicerone defensus est, exstantque apud Asconium fragmenta, ab illo illustrata. Cum magnus ambitus esset, legem de ambitu tulit: in qua grauissimis pœnis crimen hoc sanxit. Senatus itaque Consulibus mādauit vt huic rei mederentur: qui, auctore Dione, legem tulerunt, Vt eorum, qui ambitus conuicti essent, nemini aut magistratum gerere, aut in Senatu esse liceret. Hæc illa est Calpurnia lex de ambitu, quam a C. Calpurnio Pisone seuerissime scriptam fuisse, ex Mureniana suprà paullò retuli. *Lex Cornelia de ambitu.* *Calpurnia lex de ambitu.*

C. Manilius extremo anni mense Tribunatu inito, libertinorum & seruorum manu subnixus, legem tulit, Vt libertinis in omnibus tribubus suffragium esset, vt refert Pędianus in Cornelianam & Milonianam orationes. Quod ita Dion libro XXXVI. scribit: Τῷ ἔθνει τῷ τῶν ἀπελευθέρων ἔν τε τῇ ἐσχάτῃ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ καὶ πρὸς ἑσπέραν, παρασκευάσας τινὰς ἐκ τοῦ ὁμίλου ψηφίσασθαι μετὰ τῶν ἐξελευθερωσάντων σφᾶς ἔδωκεν. hoc est: *Manilius libertinis extremo anni die sub vesperam, comparatis nonnullis è multitudine, lege lata dedit vt cum patronis suis suffragia ferrent.* *Lex Manilia, de Libertinis.*

ANNI P. R. C. DCLXXXVII.

Consules.

M'. Æmilius Lepidus. L. Volcatius Tullus.

NOMINAT hos M. Tullius Catilinaria prima, & lib. XII. ad Atticum: & pro Sulla alterum L. Volcatium Tullum, quem in Planciana, offensiuncula in Ædilitate accepta, Consulem factum ait. Sallustius quoque in Catilinario bello, L. Tullum & Manium Lepidum; Asconius Pædianus Man. Lepidum & L. Volcatium: quem Cassiodorus L. Torquatum, pro L. Volcatium, vocat. Deprauate quoque Græcorum Fasti Siculi Βολκατίου καὶ Τύλλου, qui vnus idemque est, pro Λεπίδου ἢ Αἰμιλίου.

Prætores.

L. Catilina Africam Prætor obtinuit. Cicero pro Cælio, & Dio Cassius lib. XXXVI. in rebus hoc anno gestis.

M. Tullius Cicero Prætor Romæ quæstioni de pecuniis repetundis præfuit: vt ipse pro Rabirio Postumo, pro Cornelio, & pro Cluentio ait. C. quoque Licinius Macer ab eodem damnatus: qua ex re fructum ex populi existimatione maiorē cepit, quàm gratiam, si absoluisset: vt ait ep. IV. lib. primi ad Famil. Rem Plutarchus sic refert: Quòd Macer per se multum in ciuitate posset, & Crasso vteretur fautore, cùm furti reus apud Ciceronem factus esset, potentia & studio fretus, & iudicibus sententiam adhuc differentibus, domum profectus dicitur caput totondisse, & togam puram tamquam victor induisse, rursumque in forum reuertisse: sed cùm Crassus ei prope vestibulum occurrisset, ac dixisset eum sententiis omnibus damnatum fuisse, reuersus discubuisse, nec ita multò pòst obiisse: quæ res Ciceroni gloriam, tamquam iudicia diligenter exerceret, dicitur attulisse. *Cicero Prætor.*

„ Hanc rem Valerius Maximus lib. IX. cap. XII. ita refert: C. Licinius Macer, vir Prætorius, Calui pater, repetundarum reus, dum sententiæ diriberentur, in Mænianum conscendit; siquidem cùm M. Ciceronem, qui id iudicium cogebat, prætextam ponentem vidisset, misit ad eum qui diceret, se non damnatum, sed reum perisse, nec sua bona hastæ posse subijci. Ac protinus sudario, quod forte in manu habebat, ore ac faucibus coartatis,

inclusо spiritu, pœnam morte præcurrit. Qua cognita re, Cicero nihil de eo pronuntiauit. » Prætor idem Cicero M. Antonij Gniphonis scholam frequentauit, si Tranquillo de illustribus Grammaticis credimus.

In Vatinium iocus Ciceronis.

C. Manilius furti coram Cic. postulatus.

P. Vatinius, patronus asper & magistratuum contemptor, cùm strumis oppletum collum haberet, a Cicerone Prætore, nescio quid coràm petebat. Deliberante verò diu Cicerone, dixit, ea de re se nihil, si Prætor esset, dubitaturum. cui Cicero: At ego tantas ceruices non habeo: sic ferè Plutarchus. Meminit & Cicero libro ad Atticum secundo, epist. x. quæque ibi à Dionysio Godefredo notata animaduerto. Extremo anni huius mense, cùm Ciceroni triduum tantùm Præturæ superesset, quidam C. Manilium apud illum furti postulauit, auctore Plutarcho. Subnixus hic populi beneuolentia, ac Pompeij studio, petit diem Manilius vnam, quæ superesset; Cicero concessit: quod populus indignè tulit. Mos enim erat vt decem minimùm dies reis Prætores darent: quod etiam de P. Cassio Prætore Pædianus refert, & Cicero in epistolis ad Q. Fratrem. Quare Tribuni pl. Ciceronem in concionem productum de superiore loco grauiter accusabant: quibus ille ita satisfecit, vt cùm reis semper, quantum leges permitterent, comis & humanus fuisset; indignum iudicasse, non eumdem se Manilio præstare. Itaque ei diem, quem vnum Prætor in sua potestate haberet, dedita opera præfiniuisse: cùm non sit eius, qui rei caussam adiuuare velit, ad alium magistratum iudicium reijcere. Hac oratione populus Ro. ita commutatus est, vt Ciceronem lætis acclamationibus prosecutus rogaret, vt Manilij patrocinium susciperet: quod ille libenter, Pompeij præsertim gratia, recepit. Hæc ferè Plutarchus, & Dio in eamdem propè sententiam. Eumdem autem hunc Manilium esse apparet, cuius legem Maniliam Cicero ea oratione, quæ in manibus est, suasit. Nam Tribunus pl. cum esset, duas leges tulit; vnam perniciosam, alteram laudabilem: vt in Corneliana Cicero testatur, in eamdemque Asconius.

Ciceronis de lege Manilia Oratio in Cn. Pompeij laudem.

His Consulibus Q. Cicero M. frater Ædilitatem petiisse videtur: auctor Cicero ep. III. lib. I. ad Atticum.

Cic. Orationes in Prætura habitæ.
I. Pro lege Manilia.
II Pro A. Cluentio Auito.
III. Pro M. Fundanio.
IV. Pro Q. Gallio.

Orationes autem Prætorianæ M. Ciceronis hæ ferè numerantur: Pro lege Manilia, qua bellũ Mithridaticum & genere necessarium, & magnitudine periculosum Cn. Pompeio, (in quo summa esset scientia rei militaris, virtus, auctoritas & felicitas) transmittendum esse persuasit. Altera oratio pro Cluentio Auito, veneficij à T. Atio accusato, & à Cicerone Prætore defenso apud Q. Voconium vnà Prætorem. Tertia, pro M. Fundanio, item pro Q. Gallio, vt Car. Sigonius in Ciceronis fragmenta annotans opinatur: sed in ea pro Q. Gallio dissentit Franc. Fabricius, qui biennio pòst an. DCXXCIX. hunc defensum ex Asconio Pædiano colligit.

Comitiis Consularibus hoc anno à L. Volcatio Tullo habitis Consules designati P. Autronius Pætus & P. Corn. Sulla. Verùm ambitus hos lege Calpurnia accusarunt damnaruntque L. Cotta & L. Torquatus, atque ad se magistratum transtulerunt, vt Cicero in Orat. in toga candida, Asconius, Sallustius, & Dion testantur. Rursum lib. II. de Finibus Cicero, L. Torquatum adolescentulum eripuisse P. Sullæ Consulatum, & ad patrem suum retulisse refert. Catilina quoque cùm de prouincia Africa decessisset, Consulatum petiturus, pecuniarum repetundarum reus factus, prohibitus fuit petere, auctore Sallustio, & Asconio.

Coniuratio Catilinaria.

Tum contra Remp. coniurarunt pauci: in quibus à Sallustio numerantur P. Autronius (sic enim vocandus, non Antronius, ex lapidibus & nummis) & L. Catilina: addunt Dio & Suetonius P. Sullam, nec dissentit Liuij Epitoma lib. CI. quo nomine Sulla pòst annos quatuor a L. Torquato accusatus, ab Hortensio & Cicerone defensus fuit. Plura de hac coniuratione Sallustius, Cicero in Catilinariis, Asconius, Porcius Latro, Dion, & Plutarchus.

ANNI P. R. C. DCXXCIIX.

Consules.

L. Aurelius M. f. Cotta. L. Manlius L. f. Torquatus.

Hi suffecti sunt in locum P. Cornelij Sullæ & P. Autronij Pæti: sic enim in Fastis Capitolinis per quintam vocalem vocatur, vt anno septingétesimo vigesimo quarto in Onuphrij Fastis, non Antronij, quod hactenus male obtinuit. P. autem Sulla à Sallustio Seruij f. dicitur; à Dione vero filius fratris L. Sullæ Dictatoris. Nominantur autem hi

hi Consules à Dione Cassio, Suetonio Tranquillo in Cæsare, & Asconio Pædiano in Cornelianam,& in toga candida: meminitque Cottæ & Torquati Nepos Cornelius in T. Attici vita, itemque Cicero Agraria secunda in Rullum,& lib. I. de diuinatione, iterumque lib. II. de Finibus: „L. inquit Torquatus adolescentulus eripuit P. Sullæ Con-„sulatum, eumque ad patrem suum retulit. Item Catilinaria tertia de prodigiis loquens, quæ & Iulius Obsequens refert, idemque Cicero lib. primo de diuinatione, suis de Consulatu suo versibus; Dio denique lib. XXXVII. commemorat. In Fastis Siculis reperio κόττυ καὶ Τορκυάτυ, quos integre Dion nominat L. Aurelium M. f. Cottam, & L. Manlium L. f. Torquatum. Hic vero Torquatus Macedoniam prouinciam sortitus est, vt in Pisoniana M. Tullius testatur; cùm L. Torquatum magnis rebus gestis, se Consule referente, appellatum esse Imperatorem ait. L. Cottam autem collegam eius, Pompeio & Crasso Coss. anno DCXXCIII. Prætorem iudicia Senatui cum equitibus & Tribunis ærariis communicasse, suprà ex Epitoma Liuij XCVII. & Pædiano in primam Verrinam docuimus.

Hoc anno M. Cicero ex Prætura recusauit in prouinciam ire. Fatetur id in Mureniana, „Seruium Sulpicium ita alloquens: Tu in prouinciam ire noluisti. non possum id repre-„hendere, quod in meipso & Prætor & Consul probaui. Insequenti ergo anno candidatus futurus Consulatus, iam prensabat: qua de re potissimùm epistola prima ad Atticum, hisce temporibus data. Ad eum, iam petere, vel certe prensare parantem, Q. Tullius frater ea scripsit, quæ veniebant in mentem dies ac noctes de petitione illius cogitanti: non vt aliquid ex iis noui adijceret, sed vt ea, quæ in illo dispersa atque infinita viderentur esse, ratione & distributione sub vno aspectu ponerentur. Qui libellus Quincti De petitione Consulatus in manibus est, & illustrauit nonnihil extrema Quæstura Seb. Corradus, summæ vir accurationis atque doctrinæ. Idem verò Cicero his Coss. C. Cornelium maiestatis reum apud Q. Gallum Prætorem quatriduo defendit, auctore Asconio; qui huius orationis reliqua a se conseruata ad posteros transmisit: apud quem emendandam equidem censeo, vnius alteriúsve litteræ commutatione, vocem, male funditus à Manu-„tio deletam. Sic enim optimus ille Tullij interpres in Cornelianam: Sequenti deinde an-„no, L. Cotta, L. Torquato Coss. quo hæc oratio à Cicerone Prætore dicta est, &c. lego Prætorio. Sic enim appellabantur, (quod Manutium fugere non potuit) Prætura iam perfuncti, vt Senatorius, Consularis, Ædilitius, Tribunitius, & id genus alia.

M. Tullius Cicero candidatus ambit Consulatum.

C. Cornelium maiestatis reum apud Q. Gallum Cic. defendit.

Tribuni plebis.

C. Papius Tribunus plebis, teste Dione lib. XXXVII. legem tulit, Ne quis peregrinus in „vrbe esset, quæ Lex Papia hinc dicta, de qua sic Orator lib. III. Officiorum: Malè etiam, „qui peregrinos vrbibus prohibent, eosque exterminant; vt Pennus apud patres nostros, „Papius nuper. Nam esse pro ciue qui ciuis non sit, rectum est non licere: quam tulerunt „legem sapientissimi Consules Crassus & Scæuola. Vsu verò vrbis prohibere peregrinos, „sanè inhumanum est. Meminit & in Rulliana prima, cùm ait: Simillimè atque in illa „lege, qua peregrini Romà eiiciuntur, Glaucippus excipitur. Eamdem legem nominari putant in Liciniana, quæ pro Archia est habita; sed dissentit libro de legibus Iureconsultus doctissimus, quem honoris caussa nomino, Ant. Augustinus, ratus Papiriam potiùs ibi legem nominandam.

Lex Papia de peregrinis Vrbe pellendis.

Eodem anno à P. Clodio adolescente repetundarum accusatus est L. Sergius Catilina, vt in Cæliana Cicero affirmat, & Asconius. Reo autem Catilinæ de pecuniis repetundis aduocatus fuit L. Manlius Torquatus Cos. vt idem Orator in ea, qua Sullam defendit, refert. Verùm Clodius accusator, à Catilina pecunia corruptus, turpissimè est præuaricatus, ait in oratione De Aruspicum responsis Cicero.

L. Catilina à P. Clodio accusatur.

Censs. Q. Lutatius Q. f. Q. n. Catulus. L. Licinius P. f. M. n. Crassus Abdicar.

Vt in hunc annum hi Censores referantur, & quinquennij tempus facit, & Dionis Cassij auctoritas. Cum enim de danda Transpadanis ciuitate inter se contenderent, nihilque agerent, magistratu etiam abdicarunt. Consulares hos fuisse Censores, auctor Plutarchus in Crassi & Catonis Maioris vita, atque in Politicis. Rursus Commentario περὶ δυσωπίας, de inutili verecundia Q. Catuli Censoris meminit.

ANNI P.R.C. DCXXCIX.

Consules.

L. Iulius L. f. L. n. Cæsar. C. Marcius C. f. C. n. Figulus.

NOMINAT hos Dio, Sallustius, Asconius, & Cassiodorus: itemque Cicero Orat. pro P. Sulla, & ad Atticum libro primo ep. I. vbi se filiolo auctum his Coss. salua Terentia testatur. L. autem Cæsar eius est f. qui bello Marsico Cos. fuit. Figulus autem Marciæ gentis cognomen est, & Nigidium hoc cognomen esse adeptum, quòd rerum humanarum inconstantiam rotæ figulinæ compararit, auctor est in ciuitate Dei B. Augustinus. Thermi autem alterum eius erat cognomentum, etsi erat Municiorum, vt Figulus Marciorum, in illa Tullij ad Atticum epistola prima, opinatur Sigonius Commentario in Fastos, itemque P. Manutius, adoptione ex illa familia in hanc transiisse, retento vtroque cognomine. Corradus tamen aliter paullò, & Simeon Bosius argute Ciceronis locum interpolauit: Eum libens Θέρμον Ciceri accuderim. Iunius verò, Eum libenter, „ tunc Cæsari Consuli acciderim. At M. Ant. Muretus libro XIX. Variar. lect. cap. x. „ ita contra Sim. Bosium instaurat: Sane cum libens Thermon Ciceri non accuderim. ra- „ tionemque castigationis inibi reddit.

Consulatum suo quidem anno petiit Cicero, qui erat legibus Rom. ætatis quadragesimus tertius, vt Philippica quinta, de Alexandro Magno agens, ostendit. Suo adhæc tempore Consulem se factum, Agraria in Rullum secunda gloriatur, & in ea pro Cœlio: Deinceps, inquit, fuit annus, quo ego Consulatum petiui. Sex autem competitores in » petitione Consulatus habuit, vt Asconius in orationem in Toga auctor est, duos patricios P. Sulpicium Galbam & L. Sergium Catilinam: quattuor plebeios, ex quibus duos nobiles C. Antonium M. Antonij oratoris filium, qui Consulatum vna gessit, & L. Cassium Longinum: duos item, qui tantum non primi e familiis suis magistratum erant adepti, Q. Cornificium & C. Licinium Sacerdotem, viri nulla improbitate notati. Solus Tullius equestri loco natus, & homo nouus, qui & patrem in petitione amisit, si Pædiano credimus, & Tulliam f. C. Pisoni Frugi despondit, & L. Ciceronem fratrem patruelem amisit, vt Attico scribit epist. II. lib. I. De his competitoribus in Mureniana ita Cicero: Etenim mihi ipsi accidit vt cum duobus patriciis, altero improbissimo atque » audacissimo, altero modestissimo atque optimo, iure peterem: superaui tamen dignitate » Catilinam, gratia Galbam. Et frater eius Q. Tullius meminit, lib. de petitione Consula- » tus, & Pędianus in Orationem in Toga candida. Ex his Cassius, paucos post menses cum Catilina repulsam passus, aduersus remp. coniurauit.

Competitores Cic. in Consulatu.

Lex ambitus.

Cùm ambitus licentia propter præcipuam L. Catilinæ & C. Antonij audaciam indies augeretur, censuerat Senatus, vt lex ambitus à C. Pisone anno V. C. DCLXXXVI. lata, aucta etiam cum pœna ferretur. Cui rei cum Q. Mucius Orestinus Tribunus plebis intercessisset, grauiter Senatu ferente intercessionem, Cicero surrexit, atque in coitionem Catilinæ & Antonij inuectus est, habita oratione in toga candida. Tunc enim magistratum petentes candida vtebantur toga, quam Polybius lib. x. τήβενναν λαμπρὰν nominat. Eius orationis fragmenta Asconius conseruauit, M. Fabius lib. III. Institutionum oratoriarum cap. IX. vocat librum in competitores, quem vituperationem continere ait, & in Senatu esse habitum sententiæ loco.

Catilina iam coniurationem inchoat, teste Sallustio, conuocatis iis quibus maxima audacia inerat, quod concilium per Fuluiam in vulgus prolatum, studia hominum potissimùm accendit ad Consulatum Ciceroni mandandum. Consul itaque omnium consensu factus est, ait Pædianus, & ipse in Pisoniana & Agraria secunda. C. Antonius pauculis centuriis Catilinam superauit, & alter Consul renuntiatus, teste Pædiano.

Pro Q. Gallio orat Cicero.

A Cicerone hoc anno de ambitu defensum Q. Gallium opinatur Fabricius, Asconij auctoritate subnixus, qui in Orationem in toga candida, postea defensum esse Gallium scribit, contrà atque Sigonius, qui anno vrbis conditæ DCLXXXVII. defensum Gallium tradit.

Iulius Cæsar quæstionem in sicarios exercuit; eos quoque sicariorum numero habens, qui proscriptione ob relata ciuium Romanorum capita, pecunias ex ærario acceperant, auctore Suetonio.

Tribuni plebis.

P. Seruilius Rullus Tribunus plebis extremo anni huius mense legem promulgauit Agrariam, in quam Cicero Consul orationes habuit, quæ exstant, etsi mutila tertia est. *Lex Seruilia agraria.*

Censores.

L. Aurelius M. f. Cotta. Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus Pius.

De L. Cotta Plutarchus in Cicerone testatur, hoc Consulatum petente Censuram gessisse, quem & Censorium nominat in Orat. pro domo sua, & alibi. De altero Censore parum constat. illud tantùm è Dione colligo, in magistratu mortuum esse: quæ caussa fuerit cur ante conditum Lustrum Cotta abdicarit. Triennio enim pòst factum est Lustrum. Deinde Senatus principem & ciuitatum Val. Maximus sæpè nominat, quod non nisi de Censoriis dici solitum. Ita ferè Onuphrius & H. Goltzius. Sigonius enim & Pighius noster P. Seruilium Isauricum cum L. Cotta Censorem augurantur, quem lib. VIII. Valer. Maximus Censorium prædicat.

ANNI P. R. C. DCXC.

Consules.

M. Tullius M. f. M. n. Cicero. C. Antonius. M. f. C. n.

CONSVLATVM Kalendis Ianuariis iniit de more M. Cicero, & Rempublicam administrandam accepit, plenam sollicitudinis, plenam timoris: in qua nihil esset mali, nihil aduersi, quod non boni metuerent, improbi exspectarent, vt ait secunda in Rullum agraria. De C. Antonij cognomento Hybridæ, sic C. Plinius libro VIII. cap. LIII. „In nullo „genere æquè facilis mistura cum fero: qualiter natos antiquè hybridas vocabant, ceu se-„miferos; ad homines quoque, vt in C. Antonium, Ciceronis in Consulatu collegam „appellatione translata. Idem Plinius de Cicerone equestri nomine claro lib. XXXIII. cap. II. De C. Antonio M. f. Dion copiose lib. XXXVII. quem multa in Rep. molientem (fauebat enim legi agrariæ, & Catilinariæ factioni, vtpote familiaris, vt in Sextiana, Mureniana, & Pisoniana Tullius ait, Plutarchus item, Dion, & Sallustius;) Cicero patientia sua & obsequio mitigauit, & pòst etiam Macedoniam prouinciam quæ sibi obuenerat, illi concedens, Galliam ipsius prouinciam minus quæstuosam accepit; itaque Reip. studiosum reddidit Antonium Cicero, vt & cum M. Petreio legato Catilinam ceciderit, vt idem in Sestiana testatum reliquit, ac Sallustius.

Habitæ à Tullio orationes Consulares decem, quas ordine, quo ipse libro secundo ad Atticum epistola I. nominat, recensebo. Senatum bonosque omnes legis agrariæ, maximarumque largitionum metu liberauit: ita vt iacta sint fundamenta Kalendis Ianuariis confirmandi Senatum. Qua de re Orationes contra P. Seruilium Rullum habitæ duæ, quarum vna in Senatu, altera ad populum de lege agraria est dicta. His accedit velut ἀποσπασμάτιον alia perbreuis, quæ etiam exstat: qua se contra Tribunorum defendit accusationem. Ita factum, vt orante Cicerone, legem agrariam, hoc est alimenta sua tribus abdicauerint, vt libro septimo Plinius prædicat, cap. XXX. *Orationes Ciceronis Consulares X.* I. II.

Tertia Consularis in epistolis ad Atticum nominatur, quam in L. Roscium Othonem Tribunum plebis dixit, sed temporum iniuria intercidit. Hac etiam factum idem Plinius testatur, vt Roscio theatralis legis auctori plebs ignouerit, & notatum se discrimine „sedis æquo animo tulerit. Ipse verò in Mureniana: L. inquit, Otho, vir fortis, meus ne-„cessarius, equestri ordini restituit non solùm dignitatem, sed etiam voluptatem. Itaque „lex hæc quæ ad ludos pertinet, omnium est grauissima; quòd honestissimo ordini, cum „splendore fructus quoque iucunditatis est restitutus. Decoctoribus quoque in quatuordecim ordinibus certum fuisse locum constitutum, è secunda apparet Philippica. L. autem Roscius Otho, Tribunus plebis, non verò Consul; (vt vitiose apud Asconium in Corneliana editur) neque Marci prænomine, (vt male in Plutarcho nominatur) neque Prætor, qui ibidem στρατηγὸν est, legem tulerat, vt equitibus Romanis in theatro quatuordecim gradus proximi darentur: vt scribit Liuij Epitoma lib. XCIX. eamque legem latam L. Metello, Q. Marcio Coss. (vt in Quæstura, ex Asconio Corradus opinatur; vel potiùs, insequenti anno, DCXXCVI. Pisone & Glabrione Coss. vt rectè Fabricius de- III.

monstrat) plebs ad ignominiam suam pertinere censuit; ideoque Roscium in theatro sibilis consectata est, cùm equites contrà eum plausu exceperint: sic Plutarchus. Equitibus autem census tum erat quadringentorum sestertiorum, vt etiam ex Horatij epistolis colligitur.

IV. Quarta oratio Consularis pro C. Rabirio perduellionis reo; cuius caussa hæc ferè commemoratur: Occisis ex Senatusconsulto L. Apuleio Saturnino & C. Seruilio Glaucia, hominibus seditiosis, anno V.C. DCLIII. C. Mario sextùm & L. Valerio Flacco Coss. (quod Cicero pro Rabirio, Catilinaria prima, Philippica octaua, & in Bruto refert) caput Saturnini cum Rabirius quidam Senator per conuiuia circumtulisset, (vt scribit Auctor de viris illustribus cap. LXXIII.) Cicerone iam Consule accusatur a T. Labieno, subornante C. Cæsare, vt perduellionis reus: quod crimen esse imminutæ maiestatis, vetus lex apud T. Liuium lib. I. ostendit. Huius accusationis Cicero in Rabiriana meminit, & Orosius lib. v. cap. XVII. meminit & in Oratore, itaque in Pisonem: Ego, inquit, in C. Rabirio perduellionis reo quadraginta annis ante me Consulem, interpositam Senatus auctoritatem sustinui contra inuidiam atque defendi. Dixit Cicero quadraginta annis rotundo numero. Dissentit enim Dion de annorum numero, triginta sex dumtaxat numerans, vt reuerà fuerunt, ab anno post Rom. cond. DCLIII. vsque ad DXC. sed, vt Asconius in Pisonianam excusat, à Cicerone oratorum more summatim tempus est comprehensum, perinde ac si prope quadraginta annis dixisset.

V. Quinta oratio Consularis de proscriptorum filiis, quæ, vt & sexta, intercidit. Cicero itaque Cos. adolescentes bonos & fortes, sed vsos ea conditione fortunæ, vt si essent magistratus adepti, Reip. statum conuulsuri viderentur, suis inimicitiis nulla Senatus mala gratia, comitiorum ratione priuauit, vt ipse ait oratione quam contra L. Pisonem dixit. Et Quinctilianus lib. XI. cap. I. Mollienda est, inquit, in plerisque alio colore asperitas orationis, vt Cicero de proscriptorum liberis fecit. Quid enim crudelius, quàm homines honestis parentibus ac maioribus natos, à Rep. submoueri. De hac Plinius, Ciceronem appellans: Te orante, ait, proscriptorum liberos honores petere puduit.

VI. Sextam numerat Cicero ad Atticum orationem Consularem, quam habuit, cùm prouinciam in concione deposuit. Macedoniam autem M. Cicero, Galliam C. Antonius, vt Dio refert, sortitus erat. Commutatis dehinc prouinciis, Cicero pro Macedonia Galliam, vt dixi, recepit, acceptamque in concione deposuit, vt C. Antonium (vtor verbis ipsius in Pisonem) cupidum prouinciæ, multa in Rep. molientem, patientia atque obsequio suo mitigarit: & prouinciam Galliam, auctoritate Senatus, exercitu & pecunia instructam & ornatam, quam cum Antonio communicauit (malim hîc legere, commutauit;) quòd ita existimabat tempora Reip. ferre, in concione, populo Rom. reclamante, deposuit. Sic & Sallustius: Cicero, inquit, collegam suum Antonium pactione prouinciæ perpulit, ne contra Remp. sentiret. Veteres autem, vt Cicero, Cæsar, Sallustius, & T. Liuius, dixerunt parare, comparare, & partiri prouincias. Quæ res ita, opinor, fiebat, vt ex duabus prouinciis, quas sortirentur Coss. minor vel certè minùs fructuosa, cum maiore vel magis fructuosa, pecuniis æquaretur. Apparet hoc è libro quinto Ciceronis ad Familiares, expostulante Cicerone cum C. Antonio. Decimo octauo autem die, antè quàm primam Catilinariam Cicero dixit, (vt in Pisonianam Pædianus notat) factum est S. C. Viderent Consules, ne quid Resp. detrimenti caperet; vt Sallustius quoque, & Plutarchus commemorant: qui etiam addit, Ciceronem tunc res externas Q. Metello Celeri commisisse; ipsi vrbem curæ fuisse, vt epist. II. lib. v. ad Famil. significat. Legem quoque de ambitu se Consulem tulisse, qua ad pœnam ambitus crimini constitutam, decem annorum exilium adderetur, pro Murena interdum ostendit: itemque in Vatinium testem: Atque illud, inquit, audire à te cupio, quare cùm ego legem de ambitu ex S. C. tulerim, sine vi tulerim, saluis auspiciis tulerim, salua lege Ælia & Fufia, tu eam esse legem non putes? Quæ L. Catilina hac tempestate in Ciceronem machinabatur, conatus in ipsis etiam comitiis interficere, præter Ciceronem ipsum in Catilinariis oratt. refert Plutarchus, Dio, Appianus, ac Sallustius, & in Ciceronis Consulatu accurate Fr. Fabricius: quæ hîc, ne arculas compilasse videar, non transcribo.

Lex ambitus à Cic. lata.

VII. Septima Consularis oratio fuit, qua Catilinam emisit ex vrbe, cædem Senatus, interitum
VIII. vrbis, non obscurè, sed palàm molientem. Octaua quam habuit ad populũ, postridie quam
IX. Catilina profugit. Nona in concione habita, quo die Allobroges indicium coniurationis
X. Catilinariæ aduersus Remp. fecerunt. Decima in Senatu, Nonis Decembribus. Sic enim fere res gesta est a. d. VI. Idus Nouemb. Cicero Consul Senatum in Iouis Statoris ædem, quæ erat initio Viæ sacræ, qua ad Palatium ascenditur, cõuocauit. Venit eodem Catilina, cui nullus assidere Senator voluit, vt scribit Plutarchus, & Tullius ipse Catilinaria I. & II. ait:

„ ait Princeps ordinis Senatorij partem illam subselliorum, ad quam ille accesserat, „ nudam atque inanem reliquisse. Tum Cicero Consul, siue præsentiam eius timens, siue ira commotus, orationem habuit luculentam atque vtilem Reip. quam posteà scriptam edidit, vt & Sallustius ait. Hæc autem prima est in Catilinam, & septima Consularis, qua Catilinam emisit, vt refert libro 11. ad Att. epistola 1. & in Pisoniana. Addit Plutarchus, quod (vt pleraque hic e Ciceronis hausit Catilinariis) vrbe exire Catilinam iussit M. Tullius. Oportere enim inter se, qui verbis; & illum, qui armis Remp. gereret, murum interesse. Postridie autem quam in Manliana castra ex vrbe Catilina profugit, alteram Cicero ad populum habuit, quæ est Consularis octaua, & secunda Catilinaria; qua populo & Reip. gratulatur, quòd Catilina ex vrbe sit profectus: atque ad confirmandos animos ciuium bonorum, & infringendos coniuratos, copias partis vtriusque inter se comparat. Bellum iam gerente Catilina, nondum in vrbe quos reliquerat, socijs comprehensis, Cicero L. Murenam Consulem designatum defendit, vt ex ipsa oratione, & pro Flacco apparet. In quo illud mirari subit, cur non in Consularibus à Cicerone lib. 11. ad Atticum numeretur, veluti vndecima. Murenæ autem nomen Cato detulerat, vt ante iurarat, quòd is pecunia effecisset, vt Consul cum Silano designaretur. Murenam defenderunt Q. Hortensius, M. Crassus, &, cuius est in manibus diserta oratio, M. Cicero. *Ciceronis Oratio pro L. Murena.*

Tertio Nonas Decemb. Cicero coniurationis principes ad se venire iussit, & Senatum in ædem Concordiæ vocauit. Tum Lentulus, Cethegus, Statilius, Gabinius, & Cæparius, ex S. C. in custodiam sunt traditi: quæ Cicero in Catilinaria tertia, Sallustius, Plutarchus, Appianus, & Dio pluribus exponunt. Sub noctem in concionem progressus Cicero, populo quidquid in Senatu actum esset, exposuit ea oratione, quæ tertia in Catilinam exstat, & nona Consularis nominatur, epist. 1. lib. 11. ad Att. Variatum hic erat sententiis. Primus enim Iunius Silanus, quia Consul designatus erat, sententiam rogatus, extremum supplicium in eos decreuit, cui multi sunt assensi, donec ad Ti. Neronem sententiæ dictio peruenit. Hunc Appianus ait censuisse, vt comprehensi in vinculis haberentur, quoad bello Catilina esset profligatus. Cæsar deinde Prætor designatus, censuit, eos publicatis bonis, in vinculis esse habendos. Surrexit Cicero, atque in vtramque partem disseruit, partim illam Silani, partim hanc Cæsaris sententiam, vt mitiorem defendens, quæ summa est quartæ in Catilinam orationis, quæ decima est Consularis, Nonis habita Decembribus, vt ipse initio lib. 11. ad Att. testatur. Fugit itaque ratio Franc. Siluium & Cælium Curionem, asserentes orationem illam septimo Idus Decembris esse habitam. Facto mox S. C. in Catonis Tribuni plebis designati sententiam, qua de iis sumendum supplicium dixerat, de Lentulo, Cethego, Statilio, Gabinio, & Cæpario in carcere sumptum est, descendensque de carcere, Vixerunt, respondit. Sic suis Cicero consiliis, laboribus, capitis periculo, sine armis, sine exercitu, quinque tantum hominibus confossis, vrbem ab incendio, ciues internecione, Italiam vastitate, Remp. interitu liberauit, vt in Sullana prædicat. Legem quoque Cicero in Consulatu tulit de legationibus liberis, Ne, vt anteà, infinitum, sed annuum tempus earum esset, vt tertio de Legibus libro testatur. *Cic. tertia in Catilinam Oratio.* *IV. Catilinaria.*

Quæstores.

Quæstor Ciceronis Consulis, T. Fadius fuit, vt nominat Oratione post reditum in Senatu. C. Antonij verò collegæ Quæstor fuit P. Sextius, vt in Sextiana refert.

Tribuni plebis designati.

M. Porcius Cato. Hic in Præturæ petitione periit Tribunitius: laudaturque eius fides à Val. Maximo lib. VIII. cap. 11.

Q. Cæcilius Metellus Nepos.

L. Calpurnius Bestea. sed hi, tametsi Plutarchus Tribunos nominet, Tribunatu iam abierant, hoc est, pridie quàm inire Tribuni solent: quod est à Manutio & Corrado è Sallustio obseruatum. Hic Metellus iurare Ciceronem Consulem coëgit, vt ait epist. 11. lib. v. ad Fam. & in Pisonem. Iurauit autem solemni iureiurando, patriam à se conseruatam esse, vt Dio & Plutarchus quoque testantur. Reductus Cicero domum è foro perhonorificè, vt epist. 13. lib. 1. ad Att. prædicat.

Prætores Vrbani.

Q. Metellus Q. f. L. n. Celer. Prætor Cicerone Cos. strenuam aduersus Catilinam *Q. Metellus Prætor.*

linam operam nauauit. Nam Piceno Præfectus, multos ex eius sociis interceptos in vincula coniecit, & Catilinæ in Transalpinam Galliam properanti, cum exercitu occurrit, iterque inhibuit, vt memoriæ prodidit Sallustius. Vnde & Cicero rerum a se gestarum socium nominat. Ex Prætura Galliam obtinuit, adiutante Cicerone qui eam prouinciam deposuerat, biennioque pòst Consulatum adeptus est, anno DCXCIII. In eo honore ita se gessit, vt Cicero ad Atticum scribens, virum bonum & Consulem egregium vocet: collegam verò eius Afranium non itidem collaudat. Laudat & Celerem in Cæliana, & alibi perhonorificè, vt in Bruto & in Vatinium, qua oratione Augurem fuisse ait. De eodem Dion lib. XXXVII. & Val. Maximus lib. VII. cap. VIII.

Q. Pompeius Rufus. Capuam hic contra Catilinarios tenuit. Vtrique ait permissum Sallustius, vt pro periculo exercitum compararet.

C. Sulpicius, Gallus fortasse cognomento, Prætor Cicerone Consule fuit, vt ipse Catilinaria tertia testatur.

C. Pomptinius Prætor Cos. Cicerone, auctore Sallustio, sic enim Dio nominat (nam in Fastis Pontinius est.) cum eodemque Proconsule Legatus in Ciliciam iuit, vbi Appio à Dolabella accusato, accepti memor beneficij, fidam vicissim operam præstitit, vt Cicero ait epist. x. lib. III. ad Famil. Fuit & Legatus M. Crassi in bello contra fugitiuos, teste Iulio Frontino libro II. Stratagematum cap. IV. Meminit & Dion libro XXXIX. extremo.

L. Valerius Flaccus L. f. Prætor Cicerone Cos. teste Sallustio & Tullio in Catilinaria secunda. Fuit idem Legatus M. Pisonis in Macedonia, cui anteà Quæstor in Hispania fuerat, vt ait Cicero in L. Pisonem, vbi coniunctum sibi fuisse ait, pro quo & orationem habuit.

C. Cæsar Prætor designatus est, teste Sallustio.

Hic SCHOTTVS desinit, & denuò PIGHIVS ordiur.

C. Cosconius * C. f. M. nepos * Prætorem fuisse Cicero testatur, inter alios Senatores eum nominans, quos Consul ipse patefacta coniuratione constituit ad Allobrogum, aliorumque indicum dicta perscribenda. Ait enim in oratione pro P. Sulla eiusdem coniurationis reo, quam anno mox sequenti habuit: Constitui C Cosconium, qui tum » Prætor erat; M. Messallam, qui tum Praeturam petebat; P. Nigidium, Ap. Claudium. »

P. Corn. Lentulus Sura Prætor iterum.

P. Cornelius P. f. P. n * Lentulus. Sura II. Ex S.C. coactus abdicauit, & coniurationis condemnatus, in carcere strangulatus est: Sallustius, Plutarchus, Cicero in inuectiua tertia & quarta, Dio, Velleius, Appianus, & alij. Ex his Velleius, Plutarchus, & Dio, Prætorem iterùm fuisse testantur, & hanc secundam Præturam post Consulatum, Senatorij ordinis recuperandi caussa, quo propter luxum & vitia fuerat eiectus, repetisse tradunt. Rei successum omnem latissimè enarrant iam dicti Auctores.

L. Afranius A. f. *n.* nepos. Quem altero ab hinc anno Consulatum petiisse, & Cn. Pompeij fauore, cuius legatus bello Mithridatico fuerat, obtinuisse docebo. Quare videtur Syria in potestatem redacta anno superiore Romam cum Q. Metello decessisse ad magistratus petendos, atque vtrumque ob res bello bene gestas Præturam obtinuisse legis Annalis atque Cornelię beneficio. De Metello manifestum est hoc anno Præturam gessisse; de Afranio nulla, quòd sciam, apud Auctores mentio est; non tamen puto contra legem Corneliam omissa Prætura Consulatum obtinuisse: cuius rei profectò mentionem fecisset Cicero ad Atticum scribens de Afranij petitione, cùm prauum alioquin ipsius atque Pompeij studium in petendo notet, vt suo loco dicemus.

Repetundarum reus factus ex prouincia Gallia C. Calpurnius Piso Consularis, accusantibus Allobrogum legatis: sed absolutus est, Cicerone Consule defendente, quemadmodum testatur in oratione pro L. Flacco, cùm dicit: Consul ego nuper defendi C. Pisonem, qui quia Consul fortis constansque fuerat, incolumis est Reip. conseruatus. Testimonium dixit in Pisonem C. Cæsar, vt ostendit Sallustius in Catilinæ coniuratione: Sed iisdem (inquit) temporibus Q. Catulus & C Piso neque precibus, neque gratia, neque pretio Ciceronem impellere potuere, vti per Allobroges, aut per alium indicem C. Cæsar falsò nominaretur: nam vterque cum illo graues inimicitias exercebant. Piso, oppugnatus in iudicio repetundarum, propter cuiusdam Transpadani supplicium iniustum; Catulus ex petitione Pontificatus odio incensus, quòd extrema ætate, maximis honoribus vsus, ab adolescentulo Cæsare victus discesserat. Atqui non prorsus eius criminis inscium atque insontem fuisse Cæsarem, demonstrat Suetonius, vt ante diximus.

Ambitus accusatus est Consul designatus L. Murena à Ser. Sulpicio Iurisconsulto, qui repulsam passus erat. Defendit Murenam Cicero oratione, quæ adhuc extat. Murena ablo-

» absolutus Consulatum retinuit. Vnde in oratione pro L. Flacco sic dicit: Defendi item » Consul L. Murenam Consulem designatum, nemo illorum iudicum clarissimis viris » accusantibus audiendum sibi de ambitu putauit, cùm bellum iam gerente Catilina om- » nes, me auctore, duos Consules Kal. Ianuarijs scirent esse oportere; Sulpicius autem repul- sæ dolore vltra decennium posteà neglexisse Consulatum videtur. Primùm enim anno DCCI. rursum petens Consul est factus.

L. Catilina maiestatis lege Plautia de vi publica postulatur à L. Æmilio Paullo, vt au- ctor est Sallustius. Hunc itaque dicit in Vatiniana Cicero, duos proditores patriæ legibus exterminasse. Nam Catilina reus primùm dissimulandi caussa iudicium non detrectare, semet vltro custodiæ præsentare & Consulis Ciceronis, & Q. Metelli Prætoris; à quibus reiectus, & in Senatu iurgijs lacessitus, tandem deserto iudicio ex vrbe cum paucis nocte intempesta profugit in castra ad C. Manlium, correptis fascibus Proconsulatus nomine & insignibus imperij, quasi suis auspiciis bellum patriæ illaturus: auctores sunt Sallusthius, Dio, & Cicero in inuectiua.

Ædiles curules.

L. Iulius * C. f. L. n * Cæsar. P. Cornelius. P. f. //. n. Lentulus Spinther. De » hoc Tullius in Oratione post reditum ad Quirites: An ego, inquit, cùm mihi esset explo- » ratissimum, P. Lentulum proximo anno Consulem futurum, qui illis ipsis Reip. periculo- » sissimis temporibus Ædilis curulis me Consule, omnium meorum consiliorum parti- » ceps, periculorumque socius fuisset. Meminit item Sallusthius scribens quòd P. Lentulus Sura Prætor post detectam coniurationem P. Lentulo Spintheri, qui tum Ædilis erat, in custodiam datus fuerit. Rursus Plinius libro XIX. cap. XXXIX. ex Cornelio Nepote de » purpuræ vsu: P. Lentulus Spinther Ædilis curulis dibapha Tyria primus in prætexta vsus » improbatur. Qua purpura quis non iam triclinaria facit? Spinther Ædilis fuit an. DCXC. Cicerone Consule. Sic restituendus anni vrbis conditæ numerus; mendose enim in Pli- nio legitur, anno septingentesimo. Error ex falsis numerorum notis prouenit. Ludos au- tem P. Lentulus magnificentissimos fecit, tam in Ædilitate, quam in Prætura. De Ædili- » tatis quidem eius splendore loquitur Cicero de Officiis libro secundo: Itaque & P. Cras- » sus, inquit, cùm cognomine Diues, tum copiis, functus est Ædilitio maximo munere. Et » paulo pòst: L. Crassus cum omnium hominum moderatissimo Q. Mucio magnifi- » centissima Ædilitate functus est. Deinde C. Claudius Ap. f. multi post, Luculli, Horten- » sius, Silanus; omnes autem P. Lentulus me Consule vicit superiores, hunc est Scaurus » imitatus. Atqui horum omnium Ædilitates suis annis annotauimus; M. Scauri autem sequetur posteà. Iam verò P. Lentulus scenam argentatis choragijs primus adornauit, vt Val. Maximus libro II. cap. IV. refert.

C. Plinius correctus.

Ædiles plebis.

L. Scribonius * L. f. L. n * Libo. C. Memmius L. f * C. n * Gemellus.

Tribuni plebis.

P. Seruilius P. f. //. n. Rullus. Legem agrariam promulgauit, Vti decemviri cum summo imperio crearentur, qui agros plebi diuiderent, colonias deducerent. Quam eius legem Cicero Consul Kal. Ian. tribus orationibus luculentissimis, quæ adhuc ex- stant, in Senatu & apud populum dissuasit, per capita singula illam exagitans, & damna, fraudes, & pericula ex eadem prouentura demonstrans. Itaque ne perferretur, eius con- silio atque eloquentia effectum fuit; vt non immeritò glorietur in oratione contra L. Pi- » sonem: Ego Kal. Ianuarij Senatum & bonos omnes legis agrariæ maximarumque largi- » tionum metu liberaui. Ego agrum Campanum, si diuidi non oportuit, conseruaui; si » oportuit, melioribus auctoribus reseruaui. Hæc eadem Plutarchus in Ciceronis vita & Dio referunt, quamuis Tribunum plebis nón nominent.

L. Cæcilius * Q. f. Q. n * Metellus. Legem promulgauit, qua pœnam ambi- tus Calpurnia aliisque legibus constitutam diminueret, idque P. Sullæ fratris in gratiam, lege Calpurnia damnati. Sed quia videbatur rescindere velle iudicium, quo Sulla & Au- tronius ambitus damnati, Consulatu exciderant; Ciceronis Consulis & optimatum au- ctoritate deterritus, rogationem ferre destitit. Laudat igitur valde Metellum Cicero in oratione pro Sulla, quod Senatus auctoritati cesserit, ipsum quidem excusans, quòd con- sultum esse voluerit fratri: quòd statum tamen Reip. qui maximè rebus iudicatis conti- netur, conuelli noluerit, magnopere comprobat. Attingit hæc eadem quoque Dio histo-

historiarum libro XXXVII. referens inter alia Tribunorum plebis eius anni contra Remp. acta, quemdam voluisse P. Pæto Cornelioque Sullæ ambitus damnatis, Senatorij ordinis magistratusque capessendi potestatem concedere. Id quod de hac lege Cæcilia, cuius Cicero in oratione iam dicta meminit, intelligendum erit, quem ipsum videre non pænitebit studiosum: nam pulchrè hanc controuersiam deducit, & vt se Cæcilius Trib. intercessorem agrariæ Rullianæ legi præsentarit, explicat.

T. Atius T. f. //. n. Labienus. C. Rabirium perduellionis reum fecit, quòd L. Saturninum seditiosum hominem, contra quem arma ex Senatus decreto boni ciues omnes susceperant, occidisset. Subornatum accusatorem à C. Cæsare refert Suetonius, qui eo iudicio hoc omnino agebat, vt Senatus omnes actiones conuelleret, imperiũ Consulum conuocandi ad arma contra seditiosos ciues tolleret, omniq; Senatus auctoritate, in qua bonorum consensus nitebatur, sublata, rerum omnium potestas in arbitrio paucorum posita tandem ad vnum aliquem deuolueretur. Itaque Cæsar in Rabirium sorte iudex ductus, tam cupidè reum condemnauit, vt ad populum prouocanti nihil æquè profuerit, quam iudicis acerbitas. Cicero Consul apud populũ oratione exquisita defendit reum, quæ adhuc extat. Res ibidem est acta magnis contentionibus, adnitente in primis Senatu pro reo cum bonis omnibus, ob id maximè, quòd omne ius retinendæ libertatis in ea Rabirij caussa contineretur. Sed periclitante non minùs apud populum Rabirio, Q. Metellus Celer, qui tum Prætor & Augur erat, rei indignitate motus, citato cursu in Ianiculum perrexit, signumque militare reuulsit, sine quo centurias ad suffragia venire nefas erat, atque eo modo dissipata concione iudicium de Rabirio distur batum atque omissum fuit. Vide præter ipsam orationem Ciceronis Dionem, & Suetonium in Cæsare.

Atia lex de sacerdotijs. Legem de sacerdotiis tulit, Cornelia Dictatoris Sullæ abrogata, Vti ex lege Domitia, penes populum, non conlegia, sacerdotiorum mandandorũ deinceps ius atque potestas esset. Qua lege mox C. Cæsar nondum Prætorius viris Consularibus ac Triumphalibus P. Isaurico & Q. Catulo est prælatus, atque Pontifex Maximus in Q. Metelli Pij eo anno mortui locum creatus est, fauorem plebis nactus profusissima largitione, in qua reputans magnitudinẽ æris alieni, cum mane ad comitia descenderet, dixisse matri fertur, domum se nisi Pontificem Maximum non rediturum. Vide Dionem lib. XXXVII. & Suetonium.

T. Ampius //. f. //. n. Balbus. cum T. Labieno collega legem de Cn. Pompeij absentis honoribus tulit, Vtique ob Mithridaticam victoriam ludis Circensibus corona aurea & omni cultu triumphantium vteretur; Scenicis autem, prætexta coronaque aurea. Id ille non plusquam semel, & hoc sane nimium fuit, vsurpare sustinuit. Auctor Velleius libro II. Meminit item Dio libro XXXVII. vbi tamen de laurea corona, non aurea loquitur, vt meritò Velleij locus ille corruptus videri possit. Verba Dionis de Pompeio hæc sunt: *Correctus Velleius Paterculus ex Dione.* Οὐ μὴν οὐδ' ἄλλην τινὰ τιμὴν ὑπέραγκον λαβεῖν διεπράξατο, ἢ τοῖς γε ψηφισθεῖσιν ἀπόντι οἱ, πλὴν ἅπαξ, ἐχρήσατο. ἦν δὲ ταῦτα. δαφνοφορεῖν τε αὐτὸν κατὰ πάσας ἀεὶ τὰς πανηγύρεις, καὶ τὴν στολὴν τὴν μὲν ἀρχικὴν ἐν πάσαις αὐταῖς, τὴν δὲ ἐπινίκιον ἐν τοῖς τῶν ἵππων ἀγῶσιν ἐνδύνειν. Quæ sic Latinè sonant: *Neque alium honorem vllum nimium acceptauit: his verò, qui absenti decreti erant, semel tantùm vsus est. Erant autem hæc: vti lauream ferret semper, & prætextam in ludis solemnibus omnibus, & in Circensibus triumphalem habitum indueret.* Quæ prorsus Velleio conueniunt, si pro aurea vtrobique lauream coronam legas. Qui error librariorum culpa haud dubiè irrepsit in exemplaria.

//. Manlius //. f. //. n. Lentinus. Qui anno sequenti legatus fuit C. Pontinij Prætoris in Gallia, vt apud Dionem legimus.

* M. Domitius * M. f. M. n. * Caluinus *	//. Licinius //. f. //. n. Crassus. Diues.
L. Appuleius //. f. //. nepos.	P. Silius //. f. //. n. Nerua.
C. Virginius //. f. //. nepos.	

Quæstores vrbani.

// // // // // //

Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Pius. Scipio A Q. Metello Pio adoptatus, sed filius naturalis fuit P. Nasicæ, Dione teste, cuius Quæstura ferè cadit in annum DCL. ita vt auum habuerit P. Nasicam, qui Cos. cum L. Bestea in magistratu mortuus est an. DCXLII. proauum verò P. Nasicam Serapionem, vt meminit Cicero ad Atticum ep. prima lib. VI. Quo quidem loco legendum esse non male videtur animaduertisse Leonardus Malaspina, Consulem fuisse proauum Metelli Scipionis, non Censorem; errorem natum in exemplaribus esse propter similitudinem scripturæ, Cens. & Cons. Sanior itaque lectio erit hæc: *Ciceronis lib. VI. ad Atticum locus explicatus. Cons. & Cens. affinitate sæpe falluns.*

,, hæc: Ain' tu? Scipio hic Metellus proauum suum nescit Cens. non fuisse? Atqui nihil ha-
,, buit aliud inscriptum nisi Cons. ea statua, quæ ad Opis per te posita in excelso est: in illa
,, item, quæ est ad Πολυδεύκους inscriptum est CONS. quam esse eiusdem, status, amictus, an-
,, nulus, imago ipsa declarat. Et postea: Sed nescire proauum suum Cens. non fuisse, tur-
,, pe est; præsertim cum post eum Consulem nemo Cornelius illo viuo Censor fuerit. Atque hæc quidem Auctoribus veritatiq; historicæ magis congrua est lectio. Constat enim ex Fastis proauum Metelli P. Serapionem Consulem fuisse anno DCXV. Censores biennio postea fuisse Ap. Pulchrum & Q. Fuluium, quinto autem post Consulatum anno Serapionem ob Ti. Gracchi cædē, cuius princeps cum optimatibus fuerat, vt inuidiam plebis euitaret, impetrata legatione libera, Pergami in exilio voluntario mortuus est. Verum itaque affirmat Cicero, quod post eum Consulem nemo Cornelius illo viuo Censor fuerit. Altero igitur nomine hic Q. Metellus à Cicerone Philippica XIII. & Val. Max. lib. IX. cap. V. non male P. Scipio appellatur, cuius filiam Corneliam Cn. Pompeius Magnus postremam vxorem duxit. Itaque bello ciuili post occisum Pompeium dux partium creatus, in Africa a Cæsare victus periit. *Cn. Pompeij vxor vltima.*

C. Claudius C. f. M. n. Marcellus. Tres paullò ante bellum ciuile proximum Marcellos habebimus Consulares, quorum hic duorum fratrum germanorum patruelis est, teste Suetonio, quamuis Dionem dubitare videmus ἀνεψιὸς ne an ἀδελφὸς M. Marcelli Consulis anno DCCII. fuerit.

Prouinciæ

Cn. Pompeius Cn. f. Sex. n. Magnus. Procos. Ciliciam Bithyniamque & bellum Mithridaticum obtinuit. Syriam & Pontum in prouinciæ formā redegit, dum Mithridates, occisis aliquot filiis atque cognatis, ob crudelitatem ab omnibus desertus, à Pharnace filio obsessus ad mortem compelleretur, qui, cùm venena parum ob antidota prius sumpta proficerent, ducis Galli cuiusdam manu adiuncta gladio vitam finiuit. Pharnaces victor patris corpus muria conditum misit ad Pompeium, simul & se & regnum populo Romano dedēs, qui simul cum Mithridate diuturnum bellum extinctum existimans, corpus defuncti patrio sepulchro condi iussit, filioque Pharnaci ob deditionem factam Bosphori regnum concessit, & amicum sociumque populi Rom. appellauit. Aretam Arabum regem, qui Syriam incursauerat, prælio victum, simul & Ityræos perdomuit. Iudæos quoque qui Phœnicem infestarant, capta Ierosolyma cum Salomonis templo ante id tempus inuiolato, subegit, plurimisque regnis & regionibus in populi Rom. potestatem redactis, Asiatico bello finem imposuit. Hinc Cicero in oratione de prouinciis Consularibus ait, se Consule referente primùm XII. dierum supplicationem Cn. Pompeio decretam Mithridate interfecto, confectis bellis maritimis & terrestribus omnibus. Qua de caussa hoc etiam anno Salutis augurium renouatum fuisse tradit Dio, quod nisi pacato toto Imperio fieri non solet. Quæ omnia latiùs videbis apud Dionem libro XXXV. Appianum in Mithridatica, Plutarchum, Iosephum libro primo belli Iudaici, & Antiquitatum lib. XIV cap. VIII. Orosium, Eutropium, Velleium, & alios. *Syria & Pontus Prouinciæ à Cn. Pō. factæ.*

.. .. .. f. .. n. .. .. .. Macedoniam

.. .. .. f. .. n. .. .. .. * Illuricum *

Procoss. sortiti. obtinuêre.

C. Marcius C. f. C. n. Figulus. L. Iulius L. f. L. n. Cæsar

Q. Marcius Q. f. Q. n. Rex. Procos. Etruriam

Q. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus. Creticus. Procos. Apuliam extra ordinem Senatus decreto obtinuere. Qui ambo imperatores ad vrbem erant, impediti ne triumpharent, calumnia paucorum, vt refert Sallustius. Q. Marcius Fæsulas contra C. Manlium, qui arma cum magna multitudine Catilinæ auspiciis ceperat, est missus: Q. Metello mandatum, vt in Apulia seruile bellum compesceret, vt Sallustius auctor est.

P. Orbius .. f. .. nepos. Pr. Asiam. sortitus. obtinuit. P. Globulo succedens, sicut in superioris anni prouincia Asiatica ex Cicer. oratione pro L. Flacco demonstraui.

.. .. .. f. .. n. .. .. .. Siciliam

.. .. .. f. .. n. .. .. .. Sardiniam

.. .. .. f. .. n. .. .. .. Hisp. citeriorem

.. .. .. f. .. n. .. .. .. Hisp. vlteriorem

.. .. .. f. .. n. .. .. .. Achaiam

// . // . // . f. // . n. // . // . // . Galliam Ciſalp.
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Cretam & Cyrenem

Prætores. ſortiti. obtinuere.

T. Manlius T. f. //. n. Torquatus. P. Saturius //. f. //. nepos.
Q. Cornificius //. f. //. nepos. M. Aurelius * M. f * //. n. Scaurus.
L. Porcius * L. f. M. n * Cato. L * Heluius * //. f. //. n. Cinna.
P. Sulpicius * Q. f. //. n. Rufus *

L. Licinius L. f. P. n. Murena. Propr. Galliam Narbonenſem obtinuit: cumque ad petendum Conſulatum Romam proficiſceretur, fratrem C. Murenam legatum prouinciæ propoſuit, donec ſucceſſor aduenisset, quemadmodum ex Cicerone manifeſtum.
// . // . // . f. // . n. // . Propr. Africam obtinuit.

Quæſtores.

P. Vatinius P. f. //. nepos. Oſtienſis in Latio. In hunc extat acerbiſſima Ciceronis inuectiua, in qua veluti monſtrum hominis graphice ſuis coloribus depingitur, vnde prouerbiũ celebre natum de odio Vatiniano. De Quæſtura eius in eadem oratione eſt mentio his verbis: Quæſturam petiiſti cum P. Sextio, cum hic nihil loqueretur, niſi quod „ agebat, tu de altero Conſulatu gerendo te diceres cogitare: quæro abs te, teneaſne me- „ moria, cùm P. Sextius Quæſtor ſit cunctis ſuffragiis factus, tunc te vix inuitis omnibus „ non populi beneficio, ſed Conſulis, extremum adhæſiſſe? in eo magiſtratu, cùm tibi „ magno clamore aquaria prouincia ſorte obtigiſſet, miſſuſne ſis a me Conſule Puteolos, vt „ inde aurum exportari argentumque prohiberes? In eo negotio cùm te non cuſtodem ad „ continendas, ſed portitorem ad partiendas merces miſſum putares: cumque omnia in „ domos, apothecas, naues furaciſſime ſcrutarere, hominesque negotia gerentes iudi- „ ciis iniquiſſimis irretires, mercatores è naui egredientes terreres, conſcendentes mo- „ rarere: teneaſne memoria, tibi in conuentu Puteolis manus eſſe allatas? ad me Conſulem „ Puteolanorum querelas eſſe delatas? Hæc Tullius de Vatiniana Quæſtura. Prouincia vero, quam aquariam hoc vno loco appellat, ſi non eſt eadem, haud certe admodum diuerſam fuiſſe ab Oſtienſi, iam ante docuimus.

Prouincia aquaria Ciceronis in Vatiniana, quæ.

// . // . // . f. // . n. // . Caleſinus in Campania
// . // . // . f. // . n. // . Canuſinus in Apulia
// . // . // . f. // . n. // . Piſanus in Etruria
// . // . // . f. // . n. // . Aſculanus in Piceno
// . // . // . f. // . n. // . C. Figuli } Procoss. in Maced. & Illyrico *
// . // . // . f. // . n. // . L. Cæſaris }
// . // . // . f. // . n. // . Pr. in Sicilia Syracuſanus
// . // . // . f. // . n. // . * Eiuſdem Lilybetanus
// . // . // . f. // . n. // . Pr. in Sardinia Caralitanus
// . // . // . f. // . n. // . Eiuſdem in Corſica Alerienſis
// . // . // . f. // . n. // . Pr. in Hiſp. citeriore
// . // . // . f. // . n. // . Pr. in Hiſp. vlteriore
// . // . // . f. // . n. // . Pr. in Achaia
// . // . // . f. // . n. // . P. Orbij Pr. in Aſia
// . // . // . f. // . n. // . Pr. in Gallia Ciſalpina

M. Iuuentius //. f. //. n. Laterenſis. //. //. //. f. //. n. //. Pr. in. Cyrenaica. Quemadmodum ex Cicerone colligere eſt Cn. Plancium à Laterenſi ambitus accuſatum defendente, vbi populum Romanum diſerte ſemet accuſantem inducit, quòd in Ædilitatis petitione Plancium Laterenſi prætuliſſet. Verba ſunt hæc: Deſiderarũt te oculi „ mei, cum tu eſſes Cyrenis; me enim quàm ſocios tua frui virtute malebam, & quo plus in- „ tererat, eò plus aberas a me. Itaq; Laterenſis abfuiſſe videtur hoc anno, conſternata ciuita- „ te propter coniurationẽ Catilinariam. De Quæſtura quidem apertius poſtea loquitur in eadem oratione Cicero, cùm alloquitur accuſatorem Plancij Caſſium: Atqui non modo „ confiteor ſumma in Laterenſi ornamenta eſſe; ſed te etiam reprehendo, quod ea non „ enumeres, alia quædam inania & leuia conquiras: Præneſte feciſſe ludos. Quid? alij Quæ- „ ſtores nónne fecerunt? Cyrenis liberalem in publicanos, iuſtum in ſocios fuiſſe. Quis ne- „ gat?

Præneſte eis feciſſe ludos Quæſtorem. ergo forte Oſtienſis, qui in Latio.

„ gat? sed ita multa Romæ geruntur, vt vix ea, quæ fiunt in prouinciis, audiantur. Id quod pulchra deinde oratione probat Cicero, narrans, quàm obscura Romæ sua etiam Quæstura Siciliensis fuerit, cùm e prouincia reuersus ignotus omnibus Romanis esset ad aquas Puteolanas hospitatus.

// // // f. // n. // eiusdem in Creta.

L. Antistius * P. f * / . nepos. Ex ratione annorum colligere est, filium P. Antistij fuisse, qui C. Cæsari Straboni Consulatum aduersus leges petenti Tribunus plebis obstitit. Cuius vestigia & hic Lucius est insecutus, Cæsaris, qui Monarchiam posteà inuasit, Consulatum ad disquisitionem populi vocando, vt posteà dicemus.

* C * Cispius / . f. . . n. Læuus. Frater M. Cispij Tribuni plebis anno DCXCVI. cuius Cicero in Oratione post reditum ab exilio habita meminit.

Q. Minucius * Q. f * //. n. Thermus.

Sex. Atilius Sex. f. / . n. Serranus. Gauianus. Hunc vt ingratum accusat Cicero, nempe quem Quæstorem ipse Consul maximis beneficiis ornauerat, postmodum suis difficillimis temporibus cùm esset in exilio, ipsum Tribunum inimicum, & suo postliminio contrarium inuenit. Quod conqueritur in oratione ad Quirites reuersus ab exilio „ his verbis: Kalendis verò Ianuariis posteaquam orba resp. Consulis fidem tamquam le- „ gitimi tutoris implorauit, P. Lentulus Consul, parens, deus salutis nostræ simul ac de so- „ lemni religione retulit, nihil humanarum rerum prius quàm de me agendum iudicauit: „ atque eo die confecta res esset, nisi is Tribunus plebis, quem ego maximis beneficiis „ Quæstorem Consul ornauerá cùm & cunctus ordo, & multi eum summi viri orarent, & „ Cn. Oppius socer optimus vir ad pedes eius flens iaceret, noctē sibi ad deliberandū postu- „ lasset. Quæ deliberatio non in reddenda, quemadmodum nonnulli arbitrabantur, sed in „ augenda mercede consumpta est. Hæc Cicero de Serrani Quæstura, sed vide eius Tribunatum, quem geret post quinquennium, Cicerone exule, vbi historiam clariùs intelliges. *Sex. Serrani Quæstura.*

//. Allienius //. f. //. nepos. //. Furfanius //. f. //. nepos.

M. Gratidius / . f. / . nepos. Legatus posteà Q. Ciceronis in Asia, vt in Oratione pro Flacco Cicero, & in epistola prima ad Q. Fratrem.

Ser. Sulpicius Ser. f. Ser. n. Galba. Proauus Imp. Galbæ, teste Suetonio, qui posteà lege Pedia damnatus est. Nepos, vt idem auctor est, Ser. Galbæ oratoris, qui cæsis Lusitanis Viriathinum bellum concitauit. Quod si ita, filius fuit Ser. Galbæ, Consulis an. DCXLV. Hic anno sequenti legatus Proquæstore cum C. Pontinio Prætore abiuit in Galliam, sicut ex Dione docebo.

L. Marius //. f. //. nepos. Hic item legatus Proquæstore C. Pontinij cum Galba fuit in Gallia.

P. Ælius //. f. //. n. Ligus.

L. Mummius //. f. //. n. Quadratus.

Cn. Manlius //. f. //. nepos. L. Nouius //. f. //. nepos.

Q. Terentius * Q. f. Q. n * Culeo. C. Alfius //. f. //. nepos.

Cn. Domitius * L. f. Cn. n. Ahenobarbus * Videtur filius L. Domitij fuisse, qui Consularis occisus est à Damasippo. Ad hunc autem Domitium videtur esse Ciceronis epistola Familiarium libro VI. vltima, post Cæsaris victoriam Pharsalicam scripta, qua ipsum Pompeianas partes sequutum consolatur, vtque se sibi suisq; omnibus saluum conseruet hortatur.

Pro. Quæstoribus.

P. Plautius //. f. //. n. Hypsæus. M. Æmilius. M. f. M. n. Scaurus.

Cn. Magni Procos. in Cilicia, Bithynia & bello Mithridatico: Plutarchus, Appianus, Iosephus, & alij.

//. //. //. f. // n. //. Propr. in Africa Vticensis

//. //. //. f. //. n. //. eiusdem in Libya Adrumetanus.

//. //. //. f. //. n. //. L. Murenæ Propr. in Gallia Narb.

L. Licinius L. f. L. n. Lucullus. Procos. an. DCXC.
ex. Ponto. Cappadocia. Armenia. de. regibus
Mithridate. & Tigrane //. //. //.

Hoc demum anno L. Lucullum Procos. post res plurimas fortissimè in Asia, Ponto *L. Lucullus Procos.*

& Armenia gestas contra Mithridatem & Tigranem reges, Romæ triumphasse, apertè nobis demonstrat Cicero Academicarum quæstionum libro IV. quem à laudibus ipsius Luculli incipit, vbi inter alia sic de eodem scribit: Quin etiam cùm victor à Mithridatico bello reuertisset, inimicorum calumnia triennio tardius quàm debuerat triumphauit. Nos enim Consules introduximus pæne in vrbem currum clarissimi viri. Et in oratione quam hoc anno pro L. Murena Consule designato habuit, L. Luculli exercitum, qui ad triumphum conuenerat, in petitione Consulatus L. Murenæ præstò fuisse dicit. Tantummodò mille sexcentos ad triumphum milites à successore Cn. Pompeio relictos Lucullo refert Plutarchus, & C. Memmium fuisse auctorem tam diu impediti triumphi: obtinuisse verò tandem interuentu optimatum, quibus Luculli dignitas cordi erat. Primores enim Patrum, & potentissimus quisque in Rep. tribubus sese miscebant, populoque tandem persuadebant, rem indignam esse, tam benè merito rebus prospere gestis triumphum negare. Quo concesso, spoliorum quæ aduexerat maiorem partem, ne longitudine pompæ molestus esset, in Circo Flaminio visendam exposuit; quem cùm armis varij generis, regijsque machinis perornasset, clarum suopte splendore spectaculum in eo præbuit. In pompa autem cataphractorum equitum pauci, decem falcati currus, sexaginta captiui, naues longæ & rostratæ decem supra centum deuehebantur; ipsius deinde Mithridatis aureum simulachrum sex pedum longitudinis, & clypeus summæ æstimationis, ob ornatum rarissimarum gemmarum: viginti præterea argenteis vasis plena vehicula; alia item triginta duo, in quibus pocula aurea, arma atque nummi reposita erant, perducebantur. Hinc octo muli lecticis aureis onusti, sex & quinquaginta argento puro infecto, centum denique & septem argenti facti vicies & septuaginta milia sestertiûm deportabant. Ferebantur & tabulæ, in quibus quantum Pompeio ad piraticum bellum, quantum in ærarium publicum pecuniæ ipse contulisset, inscriptum erat. Militibus verò singulis nongentas quinquaginta drachmas diuisit. Populum Romanum, peracto triumpho, vicinosque vicanos omnes magnificentissimo epulo excepit. Eo modo ferè ordinem triumphi in eius vita describit Plutarchus. Meminerunt Eutropius, Velleius, & Cicero non vno loco; in oratione autem pro Archia, hanc L. Luculli expeditionem contra Mithridatem, victoriam & triumphum laudatissimo carmine celebrasse L. Plotium poëtam scribit. Vidimus insuper nummum argenteum cum Romæ galeatæ effigie, à cuius altero latere ipse togatus in quadriga triumphali insculptus erat, sceptrum tenens, vt litteræ adiunctæ ostendunt L. LICINIVS. LVCVLLVS. PR. COS. Sed nummus extat in Fastis Goltzianis pulchrè depictus. Ceterùm Athenæus libri VII. fine, ex Nicolao Peripatetico memorat, L. Lucullum regibus Mithridate & Tigrane deuictis triumphasse quidem, sed ex antiqua frugalitate in sumptuosam magnificamque vitam sese conuertisse, primumque delicias Asiaticas in vsum duxisse, M. Catone licet reclamante, sicut testatur Polybius.

Spolia L. Luculli.

L. Luculli luxus.

ANNI P. R. C. DCXCI.

Consules.

D. Iunius M. f. L. n. Silanus. L. Licinius L. f. P. n. Murena.

SVBSEQVVNTVR deinde Consules in Cassiodoro & Sallustio D. Silanus, L. Murena: in tabulis Græcis, Silanus & Murena. Sic etiam Cicero in oratione pro L. Flacco, Senatus nomine: Quid nos hic? nónne ipso Pompeio auctore, Silano & Murena Coss. decreuimus, vt classis in Italia nauigaret? In Eutropio autem & Mariano, D. Iunius Silanus & L. Murena habentur. Sed pleniùs in Dionis indice, D. Iunius M. f. Silanus, L. Licinius L. f. Murena. Ex quo D. Iunium M. Silani filium fuisse colligimus, qui anno DCXLIV. Consul aduersus Cimbros male pugnauit: & L. Murenam filium L. Murenæ Prętorij atque Triumphalis. Accedit Ciceronis in eam sententiam locus in oratione quam Consul pro eodem Murena Consule designato ambitus reo dixit, cùm faciliorem Consulatus adipiscendi gradum L. Murenæ fuisse scribit, quòd is patri Triumphali iam anteà debitus, a filio peteretur. Nominat Consules item in Philippica secunda, dicitque designatos in suo Consulatu fuisse. Quibus item comitiis L. Catilina repulsam denuò passus, ira, dolore atque desperatione ad inuadendam Rempublicam compulsus est, vt latiùs narrant Sallustius, Plutarchus, Appianus, & alij. Ser. item Sulpicius Iurisconsultus repulsam passus est; qui dolore incensus, competitorem designatum L. Murenam accusauit ambitus, vt suprà diximus.

L. Ca-

L. Catilina, post detectam atque punitam in vrbe coniurationem, cum exercitu, quem collegerat C. Manlius in Etruria, profugus, desciscentibus multis, dum per tramites atque inuia conatur se proripere in Galliam Transalpinam, in agro Pistoriensi à C. Antonio & Q. Metello Celere clausis itineribus obsessus, C. Antonij Procos. auspiciis à M. Petreio eius legato vno conflictu victus, ipse cum suis omnibus fortissimè dimicans cecidit. C. Antonius Imperator à militibus appellatus est, & Romæ supplicatio ob victoriam decreta. Vide historiam latiùs apud Sallustium, Dionem, Plutarchum, Appianum, & alios. Meminere Cicero pro Sextio, Val. Maximus lib. II. cap. VIII. de iure triumphi.

P. Clodius domi Cæsaris Pont. Max. in veste muliebri deprehensus est, cùm sacra Bonę deæ (ad quæ marem penetrare nefas erat) à mulieribus fierent. Cæsar vxori repudium misit, cuius amore Clodius illud nefas perpetrasse putabatur. Vide Dionem, Suetonium, & Ciceronis epist. ad Atticum lib. primo, epist. XI.

Prætores.

//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	Vrbanam
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	Peregrinam

iurisdictiones.

//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	Maiestatis
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	ambitus
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	peculatus
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	repetundarum
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	falsi
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	inter sicarios

Quæstiones sortiti obtinuêre.

C. Iulius C. f. C. n. Cæsar. Quæ in hoc magistratu gesserit, latiùs apud Plutarchum, Suetonium, & Dionem inuenies: prima tantùm capita hoc loco annotasse satis erit. Primo Præturæ die Q. Catulum inimicum de refectione Capitolij in disquisitionem vocauit, peculatusque postulauit ad populum, rogatione promulgata, qua curatio ea in Cn. Pompeium transferretur, nomenque Catuli e frontispicio templi Iouis tolleretur: sed optimatum, qui ad officium nouorum Consulum frequentes conuenerant, conspiratione deterritus, actionem illam deposuit. Cuius accusationis meminit item Cicero ad Atticum lib. II. epistola vltima. Cum vxore Pompeia diuortium fecit, adulteratam opinatus à P. Clodio, qui in eius ædibus, inter publicas cærimonias Bonæ deæ, cùm pro populo fieret, muliebri veste deprehensus fuerat. Q. Metello Nepoti Tribuno plebis turbulentissimas leges ferenti contra intercessionem collegarum, auctorem propugnatoremque pertinacissimè se præstitit, donec ambo administratione reip. decreto Patrum summouerentur. Ipse in integrum tamen posteà restitutus, inducto priore decreto, qui multitudinem in recuperanda sibi dignitate tumultuosius offerentem compescuisset. Ius in vrbe dixisse ex Suetonio constat, sed quam iuris dicundi prouinciam obtinuerit, in obscuro nobis adhuc est: vide anne inter sicarios, cuius Suetonius meminit paulò ante Præturam.

Q. Tullius M. f. M. n. Cicero. C. Virgilius. //. f. //. nepos. Hos item Prætores in vrbe simul fuisse non dubito, cùm anno insequenti sortiti prouincias fuerint, hic Siciliam, ille Asiam. Non vno in magistratu collegas fuisse docet Cicero in oratione pro Plancio, vbi refert, se, cùm iret in exilium, à C. Virgilio Prætore Sicilia prohibitum fuisse. » Siciliam (inquit) petiui animo, quæ & ipsa mihi erat sicut domus vna » coniuncta, & obtinebatur à C. Virgilio, quo cum me vno vel maximè cum vetusta ami- » citia, tum mei fratris collegia, tum resp. sociarat. Fratris autem sui collegia opinor, intelligit fuisse in hac Prætura, & (ni fallor) in Ædilitate. Iam verò cùm apud Dionem legamus hoc anno Prætores quosdam emissos belli Catilinarij reliquias passim dissipatas confestim extinxisse; videntur sane de Q. Cicerone & M. Bibulo Prætoribus intelligenda, quę Orosius libro VI. cap. VI. scribit; nempe motus in Pelignis & Brutiis ortos patefacta Catilinæ coniuratione, quasi succisa radice compressos esse, & de vtroque per Bibulum in Pelignis, per Ciceronem in Brutiis vindicatum esse. *Q. Tullius, Marci f. a ter, Prator.*

M. Atius. //. f. //. n. Balbus. Auus, vt dixi anno superiore, maternus Augusti, hoc circiter tempore Prætor. Nam Suetonius ipsum functum honore Præturæ inter XX. viros lege Iulia diuisisse agrum Campanum C. Cæsare Consule, nempe post triennium, testatur. *M. Atius, auus C. Cæsaris.*

M. Valerius C. f. //. n. Messalla. Quem Præturam anno superiore petiisse ex Cicerone demonstraui; quare hoc anno Præturam gessisse opinor: tardiùs tamen, & magno ambitu postea Consulem cum Cn. Domitio factum, lib. IV. ad Atticum scribit.

M. Calpurnius L. f. //. n. Bibulus. Hunc Prætorem quoque cum Cæsare fuisse, auctor est ipse Cæsar Commentariorum libro tertio belli ciuilis, dicens Bibulum iracundia summa fuisse, atque habuisse secum priuatas inimicitias ex Ædilitate & Prætura conceptas. Missus in Pelignos Bibulus Prætor, vt nouos motus ex Catilinaria coniuratione suscitatos a Marcellis patre & filio, per L. Vectium proditos comprimeret, vt Orosius auctor est libro VI. cap. VI. C. Marcellum anno superiore Capua eiectum a P. Sestio Quæstore Antonij designato scribit Cicero in Sestiana.

L * Cæsellius * //. f. //. n. Bassus.

L. Lucceius Q. f. //. n * Hirrus * Altero ab hinc anno Consulatum petere voluisse, scribit Cicero ad Atticum epistola XVI. libri primi, quæ Nonis Decemb. atque his Consulibus scripta est: igitur hoc fere anno Prætor fuisse debuit.

Romæ quæstio extraordinaria ex S. C. decreta est de Catilinariæ coniurationis conscijs. De multis passim deprehensis supplicium sumptum est: accusatus inter alios P. Cornelius Sulla a L. Torquato iuuene inimico, qui Sullam ambitus anteà damnauerat, sed reum defendit ipse Cicero oratione pulcherrima, quæ adhuc extat. Damnati P. Autronius, L. Varгunteius, Ser. Sulla, aliiq; plures. Nominatus item inter Catilinę socios C. Cæsar, qui Prætor tunc erat, à L. Vectio indice apud Nouium Nigrum quæsitorem: item in Senatu à Q. Curio, qui e Catilina se cognouisse dicebat: Vectius etiam chirographum eius Catilinæ datum pollicebatur. Cæsar cùm implorato Ciceronis testimonio quædam se de coniuratione vltrò ad eum detulisse docuisset, ne Curio præmia ob primum indicium ei publice constituta darentur, effecit. Vectium pignoribus captis & direpta supellectile male multatum, ac pro Rostris in concione pęne discerptum coniecit in carcerem, eódem Nouium quæsitorem, quòd compellari apud se maiorem potestatem passus esset. Hæc fere Suetonius, qui Quæstorem Nouium Nigrum appellat, nec male: nam idem significat Quæstor capitalis quod quæsitor. Sed vide etiam quæ à Dione de hac quæstione scribuntur.

P. Corn. Sulla coniurationis accusatus, & aliy. illum Cicero defendit.

C. Cæsar etiā inter coniuratos Catilinæ.

Qui ferè Romæ cum Catilina in Remp. coniurarint.

Ædiles curules.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Ædiles plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Ex S. C. plebi vrbanæ menstruum frumentum gratis diuisere. Quæ quidem largitio ceteris annuis ærarij impensis decies quingenta quinquaginta HS. milia adiecit, vt Plutarchus in Cæsare: at in Catone Græcam æstimationem mille ducentorum quinquaginta talentorum profert.

* L * Vibius . f. //. n. Siculus. Monstrat idem Plutarchus in vita Ciceronis, vbi de eius exilio & fuga sic: Sed apud Hipponem Lucaniæ, quam nunc Vibonem vo- » cant, quidam Vibius domo Siculus, qui in plurimis beneuolentia Ciceronis adiutus erat, » & in eiusdem quoque Consulatu ad Ædilitatem euectus, hospitio eum reppulit. Ex qui- » bus manifestum est, anno superiore hunc Vibium Ædilem designatum fuisse.

Cn. Cornelius P. f. //. n. Lentulus. Marcellinus.

C. Manilius //. f. //. n * Crispus * C. Papius * C. f * Mutilus

Tribuni plebis.

Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Nepos. Primis Tribunatus sui diebus Ciceronem Consulem, cùm magistratu pridie Kal. Ian. abiret, de rebus à se gestis disserere cupientem occupatis Rostris silentio imposito concionari prohibuit, quod indicta caussa ciues necasset accusans; vtq; tantummodò solemne iuramentum ex more præstaret, iussit. Cicero præter morem iuramento adiecit, sua vnius opera Remp. atque vrbem saluam » esse. Cui iuramento cùm optimates applausissent, non parum inuidiæ hæc iactantia Ci- » ceroni conflauit apud aduersarios & plebem, vt a Dione & Plutarcho traditur. Hic addit, Q. Metello adiutorem fuisse in compescendo Cicerone collegam L. Bestiam. Ipse tamen Cicero in inuectiua contra Pisonem ab vno Tribuno se prohibitum dicit, his verbis: Ego cum in concione, abiens magistratu, à Tribuno pl. dicere prohiberer ea quæ con- » stitue-

Cic. à Consulatu insueto iurandum odium illi conflauit.

» stituerant, cùm is mihi tantummodò iurare permitteret, sine vlla dubitatione iuraui,
» Rempublicam atque hanc vrbem mea vnius opera esse saluam. Quæ verba Pædianus ita
» exponit: Diximus iam anteà, à Q. Metello Nepote Tribuno plebis Ciceronem Consu-
» latu abeuntem prohibitum esse concionari de rebus quas in eo magistratu gessit. Conqueritur etiam Cicero de hac Nepotis iniuria, scribens ad Q. Celerem eius fratrem, ni fallor, patruelem. Extat epistola Familiarium libro v. secunda, qua respondet eiusdem Celeris epistolæ primæ eodem libro, & lectu dignissimæ sunt, huius anni res vrbanas exactiùs cognoscere cupienti.

Rogationem promulgauit, Vti Cn. Pompeius cum exercitu Romam euocaretur, titulo quidem, ad seditiones sedandas, Ciceronis temeritate & insolentia concitatas, constituendamque Rempublicam; sed re vera ad libertatem opprimendam, Cæsare Prætore, vt suprà dixi, cum Metello pertinacissimè contra Remp. conspirante. Cui rogationi optimates omnes, & sanior populi pars summis viribus se opposuit, & in primis M. Cato & Q. Minucius Tribuni plebis intercesserunt magnis contentionibus, vt res ad saxa, fustes, verbera, & vulnera deuenerit, Senatus in curiam secesserit, atque veluti in summa rerum desperatione vestem mutarit, Consulibusque summam rerum mandarit, Viderent ne quid Resp. detrimenti acciperet. Tandem victus pertinacia meliorum Metellus, (licet ex lege Tribunus plebis abesse vna nocte non posset) vrbe excessit, & ad Pompeium se contulit. Cæsar e publico se subduxit; atque ita factum, vt de lege perferenda supersederetur. Suetonius auctor, Cæsarem Metellumque administratione Reip. decreto Patrum submotos fuisse. Cæsarem nihilominus permanere in magistratu & ius dicere ausum, cùm paratos esse comperisset, qui per vim & arma prohiberent, abiecta prætexta, dimissis lictoribus, clàm domum refugisse. Rei successum omnem diffusè intelliges, si cum Suetonio conferas ea quæ de his scribit Plutarchus in Catone & Cicerone, & quæ Dio libro XXXVII. narrat. Graues hinc inter Ciceronem & Nepotem inimicitiæ fuerunt, tuncq; contra illum Metellinam scripsit orationem Cicero, sed intercidit, cuius ipse ad Atticum libri primi epistola decima, & libri tertij ep. XII. meminit; item Quinctilianus libro IX. & Gellius lib. XVIII. & Fortunatianus libro tertio Rhetoricorum. Illum præterea sæpè momordit, vt anno superiore Consul Murenam defendens, & pro P. Sulla hoc anno dicens, illum vnum Tribunum videri ad lugendos coniuratos relictum esse.

Cæcilia rogatio, vt Cn. Pompeius cum exercitu Romã euocaretur.

Cicero in Q. Metellum Oratio.

L. Calpurnius L. f. . n. Bestia. Hunc Catilinariæ factionis fuisse refert Sallustius in historia anni superioris, vbi de consiliis coniuratorum de vrbe incendenda scribit, decretum a Lentulo cæterisque fecisse, vt L. Bestia Tribunus plebis concione conuocata Ciceronem apud populum accusaret vt turbulentũ ac temerarium, totiusque dissentionis inuidiam optimo Consuli imponeret. Idem tradit Appianus ciuilium lib. primo, vbi perperàm L. Sestius appellatur; cum tamen non vno loco Sallustius L. Bestiam nominet. Ea diuersitas librariorum culpa prouenit. Verùm dubitare quis meritò poterit, num Tribunus designatus tantùm anno superiore fuerit L. Bestia, cum ea contra Ciceronem moliretur; quandoquidem hoc anno declaret Sallustius. Eximit tamen hunc scrupulum nobis Plutarchus in Cicerone, adfirmans Metellum & Bestiam Tribunos plebis designatos anno superiore fuisse, & cùm magistratũ initio Decembris iam iniuissent, Ciceronem Consulatu abeuntem pridie Kal. Ianuar. prohibuisse, ne de rebus a se gestis dissereret, vt paulò antè retulimus. Erat igitur iam mense Decembri in magistratu L. Bestia, cùm cædes, vt statutum à coniuratis erat, Saturnalibus esset perpetranda.

Appianus corrigitur.

M. Porcius M. f. M. n. Cato. Tribunatum ante tempus anno superiore eum petiisse solummodò eam ob caussam, latè refert Plutarchus in eius vita, vt Q. Metelli seditiosi hominis conatibus obsisteret, quem inter alios Tribunatum petere videbat, & multa contra Remp. acturum opinio erat. Huc spectant Ciceronis verba ad ipsum Catonem
» in oratione quam anno superiore Consul dixit pro Murena: Te te, inquit, Cato appello,
» nónne prospicis tempestatem anni tui. Iam enim hesterna concione intonuit vox perni-
» ciosa designati Tribuni collegæ tui, contra quem multum tua mens, multùm omnes bo-
» ni prouiderunt, qui te ad Tribunatus petitionem vocauerunt. Et rursus in anni eiusdem custodia Reip. caussa à fortuna positos esse L. Murenam Consulem & M. Catonem Tribunum plebis testatur. Multa ibidem Cicero, quæ Plutarchum illustrant, vbi acta Catonis in Tribunatu latiùs enarrat, quàm pertinaciter rogationi Cæciliæ non sine vitæ periculo intercesserit. Vnde etiam Ciceronis in Sextiana oratione verba hæc plane expli-
» cantur: Consule me, cum esset designatus Tribunus plebis, obtulit in discrimen vitam
» suam; dixit eam sententiam, cuius inuidiam capitis periculo tibi præstandam videbat: di-
» xit vehementer: egit acriter: ea quæ sensit, præ se tulit: dux, auctor, actor rerum illarum
» fuit, non quò periculum suum non videret, sed in tanta Reip. tempestate nihil sibi, nihil

Lux orati. Cic. pro Murena & pro P. Sextio, de M. Catone Trib. pl.

de patriæ periculis cogitandum putabat. Consecutus est ipsius Tribunatus, quid ego de „ singulari magnitudine animi eius, ac de incredibili virtute dicam? Meministis illum „ diem, cùm templo à collega occupato, nobis omnibus de vita eius viri & ciuis timenti- „ bus, ipse animo fortissimo venit in templum, & clamorem hominum auctoritate, impe- „ tum improborum virtute sedauit. Vide etiam de hac dissensione ciuili Plutarchum in „ Cicerone, quem scribit in hoc Tribunatu à Catone pro Rostris, cùm de Consulatu Ciceronis magnificè dissereret, Patrem patriæ fuisse appellatum. Quod cognomen, inquit, primùm ex hac Catonis oratione Ciceroni inditum, ad Augustum aliosque deinde Imperatores permanasse perhibetur. Vnde præclarum hoc Iuuenalis poëtæ carmen, quod ex ipsius pæne Catonis sententia atque oratione composuisse videtur, Satyra VIII.

Quis Catilina tuis natalibus, atque Cethegi
Inuenies quidquam sublimius? Arma tamen vos
Nocturna, & flammas domibus templisq; parastis,
Vt Bracatorum pueri, Senonumq; minores,
Ausi quod liceat Tunica punire molesta:
Sed vigilat Consul, vexillaq; vestra coërcet
Hic nouus Arpinâs ignobilis, & modò Romæ
Municipalis eques, galeatum ponit vbique
Præsidium attonitis, & in omni gente laborat.
Tantum igitur muros intra toga contulit illi
Nominis & tituli, quantum non Leucade, quantum
Thessalia campis Octauius abstulit vdo
Cædibus assiduis gladio: sed Roma parentem,
Roma Patrem patriæ Ciceronem libera dixit.

Iuuenalis explicatus. Tunica molesta quæ dicta.

Erat autem (vt Iuuenalis hunc locum obiter declarem) incendiariorum suprema pœna hæc Tunica molesta abs re nomen habens, quippe talaris longa ex lino vel stupa grossiore contexta, ac pice, naphtha, vel maltha prius illita: quæ materies etiam aquis iniectis accenditur, & quidquid attigerit solidi, cum inflammatur, prorsus adhærés ad cineres vsque comburit. In tali tunica incendiarij comburebantur viui è palo bifurco dependentes è mandibula, gutture perforato. Quod etiam Iuuenalis indicat Satyra prima, cùm dicit de Tigillino delatore:

*Pone Tigillinum, * tæda lucebis in illa,*
Qua stantes ardent, qui fixo gutture fumant.

* *alij tunica, legunt.*

Eodem supplicij genere crudelis ille Nero vsus est in innoxios Christianos, cùm inuidiam à se conflatam quòd vrbem Romam incendisset, in hos declinare vellet, vt Tacitus auctor est. Ea enim tunc pereuntibus addita ludibria, vt ferarum tergis contecti laniatu „ canum interirent, aut crucibus affixi & flammandi, atque vbi defecisset dies, in vsum no- „ cturni luminis vrerentur, dum ipse Circense ludicrum in hortis suis ederet, habitu aurigæ „ permistus plebi, vel * curriculo insistens. Vnde miseratio oriebatur, tamquam non vtilita- „ te publica, sed in sæuitiam vnius absumerentur. Meminit & tunicæ molestæ Martialis „ libro x. epigrammate de Mucio, qui in arena sese flammis iniecit:

* Circulo, *malè in Taciti exemplaribus.*

Nam cùm dicatur Tunica præsente molesta
Vre manum, plus est dicere, non facio.

Sed hæc extra scopum nostrum, ideò dumtaxat adduximus, vt varietate aliqua Lectori iam lasso fastidium alleuaremus: nunc verò rursus ad reliquum historiæ contextum nobis est redeundum.

Q. Minucius * M. f * //. n. Thermus. Collega M. Catonis, & simul cum eodem intercessor contra rogationem Cæciliam de euocando ad vrbem Pompeio. Dio libro XXXVII. Q. Minucium vocat, Plutarchus in Catone Minucium Thermum. E quibus hic scribit, Catonem in Rostris tabulas, in quibus lex perscripta erat, Q. Metello è manibus extorsisse, & cùm memoriter eamdé recitare vellet, Minucium obiecta ori manu, vocem Metelli præclusisse, confestimque ad manus, lapidationes, & verbera peruentum esse, cùm Metellus opem armatorum, quibus forum ac Castoris templum occupauerat, implorasset, vt latiùs iam dicti Auctores enarrant.

P. Nigidius. //. f. //. n. Figulus. L. Ælius. //. f. //. n. Tubero.
M. Nonius. //. f. //. n * Sufenas * Q. Titatius //. f. //. n. Varus.
Q. Lucretius Q. f. Q. n. Vespillo.

Quæ-

Quæstores vrbani.

P. Sextilius * P * f. n. nepos. M'. Curius * M'. f * M'. nepos.

» De his Cicero in Oratione pro L. Flacco sic: Quid nos hîc? nónne ipso Pompeio » auctore, Silano & Murena Consulibus, decreuimus, vt classis in Italia nauigaret? nonne » eo ipso tempore, cùm L. Flaccus in Asia remiges imperabat, nos hîc in mare superum » & inferum sestertiûm ter & quadragies rogabamus? Quid postremo anno? nónne à » M'. Curio & P. Sextilio Quæstoribus pecunia in classem est erogata? Ea omnia hoc anno contigisse docet ibidem Cicero.

Prouinciȩ.

Cn. Pompeius Cn. f. Sex. n. Magnus. Procos. Ciliciam. &. Bithyniam. obtinuit. Confectis in Asia bellis prouincias ordinauit, sociosque belli regulos remunerauit. Nam Tigrani Armeniam maiorem permisit, Pharnaci Mithridatis filio Bosphorum, Ariobarzani Cappadociam, Antiocho Comageno Seleuciam, Hircano Pontifici Palæstinam, Deiotaro tribusque aliis tetrarchis Gallogræciam diuisit cum Armenia minore, Attalo autem & Pilæmeni Paphlagoniam, atque Aristarchum regem Colchorum fecit, aliosque multos locupletauit vel ditionibus vel pecuniis. Prouincias nouas populo Romano constituit Syriam & Pontum: ex his Pontus Bithyniæ adiecta est, vt auctor est Strabo; Syria deinceps seorsim Prætori mandata est. Ipse tamen ex ea decedens Syriam M. Scauro Proquæstori suo ad tempus regendam dedit, vt Appianus memoriæ prodidit. Vrbes coloniasque item plurimas condidit, octo in Cappadocia, & XXI. in Cilicia, Ponto, Cœlesyria, Armenia minore & Palæstina: sub finem hiemis exercitui victori præmia distribuit viritim mille quingentas drachmas Atticas, & pro dignitate ampliùs Tribunis & centurionibus; cuius pecuniæ summam ferunt talentorum XVI. milia. Vide Appianum in Mithridatica, Dionem libro XXXVII.

C. Antonius M. f. C. nepos. Procos. Macedoniam. obtinuit. Cùm in agro Pistoriensi Catilinam deuicisset, imperator appellatus laureatos fasces in prouinciam tulit; vbi à Dardanis tandem oppressus, amisso exercitu profugit. Apparuit enim hostibus portendisse victoriam, cùm ad eos laurum victricem tulisset, quam in Capitolio debuerat deponere. Hæc fere Iulius Obsequens prodigia anni sequentis enarrans, quo cladem accepisse Antonium opinor. Hoc autem anno etiam praue & auarè prouinciam administrasse, ex Ciceronis ad Atticum verbis colligimus epistola XI. libri I. quæ Kal. Ian. anni sequentis est scripta, cùm dicat, prodromos Pompeianos ei nuntiare, aperte Pompeium acturum, Antonio succedi oportere, eodemque tempore acturum Prætorem ad populum. Prodromos autem videtur appellare legatos & præfectos Pompeij, qui confecto iam bello Romam ad petendos magistratus hoc anno præcesserant. Laborabat igitur iam infamia auaritiȩ Antonius, in cuius partem quoque traxerat ipsum Ciceronem, quòd » pactione quadam ab ipso prouinciam se habuisse iactitabat. Ait itaque mox Cicero: Res » eiusmodi est, vt ego nec per bonorum, nec per popularem existimationem honestè pos» sim hominem defendere, nec mihi libeat, quod vel maximum est. Etenim accidit hoc, » quod totum cuiusmodi sit, mando tibi vt perspicias. Libertum ego habeo, sanè nequam » hominem, Hilarum dico, ratiocinatorem & clientem tuum: de eo mihi Valerius inter» pres nuntiat, Chiliusque se audisse scribit hæc; esse hominem cum Antonio; Antonium » porrò in cogendis pecuniis dictitare, partem mihi quæri, & à me custodem communis » quæstus libertum esse missum. Non sum mediocriter commotus, neque tamen credidi: » sed certè aliquid sermonis fuit. totum inuestiga, cognosce, perspice, & nebulonem illum, » si quo pacto potes, ex istis locis amoue. Mutauit tamen posteà sententiam Cicero, atque Antonium in Senatu defendit, cùm de prouinciis mutandis mense Ianuario eodem ageretur, vt ipse posteà ad P. Sextium Quæstorem C. Antonij scripsit Familiarium libro » quinto: Antonium, inquit, etsi eius in me officia omnes desiderant, tamen in Senatu gra» uissime & diligentissime defendi; Senatumque vehementer oratione mea atque aucto» ritate commoui. Itaque effectum à Cicerone optimatibusque qui Pompeij, vt iam nimis magni, conatibus obstabant, vt Antonio non succederetur.

C. Antonius Ciceronis in Consulatu collega, auarus.

Q. Cæcilius Q. f. n. Metellus. Celer. Procos. ex. Prætura. Galliam. Cisalpinam. obtinuit. Cum tribus legionibus montes obsedit, & L. Catilinæ cum suis in Galliam per tramites erumpere conanti iter præclusit, vt auctores sunt Sallustius, Dio, & Plutarchus. Galliam verò Cisalpinam Consularem anno superiore factam diximus, eamque

Gallia Cisalpina Consularis.

eamque permutatam cum Macedonia Ciceronem in concione deposuisse. Inter Prætorias deinde prouincias licet in sortem coniecta fuerit, cùm maiore exercitu & imperio ob coniurationis pericula indigeret, nihilominus Consularis permansit, & Q. Celeri Prætori obuenit, qui idcircò Proconsule appellatus est, vt ex epistolis primis constat libri quinti Familiarium hoc anno scriptis; ex quibus cognosces, bellum gessisse in Gallia Metellum Procos. Vnde colligo scriptas esse, dum hic Catilinarij belli reliquias persequitur. At enim Metellus Procos. ad Ciceronem, dum conqueritur, quòd Q. Nepos frater eius Trib. plebis hostiliter a Cicerone oppugnaretur: Itaque in luctu, inquit, & squalore sum, qui prouinciæ, qui exercitui præsum, qui bellum gero. Respondet diserta epistola Cicero, commemorans etiam beneficia quæ Consul in Metellum congessisset, vbi etiam de prouincia hæc adfert: Illud dico, inquit, me vt primùm in concione prouinciam deposuerim, statim quemadmodum eam tibi traderem cogitare cœpisse. Nihil dico de sortitione vestra; tantùm te suspicari volo, nihil in ea re per collegam meum me insciente esse factum. Recordare cetera, quàm citò Senatum illo die coëgerim, quàm multa de te verba fecerim, cùm tu ipse mihi dixisti, orationem meam non solum in te honorificam, sed etiam in collegas tuos contumeliosam fuisse. Hæc ibidem Cicero, & multa alia quæ ad superioris & præsentis anni acta pertinent.

.. .. .. f. .. n. .. Procos. Illuricum. obtinuit

C. Marcius C. f. C. n. Figulus.

C. Pontinius A. f. .. nepos. Pr. Galliam. Transalpinam. sortitus. obtinuit. Cum Allobrogibus bellum Catilinaria coniuratione conflatū gessit, vt in sequenti latiùs ex Dione referetur; de bello Tullius in oratione de prouinciis Consularibus hæc, affirmās Gallis Transalpinis ante C. Cæsarem Procos. bellum vere non fuisse illatū: Modo, inquit, ille meorum laborū, periculorum, consiliorum socius C. Pontinius fortissimus vir, ortum repente bellum Allobrogum, atque hac scelerata coniuratione excitatum, prælijs fregit, eosque domuit qui lacessierant, eaque victoria contentus, Rep. metu liberata, quieuit.

C. Cosconius * C. f. M. nepos * Pr. Hispaniam. vlteriorem. sortitus. obtinuit. Legatus namque eiusdem fuit post Quæsturam P. Vatinius, vt ex oratione constat Ciceronis in ipsum Vatinium: Post Quæsturam (inquit) exieris ne legatus in vlteriorem Hispaniam C. Cosconio Propr. Cum illud iter Hispaniense pedibus fere confici soleat, aut si quis nauigare velit, certa sit ratio nauigandi; veneris ne in Sardiniam, atque inde in Africam? fueris ne, quod sine S.C. tibi facere non licuit, in regno Hiempsalis, fueris ne in regno Mastanesosis? veneris ne ad fretum per Mauritaniam? Quem scis vmquam legatum Hispaniensem in illam prouinciam istis itineribus peruenisse? Ita exagitat auaritiam Vatinij, quòd latissime per vexationes & onera prouincialium diuagatus, etiam Regibus amicis atque exteris, contra S. C. limites imperij exeundo, impensas attulerit.

In P. Vatiniū Cic. Oratio.

Q. Pompeius .. f. .. n. Rufus. Pr. Africam. sortitus. obtinuit. M. Cælius enim, pro quo Ciceronis extat oratio, cum hoc Procos. vt habent exemplaria, profectus est in Africam, atque ab eo posteà dimissus cùm Romam rediisset, C. Antonium accusauit, sicut ex eadem oratione apertum est, vbi sic de Cælio: Cùm paulum iam roboris accessisset ætati, in Africam profectus est Q. Pompeio Procos. contubernalis castissimo viro atque omnis officij diligentissimo: in qua prouincia cum res erant & possessiones paternæ, tum etiam vsus quidam prouincialis non sine caussa à maioribus huic ætati tributus, discessit illinc Pompeij iudicio probatissimus. Ex quibus verbis fere colligere est, M. Cælium aliquamdiu negotiatum esse in Africa, & Q. Pompeium non vno anno obtinuisse prouinciam.

In M. Cælium Cic. Oratio.

L. Valerius L. f. .. n. Flaccus. Pr. Asiam sortitus obtinuit, & P. Orbio successit. Annuam dumtaxat eius fuisse prouinciam Cicero indicat in oratione pro eodem repetundarum reo. Loquitur enim his verbis: Per deos immortales, iudices, vos, quomodo is, qui anno ante Romæ ius dixerat, anno pòst in Asia ius dixerit à testibus quæretis ignotis? ipsi coniectura nihil iudicabitis? Sic etiam in eiusdem orationis extremo: Asiaticæ (inquit) iurisdictioni vrbana iurisdictio respondebit, annui temporis criminationem omnis ætas L. Flacci, & perpetua vita defendet. Prætor autem hoc anno ciuitatibus Asiæ pecuniā & remiges classis nomine imperauit, sanxit etiam edicto, ne aurum Iudæorum nomine ex Asia exportari liceret; quæque alia in ea prouincia gessit, studiosus lector facile ex eadem oratione intelliget, quæ triennio post dicta est, Cæsare & Bibulo Coss. Meminit huius Flacci quoque Cæsar Commentariorum belli ciuilis tertio, scribens filium L. Flacci qui Prætor Asiam obtinuerat, bello ciuili ad Dyrrachium cecidisse.

Pro L. Val. Flacco repetundarum reo M. Tullij Oratio.

//. //. //. f. //. n. //. Pr. classem. atque. oram. maritumam. Italiæ. sortitus. obtinuit. Ita enim decretum à Senatu erat his Consulibus, Cn. Pompeio auctore, ›› vt classis in Italia nauigaret, vt Cicero in iam dicta oratione affirmat. Nónne (inquit) eo ›› ipso tempore, cùm L. Flaccus in Asia remiges imperabat, nos hîc in mare superum & ›› inferum sestertiûm ter quadragies rogabamus?

//. //. //. f. //. n. //. Sardiniam. Pr.
sortitus. obtinuit.

C. Sulpicius //. f. //. nepos. L. Afranius L. f. //. nepos.

P. Lentuli Suræ damnati prouincia prorogata videtur fuisse.

//. //. //. f. //. n. //. Siciliam
//. //. //. f. //. n. //. Hisp. citeriorem
//. //. //. f. //. n. //. Achaiam
//. //. //. f. //. n. //. Cretam & Cyrenen
Propr. prorogato. imperio. obtinuêre.

Quæstores.

//. //. //. f. //. n. //. Ostiensis in Latio.
//. //. //. f. //. n. //. Calesinus in Campania.
//. //. //. f. //. n. //. Pisanus in Etruria.
//. //. //. f. //. n. //. Asculanus in Piceno.
//. //. //. f. //. n. //. Canusinus in Apulia.
//. //. //. f. //. n. //. Spoletinus in Vmbria.

P. Sestius L. f. //. nepos. C. Antonij Procos. in Macedonia. Ait enim ›› in oratione, quam posteà pro eodem habuit Cicero: Quæstor hic C. Antonij collegæ ›› mei, iudices, fuit sorte, sed societate consiliorum meus. Et posteà: Par prope laus P. Sestij ›› esse debet, qui suum ita Consulem obseruauit, vt & illi Quæstor bonus, & vobis optimus ›› ciuis videretur. Ibidemque quæ P. Sestius in hoc magistratu pro salute & tranquillitate Reip. prudenter fortiterq; gesserit, quemadmodum Capuam à coniuratis attentatã metu seditionis liberarit, vtque postea ad victoriam de Catilina adipiscendam maximum momentum attulerit, obiter enarrat. Itaque cum P. Vatinio, vt supra diximus, petiit, atque designatus est: sed ille prouinciam Italicam sortitus, contestim eam adiit; hic Procos. suum expectare coactus, cum eo primum hoc anno in Macedoniam profectus est, oppressa Catilinaria coniuratione, cuius etiam meminit in oratione Cicero.

T. Fadius //. f. //. n * Gallus * Q. Metelli. Procos. in. Gallia. Cisalpina. Quæ prouincia illi obuenerat, cùm eam adhuc Cicero Consul obtineret: nam sibi Quęstorem fuisse, testatur ipse posteà reuersus ab exilio in oratione quam habuit in Senatu, vbi Fadio tunc Tribuno plebis gratias agit, quòd de reditu suo inter alios quoque promulgasset. Iam verò cum prouinciam deposuisset in concione Cicero, Fadium Quæstorem Q. Metello in eadem prouincia remansisse fit verisimile. Extat ad eumdem T. Fadium epistola quædam consolatoria Ciceronis, Familiarium libro v. vbi tamen perperàm T. Fabius appellatur. Alienum namque prorsus est Titi prænomen a Fabiis; & ex Ciceronis ipsius verbis facile colligitur, T. Fadium hunc esse, quem necessitudine sibi coniunctum dicit, ob sortem videlicet Quæsturæ qua Ciceroni obtigerat. Et cum Fabij fue- ›› rint nobilissimi, hunc demonstrat nouum hominem fuisse, cum ait: Plus tibi virtus tua ›› dedit quam fortuna abstulit; propterea quod adeptus es quod non multi homines noui: ›› amisisti, quod plurimi homines nobilissimi. Quibus verbis etiam ostenditur, T. Fadium inter paucos nouos sui temporis homines adeptum maiores magistratus, & post bellum ciuile cum multis nobilibus à Cæsare expulsum fuisse.

M. Æmilius //. f. //. n. Auianus. Vir bonus & perhumanus, ab ineunte adolescentia Ciceronem obseruauit semperque dilexit, ideoque eum commendat Ser. Sulpicio Familiar. XIII. ep. XXI. & XXVII.

T. Manlius //. f. //. nepos.

A. Terentius //. f. //. n. Varro. Murena. Ibidem ep. XXII. & libro vltimo, ep. XI.

L. Manlius // f. //. Sosis. Catinensis Decurio primum Neapoli ciuitate donatus cum ceteris Neapolitanis post bellum Marsicum. Quem virum optimum, sibique propter

propter studia, quibus ipse delectabatur, familiarissimum commendat Cicero post bellum ciuile Prætori Siciliæ Acilio, Famil. lib. XIII. ep. XXX.

L. Brutus // f. // nepos. Cui cum Cicerone magna fuit amicitia iam à Quæstura eius Siciliensi: ibid. ep. XXXVII.

// // // f. // n. // // // Pr. apud classem
// // // f. // n. // // // Propr. in Sicilia Syracusanus
// // // f. // n. // // // Eiusdem Lilybetanus
// // // f. // n. // // // Pr. in Sardinia Caralitanus
// // // f. // n. // // // Eiusdem in Corsica Aleriensis
// // // f. // n. // Q. Pompeij Pr. in Africa Vticensis
// // // f. // n. // Eiusdem in Libya Adrumetanus
// // // f. // n. // C. Cosconij Pr. in Hisp. Vlteriore
// // // f. // n. // L. Flacci Pr. in Asia
// // // f. // n. // C. Pontinij Pr. in Gallia Transalpina

C. Claudius M. f. M. n. Marcellus. Tertius è Consularibus Marcellis, & frater germanus Marci, qui testatur hoc ipse in epistola ad Ciceronem libro Familiarium quarto.

T. Annius C. f. // n. Milo. Papianus. Pro quo extat Ciceronis oratio. E Papia fuisse familia, & ab auo materno C. Annio adoptatum scribit Pædianus.

C. Cestilius // f. // nepos. M. Cispius // f. // n. Lætus.

Q. Fabricius // f. // nepos. C. Messius // f. // nepos. Item ad hunc videtur esse & illa libro VII. M. Fabij Galli epistolis adiecta perperàm, quæ demonstrat errore simili, Quæstorem Ciceronis fuisse, & Ciceronis cùm exularet caussa Tribunatum plebis petiisse. Quod cùm ille exul & desperatus Ciceroni improperaret, stomachosius etiam Cicero ibidem respondet.

T. Peduceius // f. // nepos. M. // // f. // n. Olenas. Curtianus, vt Pædianus in Scaurianam.

M. Aurelius // f. // n. Cotta.

P. Magius P. f. // n. Chilo. Filius, ni fallor, P. Magij, qui Tribunus plebis anno DCLXVI. fuit, à quo familiari & amico M. Marcellus Consularis post bellum ciuile à Cæsare in gratiam receptus, Athenis est occisus, vt Ser. Sulpicius ad Ciceronem Familiarium lib. IIII. Val. Max. lib. IX. cap. XI. Cic. ad Atticum lib. XIII. Liuius lib. CXV.

C. Septimius T. f. // n * Sabinus. Inter alios Senatores adfuit S. C. scribundo de Cæsaris prouinciis anno DCCII. vt Familiarium lib. VIII. in epistola M. Cælij VIII.

P. Lucceius // f. // n. Hirrus. Quem Cicero suum vocat Familiarium lib. XII. ep. XXV. & vltima.

Proquæst.

P. Plautius // f. // n. Hypsæus. M. Æmilius M. f. M. n. Scaurus. Cn. Magni Procos. in Cilicia & Bithynia: Plutarchus & alij.

// // // f. // n. // // // Procos. in Illyrico
// // // f. // n. // // // Propr. in. Hisp. citeriore
// // // f. // n. // // // Propr. in Achaia
M. Iuuentius // f. // n. Laterensis. // // n. Propr. in Cyrenaica.
// // // f. // n. // // // Eiusdem in Creta.

Q. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus. Creticus. A. DCXCI.
Procos. ex. Creta insula // // K. IVN.

Q. Metelli Cretici triū̃phum qui impedierint. Quemadmodum L. Luculli anteà, sic etiam Q. Metelli Cretici triumpho Pompeij fautores aduersati sunt, in caussaque fuerunt, quod multo serius quam debuerat, triumpharet. Vt enim Eutropius auctor est, D. Iunio Silano & L. Murena Consulibus, Q. Metellus tandem ex Creta triumphauit. Et anno quidem priore, Cicerone & Antonio Consulibus, detecta Catilinæ coniuratione, cùm nuntiaretur in Etruria & Apulia exercitus colligi: ipsum adhuc ante vrbem fuisse cum exercitu, & triumphum expectasse, ex Sallustij verbis colligimus iam anteà adductis, impeditumque diu fuisse ne triumpharet calum-

calumnia paucorum, quibus omnia honesta atque inhonesta vendere mos erat. Quod factum opinamur Cn. Pompeij Magni absentis in gratiam à C. Cæsare, Q. Metello Nepote, L. Bestia, L. Afranio, aliísque qui omnia Pompeij caussa tum volebant. Conueniunt ea quæ Velleius refert, Pompeium belli piratici titulo Creticæ etiam victoriæ glo-
„ riam sibi vindicare voluisse. Sed Luculli (inquit) & Metelli triumphum, cùm ipsorum
„ singularis virtus, tum etiam inuidia Pompeij apud optimum quemque fecit fauorabi-
„ lem. Legatum verò miserat L. Cornelium Sisennam Pompeius ad vrbium deditiones, quæ non diutiùs vim belli à Metello illati sufferre poterant, accipiendas, & noui imperij iure, ex aliena (vt aiunt) messe, duces quosdam captiuos subduxerat. Quæ tam apud Velleium quam Plutarchum leguntur in vita Pompeij. Et libro XCIX. Liuius, vt ex Epitomis eius constat, multò diffusiùs historiam enarrasse, & epistolas Metelli & Pompeij inuicem missas adduxisse videtur. Hinc etiam est quod Valerius Max. dicit, Metellum Pompeio infensum fuisse ob diminutum Creticum triumphum. Eadem ferè Xiphilinus ex Dionis lib. XXXV attingit. Obtinuisse autem triumphum videtur Metellus reuersus ex Apulia, coniuratione Catilinaria iam extincta, quò ad sedandos seruiles motus imperator fuerat à Senatu missus.

ANNI P. R. C. DCXCII.

Consules.

M. Pupius M. f. //. n. Piso. Calpurnianus. M. Valerius M. f. M. n. Messalla. Niger.

CASSIODORVS adfert Consules M. Pupium, M. Valerium; Tabulæ Græcæ Pisonem & Messallam. Cicero in Epistolis quas ad Atticum hoc anno scripsit, M. Messallam, M. Pisonem nominat. Sic etiam Cæsar Commentariorum principio, iisdem Consulibus exortos Heluetiorum motus describens, eos profectionem magno apparatu versus citeriorem Galliam cogitasse refert. Meminit eorumdem Consulum Plinius libro VII. cap. XXVI. libro VIII. cap. XXXVI. item libro XXXVII. cap. II. & eodem modo semper Consules citat M. Pisonem, M. Messallam. Pleniùs aliquantò reperiuntur in indice Dionis libri XXXVII. M. Pupius M. f. Piso, M. Valerius M. f. Messalla Niger. Et in Mariano, M. Pupius Piso Calpurnianus, M. Valerius Messalla. Huius est mentio etiam apud Pædianum pro Scauro: illius verò in Pisoniana apud eumdem auctorem. Quem refert Dio legatum Cn. Pompeij fuisse, & ex Asia præmissum ad comitia, Pompeij gratia obtinuisse Consulatum, qui Pisonem commendauerat per litteras Senatui, petieratque vt comitia in eius aduentum differrentur, in quo etiam Pompeio gratificatum est. Vtriusque Consulis ingenium ac mores pulchrè depingit Cicero ad Atticum scribens VI. Kal. Febr. *M. Piso Cos. an. 692. Ciceroni non placuit.*
» in epistola libri primi XII. his verbis: Consul autem ipse paruo animo & prauo, tantùm
» cauillator genere illo moroso, quod etiam sine dicacitate ridetur, facie magis quàm face-
» tiis ridiculus, nihil agens cum Rep. seiunctus ab optimatibus, à quo nihil speres boni
» Reip. quia non vult; nil metuas mali, quia non audet: eius autem collega & in me per-
» honorificus, & partium studiosus ac defensor bonarum, quinimmò leuiter inter se dis-
» sident, sed vereor, ne hoc, quod infectum est, serpat longiùs. Itaque Ciceroni non admodum gratus fuit Piso Consul, qui desponsam homini iam Syriam prouinciam ademerit, vt ad Atticum scribit in epistola XV. eiusdem libri. Adiecta igitur Prætoriis prouinciis Syria, quæ L. Philippo in annum sequentem obuenit, vt tum dicemus.

Censs. //. //. /. f. //. n. //. //. //. /. f. //. n. //. Lustr. fec. LXIX.

De Censorum nominibus qui hoc Lustrum condiderunt difficilis est coniectura. *Censores ignoti.* Censum quidem hisce Consulibus actum fuisse apertè demonstrat Dio libro XXXVII. in eius anni historia, sed Censores non nominat. Ait enim, eodem anno à Censoribus omnes qui magistratus gessissent, in ordinẽ Senatorium relatos fuisse, etiam vltra definitum ac legitimum Senatorum numerum. Sic etiam Cicero in epistola quadam ad Atticum libro primo, quæ his Consulibus scripta, locationes vectigalium à Censoribus factas fuisse ostendit. Asianos enim qui de Censoribus conduxerant, questos in Senatu refert, se cupiditate prolapsos, nimiũm magno conduxisse, & vt induceretur locatio, postulasse; vbi reprehendit turpem illam postulationem, confessionemque temeritatis publicanorum. Lustrum autem anno insequenti conditum fuisse indicat in sequenti epistola ad eumdem, quæ Q. Metello, L. Afranio Consulibus XI. Kal. Februarij scripta est. Inuitando

enim Pomponium, vt Romam ante Lustrum redeat, ita dicit: Nam ne absens censeare, „ curabo edicendum & proponendum locis omnibus; sub Lustrum autem censeri germa- „ ni negotiatoris. Quare cura, vt te quàm primùm videamus. Equidem aliud certi de Cen- „ soribus, vel Lustro hoc, nihil apud Auctores memoratu dignum reperio.

Prætores.

//. //. //. f. //. n. //. Vrbanam
//. //. //. f. //. n. //. Peregrinam
iurisdictiones.
//. //. //. f. //. n. //. maiestatis
//. //. //. f. //. n. //. ambitus
//. //. //. f. //. n. //. peculatus
//. //. //. f. //. n. //. repetundarum
//. //. //. f. //. n. //. falsi
//. //. //. f. //. n. //. inter sicarios
Quæstiones sortiti obtinuêre.

C. Octauius C. f. C. n. Rufus. Pater Augusti Cæs. Quam iurisdictionem in vrbe obtinuerit, incertum nobis est. Prætorem verò fuisse ex inscriptione antiqua manifestum est, quam anno insequenti adducemus. Et auctorem insuper habemus Velleium, qui de eodem Octauio memoriæ prodidit: Fuit C. Octauius (inquit) vt non patri- „ cia, ita admodum speciosa equestri genitus familia, grauis, sanctus, innocens, diues. Hic „ Prætor inter nobilissimos viros creatus primo loco, cùm ei dignatio Iulia genitam „ Atiam conciliasset vxorem. Ex eo honore sortitus Macedoniam, appellatusq; in ea Im- „ perator, decedens ad petitionem Consulatus obiit, prætextato relicto filio, quem C. Cæ- „ sar maior eius auunculus educatum apud Philippum vitricum dilexit vt suum. „

C. Octauius Prætor primo.

C. Toranius //. f. //. n * Niger * Ædilem habuimus ante biennium cum C. Octauio. Et quia idem videtur qui senex proscriptus postea fuit à Triumviris, & Prætorius à Val. Maximo appellatur, hoc fere anno Prætorem fuisse colligimus. Verba Valerij hæc sunt libro IX. cap. XI. Hanc crudelitatem, cui nihil adiici posse videtur, C. To- „ ranius atrocitate parricidij superauit. Namque Triumvirûm partes secutus, proscripti „ patris sui Prætorij, & ornati viri latebras, ætatem, notasque corporis quibus agnosci pos- „ set, centurionibus edidit, qui eum persecuti sunt. Prætorium vocat item Orosius libro VI. „ cap. XVIII. Appianus ciuilium libro IIII.

L. Calpurnius L. f. L. n. Piso. Cæsoninus. Hic annus Præturæ L. Pisonis esse videtur, cuius Cicero mentionem facit in inuectiua contra eumdem Pisonem, dicés no- „ mini ac maioribus, non virtutibus eius delatam esse: Prætura item (ait) maioribus delata „ est tuis: noti enim erant illi mortui, te viuum nondum nouerat quisquam.

Cn. Postumius //. f. //. nepos. Candidatum Præturæ se profiteri incœperat Cicerone Consule, sed destitit tum à petitione, vt apparet, deterritus gratia competitorum, quo tempore testimonium quoque dixit in Consulem designatum L. Murenam, veluti in oratione sua Cicero demonstrat his verbis: Respondebo, inquit, Postumio primum, „ qui nescio quo pacto mihi videtur Prætorius candidatus in Consularem, quasi desulto- „ rius in quadrigarum curriculum incurrere: cuius competitores si nihil deliquerunt, di- „ gnitati eorum concessit, cùm petere destitit. Sin autem eorum aliquis largitus est, expe- „ tendus amicus est, qui alienam potiùs iniuriam quàm suam prosequatur. Hæc Cicero: ex „ quibus constat, non ante hunc annum Prætorem Postumium factum esse.

A. Gabinius A. f. //. nepos. Qui post Tribunatum plebis legatus Cn. Pompeij Magni fuerat bello Mithridatico, hoc primùm anno Præturam gessit, ante Consulatum reuersus è prouincia.

Ti. Claudius //. f. //. n. Nero L. Cornelius //. f. //. n. Lentulus. Flamen Martialis.

L. Tremellius * Cn. f. L. n * Scrofa.

P. Clodius violatu Bona Dea sacris accusatus.

Quæstio extraordinaria Romæ ex S. C. constituta de P. Clodio, ad Prætorem accusato adulterij & incestus, quodque sacra Bonæ deæ polluisset. De qua re multa Cicero ad Atticum libro primo, epistola XII. Credo te audiuisse, inquit, cùm apud Cæsarem pro popu- „ lo fieret, venisse eò muliebri vestitu virum. Idque sacrificium cum Virgines instaurassent, „ mentio-

» mentionem à Q. Cornificio in Senatu factam: posteà rem ex S.C. ad Pontifices relatam,
» idque ab ipsis nefas esse decretum. Deinde ex S. C. Consules rogationem promulgasse,
» vxori Cęsarem nuntium remisisse. In hac caussa Piso amicitia P. Clodij ductus, operá dat,
» vt ea rogatio quam ipse fert, & fert ex S.C. & de religione, antiquetur; Messalla vehementer adhuc agit seuere, boni viri precibus Clodij remouentur à caussa, operę comparantur.
Et quæ sequuntur. Alijs etiam epistolis eodé anno scriptis & ordine sequentibus disertissimè narrat, quantopere Clodius cum suis obstiterit, ne lex de religione & iudicio perferretur, eaque tandem perlata, quàm corrupto prauoque iudicio fuerit absolutus, cum pecuniæ non solum distributæ, verum etiam noctes certarum mulierum, atque adolescentulorum nobilium introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerint: vnde iudicium hoc non solum emptum, sed & constupratum queritur Cicero in epistola quæ proxime sequitur. De qua re Seneca quoque ad Lucilium libro XVI. epist. XCIX. quem cum Ciceronis epistola contulisse non pœnitebit. Vide etiam Dionem, Pędianum, Suetonium, & Plutarchum in Cæsare & Cicerone, qui multa de hoc iudicio Clodiano, cuius ob caussam Senatus iudicibus petentibus pręsidia constituerat, ne vim à reo, illiusq; fautoribus paterentur, quod non erat nisi damnaturis necessarium. Attamen pleno foro seruorum, XXV. iudices ita fortes fuerunt, vt reum damnarent; XXXI. quos fames magis quam fama commouerat, cum vno absentiæ argumento sacrilegum illud flagitium reus contra Ciceronis testimonium falsis testibus tueretur, Clodium incesti crimine, quàm Ciceronem infamia periurij liberare maluerunt, vt Valerij Maximi verbis hoc dicam.
» Quapropter facete Clodio absoluto Q. Catulus ad quemdam e iudicibus: Quid vos (in-
» quit) præsidium à nobis postulabatis? an, ne nummi vobis eriperentur, timebatis? vide Senecam epist. IV. libri XVI. Portò ex iis qui Clodium accusarunt, fuere ex nobilissima Cornelia gente Lentuli tres, P. Spinter, L. Crus, fratres, & Cn. Marcellinus; quorum vnum Lucium ambitus postea reum ipse Clodius tamen defendit, vt Cicero de Aruspicum responso ait, & Val. Max. libro quarto, cap. II.

Ædiles curules.

L. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus. Edidit magnificentissimè ludos. Sic enim refert Plinius libro VIII. cap. XXXVI. de vrsis scribens, Annalibus notatum esse, M. Pisone, M. Messalla Consulibus, Domitium Ahenobarbum Ædilem curulem vrsos Numidicos centum, & totidé Æthiopes venatores in circo dedisse ad XIII ✱ Kal. Octob.
» Idem omnino tradit Solinus cap. XXIX. M. Messalla Cos. (inquit) L. Domitius Aheno-
» barbus curulis Ædilis vrsos Numidicos centum & totidem Æthiopes venatores in Cir- *Ludi ab Ahenobarbo Ædile memorabiles dati.*
» co Romano edidit. Idque spectaculum inter memorabiles titulos annotatur. Crescebat ad insaniam vsque iis temporibus luxus Romanus. Eodem etiam anno, vt auctor est Dio, populus Romanus, qui semper antea sine intermissione vnius diei ludos totos spectauerat; tum primùm e medio spectaculo surrexit, & pransus est. Isque mos tum cœptus, Imperatorum quoque temporibus diu remansit.
L. Cornelius P. f. ✱. n. Lentulus. Crus.

Ædiles plebis.

T. Ampius ✱. f. ✱. n. Balbus. T. Atius, T. f. ✱. n. Labienus. Hic legatus deinde C. Cæsaris in Gallia fuit; illum ad Præturam peruenisse docebo.

Tribuni plebis.

Q. Fufius ✱ L. f ✱ ✱. n. Calenus. Cn. Pompeium Procos. ex Asia mense Februario ad vrbem reuersum in Circo Flaminio ad populum produxit, quæsiuitque ab eo, *Q. Fufius Calenus Trib. pl.*
Placeretne ei de religione per Clodium polluta iudicium fieri, iudices à Prætore légi, quo consilio idem Prætor vteretur. Pompeius valde aristocratice respondit, Senatus auctoritatem sibi omnibus in rebus maximam videri, semperque visam, vt Cicero ad Atticum epistola XIII. libri primi pluribus enarrat, qui leuissimum appellat Tribunum, asseritque Pisonem Consulem prauum & inertem, habere in magistratibus neminem sui similem, præter Fufium, qui Pisonis impulsu Pompeium in concionem produxerat, & contra Senatus auctoritatem, qui decreuerat, Vti Consul de religione rogationem ferret, populusq; de Clodiano incestu cognosceret, legem tulit Q. Hortensio suadente, Vti Prætor cum consilio cognosceret, vt in epistola XV. multis Cicero exponit. Hinc est quòd etiam Pædianus in oratione pro Milone dicit, Q. Fufium illo quoque tempore, quo de incestu P. Clodij actum est, in caussa fuisse, ne a Senatu asperius decerneretur. Effecit enim, vt sublato, quemadmodum dixi, quod Senatus decreuerat populi iudicio, in quo corruptę æ lo-

locus ob multitudinem non tam facilis erat, quæstio ad Prætorem paucosque selectos iudices reduceretur: quorum sententiis absolutus est Clodius, cùm maiorem partem eorum corrupisset, vt ante demonstratum est. Meminit item huius Q. Fufij Trib. plebis Cicero Familiarium lib. v. in epistola ad P. Sestium L. f. Proquæstore C. Antonij hoc anno in Macedonia, non Procos. vt perperam notatur in titulo. Qui error librariorum negligentia in libris frequens occurrit.

Cicero correctus.

C. //. //. f. //. n. Cornutus. De hoc obiter ad Atticum Cicero epistola XII. libri primi Idib. Februariis scripta: Bonis (inquit) vtimur Tribunis plebis, „ Cornuto verò Pseudo-Catone. Quasi dicat, ita studioso bonarum partium, vt in hac par- „ te Catoni fere similis videatur. Nam & anteà dixit, M. Pisonem malum Consulem, studio perditarum rerum atque partium, habere sui similem in magistratibus præter Fufium neminem. Ceterùm quadriennio postea Prætorem habebimus hunc C. Cornutum.

Lex de ambitu ab Aufidio relata.

M. Aufidius //. f. //. n. Lurco. Legem de ambitu rettulit & renouauit, in qua ferenda, ne obnuntiatione religioneve impediretur, legibus solutus est ex S. C. Ælia & Fufia. De quibus ita Cic. in eadem ep. ad Atticum: Lurco autem Trib. pl. (inquit) qui ma- „ gistratū simul cum lege Ælia iniit, solutus est & Ælia & Fufia, vt legem de ambitu ferret, „ quam ille bono auspicio claudus homo promulgauit. Ita comitia in a. d. VI. K. Sextiles di- „ lata sunt. Noui est in lege hoc, Vt qui nummos in tribus pronūtiauerit, si non dederit, im- „ pune sit: sin dederit, vt quoad viuat, singulis tribubus HS. ∞ ∞ ∞. debeat. Verba autem „ Ciceronis declarat doctè Paull. Manutius in commentariis suis, & in libro de Legibus.

//. //. //. f. //. n. //. Magistros collegiorum contra S. C. ludos facere iussit, sed Q. Metellus Celer Cos. designatus, vt Senatus auctoritatem defenderet, priuatus hos fieri vetuit; atque id quod nondum potestate poterat, obtinuit auctoritate. Cicero in L. Pisonem; ex cuius exemplaribus hoc loco insignis macula eluenda est: nam vbi legitur (cùm quidam Tribunus plebis suo auxilio magnos ludos contra S. C. facere iussisset) pro (magnos) reponi debet (magistros) vt opinor. Non enim de ludis magnis, sed de compitalitiis loquitur, quos magistri vicorum facere solent ante collegia sublata. Pisonem igitur accusat Cicero, quòd Consul eos primum post sublata collegia contra S. C. fieri permisisset. Atque hanc correctionem non otiabundus Lector ex ipsa Pædiani commentatione haud difficulter colliget atque approbabit, quamuis in eadem quoque menda lateat. Locum enim Ciceronis ita exponit Pedianus: Ante biennium autem antequam restitueren- „ tur collegia, Q. Metellus Celer Cos. designatus magistros ludorum ludos compitalitios „ facere prohibuerat, vt Cicero tradit, quamuis auctore Tribuno plebis fierent ludi: cuius „ Tribuni nomen adhuc non inueni. Hæc Pædianus rectè, modò verba eius in exemplari- „ bus essent correcta: non enim videtur dixisse, magistros ludorum, sed vicorum. Hos enim scribit paullò ante ludos compitalitios facere solere prætextatos, priusquam collegia S. C. è rep. sustollerentur. Hosque etiam primum, Pisone Consule permittente, contra Senatus auctoritatem posteà fecisse Sex. Clodium inimici sui sodalem, qui numquam anteà prætextatus fuerat, conqueritur ipse Cicero.

Pisoniana Ciceronis Oratio corrigitur.

M. Calidius Q. f. //. nepos. C. Claudius M. f. M. n. Marcellus. Æserninus.
L. Cæcilius //. f. //. n. Rufus. C. Septimius //. f. //. n * Scæuula *
P. Licinius //. f. //. n. Crassus. Sex. Quinctilius //. f. //. n. Varus.
P. Atius //. f. //. n. Varus.

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

C. Porcius * C. f. C. n * Cato. Temporum ratio non aduersatur, quin nepos dici eius C. Catonis possit, qui post Consulatum seuero valdè iudicio damnatus repetundarum ex Macedonia, Tarraconam exulatum abiit, vt suo loco diximus.

A. Plautius * M. f * Siluanus. Virum ornatissimum in Planciana vocat Cicero: videturque M. Plautij fuisse filius, qui legem de vi tulit, de iudiciis, & de ciuitate Romana, vt in Annali DCLXIV. annotauimus.

Prouinciæ.

C. Antonius in Macedonia res malè gessit.

C. Antonius M. f. C. nepos. Procos. Macedoniam obtinuit. Cùm Thraces finitimosque populos diu vexasset, parum prosperè res gessit. Dardanorum enim impetum non ausus exspectare, priusquam acies congrederentur, tamquam aliud acturus, cum equitatu fugam cepit: itaque peditatum hostes circumuentum atque prostratum magna ex parte occiderunt, reliquias omnibus rebus spoliatas ac nudas regione sua eiecerunt.

Quæ

Quæ omnia hoc anno contigisse hinc colligo, quòd C. Antonio anno sequenti successor sit datus C. Octauius Augusti pater, vt tum dicemus. Atque hic ipse posteà Romam reuersus, Cæsare & Bibulo Consulibus, a M. Cælio damnatus est.

// // // f. // n. // * Illyricum *
// // // f. // n. // * Bithyniam & Pontum

Procoss. sortiti. obtinuerunt.

D. Iunius M. f. L. n. Silanus. L. Licinius L. f. P. n. Murena.

Quænam prouinciæ Silano & Murenæ Consulibus decretæ in hunc annum fuerint, apud Auctores nondum inuenio: suspicor tamen fuisse Illyricum plerumque Consularem prouinciam eo tempore, atque Bithyniam cum Ponto, vt vnus esset Consularis exercitus in Asia apud nouas prouincias imperio nondum assuetas, & vicinis barbarisque regulis vndique cinctas. D. Silanum verò ambiisse prouinciam, colligitur ex Ciceronis » Pisoniana, vbi sic dicit: Sæpe enim vidi, qui & mihi & ceteris cupidiores prouinciæ vide- » rentur, triumphi nomine tegere atque velare cupiditatem suam. Hoc modo D. Silanus Consul in hoc ordine, hoc meus etiam collega dicebat.

C. Virgilius // f. // nepos. Pr. Siciliam. sortitus. obtinuit. Rectè & prudenter per quadriennium administrasse prouinciam ex sequentibus patebit.

C. Iulius C. f. C. n. Cæsar. Hispaniam. vlteriorem. sortitus. obtinuit. In prouinciam abiturus, retinentes Romæ creditores, quibus soluendo non erat, exhaustus ambitiosis sumptibus, interuentu sponsorum, M. Crassi in primis, aliorumq; remouit. Quo tempore vox eius audita est, Opus esse sibi bis milies & quingenties centenis milibus, vt nihil habeat. In Hispania verò Lusitanos Gallęcos bello aggressus, singulatim per populos cuncta victor ad Oceanum vsque perdomuit, totamque prouinciam populo Romano fecit tributariam, magna vi pecuniæ in ærarium redacta. Rebus ita feliciter gestis, atque imperator à militibus, quos spoliis ditarat, appellatus, magna animo voluens, equi fissis vngulis prioribus in ea prouincia sibi nati omine erectus, anno insequenti summa festinatione, non exspectato successore, ad triumphum simul Consulatumque decessit. Vide historiam latius apud Dionem lib. XXXVII. Appianum libro II. ciuilium, & Plutarchum in eius vita, & Catonis. Attingunt etiam nonnulla ex rebus eius gestis in Hispania Suetonius, Velleius, & Zonaras; item Cicero in oratione pro Balbo, eius » beneficia in Gaditanos recensens: Omitto, inquit, quantis ornamentis populum istum » C. Cæsar, cùm esset in Hispania Prætor, affecerit, controuersias sedarit, iura ipsorum per- » missu statuerit, inueteratam quamdam barbariem ex Gaditanorum moribus disciplina- » que delerit.

C. Iulius Cæsar Prætor Hispaniam vlter. sortitus.

Q. Tullius M. f. M. n. Cicero. Pr. Asiam sortitus obtinuit, non dato sibi successore per triennium. Qua ratione & quo consilio prouinciam administrauerit, studiosus Lector facile cognoscet ex Marci fratris sui prioribus ad ipsum epistolis. Successit L. Valerio Flacco, quemadmodum ex oratione M. Tullij constat, qua Flaccum posteà „ defendit. At enim negas (inquit) fratrem meum, qui L. Flacco successerit, pecuniam vl- „ lam in remiges imperasse. Equidem laude Quinti fratris mei delector. Et postea vbi de „ Hermippo: Deinde in Asiam rediit, cùm iam frater meus Flacco successisset. Ex epistolis autem ad Atticum, quas his Consulibus scripsit Cicero, facile colligimus ante Idus Febr. Asiam sortitum Q. Ciceronem, atque in prouinciam post Idus Martias eodem anno abiuisse, vehementerque ægre tulisse, quòd vxoris suæ frater T. Pomponius Atticus requisitus secum legatus ire in prouinciam noluisset.

Q. Tullius Cicero Marci frater, prætor in Asia.

M. Æmilius M. f. M. n. Scaurus. Leg. Proq. Cn. Pompeij Magni Procos. Suriam obtinuit cum duabus legionibus vsque ad Ægyptum & Eufratem fluuium. Bellum Arabibus intulit, & Aretham regem vastata prouincia ad deditionem compulit: Ioseph. Antiq. lib. XIV. cap. VIII. Appianus in Suriaca. Meminit & Zonaras, atque ipse Scaurus illius victoriæ atque deditionis argumentum in argenteo denario expressit, quem in eius curuli Ædilitate adducturi sumus.

// // // f. // n. // Sardiniam
// // // f. // n. // Hisp. citeriorem
// // // f. // n. // Galliam Cisalpinam
// // // f. // n. // Achaiam
// // // f. // n. // Ciliciam

Prætores. sortiti. obtinuerunt.

M. Calpurnius L. f. //. n. Bibulus. M. Atius //. f. //. n. Balbus.
M. Valerius C. f. //. n. Messalla. L. Lucceius Q. f. //. n * Hirrus *
L * Cæsellius * f. //. n. Bassus.

Q. Pompeius //. f. //. n. Rufus. Propr. Africam obtinuit, sicut ex Cæliana Ciceronis colligi posse superiùs diximus.

C. Pontinius A. f. / . nepos. Propr. Galliam Narbonensem siue Transalpinam obtinuit. Cum Allobrogibus acre bellum gessit per legatos; ipse, castris loco commodo communitis, expectabat occasiones ac rerum euentus. Intereà Manlius Lentinus legatus Ventiam vrbem obsedit, atque ad legatos de pace mittendos compulit: sed antequam deditio fieret, agrestium magno concursu vrbi subsidio venientium à muris repulsus, agros eorum impune vastauit, donec Cotugnatus eius gentis regulus cum accolis Isaræ fluminis magnoque exercitu suis auxilio veniret. Tum Manlius, hostes fluuium traiicientes ex siluis vicinis carptim aggressus, dum fugientes nonnullos longiùs insequitur, in ipsum Cotugnati iam alio loco transgressi exercitum incidit, vbi ad internecionem cum copiis cæsus fuisset, ni vehemens repentè oborta tempestas barbaros ab insequendo Romano auertisset. Posthæc Cotugnato in longinqua profecto, Manlius iterum incursionem in hostes fecit, vrbemque à qua repulsus anteà fuerat, vi cepit. Hæc fere referuntur à Dione libro XXXVII. his Consulibus; reliqua verò quæ sequuntur, anno sequenti potiùs contigisse arbitror; quamuis totum hoc bellum Gallicum à Dione continuetur vnico contextu historiæ, vt aliquando facere solet.

Manlius Lentinus Ventiam obsedit.

//. //. //. f. //. n. //. Cyrenem & Cretam
Propr. prorogato imperio obtinuit.

Quæstores.

//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	Ostiensis in Latio
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	Calesinus in Campania
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	Canusinus in Apulia
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	Pisanus in Etruria
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	Procos. in Illurico
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	Procos. in Bithynia
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	Eiusdem in Ponto

P. Clodius Pulcher Quæstor, qualis.

P. Clodius Ap. f. C. n. Pulcher. C. Virgilij Pr. in Sicilia * Syracusanus * Nobili quidem & multis imaginibus illustri familia natus, sed fœda natura, tetrisque moribus, atque seditiosorum omnium sui temporis antesignanus. Sed quid attinet hominem hîc pluribus describere? quando Tullius vbique in Orationibus eum suis depingat coloribus, quippe insigniter læsus, atq; in exilium ab eo pulsus. Quæ immortales inimicitiæ hinc natæ, quòd testimonium Cicero contra incestus reum dixerat, cum scilicet domi suæ fuisse, quo tempore se Interamnę fuisse ille probare volebat, vt Pędianus in Milonianam refert, & Cicero ad Atticum epist. prima libri secundi indicat, inter altercationes cum Clodio è Sicilia reuerso post Quæsturam habitas, cùm tribus horis Româ Interamnam cucurrisse eum, & nocte, & nemine occurrente ridens dicit. Qua falsa excusatione sola damnationem reus euaserat. Verba Ciceronis sunt hæc: Iam cùm se ille septimo „ die venisse à freto, neque sibi obuiàm quemquam prodire potuisse, & nocte se introiisse „ dixisset, in eoque se in concione iactasset: nihil ei noui dixi accidisse, ex Sicilia septimo „ die Romam, qui tribus horis Româ Interamnam; noctu introiisse, item antè; non esse „ itum obuiàm, ne tum quidem, cùm iri maxime debuit. Hoc est, cùm contra nefas reli- „ gionem & sacra Bonę deæ violaret. Inter Oratores autem hunc P. Clodium recenset Tacitus libro XI. sed maximè ad plebem conciendam seditionesque conflandas valuisse sequentia docebunt. Quæstorem verò Clodium hoc anno fuisse docet Pædianus in orationem pro Milone: Clodius (inquit) Quæstor designatus deprehensus cum veste mulie- „ bri cùm intrasset eò, vbi sacrificium pro populo Romano fiebat. Quod factum notatum „ erat à Senatu, decretumque, vt extra ordinem iudicium fieret. Cùm verò illud anno superiore contigerit, Quæstorem hoc anno fuisse, quo accusatus & absolutus fuit, consentaneum est. Id quod etiam ipse Cicero insinuat his verbis in oratione de Aruspicum responsis: Exorta est illa Reip. sacris, religionibus, auctoritati vestræ, iudiciis publicis funesta „ Quæstura, in qua idem iste deos hominesque pudorem, pudicitiam, Senatus auctorita- „ tem, ius, fas, leges, iudicia violauit. Et quæ deinde in eadem oratione sequuntur, omnia „ con-

Ciceronis cur hostis.

P. Clodius qualis Orator.

congruunt. Siciliam verò obtinuisse, colligimus ex epistola ad Atticum prima lib. II. vbi Clodium scribit in Sicilia sæpè dictitasse sibi Ædilitatem continuò post Præturam. Fuisse igitur Quæstorem Clodium in Sicilia, ex iam dictis est intelligere; sed an Syracusanus an Lilubetanus fuerit, necdum constat, id quod asteriscis adiunctis indicaui.

// . // . // . f. // . n. // . Eiusdem C. Virgilij Pr. in Sicilia Lilubetanus
// . // . // . f. // . n. // . Pr. in Sardinia Caralitanus
// . // . // . f. // . n. // . Eiusdem in Corsica Aleriensis
// . // . // . f. // . n. // . Pr. in Hisp. citeriore
// . // . // . f. // . n. // . C. Cæsaris Pr. in Hisp. vlteriore
// . // . // . f. // . n. // . Pr. in Gallia Cisalpina
// . // . // . f. // . n. // . Pr. in Achaia
// . // . // . f. // . n. // . Q. Ciceronis Pr. in Asia
// . // . // . f. // . n. // . Pr. in Cilicia
// . // . // . f. // . n. // . L. Philippi Pr. in Syria

L. Racilius // . f. // . nepos. * C * Cassius * L. f. L. n * Longinus.

* L * Caninius // . f. // . n * Gallus * Idem fortasse qui inter accusatores C. Antonij posteà fuit, & damnati filiam vxorem duxit, vt Valerius Max. testatur libro IIII. cap. II. Pater L. Galli Consulis anno DCCXVI. damnatus & ipse demum à M. Colonio. *L. Caninius Gallus.*

// . Antistius // . f. // . n. * Seuerus. P. Rutilius * P. f. P. n * Lupus.
* Sex. Nonius. Sex. f. // . n. * Suffenas. A. Manlius // . f. // . n. Torquatus.

* L * Procilius // . f. // . nepos. Vt in denariis argenteis cum Iouis capite & Iunonis Lanuuinæ signo per hunc fortasse cuso. Verùm Cicero ad Atticum lib. IV. epist. XV. item libro II. ad Q. Fratrem ep. V. prænomen non addit. & perperàm Porcilius vocatur. fallere namque non potest antiqua illa nummorum scriptura. *L. Procilius. Cicero correctus.*

M. Considius. M. f. // . n. Nouianus. C. Considius // . f. // . n. Longus.

// . Voconius // . f. // . nepos. M. Titurnius // . f. // . n. Rufus. Familiar. libro XIII. epist. XXXIIX.

L. Aurelius * C. f * // . nepos. Cic. ibidem ep. XXIX.

Q. Pompeius Sex. f. // . nepos. Ciceroni necessitudine veteri iunctus: Familiarium lib. XIII. epist. XLVIII.

L. Genucilius // . f. // . n. Curuus. Ibidem cap. LII.

M. Cluuius // . f. // . n. Rufus. Ibidem ep. LV. & ad Atticum libro VI. epist. II.

C. Munatius C. f. // . nepos. Idem Famil. lib. XIII. epist. LXX.

Proquæst.

P. Sestius L. f. // . n. C. Antonij Procos. in Macedonia. Vt manifestum est ex epistola Ciceronis hoc anno ad eumdem scripta, quæ extat Familiarium libro V. cuius tamen inscriptio, vt dixi, est corrigenda: nam in hac P. Sestius L. f. Procos. falsò titulo appellatur, qui Proquæstore C. Antonij erat in Macedonia, cùm scriberetur ista epistola. Petierat autem Sestius à Cicerone, efficeret in Senatu, ne sibi succederetur; cùm tamen priùs anni superioris exitu ad ipsum Ciceronem, Q. Fufium Tribunum plebis designatum, aliosque amicos aliter scripsisset. Effecit itaque Cicero, vt C. Antonio Procos. & P. Sestio Proquæstore in hunc annũ prouincia Macedonia prorogaretur, quamuis ille multos aduersarios in Senatu haberet, quemadmodum ex eadem epistola cognoscimus. Ceterùm quod ad P. Sestij prouinciam attinet, hæc ibidem respondet Cicero: Cùm » ad me Decius libertus tuus venisset, egissetque mecum, vt operam darem, ne tibi succe- » deretur; quamquam illum hominem frugi, & tibi amicum existimabam, tamen » quia memoria tenebam cuiusmodi ad me litteras anteà misisses, non satis credidi ho- » mini prudenti, tam valde esse mutatam voluntatem tuam; sed posteaquam & Cornelia » tua Terentiam conuenit, & ego cum Q. Cornelio locutus sum: adhibui diligentiam, » quotiescumque Senatus fuit, vt adessem: plurimumque in eo negotij habui, vt Q. Fu- » fium Trib. plebis & ceteros, ad quos tu scripseras, cogerem mihi potiùs credere, quàm » tuis litteris: omnino res tota in mensem Ian. reiecta est, sed facilè obtinebatur. *P. Sestius Proquæst. in Macedonia. Epist. Cic. titulus corrigendus lib. V. ad Famil.*

// . // . // . f. // . n. // . Q. Pompeij Propr. in Africa Vticensis
// . // . // . f. // . n. // . Eiusdem in Libya Adrumetanus

//. //. //. f. //. n. //. C. Pomtinij Propr. in Gallia Transalpina
M. Iuuentius //. f. //. n. Lateensis. //. //. f. //. n. //. Propr. in Cyrenaica
//. //. //. f. //. n. //. eiusdem in Creta

Cn. Pompeius Magnus.

Cn. Pompeius Cn. f. Sex. n. Magnus. III. PROCOS. A. DCXCII.
ex. Asia. Ponto. Creta. Cilicia. Paphlagonia. CAPPADOC.
Sfria. Ibereis. Iudaeis. Albaneis. Armenia. PIRATEIS.
&. regibus. Mithridate. &. Tigrane. III. &. prid. K. OCTOB.

Ante reditum Pompeij ex Asia anno superiore varij rumores vrbem compleuere, seditiones eius ob caussam excitatae, metusque ingens ferè omnium fuit, non sine exercitu rediturum ad vrbem, arbitrioque suo libertati publicae positurum modum, oblatamque à parte plebis factioso Tribuno Q. Metello duce Dictatoriam potestatem vltrò tandem arrepturum. Sed haec tam anxia expectatio fauorabilem eius reditum fecit, fuitque eò gratior ciuilis tanti imperatoris aduentus, quòd praeter omnem expectationem, Brundusium quam primùm appulisset, exercitum dimiserit, militibus ad triumphum die statuto redire iussis, atque ex tot bellis vnico triumpho contentus fuerit, & cognomine Magni iam antea parto. Ipsum verò cum priuato comitatu aduenientem vrbs tota obuiam effusa excepit, primum plebs atque iuuenes, inde Senatus admiratione ingenti rerum ab eo gestarum attonitus. Appulisse porrò ad vrbem initio huius anni sub Kal. Februarias, & concionem habuisse scribit Cicero ad Atticum libro I. Epistola XIII. Triumphauit autem splendidissime per biduum, tertio & pridie (qui dies erat sui natalis) Kalendas Octobris; vt videatur eam praecipue ob caussam tam diu distulisse triumphum suum. Neque bidui satisfecit tempus, nam apparatuum ingens vis praetermissa, quae alteri etiam triumpho sat fuisset. Ex praenotatis titulis cognoscere licuit, ex quibus gentibus triumphum duxerit. Verba autem praefationis in triumpho dictae haec sunt, posuit enim ea Plinius libro VII. cap. XXVI.

Eiusdem Pompey triumphus.

CVM. ORAM. MARITVMAM. A. PRAEDONIBVS. LIBERASSET.
ET. IMPERIVM. MARIS. POPVLO. ROM. RESTITVISSET
EX. ASIA. PONTO. ARMENIA. PAPHLAGONIA. CAPPADOCIA
CILICIA. SVRIA. SCHVTEIS. IVDAIEIS. ALBANEIS. IBEREIS.
INSVLA. CRETA. BASTERNEIS. ET. SVPER. HAEC. DE.
REGIBVS. MITHRIDATE. ATQVE. TIGRANE. TRIVMPHAVIT.

Igitur in Senatu de rebus suis differentem dixisse refert idem Plinius, se Asiam, quam vltimam prouinciam acceperat, patriae mediam reddidisse. Cumque de singulis regionibus multa trophaea inueheret, vnum magnum sumptu ingenti apparatum, cum titulo terrarum orbis intulit. Ad quem titulum alludit Cicero, Pompeium laudans in oratione pro Sestio: Qui omnibus bellis (inquit) terra marique compressis, imperium populi „ Rom. orbis terrarum terminis definisset. Primo die curribus translata sunt arma & infi- „ nita spolia, naues septingentae in portum ductae, captiuique omnes traducti, variarum nationum ab eo domitarum patrio more succincti. Atque in primis post piratarum principes filius Tigranis Armenij, eiusque coniunx, vxor item filiaque ipsius regis Tigrani, soror regis Mithridatis cum quinque filiis Artasane, Cyro, Oxatre, Dario, Xerxe, & duabus filiabus Orsabari & Eupatora. Ducebantur inde rex Iudaeorum Aristobulus, Scytharum regis vxores nonnullae, aliaeque mulieres nobiles quàm plurimae: item Ciliciae tyranni, & Albanorum, Iberorum, Comagenorum obsides numero CCCXIV. & inter hos tres duces Iberorum, duo Albanorum, & Menander Laodicensis, Praefectus equitum Mithridatis regis. Aliorum verò omnium, qui vel fuga vel morte seruitutem euaserant, imagines repraesentatae inscriptis omnium nominibus. Sic & ciuitatum picturae, quae tributariae factae erant; locorumque in quibus praelia commissa. Postridie vero aurum, argentum, reliquaque omnia pretiosiora sunt translata. Quarum rerum nonnullas enumerat Plinius ex ipsis triumphi huius actis. Eius autem verba haec fere sunt, lib. XXXVII. cap. II. natur. Histor. Ergo tertio triumpho, quem de piratis, Asia, Ponto, gentibus & Regibus in septi- „ mo huius operis volumine indicatis M. Pisone, M. Messalla Coss. pridie Kal. Octob. die „ natalis sui egit, transtulit alueum cum tesseris lusorium e gemmis duabus, latum pedes „ tres, longum pedes quatuor. Et ne quis de ea re dubitet, nulla gemmarum magnitudine „ hodie prope ad hanc amplitudinem accedit. In eo fuit luna aurea pondo triginta. Trans- „ tulit item lectos tricliniares tres, vasaque ex auro & gemmis abacorum nouem, Dactylothecam ex gemmis pluribus regis Mithridatis, quam inter dona in Capitolio dicauit,

veluti

veluti & pocula murrhina sex, priùs in vrbe non visa ex illa materia. Transtulit item signa aurea tria, Mineruæ, Martis, & Apollinis; coronas ex margaritis triginta tres, imaginem suam propriam ex margaritis. Montem aureum quadratum cum ceruis, & leonibus, & pomis omnis generis, circumdata vite aurea. Acceperat hortum vel vitem auream munere quadringentorum talentûm ab Aristobulo Iudæorum rege, quam Iosephus se Romæ vidisse asserit in Capitolio dedicatam à Pompeio; hortum aureum fuisse, & Terpnon Græcè nominatum, ex Strabone Cappadoce scribit Iosephus lib. XIV. c. IV. Musæum ex margaritis, in cuius fastigio horologium erat. His addemus ex Appiani Mithridatica mensam auream Darij Hystaspis regis, Ptolomæi Eupatoris sedentis in sella signum aureum cubitorum octo. Argenti vero puri talenta septemdecim milia quinquaginta transtulit. Raras arbores, balsamum vni terrarum Iudææ concessam, atque ebenum, auctore Plinio, Pompeius in hoc triumpho Romæ primus ostendit. Hanc in Indiæ solummodò parte nasci testatus est Virgilius, sed Herodotus eam Æthiopiæ maluit esse. Tanti tunc erat pretij, vt in tributis apud Persas tertia res fuerit ebenus, auro eborique pensitata & comparata: Regumque sceptra, deorumque imagines tamquam ex materia pretiosissima ex ebeno fieri soleant. Ipse Pompeius curru quadriiugo vectus vrbem intrauit; quem quidam volunt vestitum chlamyde Alexandri Magni reperta in thesauro Mithridatis. Currum legati, Tribuni ac milites secuti sunt, triumphum more solito canentes. Neminem autem Romanorum, scribit Velleius, excepto L. Paullo, maiorem pecuniam intulisse ærario, auri videlicet & argenti signati, vt Plutarchus prodit, viginti milia talentûm. Et cùm Romanæ vrbis tributa vniuersa ante id bellum quindecies centena milia æstimarentur: cum his quæ ipse populo Rom. adiecit, octuagies & quinquies decies centena milia facta sunt. Legatis autem & Quæstoribus, qui oras maritumas defendissent, sestertiûm bina milia dedisse scribit Plinius, commilitibus singulis quinquaginta, vel, vt Appianus supputat, mille quingentas drachmas. Idem Plutarchus, neminem ex militibus minus quàm mille & quingentos æreos retulisse testatur. Summam donatiui tradit idem Appianus fuisse sedecim milia talenta Attica. Post triumphum verò captiuos fere omnes solutos in patriam redire iussit, exceptis Regibus; è quibus Aristobulus mox interemptus est, nec diu pòst etiam Tigranes Armenij regis filius, de quo vide quæ Pædianus scribit in Miloniana. Porrò maximum & splendidissimum Pompeio fuit, quod nemini obtigit, nempe ex tribus orbis partibus tres triumphos ducere, primum ex Africa, secundum ex Europa, tertium ex Asia; adeò vt visus sit ex vniuerso orbis ambitu triumphasse. Atque hæc tria illa trophæa signare videbantur, quæ annulo eum insculpta gestasse refert Dio libro XLII. Extollit felicitatem illam Pompeij quoque varijs modis Cicero, vt in oratione pro Balbo: Qui tot habet triumphos (inquit) quot oræ sunt, partesque terrarum. Et posteà: Cuius tres triumphi testes essent, totum orbem terrarum nostro imperio teneri. Rursus pro Sextio sic: Cum vir is qui tripartitas orbis terrarum oras atq; regiones tribus triumphis adiunctas huic imperio notauit. Et contra Pisonem: Qui omnes omnium gentium partes tribus triumphis deuinxerat. De his item tribus Pompeij triumphis, bellique piratici victoria loqui videtur Albinus poëta antiquus rerum Romanarum lib. primo his versibus quos apud Gyraldum legimus:

Ille, cui ternis Capitolia celsa triumphis
Sponte deûm patuere, cui freta nulla repostos
Abscondère sinus, non tuta mœnibus vrbes.

Ebenus ex India.

Ob hanc itaq; victoriam delubrum Mineruæ ex manubiis dicauit, cui rerum in Oriente gestarum inscripsit breuiarium hoc modo. Recitat enim ipsa verba Plinius lib. VII. c. XXVI.

CN. POMPEIVS. CN. F. MAGNVS. IMPERATOR
BELLO. XXX. ANNORVM. CONFECTO. FVSIS.
FVGATIS. OCCISIS. IN. DEDITIONEM. ACCEPTIS.
HOMINVM. VICIES. SEMEL. CENTENIS. LXXXIII ∞.
DEPRESSIS. AVT. CAPTIS. NAVIBVS. DCCCXLVI.
OPPIDIS. CASTELLIS. ∞. D. XXXVIII. IN. FIDEM
RECEPTIS. TERRIS. A. MAEOTI. LACV. AD.
RVBRVM. MARE. SVBACTIS.
VOTVM. MERITO. MINERVAE.

Hæc ex Liuij CIII. Appiani Mithridatica, Plutarchi Pompeio, Dione libro XXXVII. Velleio libro II. Zonara, Xiphilino, Solino cap. LV. Eutropio lib. VI. cap. IV. Val. Maximo lib. IIX. cap. XVI. & Plinio lib. VII. cap. XXVI. lib. XII. cap. IV. lib. XXXVII. cap. I. & II.

ANNI

ANNI P. R. C. DCXCIII.

Consules.

L. Afranius A. f. n. nepos. Q. Cæcilius Q. f. n. n. Metellus. Celer.

CASSIODORVS, L. Florus, & Cicero epistolarum ad Atticum libro primo Consules nominant Q. Metellum, L. Afranium: Tabulæ Græcæ Afranium & Metellum produnt: Marianus Q. Cæcilium Metellum Celerem, L. Afranium: sed apud Dionem reperiuntur L. Afranius L. f. Q. Cæcilius Q. f. Metellus Celer. Vtrumque verò Pompeij largitione & opera ad Consulatum peruenisse refert idem, cùm legati eius in Asia fuissent, vt haberet scilicet Pompeius sibi obuinctos Consules, atque promptos ad acta sua Asiatica comprobanda. Astipulaturque Dioni Cicero ad Atticum scribens ante comitia superioris anni, quibus hi creati fuerunt; nisi quòd Auli filium vocat in tribus epistolis, vt hinc suspicer mendum esse in Dione, si non ille ita per contemptum obscuro & spurio prænomine isto vsus est. verba eius hæc sunt: Nunc est expectatio (inquit) comitiorum, in quæ omnibus inuitis trudit Magnus noster Auli filium, atq; in eo neque auctoritate, neque gratia pugnat, sed quibus Philippus omnia castella expugnari posse dicebat, in quæ modò asellus onustus auro posset ascendere. Plutarchus in vita Pompeij & Catonis nullis ambagibus rem explicat, palam vulgo fuisse, Afranij Consulatum argento coëmptum esse, quod Pompeius in hortis suis ad inclinanda suffragia per centurias distribuendum dederat. Quo quidem facto Pompeius M. Catonem atque optimos quosque è Senatu, qui statum reip. saluum cupiebant, vehementer à se alienauit, maximè quod duo S. C. de ambitu compescendo iam essent facta, Catone & L. Domitio postulante, vnum, vt apud magistratus inquiri liceret: alterum, cuius domi diuisores habitarent aduersus remp. Quod Cicero ad Atticum scribit epistola paullò ante memorata. Habuit itaque quos voluit Consules Pompeius, non tamen ex voto atq; expectatione sibi commodos & propitios: nam Afranius ignauus, tripudiis potiùs quàm rebus agendis aptior erat, Dione teste, vnde etiam Cicero histrionis deterioris similem dicit. Metellus autem Pompeio clanculùm iratus propter repudium sororis suæ Muciæ.

Ciceronis ad Atticum locus examinatus.

Duplex de ambitu S. C.

Statutum de Consularibus Prouincijs.

De prouincijs Consularibus statutum in Senatu maturè propter metum belli Gallici; de qua re Cicero ad Atticum libro primo Epistola pænultima hoc anno scripta Idibus Martiis. Atqui in rep. nunc (inquit) quidem maximè Gallici belli versatur metus. Nam Edui fratres nostri pugnant, Sequani malè pugnarunt, & Heluetij sine dubio sunt in armis, excursionesque in prouinciam faciunt. Senatus decreuit, vt Consules duas Gallias sortirentur, delectus haberetur, vacationes ne valerent, legati cum auctoritate mitterentur, qui adirent Galliæ ciuitates, darentque operam, ne eæ se cum Heluetiis iungerent. Legati sunt Q. Metellus Creticus, & L. Flaccus, & Lentulus Clodiani filius. Hæc ibi Cicero, & Cæsar Commentariorum belli Gallici primo hæc initia motus Heluetiorum pulchre describit. Consules autem sortiti sunt prouincias: Metello Gallia Transalpina, Afranio Cisalpina obuenit. Deferbuit tamen deinde rumor ille belli Gallici, ideoque Consules non hoc anno, sed peracto primùm magistratu videntur abiuisse in prouincias. De Metello enim sic in vltima epistola primi libri ad Atticum Cicero ante Kal. Iunias scripsit: Metellus tuus est egregius Consul, vnum reprehendo, quòd otium è Gallia non magnopere nuntiari gaudet. Cupit, credo, triumphare, hoc vellem mediocriùs, cetera egregia. Auli filius verò ita se gerit, vt eius Consulatus non Consulatus sit, sed Magni nostri ὑπώπιον. Verum hæc e sequentibus apertius constabunt, atque etiam vehementer vbique in aliis epistolis eo anno datis euehit Metellum Cicero, conculcatque fœdè collegam Afranium, velut labem ac pestem reipublicæ. Magni in vrbe motus atque discordiæ fuerunt: nam Q. Metellus Consul, cum L. Lucullo, Q. Catulo, qui non diu post, teste Cicerone ad Atticum, & Dione, mortuus est, & M. Catone alijsque e Senatu, Cn. Pompeij conatibus obstitit, qui militibus suis agros diuidi, acta omnia sua confirmari postulabat. Quæ cum post multas conflictationes neutiquam impetraret, ab optimatibus alienatus, C. Cæsare adnitente, qui tum reuersus e prouincia subactis Lusitanis triumphum & Consulatum petebat, cum M. Crasso post longas dissensiones rediit in gratiam. Cæsar ipse tertius ad amicitiæ fœdus accessit, cuius filiam Iuliam Pompeius paullò pòst in vxorem duxit. Igitur inter hos tres ciuitatis principes coitio quædam clancularia facta est his Consulibus, & iureiurando etiam firmata; ne quid ageretur ab ipsis in republica quod displi-

Iulia Pompeij coniux

displicuisset vlli è tribus, sed se inuicem in omnibus iuuarent & prouehcrent. Cùm igitur quilibet magnam ciuitatis partem clientela amicitiáue sibi obnoxiam secum traheret, inuicta quædam ex his tribus capitibus in vnum conflatis atque inexpugnabilis potentiæ magnitudo constituta est, quæ Senatus optimatumque vires fregit & comminuit, libertatisque publicę fundamenta conuulsit. Quam conspirationem M. Varro philosophus & historicus vno libro complexus, non inepte Tricipitinam appellauit. Sed quod ad rem pertinet, Imperij totius atque Reip. summa penes hos tres principes, durante concordia, permansit aliquamdiu, donec sublato Crasso, ortaque inter reliquos duos discordia, bellum ciuile denuò exortum est, & rerum omnium summa, deuicto Pompeio ad vnum Cæsarem deuenit, vti latiùs ex Plutarcho, Appiano, Dione, Suetonio, aliisque cognosces. Itaque ab horum Consulatu belli ciuilis historiam scribere exorsus est Asinius Pollio, quod Horatij commentatores Acron & Porphyrio testantur in Oden primam libri secundi Carminum, vbi poëta sic canit:

M. Varro Tricipitinam scripsit.

Crassus, Pompeius, & Cæsar, velut III. viri.

Motum ex Metello Consule ciuicum,
Belliq; caussas, & vitia, & modos,
Ludumq; fortunæ, grauesq;
Principum amicitias, & arma
Nondum expiatis vncta cruoribus,
Periculosæ plenum opus aleæ
Tractas, & incedis per ignes
Suppositos cineri doloso.

Faustus Sulla L. Sullæ Dictatoris filius ex testamento patris magnifico sumptu ludos Gladiatorios fecit, populumque lauto conuiuio excepit, eidem balnea & oleum publicè exhibuit: Dio libro XXXVII. Meminit Cicero in oratione pro Sulla.

Gladiatorij ludi à Sulla facti.

Prætores.

P. Cornelius P. f. //. n. Lentulus. Spinther. Vrbanam. iurisdictionem. sortitus. obtinuit. Quod Plinius ostendit, dicens Lentulum Spinthera primùm Carbasina vela ludis Apollinaribus in theatro duxisse, libro XIX. cap. primo. Constat autem, bello Punico secundo ex Marcij vatis carminibus institutum esse, vt ludos Apollinares Prætor vrbanus semper faceret. Cuius vatis carmina præter Liuium citat Macrobius Saturnalium libro primo. Hunc etiam Spinthera memorat lib. XXXVI. cap. VII. idem Plinius ex Cornelio Nepote primùm amphoras ex onyche, Chiorum magnitudine cadorum ostendisse. Sed dubium an hisce ludis, an Ædilitiis, de quibus anteà diximus.

Apollinares ludi.

//. //. //. f. //. n. //. Peregrinam iurisdictionem sortitus obtinuit.
//. //. //. f. //. n. //. de maiestate
//. //. //. f. //. n. //. de ambitu
//. //. //. f. //. n. //. de peculatu
//. //. //. f. //. n. //. de repetundis
//. //. //. f. //. n. //. de falso
//. //. //. f. //. n. //. inter sicarios

Quæstiones. sortiti. obtinuêre.

Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. nepos. Legem de portoriis in vrbe & Italia abolendis tulit. Lex bonis gratior fuit quàm ipse legislator, cui Prætori ob seditiosè gestos priores magistratus infestus erat Senatus, parumque abfuit, quin nomen eius, alio inscripto, legi detraheretur. Hoc tamen omnino declaratum, ne beneficia quidem à prauis auctoribus prouenientia bonis esse grata. Hæc ferè Dio in historia huius anni, libro XXXVII. Quò spectare etiam intelliges verba Ciceronis ad Atticum de Cæsaris Agraria lege differentis libro secundo epistola XVI. anno sequenti scripta; vbi inter alia hæc „ dicit: Quia portoriis Italiæ sublatis, agro Campano diuiso, quod vectigal superest dome„ sticum præter vigesimam?

Lex Cæcilia de portoriis.

L. Scribonius * L. f. L. n * Libo. L. Roscius //. f. //. n. Otho.
L. Marcius L. f. Q. n. Philippus. M. Æmilius M. f. M. n. Lepidus.
C. Tremellius * Cn. f. L. n * Scrofa. L. Iulius * C. f. L. n. Cæsar.

Accusatus peregrinitatis A. Licinius Archias poëta, quem defendit Cicero oratione quæ adhuc extat, eò quòd de eius Consulatu carmen tunc scribebat, sicut ex ipsa oratione intelligimus, & ad Atticum ep. XIV. libri primi.

Archias poëta peregrinitatis accusatus.

Damna-

Damnatus maiestatis C. Antonius ex Macedonia à Caninio Gallo, vt ait Valerius Max. lib. IV. cap. II. Cic. pro Flacco fine. Vide Strabonem lib. X. de Cephalenia quod exul ibidem manserit, vrbem condiderit.

Ædiles curules.

C. Clodius Ap. f. C. n. Pulcher. L. Postumius * L. f * . n. Albinus.

Ædiles plebis.

.. .. .. f. .. . n. .. .. f. .. n. ..

M. Terentius . f. .. n. Varro. C. Licinius L. f. P. n. Murena. De quorum Ædilitate Plinius hæc memorat libro XXXV. cap. XIV. Lacedæmone quidem excisum „ lateritiis parietibus opus tectorium, propter excellentiam picturæ ligneis formis inclu- „ sum, Romam deportauere in Ædilitate ad comitium exornandum Murena & Varro. „ Quod opus cùm per se mirum esset, translatum tamen magis mirabantur. Nil aliud de „ horum Ædilitate reperio, quam ante hunc annum gerere non potuerunt, cum ambo legati Proquæstorib. abfuerint ab vrbe; M. Varro in Asia Cn. Pompeij Magni, C. Murena fratris L. Murenæ, in Gallia, vt anteà docuimus.

Tribuni plebis.

Agraria lex L. Flauij Tr. pl. pro Pompeianis militibus.

L. Flauius . f. .. nepos. Legem agrariam promulgauit, de agro militibus Pompeianus diuidundo. In qua plura capita in primis videbantur iniqua, & Senatus auctoritati contraria, quia & res iudicatas rescindebant, & ad priuatorum incommodum pertinebant. hæc videlicet:

Vti is ager, qui P. Mucio, L. Calpurnino Consulibus publicus fuisset, quemque Senatus post eos Consules vendiderat, restituto emptoribus pretio, diuideretur.

Vtique Volaterranorum Artemitanorumque agri, quos L. Sulla Dictator publicarat, nec vendiderat, diuiderentur.

Vtique ex vectigalibus nuper bello quæsitis per quinquennium pecunia ad agros emundos, plebique diuidundos reciperetur.

Vtique ciuibus omnibus suffragium esset. Id quod adiecit ad gratiam legi conciliandam, quo citiùs à plebe acciperetur. Hanc itaque oppugnarunt totis viribus L. Lucullus, M. Cato, & omnis denique Senatus, huicq; toti rationi agrariæ aduersabantur, antesignano in primis Q. Metello Consule. Resque eò peruenit contentionis, vti Consul à Tribuno plebis in carcerem duceretur. Cumque Senatus optimatumque ordo omnis Metellum comitaretur, ad carceremque conueniret; Flauius, sella Tribunitia ad ianuam posita, neminem ingredi passus est, iussitq; Senatum, si vellet, per murum introire. Interea Pompeius, quando neque minis neque terroribus lex obtineri posset, pudore victus, Tribunum discedere, rogationiq; supersedere iussit. Vide Dionem libro XXXVII. & ea quæ pulchrè Cicero ad Atticum libro primo in epistolis hoc anno scriptis.

Q. Metellus Cos. à Trib. pl. in carcerē ductus.

P. Clodius à patricijs ad populum traductus.

C. Herennius Sex. f. .. nepos. De P. Clodio à patriciis ad plebem traducendo, vt Tribunus plebis fieri posset, egit; legemq; promulgauit, Vt vniuersus populus in Campo Martio suffragium de Clodiana traductione ferret. Sed obstitit Metellus Consul, contra morem maiorum illud esse clamitans, cuius operà lex per intercessionem sublata est, vt à Dione libro iam dicto latius refertur. De eodem negotio Cicero etiam ad Atticum libro primo, in epistolis quas eodem quo hæc agebantur tempore scripsit, mense Ianuario. Est autem (inquit) C. Herennius quidam Tribunus plebis, quem tu fortasse ne „ nosti quidem; tametsi poteris nosse, tribulis enim tuus est, & Sextus pater eius nummos „ vobis diuidere solebat. Is ad plebem P. Clodium traducit, idemque fert, Vt vniuersus „ populus in Campo Martio suffragium de re Clodij ferat. Hunc ego accepi in Senatu, „ vt soleo. Et in sequenti epistola Idibus Martiis postmodum data, de eadem re sic iterùm: „ Hæc sunt (inquit) in repub. nisi illud etiam ad remp. putes pertinere, Herennium quem- „ dam Tribunum plebis tribulem tuum, sane hominem nequam, atque egentem, sæpe iam „ de P. Clodio ad plebem traducendo agere cœpisse. Huic frequenter inte[rce]ditur. Cete- „ rùm anno insequenti, vt Ciceroni periculum crearet, Cæsar Consul factus Clodium auctoritate sua traduxit ad plebem, qui adoptione sua à populo comprobata plebeius factus, mox etiam Tribunatum plebis petit & obtinuit. Vide quæ Cicero ad Atticum libro secundo epistola septima, & intelliges, lege curiata, non centuriata, vt volebat Herennius, ad plebem traductum fuisse Clodium, Cæsare Consule legislatore, & Cn. Pompeij Auguris,

guris, & Pontificis M. Crassi auspiciis; in quorum trium potestate tum erat quiduis agere & decernere.

P. Plautius //. f. //. n. Hypsæus. L. Pomponius //. f. //. n. Molo.
Cn. Calpurnius * C. f. C. n * Piso. M. Minatius. //. f. //. n. Sabinus.

Ex his Plautius Quæstor, reliqui tres Legati Proquæstore Cn. Magni in Asia; quocircà verisimile est, non ante hunc annum alios magistratus ipsos gessisse.

M. Lollius * M. f * //. n. Palicanus. Collega Catonis in Quæstura fuerat. Hoc anno autem fuisse Tribunum plebis, ex epistola Ciceronis ad Atticum libri primi XVI. XI. Kal. Feb. his Coss. scripta videmur colligere; cùm dicat de Afranio Consule: Auli » autem filius, ô dij immortales, quàm ignauus ac sine animo, miliesque dignus, qui Pali» cano, sicut facit, os ad male audiendum quotidie præbeat. Atqui constat priuatis, non tutum fuisse, Consulibus magistratibúsve maledicere; sed Tribunis plebis, ob sacram potestatem, tutissimum ac quotidianum hoc erat; quibus etiam ludus videbatur, Consules aduersantes sibi in carcerem trudere. *Consuli maledicere nefas.*

Q. Minucius //. f. //. n. Rufus. Classi præfectus ad Oricum bello ciuili pro Pompeio: Cæsar lib. 2.

M. Seruilius //. f. //. n * Geminus * Q. Metellus Celer orationem scripsit in M. Seruilium, quòd fortasse in hac Tribunorum contra Consules dissensione contigit. Eius verò meminit Cicero ad Atticum posteà scribens è prouincia, petensque vt illa sibi mitteretur, libro VI. epist. III. *Q. Metelli Celeris Oratio in M. Seruilium.*

T. Postumius //. f. //. nepos. * M * Liuius * M. f. M. n * Drusus. Quem anno sequenti legationem obtinuisse, docet Cicero ad Atticum epistola VII. scribens Pisaurensem legationem nebuloni Vatinio, qui tum Tribunus plebis erat, reseruari; opimam ad exigendas pecunias Druso decretam, P. Clodio ad Tigranem, quam tamen ille Tribunatum appetens recusauit.

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

C. Trebonius C. f. //. n. Asper. Qui ita vocatur in denario cum Iouis effigie & ariete, in Fastis Goltzianis. Atque hic legi Herenniæ de traducendo ad plebem Clodio aduersatus videtur: nam ita ad eumdem Trebonum epistola vltima Familiarium li» bro XV. Quæstor in mea atque publica caussa Consulum partes suscepisti, cùm » Tribuno plebis Quæstor non paruisti, cui tuus præsertim collega pareret. Hæc quidem in ista contentione adoptionis Clodianæ videntur contigisse: nam hic annus Quæsturæ C. Trebonij est, quem ex his verbis vrbanum Quæstorem fuisse colligimus.

Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Creticus. Cuius denarij reperiuntur cum Ioue triumphante, ob patris fortasse recentem triumphum Creticum, quia Iupiter ex Creta.

Prouinciæ

//. //. //. f. //. n. //. * Illuricum *
//. //. //. f. //. n. //. * Bithyniam & Pontum *
Procoss. sortiti. obtinuêre.

M. Pupius M. f. //. n. Piso. Calpurnianus. M. Valerius M. f. M. n. Messalla. Niger.

C. Octauius C. f. C. n. Rufus. Pr. Macedoniam sortitus obtinuit, C. Antonio Procos. succedens. In prouinciam proficiscens, fugitiuos, residuam Spartaci & Catilinæ manum Thurinum agrum tenentes in itinere deleuit. Prouinciæ præfuit per biennium non minore fortitudine quàm iustitia, vt Suetonius in Augusto tradit. Scripsit ad eum mense Iunio his Consulibus Cicero, & Attici sui negotia commendauit. Nam ita lib. se» cundi ad Atticum epistola prima: Ad Octauium dedi litteras, cum ipso nihil eram lo» cutus; neque enim ista tua negotia prouincialia esse putabam, neque te in tocullioni» bus habebam. Sed scripsi, vt debui, diligenter. *C. Octauius Rufus.*

//. //. //. f. //. n. //. Sardiniam
//. //. //. f. //. n. //. Hisp. vlteriorem
//. //. //. f. //. n. //. Galliam Cisalpinam
//. //. //. f. //. n. //. Africam

// . // . // . f. // . n. // . Achaiam
// . // . // . f. // . n. // . Ciliciam
// . // . // . f. // . // . // . Cyrenen & Cretam

Prætores. sortiti. obtinuerunt.

L. Calpurnius L. f. L. n. Piso Cæsoninus. Cn. Postumius // . f. // . nepos.
C. Toranius // . f. // . n * Niger * A. Gabinius A. f. // . nepos.
L. Tremellius * Cn. f. L. n * Scrofa. Ti. Claudius // . f. // . n. Nero.

C. Virgilius // . f. // . nepos. Propr. Siciliam. obtinuit.

Q. Tullius M. f. M. n. Cicero. Propr. Asiam. obtinuit. vt in proximo Annali latiùs ex Cicerone probabo.

Allobroges rebellant.

C. Pontinius A. f. // . nepos. Propr. Galliam. Narbonensem. siue. Transalpinam. obtinuit. Allobroges Cotugnato duce rebellantes ad Solonium domuit, vt in Epitome Liuiana libri CIII. Sed rem latiùs enarrat Dio, XXXVII. libro: Pontinij Prætoris legati, inquit, L. Marius & Ser. Gelba, transmisso Rhodano, Allobrogum ditione vastata, ad oppidum tandem Solonium peruenerunt; vbi dum castellum quoddam expugnant, hostes obsistentes etiam prælio fuderunt, simulque ipsius oppidi, qua ex ligno ædificatum erat, partem incenderunt; ne autem omnino caperent, aduentus Cotugnati impedimento fuit. Qua re cognita Pontinius toto cum exercitu in hostem versus Cotugnatum obsedit, omnibusque fere inimicis, excepto duce, in potestatem redactis, reliquam prouinciam facile confecit.

M. Æmilius M. f. M. n. Scaurus. Legatus Proq. Cn. Magni Procos. Suriam cum duabus legionibus obtinuit, quam M. Piso frustrà ambiuerat. De qua re Cicero ad Atticum lib. primo, ep. XV. sic: Pisonem Cos. Nulla in re consistere vmquam sum passus, desponsam homini iam Suriam ademi, Senatum ad pristinam suam seueritatem reuocaui. Itaque Scaurus Cicerone satagente in prouincia remansit, Arethamque regem hoc anno ad deditionem compulit, vti superiore libro diximus. Anno autem sequenti, successore accepto, Romam reuersus Ædilitatem petiit & obtinuit.

// . // . // . f. // . n. // . Hisp. citeriorem. Propr. obtinuit.

Quæstores.

// . // . // . f. // . n. // . Ostiensis in Latio
// . // . // . f. // . n. // . Calesinus in Campania
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Procos. in Illurico
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Procos. in Bithunia
// . // . // . f. // . n. // . Eiusdem in Ponto
// . // . // . f. // . n. // . C. Virgilij Propr. in Sicilia. Suracusanus
// . // . // . f. // . n. // . Eiusdem Lilybetanus. Mutatos autem hoc anno, Prætore licet remanente, in Sicilia Quæstores fuisse, hinc colligere est, quòd constet Clodium, vt suprà ex Cicerone diximus, subitò Romam reuersum Ianuario mense de sua traductione ad plebem per C. Herennium Tribunum agere cœpisse.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Sardin. Caralitanus
// . // . // . f. // . n. // . Eiusdem in Corsica Aleriensis
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Hisp. vlteriore.
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Gallia Cisalpina
// . // . // . f. // . // . // . // . // . Pr. in Africa Vticensis
// . // . // . f. // . n. // . Eiusdem in Libya Adrumetanus

L. Æmilius M. f * M. n * Paulus C. Octauij Pr. in Macedonia. Qui Catilinam Cicerone Consule lege Plautia interrogauerat, vt ex Sallustio diximus. Et quia hostis erat improborum ciuium, anno sequenti absens falsò accusatus est, vt tum dicemus.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Achaia.
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Cilicia.
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Cyrenaica.
// . // . // . f. // . n. // . Eiusdem in Creta.

L. Fabricius Viarum curator.

L. Fabricius C. f. // . nepos. hoc tempore accessisse ad magistratus videtur: nam

ante

ante biennium curator viarum in vrbe fuerat, Silano & Murena Coss. insulamque Tiberinam Campo Martio coniunxit ponte lapideo, vt à Dione refertur, qui ab ipso Fabricius est appellatus, & solida elegantique structura etiamnunc extat cum titulo tali:

L. FABRICIVS. C. F. CVR. VIAR.

FACIVNDVM. COERAVIT. IDEMQVE. PROBAVIT.

C. Atteius //. f. //. n. Capito. Pater Iurisconsulti, de quo posteà.

P. Aquilius //. f. //. n. Gallus. * L * Sempronius //. f. //. n. Atratinus.

L. Munatius L. f. L. n. Plancus. C. Coponius //. f. //. nepos.

L. Fabius //. f. //. nepos. //. Fauonius //. f. //. nepos.

Cn. Octauius Cn. f. M. nepos. Cic. Famil. lib VII. ep. IX. & XVI.

T. Pinnius //. f. //. nepos. Idem lib. XIII. ep. LXI.

C. Æmilius //. f //. n. Flaccus Auianus. Ibid. epist. LXXIV.

M. Vettius //. f. //. n. Bolanus. Vir bonus & fortis, & omnibus rebus ornatus, Ciceronis vetus amicus, vt Familiarium lib. XIII. ep. LXXVI.

L. Taruntius //. f. //. n * Spurina * Firmanus. Mathematicorum nobilissimus, teste Solino: M. Varroni amicus & familiaris, vt Plutarchus memorat in Romulo; quo petente, Romuli atq; vrbis Romæ horoscopum quæsiuit, & inuenit. Fortè hic idem Spurina Mathematicus, Senator, qui C. Cæsari Idus Martias fatales prædixit. *L. Taruntius Spurina, Mathematicus insignis: is Cæsari Idus Martias prædixit.*

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Hisp. citeriore

//. //. //. f. //. n. //. C. Pontinij Propr. in Gallia Narbon.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Ciceronis Propr. in Asia.

ANNI P. R. C. DCXCIV.

Consules.

C. IVLIVS. C. F. C. N. Cæsar. M. Calpurnius L. f. //. n. Bibulus.

TABVLÆ Græcæ C. Cæsarem & Bibulum Consules eius anni produnt: Cassiodorus C. Cæsarem, M. Bibulum, quemadmodum & Plutarchus, Cicero, Suetonius, aliique: sic item Appianus, Eutropius libro V. Orosius libro VI. cap. VII. licet in his perperam L. Bibulus appelletur. In Dionis autem indice libri XXXVIII. C. Iulius C. f. Cæsar, M. Calpurnius habentur. Cæsarem & Bibulum nominant quoque Cicero in epistolis ad Lentulum, & in Pisonem, Suetonius, & alij, breuitatis nempe caussa; erant enim celebres, & omnibus noti Consules.

Cæsar anno superiore è prouincia iam editis comitiis reuersus, facta cum Pompeio & Crasso, vt dictum, coniuratione, cum triumphum simul & Consulatum petere vellet, nec eius ratio, nisi priuatus introiisset vrbem, & in Campum ipse prodiisset, multis aduersantibus ne lege solueretur, haberi posset, omisso triumpho Consulatum petit, & è duobus competitoribus L. Lucceium sibi adiunxit; pactus, vt is, quoniam inferior gratiâ esset, pecuniaque polleret, nummos de suo communi nomine per centurias pronuntiaret. Qua cognita re, optimates, quos metus ceperat nihil non ausurum eum in summo magistratu, concordi & consentiente collega, cùm Crassi & Pompeij fauore nixum depellere non possent, auctores M. Bibulo fuerunt tantumdem pollicendi; ac plerique pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuente, eam largitionem e Rep. fieri. Igitur cum Bibulo Consul creatus est, vt pulchrè referunt Suetonius, Dio, Plutarchus, Appianus, alij. Meminit & Cicero ad Atticum libri primi epistola XVI. Cæsar autem inito honore primus omnium instituit, vt tam Senatus quàm populi diurna acta conficerentur, & publicarentur. Antiquum etiam morem retulit, vt quo die fasces non haberet, accensus ante eum iret, lictores pone sequerentur; vt equestrem ordinem à Senatu ob locationes proximo Lustro nimis magno factas nonnihil discrepantem sibi adiungeret, publicanos remissionem flagitantes tertia mercedum parte releuauit, M. Catonem interpellantem dissentientemque curia extrahi per lictorem, & in carcerem duci iussit; sed ob constantiam eius verecundia mox tactus, per Tribunum plebis suæ partis e manibus lictorum liberari iussit. Cn. Pompeij Magni acta Asiatica confirmauit, L. Lucullo liberius resistenti tantum calumniarum metum iniecit, vt ad genua vltrò accideret. Vt autem plebis quoque gratiam sibi conciliaret, legem Agrariam promulgauit, qua Stellatem cam- *C. Cæsar Cos.* *C. Cæsar legem promulgat Agrariam.*

campum maioribus consecratum, agrumque Campanum ad subsidia Reip. vectigalem, viginti milibus ciuium, quibus terni pluresve liberi essent, diuideret; legemque inuito Senatu, optimatibusque omnibus, excepto Pompeio & Crasso pertulit, posteaquam armis Bibulum collegas obnuntiantem e foro expulisset. Qui cùm nihil auxilij in Senatu consternato reperiret, domi abditus inde nihil aliud quàm per edicta obnuntiauit. Cæsar interim XX. viris ad agros diuidundos creatis, ex his Pompeium Capuam coloniam deducere iussit, quæ postquam bello Punico capta erat, eatenus per formam Præfecturæ fuerat administrata. Atque vnus omnia ab eo tempore in Rep. administrauit ex arbitrio, contradicente nullo, legesque multas tulit, è quibus præter Agrariam has reperio:

Iulia leges. De sacerdotum comitiis. Qua lege Domitiam atque Atiam confirmauit, Vti absentibus à populo petere sacerdotia liceret. Meminit Cicero in epistolis ad Brutum. Vide Manucium de legibus.

Legem de maiestate tulit, qua damnatis aqua & igni interdicebat. Legem de maiestate tulit, quæ damnatis aqua & igni interdicebat.

De prouincialibus magistratuum sumptibus. Cuius idem meminit ad Atticum epist. XVI. lib. V. & epistola VII. lib. VI. Rursus inuectiua in Pisonem, declarans lege Iulia prohibitum fuisse aurum coronarium à prouinciarum ciuitatibus accipere, nisi decreto triumpho. Mitto, inquit, aurum coronarium, quod te diutissimè torsit, cùm modò velles „ modò nolles. Lex enim generi tui & decerni & te accipere vetabat, nisi decreto trium- „ pho. Notat & aliud caput legis in oratione de prouinciis, quo vetabantur magistratus „ prouinciales ius dicere in liberos populos, vbi sic ait: Emisti grandi pecunia vt tibi de pe- „ cuniis creditis ius in liberos populos contra S.C. & contra legem generi tui dicere liceret. „

Vti apud duas maximas prouinciæ suæ ciuitates magistratus decedens rationes suas „ deponeret. Cuius capitis meminit Cicero Familiarium libro II. epist. XVII. & libro V. „ epist. XX. Vtique mox Romam veniens rationes ad ærarium referret. Meminit in Pisoniana his verbis sub persona L. Pisonis e Macedonia reuersi ad Cæsarem generum suum loquentis: Rationes ad ærarium retuli continuò, sicut tua lex iubebat: neque alia vlla in „ re legi tuæ parui. „

De repetundis. Qua & vrbanos magistratus obligauit, pecuniasque reuocauit omnes, quas quis in magistratu, potestate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere, ministeriòve publico cepit, vel aliquis ex cohorte ipsius, vt Martianus ad legem Iuliam, vtque latiùs Marcellus & Venuleius, alijque. Ex Ciceronis autem Vatiniana & Sestiana constat hoc anno latam esse: item ex Dione, qui scribit M. Catonem posteà cùm Prætor repetundarum esset, & ex lege Iulia ius diceret, Iuliam tamen nominare noluisse.

Denique cùm quasi solus Consul esset, & pro libidine regnaret in Republica, ex omni prouinciarum copia Gallias sibi elegit ambiitque, vt amplioris triumphi materiam, & emolumēto & opportunitate, cùm Heluetiorum motus denuò suscitari rumor esset. Atque initio quidem, neglecto Senatu, per P. Vatinium suæ factionis Tribunum lege ad populum lata, Galliam Cisalpinam & Illyricum cum tribus legionibus facilè vt præmium Agrariæ legis in quinquennium adeptus est; & cùm Transalpinam siue Comatam Galliam se quoque velle palàm iactitaret, mox eam Senatus vltrò cum vna legione obtulit; veritis Patribus, ne si ipsi negassent, populus & hanc daret. Quapropter elatus non temperauit, quin frequenti etiam Senatu paulò pòst optimatibus tamquam victis insultaret. Omnia latiùs Dio lib. XXXVIII. Suetonius, Plutarchus, Appianus ciuilium II. Velleius, Liuius, Cicero in Vatinium, & in epistolis ad Atticum lib. II. Ipse autem Cæsar Commentariorum primo scribit se Consule Ariouistum Germanorum regem populi Rom. amicitiam petiisse, & obtinuisse.

Prætores.

.. .. .. F. .. N. .. Vrbanam iurisdictionem sortitus obtinuit. Cuius ludis Apollinaribus Diphilus Tragœdus in Cn. Pompeium petulanter inuectus est. nam inter agendum directa in eum manu, versum pronuntiauit:

Nostra miseria tu es Magnus.

Et magno cum populi plausu reuocatus eadem sæpiùs dixit, & Pompeium nimiæ potentiæ reum eodem gestu perseueranter egit. Eadem libertate vsus est in alio quoque versu, cum totius theatri clamore:

Virtutem istam, veniet tempus, cùm grauiter gemas.

Val. Maxim. & Macrobius cōciliati. Cic. ad Atticum l. II. ep. XIX. Val. Max. lib. VI. cap. II. Macrobius. Cic. tamen abfuisse tunc Pompeium innuit. Ait enim: Tulit Cęsar grauiter. litterę Capuam ad Pompeium volare „ dicebantur. Vnde constat tunc Capuæ fuisse Pompeium. Quomodo igitur Diphilus in „ eum

eum absentem dirigere manus potuit, vt Valerius & Macrobius tradunt. Sanè mendacij maculam in istis Auctoribus non libenter fero: sed eos dicere, ita Diphilum, vt histriones inter agendum solent, cùm ea verba pronuntiaret, manuum gestus direxisse, vti populo palàm fieret, Pompeium ab ipso signari, fortè statuam vel monumentum eius aliquod indicando, quo cognosci posset.

//. //. //. f. //. n. //. inter ciues & peregrinos
iurisdictionem. sortitus. obtinuit.
//. //. //. f. //. n. //. Maiestatis
//. //. //. f. //. n. //. ambitus
//. //. //. f. //. n. //. peculatus
//. //. //. f. //. n. //. falsi

Quæstiones. sortiti. obtinuerunt.

//. Licinius //. f. //. n. Crassus. Diues. Inter sicarios quæstionem sortitus obtinuit. Apud hunc enim de vi accusatus L. Vettius index coniurationis contra Pompeium, vt Cicero ad Atticum libro II. epistola hoc anno mense Nouemb. scripta: » Nunc reus, inquit, erat apud Crassum Diuitem Vettius de vi; & cum esset damnatus, erat iudicium postulaturus. quod si impetrasset, iudicia fore videbantur.

Q. Fufius //. f. //. n. Calenus. Legem de suffragiis tulit, Vt singulorum ordinum suffragia in quaque tribu seorsim renuntiarentur, quo dignosci possent sententiæ, si non singulorum hominum (quod cauebatur semper) ad minus singulorum ordinum. Vide Dionem libro XXXVIII. Videtur autem alius esse hic Q. Fufius ab illo, qui Tribunus plebis fuerat altero antè anno: non enim verisimile, illum tam citò præterita Ædilitate ad Præturam peruenisse. *Q. Fufius Calenus an idem cum superiore.*

Cn. Cornelius P. f. //. n. Lentulus. Marcellinus.

Q. Claudius //. f. //. n * Flamininus * Apud hos Prætores reus factus C. Antonius Procos. reuersus ex Macedonia, & Catilinariæ coniurationis & maiestatis à M. Cælio, & Q. Maximo, & L. Caninio Gallo, quemadmodum ex Valerio Max. & ex Ciceronis Vatiniana & Cæliana colligere est, cuius verba recitabimus paulò pòst, vbi de lege Vatinia de iudiciis reiectioneque consiliorum scribemus. Et quamuis C. Antonius non conuictus fuerit coniurationis, damnatus tamen est ob res in prouincia male gestas. Defendit collegam reum Cicero: in quo iudicio cùm deploraret temporum statum, Cæsaremque apertiùs notare videretur, Cæsar, vt talionem redderet, P. Clodium inimicum eius frustrà iampridem à Patribus ad plebem transire nitentem, eodem die, horaque nona traduxit, vt apud Suetonium & Dionem legimus. Meminit ipse Cicero in oratione pro domo sua, & de prouinciis Consularibus. *C. Antonius Procos ex Macedonia reus.*

T. Vettius //. f. //. n. Iudex. quæstionem. de. repetundis. sortitus. obtinuit. Apud hunc enim Prætorem L. Valerius Flaccus ex Asia repetundarum postulatus, quem Q. Hortensius & Cicero defenderunt, atque huius oratio adhuc extat pulcherrima, in cuius fine hunc Prætorem nominat, vt in Annali proximo, nempe in Africana Vettij Prætura dicam. Flaccum verò defensum hoc anno ex eadem oratione constat, vbi dam» nati Antonij mentionem facit his verbis: Damnatus est is, qui Catilinam signa patriæ in» ferentem interemit. Et posteà circa finem orationis: Oppressus est C. Antonius, esto: ha» buit quamdam ille infamiam suam. Ex quibus constat, huius damnationem præcessisse. (vide Strabonem lib. X.) Flaccum verò absolutum Macrobius scribit opportunitate ioci » à Cicerone dicti, cuius verba sunt hęc Saturnalium secundo, capite primo: Vt pro L. Flac» co, quem repetundarum reum, ioci opportunitate de manifestissimis criminibus exemit. » Is iocus in oratione non extat, mihi ex libro Furij Bibaculi notus est, & inter alia eius di» cteria celebratur.

C. Manilius //. f. //. n * Crispus * P. Silius //. f. //. n. Nerua.

L. Apuleius //. f. //. nepos. sicut ex eius prouincia Annali in proximo patebit.

L. Piso Cęsoninus è prouincia reuersus repetundarum accusatus est à P. Clodio, sed absolutus, cùm prostratus humi pedes iudicum supplex oscularetur, osque suum cœno repletum vehementer abiectus ostentaret. Qua facie totam quæstionem à seueritate ad clementiam transtulisse prodit Val. Max. lib. VIII. cap. I. Atqui Cæsaris Consulis gratia quoque fultum fuisse constat, qui Pisonem absolutum Clodioque reconciliatum mox ad Consulatum euexit, ductáq; eius filia socerum sibi adsciuit: quod Suetonius, Plutarchus, Dio, Cicero, alijque testantur. *L. Piso supplex Cæsari Consuli gratus eius fit socer.*

[illegible]

A. Minucius Thermus eodem anno bis Cicerone defendente est absolutus. Nam in oratione pro L. Flacco, quam hoc anno dictam esse probaui, sic ait Orator: Bis hoc an- » no me defendente absolutus est A. Thermus: quanta Reip. caussa lætitia populi Rom. » quanta gratulatio consecuta est? Ex his patet quidem, publicis iudiciis absolutum fuisse » Thermum, sed de quibus criminibus, obscurum nobis est.

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

P. Seruilius P. f. C. n. Vatia. Isauricus

Ser. Sulpicius Ser. f. Ser. n. Galba. Ambo legati Cæsaris deinde in Gallia: Sulpicius etiam C. Pontinij Pr. in Transalpina fuerat, vnde post victoriam anni superioris reuersus, Ædilitatem hoc anno gessisse videtur.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Q. Minucius * M. f * //. n. Thermus. L. Cæcilius //. f. //. n. Rufus.

Tribuni plebis.

P. Vatinius Trib. pl. violentus in M. Bibulum.

P. Vatinius P. f. //. nepos. Signiferum Athenionem appellat hunc Tribunum Cicero epistolis ad Atticum libro secundo, quasi ducem infimæ fæcis plebeiæ, quemadmodum ille fuerat fugitiuorum in Sicilia. Vatinio enim Cæsar Consul vsus est tamquam antesignano quodam in actionibus suis popularibus contra leges & auspicia. Hic enim M. Bibulum Consulem aduersantem Cæsaris actionibus, vi perditorum hominum stipatus, è foro, curia, templis, locisque publicis omnibus expulit: denique domi inclusum misso viatore extrahere, & in carcerem ducere conatus est. Omnia per vim, contra fas moremque maiorum in suo magistratu gessit. De quibus disertè admodum accusatur in inuectiua Ciceronis. Attinguntur nonnulla à Dione, Appiano, aliis.

Tulit legem Iudiciariam.

Legem Iudiciariam tulit de alternis consiliis reijciendis, vt eam appellat Cicero, qua reo actorique dabatur alterna reiectio iudicum. Quam legem cùm promulgasset Vatinius, & C. Antonium paulò pòst reum futurum cognouisset, exspectauit in ea perferenda donec Antonius reus fieret, legique tum addidit limitationem, vt solummodò de iis posset intelligi, quorum nomina post eam latam deferrentur. Verba Ciceronis hæc sunt in inuectiua: Et quoniam crebrò vsurpas, legem te de alternis consiliis reijciendis tulisse: vt » omnes intelligant te ne rectè quidē facere sine scelere potuisse, quæro, cùm lex esset æqua » promulgata initio magistratus, multas etiam alias tulisses, exspectarisne dum C. Anto- » nius reus fieret apud Cn. Lentulum & Q. Claudium, & posteaquam ille est reus factus, » statim tuleris in eum qui post tuam legem reus factus esset: vt homo Consularis exclu- » sus miser, puncto temporis spoliaretur beneficio & æquitate legis tuæ. »

Legem de prouinciis tulit, Vti C. Cæsar Procos. cum imperio Galliam Cisalpinam cum Illyrico ad quinquennium obtineret. Quam legem populus sciuit contra legem Semproniam C. Gracchi, qua sancitum erat, Vt quotannis Senatus de prouinciis Consularibus ex arbitrio suo constitueret. Auctores sunt Suetonius, Dio, Appianus, Plutarchus, Velleius, Orosius, Eutropius, & alij. Hinc stomachatur acerbiùs in Vatinium Cicero: Eripueras Senatui prouinciæ decernēdæ potestatem, Imperatoris deligendi iudicium, » ærarij dispensationem, quæ numquam sibi populus Rom. appetiuit, qui numquam hæc à » summi consilij gubernatione auferre conatus est. »

Legem tulit, Vti C. Cæsar Nouum Comum colonos deducere posset, hisque ciuitas esset: Suetonius in Cæsare.

C. Cosconius P. Vatinij collega.

C. Cosconius * C. f * //. nepos. In eadem inuectiua M. Tullius laudans collegas P. Vatinij, omnes quidem habuisse affirmat leges promulgatas, & in his multas etiam de sua sententia C. Cosconium necessarium suum: neminem tamen ex toto collegio leges ferre ausum fuisse contra auspicia, contra Bibuli Consulis obnuntiationes, & contra leges Æliam & Fufiam, præter vnum Vatinium. Ex quo loco Ciceronis, quem posteà in Ædilitate Cosconij adducam, manifestum est, C. Cosconium hoc anno collegam P. Vatinij in Tribunatu fuisse; & solius ferè Vatinij audacia importuna, C. Cæsarem obtinuisse omnia contra morem maiorum à populo quæ volebat.

Cn. Domitius M. f. M. n. Caluinus. Q. Ancharius Q. f. //. nepos.

C. Fannius. //. f. //. n. Strabo. Hos etiam collegas fuisse P. Vatinij, Tullius indicat

eat in oratione pro Sestio, quam triennio pòst dixit, cùm ex his Cn. Domitius & Q. Ancharius Prætores iam essent, & C. Fannius in bona spe honorum adipiscendorum, licet in Tribunatu plebis minime populares fuissent. Duos autem alios ex collegis admodum populares fuisse dicit; quorum tamen alter non obtinuit eum locum honoris quem expectabat, alter (P. Vatinius) anno sequẽti post Tribunatum in Ædilitatis petitione repulsam passus est. Sed audiamus Ciceronis verba, ex quibus rem aliquantò clariùs intelliges:
" Videamus nunc, ait, comitia magistratuum; fuit collegium nuper Tribunitium, in quo
" tres minimè, vehementer duo populares existimabantur. Ex his, qui populares non ha-
" bebantur, duos à populo Rom. Prætores video esse factos. Et quantum sermonibus vul-
" gi & suffragiis intelligere potui, præ se populus Rom. ferebat, sibi illum in Tribunatu
" Cn. Domitij animum constantem & egregium, atque Q. Ancharij fidem ac fortitudi-
" nem, etiam si nihil agere potuissent, tamẽ voluntate ipsa gratum fuisse. Iam de C. Fannio
" quæ sit existimatio videmus; quod iudicium populi Romani futurum sit in eius honori-
" bus, nemini dubium esse debet. Sed hæc ex Cicerone quantum ad tres illos Tribunos attinet. Quòd autem tam vehementer laudet animum constantem & egregium Cn. Domitij, fidem & fortitudinem Q. Ancharij, & C. Fannij existimationem, in caussa esse videtur, quòd hi tres in primis P. Vatinij collegæ perniciosis actionibus palam aduersati fuerint. Atque hoc ex inuectiua eius contra eumdem Vatinium colligimus, quamuis ibi-
" dem illos non nominet, res tamen, quas de iis scribit, penitus conueniunt. Trib. plebis, in-
" quit, fuisti, collegas habuisti viros fortes nouem: ex his tres erant, quos tu quotidie sciebas
" de cælo seruare, quos irridebas, quos priuatos esse dicebas. De quibus duos pretextatos se-
" dentes vides, tertium scis ex illo obsesso atque afflicto Tribunatu Consularem auctori-
" tatem hominem adolescentem esse consecutum. Per duos prætextatos, Cn. Domitium & Q. Ancharium intelligit, qui tum in magistratu erant, & ius Prætores dicebant, quo tempore Vatinium accusabat, Sextiumque defendebat Cicero. Toga prætexta enim magistratuum erat, quæ tamen ante Ædilitatem non sumebatur. Hominem adolescentem cum Consulari auctoritate, procul dubio C. Fannium vult dicere, qui videtur post Tribunatum plebis legationem aliquam honoratam accepisse. Astipulatur his etiam Dio, scribens tres Tribunos plebis contra Cæsarem M. Bibulo Consuli adfuisse. Plutarchus item in Pompeio duos Tribunos vulneratos fuisse dicit, cum Bibulo in forum descendentes, vt legem Cæsaris Agrariam impedirent.

Prætextati duo qui Ciceroni in Vatiniana.

Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Pius. Scipio. Hoc anno Tribunum plebis fuisse apparet: nam vicisse superioris anni comitiis M. Fauonium competitorem suum, ex Ciceronis epistola ad Atticum prima libri secundi tunc mense Iunio scripta colligere
" est, cùm dicit; Fauonius meam tribum tulit honestiùs quàm suam, Luccei j perdidit. Ac-
" cusauit Nasicam inhoneste, ac moleste tam dixit, vt Rhodi videretur molis potiùs quàm
" Moloni operam dedisse. Mihi, quòd defendissem, leuiter succensuit: nunc tamen petit
" iterum reip. caussa. Nasicam appellat suo naturali cognomine hunc Q. Metellum Scipionem, nec malè; vt anteà in Quæstura eius demonstraui.

* C * Nigidius. .. f. .. n * Figulus * Ex epistola, quam anni superioris extremo ad eumdem Atticum scripsit Antio, videmur colligere, C. Antonio tum adhuc absenti iudicium Romæ apparatum fuisse, Nigidiumque istud vehementer sollicitasse: qui cùm in concione minaretur iudicibus, si ad diem non adessent; profectò Tribunum pl. tum fuisse fatendum est. nam ante Idus Decembres inire magistratum solent ex more, & his familiare in concionibus minas cuiuis intentare. Verba Ciceronis ex epist. 11. lib. 11.
" sunt ista: Sed heus tu, ecquid vides Kalendas venire? Antonium non venire? iudices cogi?
" nam ita ad me mittunt. Nigidium minari in concione, se iudicẽ, qui non adfuerit, com-
" pellaturum. Velim tamen, si quid est de Antonij aduentu quod audieris, scribas ad me.

C. Sosius .. f. .. n. M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus

C. Flauius. .. f. .. nepos.

Quæstores vrbani.

.. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. ..

M. Claudius * C. f. M. n * Marcellus. C. Marcelli Prætoris Siciliæ, cuius Cicero non semel in Verrinis meminit, ex ratione temporis videtur fuisse filius, & frater C. Marcelli cum L. Paullo Consulis, vt indicat Cicero Familiarium libro xv. epist. x.

* Cn * Cornelius Cn. f. Cn. n. Lentulus. Legatus anno superiore ad Galliæ ciuitates missus cum Q. Cretico & L. Flacco. quorum ille Consularis & Triumphalis erat,

hic Prętorius, Lentulus, τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, vt ait Cicero ad Atticum epistola pęnultima libri primi: fortasse quia iunior atque ineptior, vllis necdum populi magistratibus functus, ideoque viris illis honoratis non comparandus. Legationem verò ex Cicerone suo loco adduximus, vbi Lentuli Clodiani filium dicebat.

Prouinciæ.

L. Afranius A. f. //. nepos. Galliam Cisalpinam

Q. Cæcilius. Q. f. //. n. Metellus. Celer. Galliam Transalpinam siue Narb. Procoss. sortiti. obtinuêre. Decreuerat namq; Senatus anno superiore, vt dixi, ob metum belli Gallici, vti Consules tum Gallias duas sortirentur, quas obtinerent. Fama tamen belli illius non diu posteà elanguit, vt Cicero ad Atticum in epistolis eo anno scriptis, in Gallia otium sperari dictitans. Itaque Consules tunc in vrbe retenti, vt iniquas Tribunorum plebis leges impedirent. Quin L. Flauius Tribunus Metello sæpè minabatur, non passurum se, vt in prouinciam, quæ sorte ei obuenerat, exiret; nisi primùm de legibus ferendis sibi concessisset. At Metellus nihil omnino de sententia mutauit, sed haud ægre in vrbe remansit, vt à Dione refertur. Ex his igitur antedictisque constat, non ante hunc annum abiuisse in prouincias Metellum & Afranium. Et Metello negotium à Cæsare etiam Consule huius anni initio factum esse scribit idem, cùm in legem Agrariam eius à populo iussam cum M. Catone & Fauonio iurare nollet. Obtinuisse porrò Transalpinam Galliam, Plinius indicat libro II. cap LXVII. cùm scribit ex Cornelio Nepote de Septemtrionali circuitu, Q. Metello Celeri L. Afranij in Consulatu collegæ, sed tum Galliæ Procos. Indos à Sueuorum Rege dono datos esse, qui ex India commercij caussa nauigantes, tempestatibus essent in Germaniam abrepti. Idem scribit Pomponius Mela lib. III. cap. VI. Quod hoc anno haud dubiè contigit; non igitur hoc primum sæculo nauigatio illa Indica per Occidentem & Septemtrionem inuenta esse videtur, sed interrupta extra hominum memoriam aliquamdiu fuisse.

Q. Metello à Cæsare Cos. negotiũ.

Indiarum per Occidentem & Septemtr. antiqua nauigatio.

P. Cornelius P. f. //. n. Lentulus. Spinther. Pr. Hispaniam. citeriorem. sortitus. obtinuit. Monstrat hoc Ciceronis epistola ad eumdem, quæ est ordine nona in primo Familiarium libro; ex qua item colligimus, Lentulum insequenti anno, Cicerone iam in exilium pulso, è prouincia ad Consulatum petendum sub comitiorum tempus Romam primùm rediisse. Affirmat enim, acta sui Consulatus bonis omnibus fuisse probata vsque ad Cæsarem & Bibulum Consules, cùm sententiæ adhuc eius magnum in Senatu pondus haberent. Posteà (inquit) cùm tu Hispaniam citeriorem cum imperio obtineres, neque resp. Consules haberet, sed mercatores prouinciarum, & seditionum seruos & ministros; iecit quidam casus caput meum, quasi certaminis caussa, in mediam contentionem ciuilem. Per mercatores verò prouinciarum & seditionum seruos, L. Pisonem, A. Gabinium Consules insequentis anni (cuius principio in Hispania adhuc manebat Lentulus) intelligit; quos etiam in oratione post reditum ad Quirites, pactione prouinciarum emptos à P. Clodio dicit, ne eius actionibus obsisterent, magnaque infamia vbique conspergit. Apud Cæsarem in commentariis ciuilium bellorum primo commemorat ipse Lentulus, se per Cæsarem prouinciam Hispaniam ex Prætura habuisse. Reperitur & denarius P. Lentuli Spintheris argenteus, Oscæ in Hispania citeriore cusus, vt monstrat titulus: à qua ciuitate moneta argentea Oscensis dicta est, cuius frequens apud Liuium est mentio. Formam eius in Fastis Goltzianis inuenies.

Ciceronis acta in Cons. quamdiu probata.

P. Lentuli nummus. Oscensis moneta.

L. Marcius. L. f. Q. n. Philippus. Pr. Suriam. sortitus. obtinuit. M. Scauro successor ex Prætura datus. Cum Arabibus hoc anno quo præfuit bellum gessit, vt auctor est Appianus in Syriaca. Hunc intelligere videtur Cicero, & Syriacum administratorem appellare, scribens Q. Fratri suo, Cæsare & Bibulo Coss. Nam si te (inquit ironicè) interioribus vicinis tuis Cilicensi & Syriaco anteponis, valdè magnum facis.

//. //. //. f. //. n. //. Sardiniam

//. //. //. f. //. n. //. Hisp. vlteriorem

//. //. //. f. //. n. //. Africam

//. //. //. f. //. n. //. Illyricum

//. //. //. f. //. n. //. Bithyniam & Pontum

Prætores. sortiti. obtinuerunt.

Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Nepos. Vt Cicero ad Atticum, expectans eius de rebus vrbanis litteras, scilicet, Qui Consules parentur; vtrùm, vt populi sermo, Pom-

» Pompeius & Crassus;an,vt mihi scribitur,cum Gabinio Ser. Sulpicius.Et num quæ no-
» uæ leges,& num quid noui omnino.Et quoniam Nepos proficiscitur,cui nam Auguratus
» deferatur Hæc Cicero de comitiis maximè in annum sequentem, vti tum de candidatorum ambitione vulgò iudicabatur. Quam porrò in prouinciam ex Prætura abierit Nepos,nondum reperio.

L. Iulius * C. f. L. n * Cæsar. Qui post administratam prouinciam legatus C. Cæsaris Procos. in Gallia fuit,vt Commentariorum lib. VII. & belli ciuilis secundo.

L. Roscius //. f. //. n. Otho. L. Scribonius * L. f. L. n * Libo.

M. Æmilius M. f * M. n * Lepidus. C. Tremellium Scrofam inter eos reperio, qui anno DCCII. lege Pompeia prouincias habuerunt,vt suo loco dicemus.

C. Pontinius A. f. / . nepos. Propr. ad. vrbem. triumphi. impetrandi. caussa.

C. Virgilius / . f. / . nepos. Propr. Siliciam. obtinuit. Quod ex Ciceronis epistola ad Quinctum fratrem his Consulibus scripta colligimus; quo tempore Q. Cicero Asiam adhuc non admodum bona fama regebat:vbi se dolere scribit, fratris non tam in vrbe laudes audiri,quàm Virgilij,quàm C. Octauij;quemadmodum paulò pòst Ciceronis verbis dicam. Obtinuisse & anno sequenti prouinciam, proximo Annali demonstrabo. *Q. Cicero Asiam regit.*

Q. Tullius M. f. M. n. Cicero. Propr. Asiam. obtinuit. Hic tertius Præturæ Asiaticæ annus Q. Ciceronis,cuius initio scriptæ de prouincia gubernanda præclaræ illæ Marci fratris ad ipsum epistolæ,quæ extant: e quibus intelliges,Quinctum summo cum imperio fuisse in Asia triennium,& quam animi moderationem, quasque alias virtutes frater ab ipso postulet.

C. Octauius C. f. C. n. Rufus. Propr. Macedoniam. obtinuit. Bessis ac Thracibus magno prælio fusis Imperator appellatus est. Socios ita tractauit, vt M. Cicero Quinctum fratrem,eodem tempore Proconsulatum Asiæ acerbius administrantem,per epistolas moneat,imitetur in promerendis sociis vicinum suum Octauium. Decedens autem anno sequenti Macedonia,priusquam se candidatum Consulatus profiteri posset, obiit. Hæc fere Suetonius in Augusto. Et extat adhuc locus ille Ciceronis, cuius ibidem *Suetonij in Augusto de Q. Tullio locus in Cic. monstratus.*
» Suetonius meminit. verba autem eius hæc sunt in epist. secunda ad Q. Fratrem: Et me-
» diocri me putas dolore affici, cùm audiam qua sit existimatione Virgilius, qua tuus vi-
» cinus C. Octauius;quòd cùm te innocentia non vincant, vincunt tamen artificio bene-
» uolentiæ colligendæ,qui neque Cyrum Xenophontis,neque Agesilaum nouerint. Quo-
» rum Regum summo in imperio nemo vmquam verbum vllum asperius audiuit. Et anteà
» quoque epistola ad eumdem prima honorificè mentionem Octauij facit. Adiungenda
» etiam est,inquit,facilitas in audiendo, lenitas in discernendo, in satisfaciendo ac dispu-
» tando diligentia. His rebus nuper C. Octauius iucundissimus fuit,apud quem primus li-
» ctor qui fuit,tacuit accensus,quoties quisque voluit,dixit,& quàm voluit diu. Sic habent exemplaria vulgata:verum in Halberstadiensi manuscripto, Lenitas in decernendo, non discernendo legitur: & paullò post, Primus lictor quieuit, non, qui fuit, habetur. Quæ sane lectio mihi multò correctior videtur. De C. Octauio non sine laude multa etiam Velleius,addens ex prouincia Macedonia Imperatorem appellatum fuisse;cuius verba superius in Prætura vrbana Octauij adduximus. Titulos honorum eius omnium Romæ in hortis Collotianis in fragmento marmoris antiqui tales legimus: *Locus Cic. in Epist. I. ad Q. Fratrem.* *C. Octauij Augusti parentis tituli.* ** Caij pronepos.*

C. OCTAVIVS. C. F. C. N. * C. P. RUFUS
PATER. AVGVSTI.
TR. MIL. BIS. Q. AED. PL. CVM.
C. TORANIO. IVDEX. QVAESTIONVM
PR. PROCOS. IMPERATOR. APPELLATVS
EX. PROVINCIA. MACEDONIA.

//. //. //. f. //. n. //. Ciliciam
//. //. //. f. //. n. //. Achaiam
Proprr. prorogato. imperio. obtinuerunt.

Quæstores.

//. //. //. f. //. n. //. Ostiensis in Latio

Q. Cæcilius //. f. //. n. Bassus. Calesinus in Campania. Hunc posteà Suriam obtinuisse ex Prætura docebo. Campanam verò prouinciam habuisse hoc anno videtur,

quando

quando mense Aprili Formiis apud Ciceronem fuerit, vt ipse ad Atticum scribit epistola nona libri secundi, e Formiano data: Subitò, inquit, cùm mihi dixisset Cæcilius Quæstor, » puerum se Romam mittere, hæc scripsi raptim, vt tuos elicerem mirificos cum Publio » dialogos. »

// . // . // . f. / . n. // . Canusinus in Apulia
// . // . // . f. // . n. // . Pisanus in Etruria
// . // . // . f. // . n. // . L. Afranij Procos. in Gallia Cisalpina
// . // . // . f. // . n. // . Q. Metelli Procos. in Gallia Narb.
// . // . / . f. // . n. / . P. Lentuli Propr. in Hisp. citeriore
// . / . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Sardinia Caralitanus
// . / . // . f. // . n. // . Eiusdem in Corsica Aleriensis
// . / . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Hisp. vlteriore
/ . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Africa Vticensis
// . // . // . f. // . n. // . Eiusdem in Libya Adrumetanus
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Illurico
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. Cyrenes
// . // . // . f. // . n. // . Eiusdem in Creta
// . / . // . f. // . n. // . L. Philippi Pr. in Suria
// . // . // . f. / . n. // . // . // . Pr. in Bithynia
/ . // . // . f. // . n. // . Eiusdem in Ponto

C. Memmius * C. f. C * nepos.

Q. Titurius. // . f. // . n. Sabinus. Qui posteà legatus C. Cæsaris in Transalpina Gallia fuit, castris præfectus contra Neruios: Commentariorum libro II. belli Gallici Cæsar.

L. Aurunculeius / . f. // . n. Cotta. Legatus item Cæsaris, equitatui præfectus in prælio contra Belgas: Cæsar ibidem. Ambo occisi posteà in prælio, ab Eburonibus circumuenti cùm fuissent.

// . Terentius. / . f. // . n * Varro * Q. Mucius * Q. f. Q. n * Scæuula. M. Iunius * M. f. M. n * Silanus. C. Antistius. // . f. // . n. Rheginus. C. Caninius. C. f. C. n. Rebilus. L. Caninius * C. f. C. n * Rebilus. Qui posteà legati Cæsaris in Gallia, vt Commentariorum libro VII.

C. Titius. L. f. // . n. Rufus. Cicero Familiarium libro XIII. Prætorem vrbanum fuisse demonstrat in epistola qua Custidij familiaris sui caussam commendat.

C. Curtius. C. f. // . n. Peduceianus. vt Cicero in sequenti epistola, M. Fabij caussas commendans.

// . Caluisius. / . f. // . n. Sabinus.

Proquæst.

// . // . // . f. // . n. // . C. Virgilij Propr. in Sicilia Syracusanus
// . // . // . f. // . n. // . Eiusdem Lilubetanus

L. Æmilius M. f * M. n * Paullus. C. Octauij. Propr. in. Macedonia. Nominatus absens, cùm in prouincia adhuc esset, inter conscios coniurationis contra Pompeium & Cæsarem Consulem, à subornato indice L. Vectio, qui ex S. C. condemnatus ad carcerem, mox à Cæsare & P. Vatinio in Rostra productus, præter M. Bibulum Consulem, Ciceronem, Lucullum, alios plurimos, quos dicebat coniuratos esse, & hunc L. Paullum vt coniurationis principem edidit, qui tum Quæstor Macedoniam obtinebat; & ipsum in prouincia fuisse constabat, quo tempore adolescentium consilium habitum dixerat index, de Pompeio per gladiatores Gabinij inuadendo. Itaque cùm hæc aliaq; non verisimilia adduceret, non creditum est indicio, ipseq; Vectius in carcere strangulatus. Vide quæ de hac re pulcherrimè Cicero in Vatiniana, & ad Atticum libri secundi epistola pænultima: item quæ Suetonius in Cæsare, & Dio libro XXXIIX.

// . // . // . f. // . n. // . Q. Ciceronis Propr. in Asia.
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Propr. in Achaia.
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Propr. in Cilicia.

ANNI

ANNI P. R. C. DCXCV.

Consules.

L. CALPVRNIVS L. F. L. N. Piso. Cæsoninus. A. Gabinius A. f. //. nepos.

SEQVVNTVR Consules in Cassiodoro L. Piso & A. Gabinius: item in Commentariis Cæsaris belli Gallici libro I. eodem modo habentur: in tabulis Græcis, & argumento Pisonianæ apud Pædianum, Piso & Gabinius: in Mariano autem, L. Piso Cæsoninus, A. Gabinius: & in Dionis indice reperiuntur L. Calpurnius L. f. Piso, A. Gabinius A. f. sic enim corrigenda sunt nomina Consulum. Meminit item Coss. Tertullianus in Apologetico, Serapidem, Isidem, Harpocratem Italiâ pulsos fuisse scribens, L. Pisone & A. Gabinio Consulibus. Cicero in inuectiuis contra Pisonem & Vatinium frequenter meminit horum Consulum, atque etiam pro Sestio, & in epistolis ad Lentulum: ex his L. Pisonem Cæsoninum appellat, quem socerum Cæsaris fuisse testatur Suetonius, Plutarchus in Catone, & Appianus: qui C. Cæsarem referunt, antequam in prouinciam abiret, summopere laborasse vt insequentis anni Consules suis rationibus quam maximè coniunctos haberet. A. Gabinium amicissimum Pompeio, sibique ideò Consulem fecisse, repulsis Q. Arrio sene Prætorio & L. Lentulo Flamine Martiali, quem idcircò inter coniuratos à L. Vectio indice apud populum in concione nominari curarant, vt auctor est Cicero in Vatiniana, & ad Atticum libro secundo. Ipse Cæsar L. Pisonis, quem collegam Gabinio futurum videbat, filiam Calpurniam duxit vxorem, frustrà clamante Catone, Rempublicam prodi, & imperia parari nuptiarum lenociniis. Et C. Cato adolescẽs maximè his offensus, in A. Gabinium, qui aperta largitione Consulatum adeptus erat, iram omnem in primis effudit, cumque de ambitu postulare voluit; sed cùm Prætores diebus aliquot adiri non possent, neque potestatem sui facerent, in concionem ascendit, & Pompeium priuatus Dictatorem appellauit. Propiusque nihil est factum, quàm vt occideretur, vt Cicero epistola secunda libri primi ad Q. Fratrem. Sed hæc anno superiore post comitia. Consules verò noui Piso Macedoniam, Gabinius Syriam prouincias lege Clodia in annum sequentem à populo obtinuerunt, quemadmodum paulò pòst latius intelliges.

M. Cicero rogatione Clodia, conniuentibus Cæsare atque Pompeio, in exilium pulsus est, quòd indemnatos a populo ciues necauisset; eidem aqua & igni interdictum, domus diruta, & area Libertati consecrata; item bona eius publicata & prædia direpta sunt, P. Clodio Tribuno plebis inimico eius legislatore & antesignano. Cicero cùm bonorum consensu defendere se potuisset, ne cædes eius caussa fieret, ex vrbe, sua sponte concessit in Macedoniam. Posteaquam verò Clodius Tigranem Armeniæ regis filium captiuum, inuito Pompeio, muneribus corruptus liberasset, Pompeius Clodio infensus de Cicerone reuocando cœpit agere. Vide Dionem, Plutarchum, Pędianum, Appianum, Velleium, Ciceronem in epistolis, & orationibus post eius exilium scriptis, ex quibus omnia latissimè percipies. *M. Ciceronis exilium.*

Prætores.

L. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus * Vrbanam iurisd. sortitus obtinuit. C. Cæsarem Consulatu abeuntem, quòd multa in magistratu aduersus auspicia legesque gessisset, ad disquisitionẽ Senatus vocauit, vt auctor Suetonius in Nerone; meminit & in Cæsaris vita, vt pòst dicemus. Inimicus & aduersus semper nimiæ potentiæ atque tyrannidi fuit: quapropter Ciceroni oppresso Cæsaris odiis & Clodiana factione, fauit plurimùm, de eodemque reuocando contra legem Clodiam inter primos agere cœpit. Vnde videmur colligere vrbanum Prætorem fuisse, cùm referre ad Senatum vel inuitis Consulibus potuerit. Hinc Cicero ad Atticum libro tertio iam exul, & adhuc dubius, num
„ quid agi de suo reditu posset contra legem Clodiam: Ast tute, inquit, scripsisti ad me,
„ quoddam caput legis Clodium in curiæ poste fixisse, Ne referri néve dici liceret. Quo-
„ modo igitur Domitius se dixit relaturum? In epistola autem quam anno superiore scripsit ad Q. Fratrem iam sibi metuens à Clodio, hunc Domitium nominat inter amicissimos Prætores designatos in hunc annum. Meminit eius item in oratione pro Milone, vbi etiam Pædianus refert, qua constantia discusserit Cn. Manlij Tribuni plebis, legem per vim ferentis, conatus; vt paulò post dicemus.

*//. //.

// . // . // . f. // . n. // . Peregrinam iurisdictionem sortitus obtinuit.

C. Memmius L. f * C. n * Gemellus. Maiestatis quæstionem sortitus obtinuit. Quem inter amicos sibi Prætores designatos in hunc annum nominat Cicero in epistola ad Q. Fratrem superiore anno scripta, quæ est libri primi secunda. Apud hunc Prætorem reus factus est P. Vatinius, ob seditiose gestum Tribunatum, legesq; contra auspicia moremque maiorum latas. Verum is caussæ suæ diffidens, vt iudicium effugeret, Tribunos plebis appellauit, & nominatim P. Clodium; cuius auxilio & satellitio stipatus, quæsitorem per vim è tribunali suo deturbauit, subsellia dissipauit, iudicesq; cum accusatoribus è foro expulit. Quę scelera Vatinij diserte in inuectiua sua exagitat Cicero: Quæro, inquit, illud etiam ex te, quod priuatus admisisti, postulatúsne sis lege Licinia Iunia? edixeritne C. Memmius Prætor ex ea lege, vt adesses die trigesimo? Cum is dies venisset, fecerisne quod in hac rep. non modò factum antè numquam est, sed in omni memoria sit inauditum? appellarisne Tribunos plebis, ne caussam diceres? appellarisne nominatim pestem illius anni, furiam patriæ, tempestatem reip. Clodium? qui tamen cum iure, cum more, cùm potestate iudicium impedire non posset, rediit ad illam vim & furorem suum, ducemque se militibus tuis præbuit. Et quæ posteà sequuntur lectu digna. pulchrè enim exprimunt, vt reus Vatinius Memmium quæsitorem suum e tribunali fugarit, vrnas deleuerit, omne denique iudicium in foro, inspectante pop. Romano, per vim disturbarit & sustulerit. Accusatum verò Vatinium arbitror a C. Licinio Caluo oratore adolescente, vigintiquatuor annorum, qui C. Mario, Cn. Carbone Coss. erat natus, teste Plinio lib. VII. cap XLIX. Idq; ex Taciti dialogo de oratore colligimus, cùm dicit: Nono decimo ætatis anno L. Crassus C. Carbonem, vno & vigesimo Cæsar Dolabellam, altero & vigesimo Asinius Pollio Catonem, nec multò ætate antecedens Caluus Vatinium iis orationibus insecuti sunt, quas hodieque cum admiratione legimus. Sed vt ad Prætorem redeamus, idem Memmius C. Cæsarem Consulatu abeuntem, vt Vatinianæ seditionis principem in iudicium arripere voluit, & cum L. Domitio collega de eius actis ad Senatum rettulit; quemadmodum apud Suetonium legimus, cuius verba sunt hæc de Cæsare: Functus Consulatu, inquit, C. Memmio Lucioque Domitio Prætoribus de superioris anni actis referentibus, cognitionem Senatui detulit. Nec illo suscipiente, triduoque per irritas altercationes absumpto, in prouinciam abiit; & statim Quæstor eius in præiudicium aliquot criminibus arreptus est.

P. Vatinius reus Prætore Memmio variorum scelerum.

A quo P. Vatinius accusatus.

L. Flauius // . f. // . nepos. Quæstionem inter sicarios sortitus obtinuit. Præcipiti saltu, Pompeij fauore, cui addictissimus erat, à Tribunatu plebis mox anno superiore ad hanc Præturam euectus; cuius iam designati negotium fratri Quincto Asiæ tum Prætori commendat Cicero in epistola iam citata. Cùm hanc paginam, inquit, tenerem, L. Flauius Prætor designatus ad me venit, homo mihi valde familiaris. Is mihi, te ad procuratores suos litteras misisse, quæ mihi visæ sunt iniquissimæ: ne quid de bonis, quæ L. Octauij Nasonis fuissent, cui L. Flauius heres est, diminuerent antè, quàm C. Fundanio pecuniam soluissent. Hæc Cæsare & Bibulo Consulibus Cicero; verùm non nominat hunc Prætorem inter singulares amicos, loco paullò antè adducto; quamuis valdè familiarem sibi dicat: sciebat enim illum prorsum addictum esse ei, cui ipse non admodum fidebat. Sic enim indicat in eadem commendatione, dicens: Et Flauij caussa, & scilicet Pompeij, facias omnia. Porrò ipsius Præturæ Flauianæ mentionem facit in huius anni historia Dio lib. XXXVIII. Tigranem quippe iuniorem Armeniæ Regis filium apud hunc Prætorem custodiæ mandatum a Pompeio fuisse, quem Clodius Trib. plebis pecunia corruptus, per fraudem è potestate Flauij subtractum, inuito Pompeio liberauerat. Hinc primum inimicitias inter Pompeium & Clodium contractas, iurgia deinde & cædes, & tumultus consecutos, Gabiniique Consulis fasces fractos. Quibus iniuriis irritatum Pompeium de Ciceronis reditu agitare apud optimates incœpisse refert. Sed pulchrè hoc narrat etiam Pædianus in Milonianam, vbi declarat Flauium Prætorem fuisse, & quæstionem inter sicarios exercuisse eodem anno, quo Tribunus plebis Clodius. Quem locum videat studiosus Lector, qui historiam exactius cognoscere desiderat.

Cn. Pōpeius de Ciceronis reditu agit.

// . // . // . f. // . n. // . ambitus
// . // . // . f. // . n. // . peculatus
// . // . // . f. // . n. // . repetundarum
// . // . // . f. // . n. // . falsi

Quæstiones sortiti obtinuêre.

L. Cor-

L. Cornelius P. f. //. n. Lentulus. Crus. Et hic nominatur cum Memmio aliisque inter amicos Prætores in hunc annum designatos à Cicerone ad Q. Fratrem in epistola priùs adducta. Testatur hoc idem in inuectiua contra L. Pisonem, refertque hunc Prætorem inter amicos præcipuos, qui difficillimis eius temporibus, cùm iam exilium & damnationem Clodius intentaret, Cn. Pompeij ac deinde Pisonis Consulis auxilium pro ipso implorarunt. Verba eius hæc sunt, quibus Pisonem alloquitur: Nónne ad te L. Lentulus, qui tum erat Prætor, non Q. Sanga, non L. Torquatus pater, non M. Lucullus venit? Qui omnes ad eum (Pompeium intelligit) multique mortales oratum in Albanum, obsecratumque venerant, ne meas fortunas desereret cum reip. salute coniunctas, quos ille ad te & ad tuum collegam remisit, vt caussam publicam susciperetis, vt ad Senatum referretis; se contra armatum Tribunum plebis sine consilio publico decertare nolle.

P. Nigidius //. f. //. n. Figulus. In epistola ad Q. Fratrem libri primi secunda anno superiore scripta differit Cicero de P. Clodij actionibus, de spe metuque suo; vbi inter alia Prætores etiam designatos recenset, quorum animos sibi deuinctos habebat: Pompeius, inquit, omnia pollicetur, & Cæsar; quibus ego ita credo, vt nihil de mea comparatione diminuam. Tribuni plebis designati sunt nobis amici, Consules se optimè ostendunt, Prætores habemus amicissimos & acerrimos ciues, Domitium, Nigidium, Memmium, Lentulum: bonos etiam alios, sed hos singulares. Ex quibus constat, Præturam Nigidium hoc anno gessisse, & Ciceroni tum periclitanti non parum fauisse, docet etiam epistola ad ipsum Nigidium exulantem post bellum ciuile Cęsareanum, in qua ipse Cicero sic scribit: Ego quæ pertinere ad te intelligam, studiosissime omnia diligentissimeque curabo, tuorumque tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conseruabo.

T. Ampius //. f. //. n. Balbus. Hunc Tribunum plebis anno DCXC. habuimus. Præturam hoc anno in vrbe gessisse, mox in eius prouincia docebo.

M. Terentius //. f. //. n. Varro. De Varrone profectò ex Ciceronis epistolis ad Atticum in exilio scriptis colligimus, M. Varronem non solùm Romæ hoc anno fuisse, verùm etiam in magna apud Pompeium auctoritate, cuius fauore ad Præturam Ædilitate peracta euectum opinamur, Cæsare Consule item suffragante. Nec alius annus Præturæ Varronianæ opportunior est, cùm sequentis Prætores omnes reperiamus. *M. Varro Prætor.*

M. Nonius //. f. //. n * Sufenas *

Ædiles curules.

M. Æmilius M. f. M. n Scaurus. P. Plautius //. f. //. n. Hypsæus.

Celeberrima est apud Auctores M. Scauri Ædilitas ob raram ludorum & muneris magnificentiam, vt mirum videri possit, neminem annum vrbis annotasse, quo magistratum hunc gessit. Vnum Ciceronis locum reperio, qui nobis declarat M. Scaurum ludos suos dedisse P. Clodio Tribuno plebis, hoc est anno vrbis DCXCV. Verba eius hæc sunt in oratione pro Sestio, quem apud eumdē Scaurum Prætorem defendit, accusante Clodio: Ex te igitur, Scaure, potissimùm quæro, qui ludos apparatissimos magnificentissimosque fecisti, ecquis istorum popularium tuos ludos aspexerit? ecquis se theatro populoque Romano commiserit? Ipse ille maximè ludius (P. Clodium dicit) non solùm spectator, sed actor, & acroama, qui omnia sororis embolia nouit, qui cœtum mulierum pro psaltria adducitur, nec tuos ludos aspexit in illo ardenti Tribunatu suo, nec vllos alios, nisi eos, à quibus vix viuus effugit. Hæc Cicero: quæ omnino mihi persuadent, hoc anno, quo Clodius Tribunus plebis fuit, M. Scaurum quoque fuisse Ædilem: videbiturque legitimus Ædilitatis, si Præturam eius respicias, quam biennio pòst gessit, vt suo loco docebimus. Hic Scaurus autem Ædilis vestem exquisiti generis, translato Puniceis tunicis induto, in scenam induxit, athletarumque certamen ab eius tractum munificentia, quemadmodum tradit Valerius Max. lib. II. cap. IV. Scenam verò theatri temporarij, & vix vno mense futuri in vsu, marmoreis parietibus insignem, trecentis sexaginta columnis marmoreis, & tribus milibus signorum fuisse ornatam refert Plinius lib. XXXVI. & XXXIIII. Item libro XXXV. scribit, omnes publicas insignis picturæ tabulas propter æs alienum ciuitatis addictas, in Ædilitate sua M. Scaurum Sycione transtulisse Romam. Porrò theatri illius temporarij descriptionem ex Plinio hic addere operæ pretium est, vti cognoscas eius temporis luxum extremum: Docebimus (inquit) insaniam Caij vel Neronis victam priuatis operibus M. Scauri, cuius nescio an Ædilitas maximè prostrauerit mores ciuiles, maiusque sit Sullæ malum tanta priuigni potentia, quàm proscriptione tot milium. Hic fecit in Ædilitate sua opus maximum omnium, quæ vmquam fuere *M. Scauri Ædilitas.* *Ludorum M. Scauri in Ædilitate magnificentia.*

humana manu facta, non temporaria mora, verùm etiam æternitatis æstimatione. Thea- » trum hoc fuit, scena ei triplex in altitudinem CCCLX. columnarum, in ea ciuitate, quæ » sex Hymettias non tulerat sine probro ciuis amplissimi. Ima pars scenæ e marmore fuit, » media e vitro, inaudito etiam postea genere luxuriæ; * summa tabulis inauratis. Co- » lumnæ, vt diximus, imæ duodequadragenûm pedum. Signa ærea inter colum- » nas, vt indicauimus, fuerunt tria milia numero. Cauea ipsa cepit hominum LXXX.∞. » cùm Pompeij amphitheatri toties multiplicata vrbe, tantoque maiore populo sufficiat » largè XL. milibus. Sed & reliquus apparatus tantus Attalica veste, tabulis pictis, cetero- » que choragio fuit; vt in Tusculanam villam reportatis, quæ superfuerant, quotidiani vsus » delicijs, incensa villa ab iratis seruis, concremaretur ad sestertium milies. Hæc de Scauri » theatro Plinius libro XXXVI. cap. XV. cuius etiam meminit Pædianus in Scaurianam. Venationem quoq; dedit pantherarum centum quinquaginta. Primus item hippopotamum, & quinque crocodilos, effosso temporario euripo, Romæ ostendit. Et inter alia miracula suæ Ædilitatis, ostendit & beluæ ossa, cui exposita dicebatur fuisse Andromeda; quæ Romam ex oppido Iudææ Ioppe apportauerat. Erant autem longitudine pedum quadraginta, altitudine costarum Indicos elephantos excedente, spinæ crassitudine sesquipedali. Hæc etiam Plinius libro VIII. & IX. item Solinus cap. XXXV. & XXXVII. Quæ omnia quando mente reuoluo, non videtur absurdum, quod Pædianus de Scauro scribit in argumento orationis, quam pro eodem postea repetundarum reo dixit Cicero. Hanc enim Ædilitatem ait tanta magnificentia a Scauro gestam, vt in eius impensas absumpserit opes suas, magnumque æs alienum contraxerit. Collegam verò in Ædilitate Scauri fuisse P. Plautium Hypsæum, qui postea in Consulatu repulsam est passus, iam ante diximus, & hoc loco ex denarij argentei signis probabo, qui communi nomine in hac eorum Ædilitate cusus est. In eius altero latere repræsentatur Aretæ Arabum regis deditio, de qua superius locuti sumus. Iacet supplex in genibus Rex ante Scaurum barbaro habitu, chlamyde longa caligisque laxis indutus, coronam præsentans cameli dorso impositam. Circumscriptæ litteræ, M. SCAVRVS. ÆD. CVR. EX. S. C. Et subtus, REX. ARETAS. In altero autem latere, eius collega P. Hypsæus renouat clarissimi tituli memoriam, quem C. Hypsæus Consul Priuerno capto ante aliquot sæcula suæ familiæ imaginibus adiecerat, anno vrbis videlicet CDXII. vti vetustam familiæ suæ nobilitatem ostentaret, quemadmodum fieri tum solebat.

** Ita corrigendus est Plinius eo loco, vbi incorrectè legitur in vulgatis; summæ tabulis inauratæ columnæ.*

P. Plautius Hypsæus Ædilis cum Scauro.

C. Hypsæus Cos.

Ædiles plebis.

L. Calpurnius Bestia Ædilis pl.

L. Calpurnius L. f. .. n. Bestia. Quoniam duos Ædiles curules alios huius anni reperimus, L. Bestiam Ædilem esse plebis statuendum arbitror, qui anno sequenti, vt ordo magistratuum tunc postulabat, Præturam petens non solum repulsam est passus, verùm etiam ambitus postea accersitus, & damnatus mense Februario proximo post petitionem; vt Cicero ad Q. Fratrem epistola libri secundi tertia, quam Marcellino & Philippo Coss. XV. Kal. Martias datam esse constat, vt postea patebit. Meminit idem in oratione pro M. Cælio, quem defendit L. Domitio & Ap. Claudio Coss. Ac prima pars, in- » quit, orationis fuit illa, quæ me minus mouebat; fuisse meo necessario Bestiæ Cælium fa- » miliarem, cœnasse apud eum, ventitasse domum, studuisse Præturæ: non me hæc mo- » uent, quæ perspicue falsa sunt. Itaque cùm per damnationem ex lege Tullia in exilium » pelleretur, alios postea magistratus non gessit, quamuis deinde fuerit restitutus per C. Cæsarem, qui exules omnes reduxit in ciuitatem, cum occupata rep. vrbem armis inuaderet. Cæsare autem occiso, inter Ædilitios Senatores adhuc numerabatur, qui Mutinensi bello castra Antonij sequebantur, inter hosque nominatur a Cicerone Philippica XIII. Cogitasse tunc tamen rebus turbatis de Consulatu obtinendo, demonstrat idem Philippica XI. his verbis: Quid Bestiam? qui se Consulatum in Bruti locum petere profitetur? » Atque hoc detestabile omen auertat Iupiter. Quam absurdum autem, qui Prætor fieri » non potuerit, eum petere Consulatum nisi forte damnationem pro Prætura putat. »

M. Lollius * M. f * . . n. Palicanus. Aduersus optimatium studiis semper hereditaria quadã popularitate, qua etiam, in magistratu, vt opinor, cùm esset, hoc anno se ducem præbuit Clodianæ factioni, sicut non semel Cicero in oratione pro domo sua conqueritur, vbi inter satellites Clodij ipsum numerat, & numquam sine telo fuisse, neque suam solùm, sed & Cn. Pompeij cædem sibi depoposcisse dicit.

Tribuni plebis.

P. Clodius Trib. pl.

P. Clodius Ap. f. C. n. Pulcher. Cùm esset patricia familia natus, vt Tribunus plebis

plebis fieri posset, & se de M. Cicerone inimico vlcisceretur, M'. Fonteio homini plebeio se adoptandum dedit; & annitente Cæsare, simulque Pompeio & Crasso conniuentibus, Tribunus plebis factus, M. Bibulo Consuli abeunti, & de rerum præsentium statu in concione verba facere volenti silentium imposuit, nec quidquam præter solemne iuramentum dicere passus est: Dio lib. XXXIIX.

Legem frumentariam tulit, quam L. Saturninus anteà tentarat, Vti populo frumentum gratis daretur, quod antea semis æris & trientibus in singulos modios vendebatur: Pædianus in Pisonianam, Dio lib. XXXIIX. Cicero in oratione pro domo sua, hanc legem impugnat. Vbi intelliges eadem lege Sex. Clodium egentissimum helluonem rei frumentariæ præpositum fuisse; enatamque inde primùm summam illam annonæ caritatem, quæ statim insecuta est. *Clodiæ leges, ab eo latæ.*

Legem de auspiciis tulit, Æliæ & Fufiæ contrariam, Ne quis per eos dies, quibus Trib. plebis cum populo ageret, de cælo seruaret; Ne legi à Tribuno plebis latæ intercedere liceret; Ne obnuntiare concilio, comitiisve, néve auspiciis obtemperaretur; Vtque etiam fastis diebus legem ferre Tribunus posset: Pædianus & Dio, item Cicero in Pisonem, post reditum in Senatu, de Aruspicum responsis.

Legem de collegiis tulit, Vt non solum quæ Senatus Cæcilio & Marcio Coss. sustulerat, renouarentur, sed etiam noua collegia ex arbitrio Tribuni constituerentur: Dio, Pædianus, & Cicero in Pisonem, pro Sestio, post reditum in Senatu, de Arusp. responso, & ad Atticum libro tertio.

Legem de Censura tulit, Ne quem Censores in legendo Senatu præterirent, néve qua ignominia afficerent, nisi qui apud eos accusatus, & vtriusque Censoris sententia damnatus esset: Dio, Pædianus, & Cicero de Aruspicum responsis, in Pisonem, pro domo sua. Quam legem postea abrogauit in Consulatu Q. Metellus Scipio, vt suo loco dicetur.

Legem tulit, Vti Cyprus insula in prouinciæ formam redigeretur, bonaque regis Ptolomæi publicarentur, vtique Byzantium exules reducerentur, & M. Catoni ea prouincia cum titulo Quæstoris, & potestate Prætoria mandaretur: Plutarchus, Dio, Velleius, Cicero in oratione pro Sestio, pro domo sua.

Legem tulit, Vti Brogitarus Gallo-Græcus Deiotari gener Rex appellaretur, Pessinuntemque possideret: Cicero Arusp. responso, pro Sestio.

Legem de prouinciis Consularibus tulit, Vti Consules L. Piso Macedoniam, A. Gabinius Syriam, T. Ampius Ciliciam Procos. extra ordinem per biennium obtinerent: Pisonis insuper imperium in Achaiam, Thessaliam, Bœotiam, Græciam: Gabinij verò in Babylonem & Persas extenderetur: veluti ex Plutarcho, & Ciceronis oratione pro domo colligere est, vbi ait Clodium liberos etiam multis S. C. populos L. Pisoni vinctos & constrictos tradidisse: & posteà, vbi Campano Consuli Pisoni Achaiam, Thessaliam, Bœotiam, Græciam, Macedoniam: & collegæ eius Gabinio Syriam, Babylonem, Persas, integerrimas pacatissimasque gentes ad diripiendum datas esse dicit. Rursus in oratione de Prouinciis Pisonem allocutus: Emisti, inquit, à fœdissimo Tribuno plebis grandi pecunia, vt tibi de pecuniis creditis ius in liberos populos contra S. C. & contra legem generi tui dicere liceret. Meminere item Plutarchus, Dio, & Appianus.

Legem de libertate ciuium tulit, contra eos qui ciuem à populo indemnatum necassent, qua lege Ciceronem inimicum petebat, qui in Consulatu in P. Lentulum, C. Cethegum & alios Catilinariæ coniurationis socios ex S.C. tantùm animaduerti iusserat. Eadem promulgata, Cicero vestem mutauit, & sordidatus ambire cœpit. Cumque se à Consulibus, Crasso & Pompeio, aliisque vrbis principibus desertum videret, circiter Kal. Apr. vrbe sua sponte cessit: Plutarchus, Dio, Appianus, Cicero passim, & alij.

Legem de Ciceronis exilio tulit: Quoniam is ciueis Romanos indicta caussa, populique iniussu necasset, vt ei aqua & igni interdiceretur; ne quisquam tectum intra quingenta milia passuum ab vrbe daret, ne quis de eo reuocando ad Senatum referret, ne decerneret, ne sententiam diceret, ne pedibus iret, ne scribundo adesset. Quam legem à populo latam Clodius in Curiæ poste fixit, exilium & proscriptionem minatus vniuersis, qui de Cicerone reuocando quidquam agerent. Eam verò non legem Cicero, sed priuilegium & Proscriptionem appellat in oratione pro domo sua, alibique. Ceterum vide quæ Plutarchus, Appianus, Dio, Velleius, Pædianus, alij de hoc P. Clodij Tribunatu scribunt. Cuius leges & actiones omnes, vt iniquissimas, & reip. perniciosissimas vbique exagitat Cicero, cùm in epistolis, tum in orationibus, pro Sestio, Milone, Plancio, in Pisonem & Vatinium, aliisque quas post reditum suum dixit; quas videat studiosus Lector: nam hic omnia repetere, nimis prolixum esset.

L. Mummius . f. . n. Quadratus. Hic mendosè opinor Ninnius in Dione *L. Mummius Quadratus.*

vocatur, nam à Pædiano & Cicerone Mummius appellatur. Amicus & fidus Ciceroni Tribunus fuit, promptus semper ad intercedendum Clodij legibus ab initio, si Ciceroni visum fuisset: verùm is, Consulum Pompeij atque ipsius Clodij blandis verbis & simulatione deceptus, Mummium quiescere iussit. Rebus itaque Ciceronis iam ferè deploratis, plebe ad legem ferendam inclinata, intercessioneque sublata Consulum edicto, Mummius populum tamquam in publica calamitate ad vestem mutandam hortatus est, vt à Dione refertur. Testatur hoc etiam sic Cicero ipse in oratione pro Sestio: Vos, " inquit, equites Rom. & omnes boni veste mutata, vos inquam, pro meo capite ad pe- " des lenonis impurissimi proiecistis: cùm vestris precibus à latrone illo repudiatis, vir in- " credibili fide, magnitudine animi, constantia, L. Mummius ad Senatum de Rep. rettulit, Senatusque frequens vestem pro mea salute mutandam censuit. Hic idem L. Mummius inter primos ausus contra legem Clodiam, eodem anno, Kal. Iuniis, referre de Ciceronis reditu, qui in exilio vltra mensem non fuerat: id quod ipsemet in eadem oratione adfirmat, velut etiam in ea, quam habuit in Senatu post reditum: Non multo post dis- " cessum meum (inquit) vniuersi me reuocastis, referente L. Mummio fortissimo atque " optimo viro, quem habuit ille pestifer annus maximè fidelem, & minimè timidum, & si " dimicare placuisset, defensorem salutis meæ. Meminit item in epistolis ad Atticum li- " bro tertio, epist. XXIII. Idem Mummius posteà P. Clodij bona publicè Cereri consecrauit, cum is Pompeij acta rescindere vellet, & aduersantis vt arbitror Gabinij Consulis bona capite velato, concione aduocata, foculo posito, prius consecrasset. Hoc ex oratione Ciceronis, quam habuit pro domo sua, colligimus, vbi sic Clodium alloquitur: Omitto " Gabinium. Quid? exemplo tuo bona tua nónne L. Mummius vir fortissimus atque " optimus consecrauit? Pædianus autem in Pisonianam scribit, L. Mummium Tribunum " plebis prohibuisse ne fierent ludi compitalitij per Sex. Clodium operarum Clodianarum ducem; qui ludi simul cum collegiis ante nouem annos sublati erant.

L. Antistius * P. f * //. nepos. C. Cæsarem post Consulatum in prouinciam abiturientem, ob acta eius contra leges postulare voluit. Verùm appellato Tribunorum collegio, beneficio legis Memmiæ, cùm Reip. caussa abesse posset, ne reus fieret obtinuit: Suetonius in Cæsare.

P. Ælius / . f. //. n. Ligus. Clodianæ factionis Tribunus. Cùm enim referente Kal. Iuniis de reditu Ciceronis, abrogandaque Clodia lege decreuisset, & octo Tribuni plebis promulgassent, solus P. Ælius Ligus in Clodij gratiam intercessit, vt nihil perfici potuerit. Conqueritur Cicero hoc ipse in oratione post reditum in Senatu: Posteaquam, " inquit, vobis potestas decernendi non est permissa per eum Tribuni plebis qui cùm per " se rempub. lacerare non posset, sub alieno scelere deleuit. Item aliquantò clariùs in ora- " tione pro Sestio, nomine Tribuni neutiquam dissimulato: Decreuit, inquit, Senatus fre- " quens de meo reditu Kalendis Iun. dissentiente nullo, referéte L. Mummio, cuius in mea " caussa numquam fides virtusque contremuit. Intercessit Ligus iste nescio qui, addita- " mentum inimicorum meorum. Itaque suggillat sæpiùs obscuritatem leuitatemq; huius " Tribuni, inter quisquilias seditionis Clodianæ ipsum recensens, quem vnum dicit ex Tribunorum eius anni collegio præter Clodium amico sibi defluxisse. Nam ex nouem, inquit, Tribunis, quos tum habueram, vnus me absente defluxit, qui cognomen sibi ex Æliorum imaginibus arripuit, quo magis * nationis eius esse quàm generis videretur, Et in oratione de Arusp. responsis, sua accusatione indignum iudicat, stipitem appellat, & quorum hominum esset, nesciremus (ait) nisi se Ligurem ipse esse diceret. Quid enim hunc persequar, pecudem ac beluam pabulo inimicorum meorum & glande corruptum. Sic in oratione pro domo sua nouitium vocat Ligurem, venalem adscriptorem & subscriptorem Clodij.

* Ligures enim vani. Virgil.

Cn. Manlius / . f. //. nepos. Legem à P. Clodio collega, vt Pædianus auctor est, conscriptam promulgauit, Vti libertinis suffragium in omnibus tribubus esset. Quam cùm per tumultum ferre vellet, à L. Domitio Prætore per vim repulsus fuit. Narrat hoc ita Pædianus nisi Milonianam: Constantiam L. Domitij (inquit) notat Tullius, quam " in Prætura præstitit. Nam eo tempore, cùm Cn. Manlius Trib. plebis subnixus liber- " tinorum & seruorum manu, perditissimam legem ferret, Vt libertinis in omnibus tribu- " bus suffragium esset, idq; per tumultum ageret, & cliuum Capitolinum obsideret; discus- " serat, perruperatque cœtum Domitius, ita vt multi Manlianorum interficerentur. Quo " facto & plebem infimam offenderat, & Senatus magnam gratiam inierat. L. Domitium " verò, qui quæsitor erat in Milonis caussa, Prætorem hoc anno fuisse suprà demonstraui.

L. Nouius //. f. //. nepos. Pompeio amicus, & infensus Clodianæ factioni Tribunus,

bunus, ſicut ex Pædiani commentariis in orationem pro Milone intelligimus. Refert enim, ex actis eius anni cognouiſſe, Cn. Pompeium à Damione Clodij liberto domi fuiſſe obſeſſum. Qui deinde de vi cùm poſtularetur, & contra L. Flauium Prætorem appellaret Tribunos, Tribuniq́ue de appellatione cognoſcerent, L. Nouius collega Clodij xv. Kal. Septemb. interceſſit, & ita ſententiam dixit: Ab hoc apparitore P. Clodij
» vulneratus ſum, & hominibus armatis, præſidiis diſpoſitis, à republica remotus ſum,
» Cn. Pompeius obſeſſus eſt: cùm appeller, non vtar eius exemplo, quem vitupero, vt iudicium tollam. Itaque hunc intelligit Cicero in oratione poſt reditum in Senatu, cùm
» dicit: Fortiſſimi atque optimi viri Tribuni plebis ſanctiſſimum corpus non ſolùm tactum
» ac violatum manu, ſed vulneratum ferro confectumque vidiſtis.

C. Claudius C. f. M. n. Marcellus.

Q. Terentius * Q. f. Q. n * Culeo. Priuilegium ferre de Ciceronis reditu vo-
» luit, vt ad Atticum epiſtola xv. libri tertij. vbi ita: Quòd te cum Culeone ſcribis de pri-
» uilegio locutum, eſt aliquid, ſed multò eſt melius abrogari: ſi enim nemo impediet, ſic
» eſt firmius: ſin erit, qui ferri non ſinat, idem S.C. intercedet. Nec quidquam aliud opus
» eſt, quàm abrogari; nam prior lex nos nihil lædebat. Ex his cognoſcere eſt; Culeonem tunc Tribunum plebis fuiſſe, quem inter Pontifices minores nominat poſt reditum in oratione de Aruſpicum reſponſo. Et meminit illius etiam in Pompeio Plutarchus. Nam familiariſſimus erat Pompeio, cuius partes bello ciuili eſt ſequutus, vt colligimus ex epiſtola Ciceronis ad Pompeium quæ libro VIII. ad Atticum extat.

C. Alfius //. f. //. nepos. Cn. Domitius * L. f. Cn. n. Ahenobarbus.

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

M. Æmilius M. f. Q. n. Lepidus. Qui poſteà III. vir cum M. Antonio & Auguſto fuit. Filius M. Lepidi, qui Cos. acta Sullæ reſcindere voluit, & à collega Q. Catulo victus & ex Italia pulſus eſt. *M. Lepidus III. vir.*

L. Saufeius //. f //. nepos. Ciceroni & Attico familiaris, ſtudioſuſq́ue philoſophiæ, ſicut ex epiſtola ad Atticum libri VII. prima; & reperiuntur eodem nomine bigati argentei.

Prouinciæ.

C. Iulius C. f. C. n. Cæſar. Procos. Gallias. & Illyricum. lege. Vatinia. obtinuit. In Galliam initio Aprilis cum exercitu profectus, Heluetios gentem vagam, (quæ ſedem quærens per prouinciam Narbonenſem iter facere volebat) prælio fregit, & in priſtina loca ſua redire coëgit. Cum Ariouiſto Germanorum rege graui prælio conflixit, eumdemq; victum è Gallia profligauit. Ita vna æſtate duobus bellis confectis, in hiberna in Sequanos exercitum deduxit, præpoſitoque hibernis T. Labieno legato, ipſe in citeriorem Galliam ad conuentus agendos profectus eſt. Hiſtoriam exactiùs ipſe Cæſar Commentariorum libro primo, Plutarchus, & Dio libro XXXVIII. attingunt Suetonius, Velleius, Oroſius, Zonaras, Eutropius, & alij. Itaque bellum Gallicum, quod per nouem annos non Gallorum magis quàm ipſius Cæſaris ambitioſi, & omnem belli occaſionem arripientis culpa geſtum eſt, hoc anno incœpit. *Galli à Cæſare victi.* *Belli Gallici initium.*

M. Calpurnius L. f. //. n. Bibulus. Omiſiſſe prouinciam, ex Ciceronis oratione pro domo ſua colligimus, vbi ſcribit, declinante ac debilitato iam Tribunatu Clodij, Bibulum productum eſſe in Roſtra, adeò vt conſtet eum hoc anno Romæ fuiſſe. Verba
» Ciceronis ad Clodium ſunt hæc: Tu tuo præcipitante iam & debilitato Tribunatu au-
» ſpiciorum patronus ſubitò extitiſti; tu M. Bibulum in concione, tu Augures produxiſti; te
» interrogante Augures reſponderunt, cùm de cælo ſeruatum ſit, cum populo agi non poſ-
» ſe. Tibi M. Bibulus quærenti, ſe de cælo ſeruaſſe reſpondit.

T. Vettius //. f. //. n. Iudex. Pr. Africam. ſortitus. obtinuit. Quod ipſum indicat Cicero in oratione qua L. Flaccum defendit repetundarum ex Aſia reum anno ſuperiore apud eumdem in vrbe Prætorem, quando iam ſortitus erat Africam. Probare enim cupiens Cicero, Flaccum Prætorem iure ſibi vindicaſſe hereditatem Valeriæ ſororis, quæ vxor Sextilij Andronis inteſtata erat mortua; ſic L. Lucullum iudicem, & T. Vet-
» tium Prætorem alloquitur: Relinquitur illud, quod vociferari non deſiſtit, non debuiſſe,
» cùm Prætor eſſet, ſuum negotium agere, aut mentionem facere hereditatis. Maximas

audio tibi, L. Luculle, qui de L. Flacco sententiam laturus es, pro tua eximia liberalitate »
in tuos, venisse hereditates, cum Asiam prouinciam Consulari imperio obtineres; si quis »
eas suas esse dixisset, concessisses? Tu, T. Vetti, si qua tibi in Africa venerit hereditas, vsu »
amittes? An tuum nulla auaritia, salua dignitate, retinebis? »

L. Appuleius . . f. . . nepos. Pr. Macedoniam sortitus obtinuit, C. Octauio succedens. Meminit eius Cicero in oratione pro Cn. Plancio, qui Quæstor Appuleij Thessalonicæ Ciceronem exulem humanissime excepit, & apud se toto anno retinuit. L. verò Appuleius (inquit) hunc tanti facit, vt morem illum maiorum, qui præscribit in » parentum loco Quæstoribus suis Prætores esse oportere, officiis beneuolentiaque supe- » rarit. Ipse tamen Appuleius Prætor, metu Clodianæ factionis, Ciceronem exulem officiis prosequi non fuit ausus. Id quod Cicero non reticet in fine eiusdem orationis: Hic ego » nunc (inquit) de Prætore Macedoniæ nihil dicam amplius, nisi eum & ciuem optimum » semper, & mihi amicum fuisse, sed eadem timuisse quæ ceteros. C. Virgilium Siciliæ Præ- » torem in primis intelligit, quem paulo ante narrat ipsum exulem insula prohibuisse, vti suo loco mox dicemus.

Cn. Cornelius P. f. . . n. Lentulus Marcellinus. Pr. Syriam sortitus obtinuit post L. Philippum, & cum Arabibus bellum gessit. Auctor est Appianus in Syriaca, cuius fere verba sunt hæc: Scauro Senatus Martium Philippum successorem misit, & huic » Lentulum Marcellinum; ambos Prætorios; qui quo biennio prouinciæ præfuerunt, con- » flictati sunt cum Arabibus ex vicino infestantibus. Quæ caussa fuit, vt post illos in Su- » riam mitterentur Procoss. Consulari cum imperio, quorum primus fuit Gabinius. post » Consulatum videlicet anno insequenti. »

. . . . . f. . . n. . . Pr. Hisp. citeriorem sortitus obtinuit. Constat enim P. Lentulum Spinthera accepto successore decessisse ad petitionem Consulatus.

Q. Cicero Asia decedit. . . . . . f. . . n. . . Pr. Asiam sortitus obtinuit, Q. Ciceroni succedens. Vt frater Marcus indicat ad ipsum Roma scribens post comitia anni superioris, cum iam ante prouincias in hunc annum sortiti essent Prætores. Verba eius sunt hæc in epistola secunda libri primi: Nunc tamen decedens, id quod mihi iam facere videris, » relinque quæso quam iucundissimam memoriam tui: successorem habes perblandum, » cetera valde illius aduentu tua requirentur. Sed successorem non nominat, ideò quisnam » Prætorum superioris anni fuerit, nobis obscurum est. Porrò Quinctus, accepto successore, ante Kal. Maias hoc anno ex Asia discessit, fratre iam in exilium pulso. Et cùm Idibus venisset Athenas, valdè ei fuit properandum, ne quid absens acciperet calamitatis ab inimicis, qui ei iudicium repetundarum minabantur. Itaque maluit frater Marcus eum properare Romam, quàm ad se Thessalonicam, vbi exulabat, venire, vt ipse scribit ad Atticum libro III. epist. IX.

. . . . . . f. . . n. . . Achaiam
. . . . . . f. . . n. . . Ciliciam

Prætores. sortiti. obtinuerunt.

Q. Fufius . f. . n. Calenus. Q. Claudius . . f. . . n * Flamininus *
. . Licinius . f. . n. Crassus. Diues. C. Manilius . . f. . . n * Crispus *

* P * Silium post Præturam neglexisse prouinciam hinc colligere est, quòd post septennium inter eos reperiatur, qui lege Pompeia diu post magistratum prouincias sortiti sunt, vti tunc latiùs docebitur.

C. Pontinius A. f. . . nepos. Propr. ad vrbem triumphi caussa.

C. Virgilius Siciliæ Proprætor. C. Virgilius . . f. . . nepos. Propr. Siciliam obtinuit. Ciceronem lege Clodia exterminatum ad suam prouinciam venire non permisit, cùm is fretus amicitia Virgilij, & Siculorum beneuolentia, quos mirifice sui studiosos esse non ignorabat, eò ex Italia se recipere vellet, sicut à Dione & Plutarcho refertur. Sed opinor perperam in hoc

Plutarchus corruptus. Virginium appellari Prætorem, cùm à Cicerone semper Virgilius vocetur, qui de hoc suo casu disserit in oratione pro Cn. Plancio, non sine laude tamen Virgilij; videbatur enim non inique publicam tranquillitatem priuatæ amicitiæ prætulisse, non inscius admodum propensos esse in Ciceronem Siculorum animos, metuensque ideò ne eius aduentus caussam noui motus præberet, ipso contra legem Clodiam suscepto, qua non solum Italia, sed & omnibus circumquaque vicinis Italiæ prouinciis ad quingenta milia passuum pelleretur. Sed audiamus Ciceronem ipsum loquentem, quàm non accuset inhumanitatis vel ingratitudinis propterea Virgilium: Siciliam (inquit) petiui animo, quæ & »

ipsa

„ ipsa erat mihi sicut domus vna coniuncta: & obtinebatur à C. Virgilio, quo cum me vno
„ vel maxime tum vetusta amicitia, tum mei fratris collegia, tum Reip. sociarat. Vide nunc
„ caliginem temporum illorum, cum ipsa pæne insula mihi sese obuiam ferre vellet, Prætor
„ ille, eiusdem Tribuni plebis concionibus propter eamdem Reip. caussam sæpe vexatus,
„ nihil amplius dico, nisi me in Siciliam venire noluit. Quid dicam? C. Virgilio, tali ciui &
„ viro, beneuolentiam in me, memoriam communium temporum, pietatem, humanitatem,
„ tem, fidem defuisse: nihil videlicet est eorum: sed quam tempestatem nos vobiscum
„ non tulissemus, metuit, vt eam ipse non posset opibus suis sustinere.

// // // f. // n. // Sardiniam
// // // f. // n. // Hispaniam vlteriorem
// // // f. // n. // Bithyniam & Pontum
// // // f. // n. // Cretam & Cyrenen

Propr. prorogato. imperio. obtinuerunt.

M. Porcius M. f. M. n. Cato. Propr. Cyprum extra ordinem rogatione Clodia obtinuit. Inuitus hanc prouintiam suscipere populi iussu coactus est, P. Clodio Tribuno plebis satagente, vt abesset à Republica, qui peruersis eius legibus obstare posset, & vellet. Fit igitur iniuria Catoni, atque maior Ptolomæo regi, cuius regnum auitum, bona, fortunas, caussa incognita, nullam aliam ob culpam, quàm ob opes nimias P. Clodius nefaria lege sua publicauit, priuatim quoque Regi infensus, quòd se olim à piratis captum neglexisset, vt a Dione & Strabone memoratur. Profecto ad hanc expeditionem Catone, dum Rhodi se apparat, præmisit, qui Regi suaderent, vt sine contentione ac pugna viribus populi Romani cederet: qui rei indignitate motus, atque vim haud sibi expectandam ratus, veneno sua sponte hausto interiit. Qua re cognita Cato M. Brutum nepotem in Cyprum misit, vt cum Canidio Quæstore gazam regiam in tabulas publicas redigeret. Ipse interea Byzantium profectus, exules reduxit, ac pacem in ea ciuitate constituit. Vide Dionem & Plutarchum in Catone & Bruto, & Ciceronem in oratione pro domo sua, & pro P. Sestio. *M. Cato Cypri Propr. cur Clodij rogatione factus.*

Quæstores.

// // // f. // n. // Ostiensis in Latio
// // // f. // n. // Calesinus in Campania
// // // f. // n. // Canusinus in Apulia
// // // f. // n. // Spoletinus in Vmbria
// // // f. // n. // Pisanus in Etruria

Q. Pedius M. f. // nepos * C. Cæsaris Procos. in Gallia Cisalp * Nam anno sequenti legatus eiusdem, duas legiones in ea prouincia conscriptas Cæsaris iussu in vlteriorem Galliam deduxit, Belgico motu nuntiato: Comment. 11.

// // // f. // n. // Eiusdem in Transalpina
// // // f. // n. // Eiusdem in Illyrico
// // // f. // n. // T. Vettij Pr. in Africa Vticensis
// // // f. // n. // Eiusdem in Libya Adrumetanus
// // // f. // n. // // // Pr. in Hisp. citeriore
// // // f. // n. // // // Pr. in Achaia

Cn. Plancius Cn. f. // nepos. L. Appuleij Pr. in Macedonia. Familia equestri ex præfectura Atinati, cuius pater publicanus, auus maioresque omnes, equites Romani. Fuit Ciceroni fidus amicus, nam solus ex magistratibus eius anni Ciceronem exulem excepit, iuuit, & tutatus est, Dyrrachium obuiam dimissis lictoribus processit, peramanterque susceptum Thessalonicam ad Quæstorium suum perduxit. Fatetur eius in se beneficia passim Cicero in orationibus quas post reditum dixit in Senatu; & pro ipso Plancio, postmodum ambitus reo, Custodem capitis sui appellat, ipsumque omnibus prouincialibus ornamentis commodisque depositis, totam suam Quæsturam in eo sustentando & conseruando collocasse. Idcircò etiam ex S.C. gratias Plancio fuisse actas testatur; & in epistolis ad Atticum in exilio scriptis frequenter illius mentionem facit. *Cn. Plancius Pr. in Macedonia, Ciceronis studiosus.*

// // // f. // n. // // // Pr. in Asia
// // // f. // n. // // // Pr. in Cilicia

// // // f. // n. // Cn. Lentuli Pr. in Suria

// // // f. // n. // // // Pr. in Bithynia & Ponto.

C. Calpurnius Piso Frugi primus Ciceronis gener.

C. Calpurnius L. f. // n. Piso Frugi. Primus gener Ciceronis: Tulliolam enim duxerat, Tullo & Lepido Consulibus, altero ante Consulatum Ciceronis anno, vt ipse ad Atticum libri primi epistola prima, vbi L. Filium vocat, ad differentiam, ni fallor, alterius C. Pisonis, qui Consularis viri C. Pisonis filius fuit. Hunc generum suum Tullius apprime laudat in Bruto ab eloquentia & studio, quamuis iuuenis admodum non diu post reditum Ciceronis ab exilio mortuus esset, vt ex oratione eius pro P. Sestio colligitur, quam a.d. III. Id. Martias dixit, Marcellino & Philippo Coss. quo anno Tulliolam Crassipedi desponsauit. Quæsturam Bithyniæ & Ponti sortitus in hunc annum erat, sed ne in calamitate Ciceronis soceri sui abesset, in prouinciam non iuit. Itaque pro eodem sordidatus circumiuit supplex apud magistratus & principes ciuitatis, quo tempore à Consulis Pisonis propinqui sui pedibus superbe cum vxore reiectus est; quemadmodum sæpè conqueritur & testatur ipse Cicero in oratione pro Sestio, in Pisonem, post reditum ad Quirites, & aliis locis. Porrò in fine orationis, quam reuersus in Senatu dixit, Quæsturæ huius mentionem facit his verbis: Alter fuit propugnator mearum fortunarum & defensor assiduus, summa virtute & pietate C. Piso gener; qui minas inimicorum meorum, qui inimicitias affinis mei propinqui sui Consulis, qui Pontum & Bithyniam Quæstor pro mea salute neglexit. Ex his autem fit verisimile, cum Piso succedere noluerit, Quæstoribus anni superioris prorogatas fuisse prouincias istas, quæ ambæ vni in hunc annum erant decretæ, ob Cypriam (ni fallor) M. Catonis extraordinariam prouinciam, cui & vnus Quæstor debebatur.

M. Canidius // f. // n * Crassus. M. Catonis Propr. in Cypro. In quo Velleium auctorem sequor, qui Catonem populi iussu Proquæstorem cum iure Prætorio, adiecto etiam Quæstore, missum scribit. Plutarchus duos tantùm additos Catoni scribas lege Clodia dicit fuisse, nec nauem, nec militem, nec ministrum e publico præterea quemquam. Quæstoris verò mentionem non facit: M. Canidium tamen fuisse prorsus indicat, quando hunc præmissum à Catone tradat ad bona regia proscribenda, & in tabulas publicas redigenda; quem videto in Catone & in Bruto.

Q. Pompeius Q. f. Q. n. Rufus. L. Sullæ Dict. ex filia nepos, quemadmodum Dio & Val. Max. testantur. Posteà Trib. plebis seditiosus, ac maiestatis idcircò damnatus, veluti ex sequentibus constabit.

P. Licinius P. f. // n. Crassus. Iunianus. M. Cælius M. f. // n. Vicinianus.

A. Allienius. // f. // nepos.

L. Oppius // f. // nepos. In Flacciana Ciceronis perperàm Eppius vocatur, vbi cognosces ante quadriennium adhuc equitem Romanum fuisse; & posteà Ædilem fuisse docebo.

C. Fufius * Q. f. C. n * Calenus. Q. Caleni Consularis, vt puto frater, posteà Legatus Cæsaris in Gallia, vt Hirtius memorat.

C. Lucceius C. f. // n. Hirrus. in Tribunatu plebis totus Pompeianus, posteà eiusdem Legatus bello ciuili à Camerino profugit cum sex cohortibus, vt legitur Commentariorũ belli ciuilis primo: sed perperam ibi in exemplaribus Vlcilles Hirus vocatur.

Sex. Peducceius Sex. f. Sex. nepos. Prætorij viri filius, ac Ciceroni fidus amicus, ob necessitudinem paternam, cuius Cicero, vt diximus, Quæstor fuerat. Hoc enim indicat ipse ad Atticum scribens libro x. epist. prima, cùm dicit: Sexto etiam nostro quòd scribis probari, ita lætor, vt me quasi patris eius, cui semper vni tribui plurimum, iudicio comprobari putem. Vide cetera quæ sequuntur.

P. Sestius P. f. // nepos. Ad quem Ciceronis exstat epistola consolatoria, Familiarium libro v. Nam videtur sub Cæsare absens inique posteà exilio damnatus fuisse ob inuidiam annonæ; fortassis post Ædilitatem gestam. nam Ædilium erat annonam curare. Ait autem ita Cicero: Cumque eo tempore inuidia annonæ inimici, non solùm tui, verùm etiam amicorum tuorum, iniquitas totius iudicij, multaque alia reip. vitia plus quam caussa ipsa veritasque valuissent, Publio tuo neque operâ, neque consilio, neque labore, neque testimonio defui. Apparet fratrem patruelem fuisse P. Sestij L. f. qui Tribunus plebis cum collegis Ciceronem ab exilio reuocauerat.

Q. Marcius Q. f. Q. n. Rex. Legatus anno sequenti L. Pisonis Procos. in Macedonia. Cicero virum fortem in primis belli ac rei militaris peritum, ac familiarem suum vocat

vocat in Pisoniana, eiusque & L. Flacci Prætorij legáti prælio Pisonem imperatorem appellatum dicit. Idem posteà Propr. Siciliam obtinuit sub Cæsare.

Proquæst.

//. //. //. f. //. n. //. C. Virgilij Propr. in Sicilia Syracusanus
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem Lilybætanus
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Sardinia Caralitanus
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Hispania vlteriore
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem in Corsica Aleriensis
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Bithynia
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem in Ponto
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Cyrenaica
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem in Creta.

ANNI P. R. C. DCXCVI.

Consules.

P. CORNELIVS. P. F. //. n. Lentulus. Spinther. Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Nepos.

HABENT Consules Cassiodorus P. Lentulum, Q. Metellum; Pædianus in Milonianam P. Lentulum Spintherem, Q. Metellum Nepotem; Dionis index libri XXXVIII. P. Cornelium P. f. Lentulum Spintherem, Q. Cæcilium Q. f. Metellum Nepotem: Tabulæ autem Græcæ Lentulum & Metellum. Sic etiam Val. Maximus libro IX. cap. XV. & agnominum rationem reddit ita: "Generosissimum Consulatus collegium Lentuli & Metelli fuit, qui ambo in scena propter similitudinem histrionum propemodum spectati sunt. Sed alter ex quodam secundarum cognomen Spintheris traxit; alter, nisi Nepotis à moribus accepisset, Pamphili tertiarum, cui simillimus esse ferebatur, habuisset." Refert idem Plinius lib. VII. cap. XII. Ceterùm, ita corrigendum esse hunc Valerij locum, alibi in Annotationibus in eum Auctorem demonstraui. Crebra horum *Val. Maxim. correctus.* Consulum mentio in orationibus Ciceronis quas post reditum dixit; velut de Aruspicum responsis, vbi Cn. Lentulum anni insequentis Consulem quoque nominat. "Postero, inquit, die frequentissimus Senatus, te Consule designato Lentule sententiæ principe, P. Lentulo & Q. Metello Coss. referentibus statuit, domum meam iudicio Pontificum liberatam videri." Ex qua oratione, velut ex aliis tam quæ præcedunt quàm quæ sequuntur, vrbanas eius anni seditiones inter Clodium & Milonem, Ciceronis restitutionem, qui his Consulibus ab exilio reuocatus est, studiosus Lector pleniùs intelliget. P. Lentulus Ciliciam & Cyprum, Q. Nepos Hispaniam citeriorem in annum sequentem sortiti sunt.

Cicerone ab exilio reuerso Romam, cùm graues à plebe tumultus excitarentur *Cicero ab exilio reuersus.* ob annonæ caritatem, S. C. ex Ciceronis sententia factum est, vt Cn. Pompeius Magnus rei frumentariæ per quinquennium præficeretur cum imperio Procos. per omnes populi Romani prouincias, quod ad bellum piraticum habuerat. Cùm autem Pompeius legatos quindecim sibi legeret, Ciceronem ex iis principem nominauit. Vide Dionem libro XXXIX. Liuij Epitomen lib. CIV. Plutarchum in Pompeio & Cicerone, Epistolam ad Atticum libri quarti primam, Orationem pro domo.

Ptolomæus Alexandriæ rex à suis regno pulsus Romam venit, apud Pompeium hospitio exceptus est: & vt in regnum à Romanis reduceretur, variis modis per amicos *Ptolomæus Alex. Rom.* tentauit. Vide Dionem & Liuium locis iam citatis, Epistolas primi libri Familiarium Ciceronis ad P. Lentulum, & ibidem Paul. Manutium, Plutarchum in Pompeio, & Catone.

Prætores.

L. Cæcilius. //. f. //. n. Rufus. Vrbanam. iurisdictionem. sortitus. obtinuit.

Nam Apollinares ludos ipsum hoc anno fecisse, Pædianus auctor est: & huic inter septem *Ludi Apollinares.* Prętores Cicero, qui de eius reditu sollicitis, seditionibus Clodianis semper aduersati erát,

primùm

primùm gratias nominatim agit, in oratione quam reuersus in Senatu Nonis Septemb. habuit; cùm quòd Præturæ illud vrbanæ præstantia requirebat, tum quòd in alijs rebus, seorsim illi obligatiorem se sentiebat. Ait enim ita: Iam verò Prætores quo animo in » me fuerint, vos existimare potuistis; cùm L. Cæcilius priuatim me suis omnibus copiis » studuerit sustentare, publice promulgarit de salute mea cum collegis pæne omnibus, di- » reptoribus autem meorum bonorum in ius adeundi potestatem non fecerit. Quæ po- » strema Ciceronis verba palàm indicant vrbanam Cæcilij iurisdictionem. Hinc ipsum Prætorem vitæ pericula maxima subijsse, & à Clodiana factione non semel armis hostiliter infestatum fuisse constat. Nam eius ludos Clodius disturbauit, & domum etiam oppugnauit, sicut obiter demonstrat, in oratione pro Milone Cicero, dicens, potuisse occidi impune Clodium à Milone, cùm domum oppugnaret L. Cæcilij iustissimi fortissimique Prætoris. Quem locum Pædianus declarans de domo Cæcilij oppugnata nihil certi adferre se potuisse fatetur. L. Cæcilius Rufus, inquit, de quo dicitur, Prætor,, fuit P. Lentulo Spinthere, Q. Metello Nepote Consulibus, quo anno Cicero restitutus,, est. Is cùm faceret ludos Apollinares, ita infima coacta multitudo annonæ caritate tu-,, multuata est, vt omnes qui in theatro spectandi caussa consederant, pellerentur. De,, oppugnata domo nusquam adhuc legi, Pompeius tamen cùm defenderet Milonem,, apud populum, de vi accusante Clodio, * obstitit. Et legimus apud Tironem libertum,, Ciceronis in libro quarto de vita eius, oppressum a Clodio L. Cæcilium Prætorem.,, Hæc Pædianus. Sed vide quæ de seditionibus vrbanis ob annonæ penuriam ortis produntur a Dione, & Plutarcho in vita Pompeij, eaque congruere huic Pædiani loco intelliges.

** Locus corruptus, forte legendum, obiecit.*

[illegible] f. [illegible] n. [illegible] inter ciues & peregrinos iurisdictionem sortitus obtinuit.

Ap. Claudius Ap. f. C. n. Pulcher. Quæstionem. de. repetundis. sortitus. obtinuit. Frater P. Clodij, atque inde Ciceronis exulis ille metus, de quo superiore anno ad Atticum scribebat, cùm Q. Frater ex Asia Romam reuerteretur, quem inimicos repetundarum accusare velle audierat. Meritò enim cùm apud Ap. Claudium fratrem inimici sui reus deberet fieri hoc anno, magis etiam metuebat. Ait enim ita ad Atticum libro III. epist. XVII. Sane sum in meo infinito mœrore sollicitus, & eò magis, » quia Appij quæstio est. In oratione pro domo sua quamuis Appium non nominet, tacite » & oblique tamen indicat, ipsum prætermissa Ædilitate, L. Pisonis Consulis fauore, Præturá anno superiore adeptum esse, vbi de Libertatis statua, quam Clodius in area domus Ciceronis consecrarat. Hoc simulachrum (inquit) Tanagreæ meretricis quidam homo,, nobilis, non alienus ab hoc religioso Libertatis sacerdote, ad ornatum Ædilitatis suæ,, deportauit. Etenim cogitarat omnes superiores muneris splendore superare. Itaque om-,, nia signa, tabulas, ornamentorum quod superfuit in fanis & communibus locis, tota e,, Græcia, atque insulis omnibus honoris populi Rom. caussa sane frugaliter domum suam,, deportauit. Is postea quam intellexit, posse se interuersa Ædilitate, Pisone Consule, Præ-,, torem renuntiari, si modò eadem prima littera competitorem habuisse aliquem; Ædili-,, tatem duobus in locis, partim in area, partim in hortis suis collocauit; signum de busto,, meretricis ablatum isti dedit, quòd esset signum magis istorum, quàm publicæ Liberta-,, tis. Igitur hoc vno prætermisso, septem alijs eius anni Prætoribus gratias agit nominatim, quòd defensores salutis suæ fuissent, in oratione, quam reuersus in Senatu dixit. Et in Pisoniana huius rei caussam reddit ipse: De me, inquit, cùm omnes magistratus pro-,, mulgassent, præter vnum Prætorem, à quo non fuit postulandum, fratrem inimici mei;,, præterque duos de lapide emptos Tribunos plebis, legem comitiis centuriatis tulit,, P. Lentulus Consul de collegæ Q. Metelli sententia, quem mecum eadem Respublica,, quæ in Tribunatu eius disiunxerat, in Consulatu virtute optimi ac iustissimi viri sapien-,, tiaque coniunxit. Idem idcircò in oratione pro Milone septem Prætores, octò Tribunos,, plebis Clodij aduersarios, & suæ salutis defensores appellat. Ex quibus item locis luce clarius apparet, quotannis octo Prætores, & decem Tribunos plebis creari tum temporis solere. Sed Appium Prætorem fratri Clodio studuisse apud Dionem legimus: Clodio,, inquit, cùm alij qui magistratus gerebant aderant, tum frater suus Ap. Claudius Prætor,, eo tempore, Consulque Nepos, qui ob peculiarem inimicitiam Ciceroni infensus erat.,, Ab eodem Appio Prætore (quod alioquin à priuato fieri non poterat) M. Bibulum in concionem productum dicit Cicero in oratione pro domo sua, vbi Tribunatum Clodij totum conuellit: Tibi, inquit, M. Bibulus quærenti, se de cælo seruasse respondit; idem- » que in concione dixit ab Appio fratre tuo productus, te omnino, quòd contra auspicia » adopta-

Statua Libertatis à P. Clodio in area domus Ciccr. consecrata.

Octo Prætores, & decem Tribuni tum creabantur.

adoptatus esses, Tribunum plebis non fuisse. Aliquanto tamen posteà non admodum aduersatus videtur Appius reuocationi Ciceronis, quemadmodum etiam Metellus Nepos Consul, Pompeij auctoritate, atque optimatum consensu victi; idque de Metello non solùm Dio, sed variis locis testatur etiam Cicero, laudans quòd priuatis simultatibus caussam publicam prætulerit. De Appio autem videtur intelligere in eadem oratione
„ pro domo sua, cùm dicit: Abfui simul cum republica, dicam maxima cum dignitate,
„ te viuo, fratre tuo altero Consule reducente, altero Prætore petente. Quibus verbis Clodium alloquitur, cuius frater germanus erat Appius Prætor, quem ibi petiisse suum reditum dicit: fratrem verò alterum significat Q. Nepotem Consulem, sororis Clodij maritum, quem idcircò sæpiùs cùm in eadem oratione, tum in aliis Clodij fratrem appellat. Quapropter non dubito, quin perperam in quibusdam exemplaribus (Consulari reducente) legatur, pro (Consule reducente.)

// // // f. // n. // de maiestate
// // // f. // n. // de ambitu
// // // f. // n. // de peculatu
// // // f. // n. // de falso
// // // f. // n. // inter sicarios

Quæstiones sortiti obtinuêre.

M. Calidius Q. f. // nepos. Cui inter Prætores huius anni Cicero gratias agit in *M. Calidius Orator Ciceroni oratori fauet.*
„ oratione post reditum in Senatu, his verbis: M. autem Calidius statim designatus, sen-
„ tentia sua, quàm esset chara sibi mea salus, declarauit. Itaque fauit orator oratori. quinimmò Quinctilianus auctor est libro x. cap. primo, M. Calidium tunc quoque pro domo Ciceronis dixisse, & orationem scripsisse.

C. Septimius // f. // n * Scæuula * Q. Valerius Q. f. // n. Orca.
P. Licinius // f. // n. Crassus. Sex. Quinctilius // f. // n. Varus.

C. // // f. // n. Cornutus. His relipuis quinque eius anni Prætoribus simul gratias agit Cicero reuersus ab exilio in eadem oratione superiùs citata, & officia eorum in se
„ testatur his verbis: Omnia, inquit, officia C. Septimij, Q. Valerij, P. Crassi, Sex. Quin-
„ ctilij, C. Cornuti summa & in me, & in remp. constiterunt.

Accusatus repetundarum, ni fallor, Manilius Crispus à Cn. Pisone adolescente, quem cùm euidenter nocentem gratia Pompeij videret eripi, iuuenili impetu & studio accusationis prouectus, multa & grauia crimina præpotenti defensori obiecit. Interrogatus
„ deinde ab eo, cur se quoque non accusaret: Da, inquit, prædes Reip. te, si postulatus
„ fueris, ciuile bellum non excitaturum; etiam de tuo prius, quàm de Manilij capite in
„ consilium iudices mittam. Hæc fere Valerij Maximi verbis, quia nec elegantius, nec breuius explicare potuissem, qua in inuidia iam tum fuerit Pompeius tot honoribus à Rep. affectus, ob conspirationem illam Tricipitinam. Quod ipsum in epistolis suis ad Atticum eo tempore scriptis variis argumentis Cicero etiam ostendit, vt & Valerius exemplis aliis eodem libro vi. & cap. ii. de libere dictis & factis.

Ædiles curules.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Ædiles plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Pius. Scipio. C. Flauius // f. // nepos.

C. Cosconius * C. f * // nepos. Hunc cum P. Vatinio Tribunum plebis fuisse superiùs demonstraui. In inuectiua autem contra eumdem Vatinium testem Cicero P. Sestium de vi accusatum defendens anno sequenti, inter iudices eum nominat, & Æditilium appellat; adeò vt non dubitem, quin hoc anno, qui post eius Tribunatum secundus est, Ædilis fuerit Cosconius. Verba ad Vatinium Ciceronis, quæ ad rem pertinent, vbi de tribus Tribunis plebis, qui contra Vatinium de cælo seruabant, multa dixisset, de reliquis
„ sex, ex quibus C. Cosconium nominat, hæc sunt: Reliqui sex fuerunt, ex quibus partim
„ planè tecum sentiebant, partim medium quemdam cursum tenebant: omnes habuerunt
„ leges promulgatas, in his multas meus necessarius etiam de mea sententia C. Cosconius
„ iudex noster, quem, tu disrumperis, cùm Æditilium vides. Hæc cùm anno sequenti dixerit Cicero, etiam indicat P. Vatinium competitorem anno superiore fuisse C. Cosconij *P. Vatinius C. Cosconij competitor.*
in

in Ædilitate, sed repulsam passum. Hinc est quod paullò antè dicit, ipsum Ædilitiam prætextam togam, quam frustra confecerat, vendidisse. Quapropter de Vatinio etiam intelligenda sunt, quæ in oratione pro Sestio de maximè populari Tribuno scribit, quamuis eum non nominet, vbi de Cn. Domitio & aliis Vatinij collegis multa: Alter, inquit, qui ita se in populari ratione iactarat, vt auspicia, legem Æliam, Senatus auctoritatem, Consulem, collegas, bonorum iudicium nihil putaret; Ædilitatem petiuit cum bonis & hominibus primis, sed non præstantissimis opibus & gratia: tribum suam non tulit, Palatinam denique, per quam omnes illæ pestes vexare populũ Rom. dicebantur, perdidit: nec quidquam illis comitiis, quod boni viri vellent, nisi repulsam tulit. Sic passim obijcit Vatinio, quod Tribunus plebis auspicia, leges, Senatum, bonorumque consensum omnium contempserit ac violarit, Consulem Bibulum domo extrahere, & in carcerem ducere voluerit. Alterum verò illum popularem (nam duos in collegio Tribunorum plebis, Cæsare & Bibulo Coss. fuisse vehementer populares dicit loco iam adducto) quem quoque non nominat, ne Pompeium offenderet, Q. Metellum Scipionem fuisse opinor, si quid ex eius verbis est colligere. Hic enim tum videtur in Cæsaris & Pompeij gratiam conniuendo, Vatinij collegæ peruersis actionibus non tam obstitisse quàm applausisse. Eum tamen non vsque adeò redarguit Cicero, sed potius laudat, ne videlicet Pompeium offenderet, cuius is posteà socer est factus; populi verò iudicium tale fuisse dicit, vt ipsum non suo loco Ædilem in hunc annum crearit. Verba Ciceronis sunt hæc: Quid populares illi duo, quid egerunt? Alter, qui tantum se continuerat, tulerat nihil, senserat tantùm de Rep. aliud atq; homines expectabant, vir & bonus & innocens, & bonis viris semper probatus: quòd parùm videlicet intellexit in Tribunatu quid populo probaretur, & quid illum esse populus Rom. qui in concione erat, arbitrabatur; non tenuit eum locum, in quem, nisi popularis esse voluisset, facillimè peruenisset. Et hęc de Scipione, vt arbitror, Cicero tacitè & obliquè: alterum verò popularem Vatinium deinde suis apertiùs depingit coloribus, & repulsam esse passum dicit, sicut iam paullò antè demonstraui.

L. Pomponius . f. . n. Molo Collegam Cosconij in Ædilitate fuisse demonstrat Cicero in epistola ad Q. Fratrem libri II. septima, anno sequenti data, scribens C. Catonem Tribunum plebis à Cosconio & Pomponio bestiarios ex ludis eorum residuos tum emisse, vt iis armatis ad præsidium sui vteretur. Verba eius sunt hæc: Sic legibus perniciosissimis obsistitur, maximè Catonis: cui tamen egregiè imposuit Milo noster. Nam ille vindex gladiatorum & bestiariorum emerat de Cosconio & Pomponio bestiarios, nec sine his armatis vnquam in publico fuerat. Hos alere non poterat: itaque vix tenebat. Sensit Milo, dedit cuidam non familiari negotium, qui sine suspicione emeret eam familiam à Catone. Quæ simulatque abducta est, Racilius (qui vnus est hoc tempore Trib. plebis) rem patefecit, eosque homines sibi emptos esse dixit (sic enim placuerat) & tabulam proscripsit, se familiam Catonianam venditurum. In eam tabulam magni risus consequebantur.

Tribuni plebis.

Tribuni decem, quorum Milo princeps, de Cicerone reuocando agunt.

T. Annius C. f. . n. Milo Papianus. Princeps inter Tribunos eius anni, qui Ciceronem lege comitiis centuriatis perlata reuocarunt, vt Plutarchus, Dio, Liuius, Appianus, Velleius, Pędianus, auctores sunt, & Cicero ipse passim in orationibus suis reuersus ab exilio fatetur. Eius igitur Tribunatum nihil aliud fuisse dicit in oratione post reditum in Senatu, nisi constantem, perpetuam, fortem, inuictam defensionem salutis suæ, omnia pericula, summos labores, grauissimas inimicitias vltrò, sua & reip. caussa Milonem suscepisse. Appianus tamen à Pompeio ad hæc inductum, spe Consulatus iniecta, refert. Ac P. Clodium Milo lege Plotia de vi postulauit, armatum licet gladiatoribus. Qui cùm per vim iudicia disturbaret, Ædilitatemque peteret, ne caussam diceret, Milo comitia intercessionibus sustulit, & Q. Metello Consuli obnuntiauit. Cum Clodio inimico vim parante armata manu & ipse stipatus aliquoties conflixit, Clodius domum Milonis oppugnauit, & conflictationes cædesque diuersis locis per vrbem factæ sunt. Vide Dionem, Ciceronis orationes post reditum in Senatu, de Aruspicum responsis, pro Sestio, pro Milone & epistolam ad Atticum libri quarti secundam.

P. Sestius Trib. pl. de Cicerone reuocando legẽ tulit.

P. Sestius L. f. . n. nepos. Legem quoque de reuocando Cicerone contra Clodiam promulgauit, & studia cum Milone iunxit, vt in oratione ad Quirites Cicero, vbi de huius anni magistratibus: Reliqui magistratus (inquit) pæne omnes fuerunt defensores salutis meæ, ex quibus excellenti animo, virtute, auctoritate, præsidio, copiis T. Annius & P. Sestius præstanti in me beneuolentia & diuino studio extiterunt. De lege autem Sestia

Cicero

Cicero sic ad Atticum libro III. cùm adhuc esset in exilio; legerat enim eius exemplum:
„ Rogatio Sestij neque dignitatis satis habet, nec cautionis: nam & nominatim ferre
„ oportet, & de bonis diligentius scribi; & id animaduertas velim. Huic autem gratias agit inter Tribunos eius anni secundo loco post Milonem, cuius rationes ipsum sequutum fuisse dicit: & pro Senatus auctoritate, pro statu ciuitatis nullas sibi inimicitias, nullam vim, nullos impetus, nullum vitæ discrimen vitasse. Fatetur insuper Cicero, bonis, clientibus, libertis, familia Sestij in calamitate se vsum ac sustentatum fuisse, non secùs ac fratris; immò beneuolentiam & fidem suam non solum animi dolore, sed etiam corporis vulneribus ostendisse Sestium. Cùm enim & ipse obnuntiaret Consuli Metello ad templum Castoris, Clodianorum infestis armis circumseptus, & multis vulneribus prostratus cõfectus fuit, adeo vt pro mortuo exsanguis ibidem relictus ab inimicis fuerit, quemadmodum diserte Cicero declarat in oratione, qua ipsum Sestium de vi accusatum posteà defendit. *P. Sestius à Clodianis vulneratus.*

C. Cestilius ./.f. /. nepos. Huic tertio loco inter plebis Tribunos agit gratias
„ Cicero in eadem oratione quam reuersus in Senatu dixit: Iam ceterorum, inquit, officia
„ studiaque vidistis, quàm cupidus mei C. Cestilius, quàm studiosus vestri, quàm non va-
„ rius fuerit in caussa.

M. Cispius /.f. /. Læuus. De hoc item honorificè in oratione iam nominata:
„ Quid M. Cispius? cui ego ipsi, parenti, fratrique eius sentio quantum debeam: qui, cùm
„ à me voluntas eorum in priuato iudicio esset offensa, publici mei beneficij memoria pri-
„ uatam offensionem obliterauerunt. Nihil dubito quin incorrectè nomen huius Tribuni legatur M. Olopius in vulgatis exemplaribus, nam in oratione pro Sestio M. Cispium
„ appellat Cicero, vbi de tumultu Clodiano, quem excitauit VIII. Kal. Febr. Venientem
„ in forum, inquit, virum optimum & constantissimum M. Cispium Tribunum plebis vi
„ depellunt, cædem in foro maximam faciunt. In quo tumultu, opinor, Q. Frater Ciceronis, cùm supplex plebem circumiret, periculum mortis quoque subiit, vt inter cadauera peremptorum fusus delituerit, vt refert Plutarch. Meminit Cispij quoque in Planciana Cicero. Læuos appellat Cispios Familiarium lib. x. ep. XXI. L. Plancus orator ad Ciceronem scribens. *Q. Cicero periclitatur.*

„ T. Fadius ./.f. /. n * Gallus * Qui mihi Quæstor (inquit ibidem Cicero) fuit,
„ studio, amore, animo huic necessitudini non defuit. Ipsum quoque legem de Cicerone reuocando anno superiore, cùm magistratum nondum iniisset, in promptu habuisse docet Ciceronis epistola, quam exul ad Atticum tunc scribebat Kal. Decembris, in qua
„ sic de Fadio, licet perperam Fabium vocent exemplaria: Si est aliquid in spe, vide legem
„ quam T. Fadio scripsit T. Vitellius; ea mihi perplacet: nam Sestij nostri, quam tu tibi pro-
„ bari scribis, mihi non placet. Recenset & hunc Fadium inter amicos Tribunos in vltima epistola lib. primi ad Q. Fratrem. Extant quoque duæ Ciceronis inter Familiares epistolæ post bellum ciuile ad hunc datæ; sed falso, vt dixi, vtrobique titulo, cum prior libro v. perperàm T. Fabio inscribatur, vt in eius Quæstura probaui, in qua consolatur de exilio, cùm forte Cæsarem singularius offendisset. Alteram, quæ libro VII. extat, librarius qui epistolas in ordinem redegit, insolentia nominis deceptus, M. Fabij Galli epistolis adiunxit, quod ex ipsius Ciceronis verbis fit liquidum. Nam cùm Fadius desperãs de gratia Cæsaris ac restitutione sua, acerbiores dedisset ad Ciceronem litteras, beneficia sua improperans, quòd Quæstor eum obseruasset Consulem, deque coniuratione Catilinaria detexisset multa: quodque Tribunatum plebis petiisset Ciceronis exulantis caussa, qui rursus amici bene meriti salutem negligeret, stomachabunde in ea iratus respondet, reprehendens eius improbitatem in culpando, cùm ob sortis Quæstoriæ necessitudinem obser-
„ uare ipsum potiùs parentis loco deberet, ideoque dicit: Miror cur me accuses, cùm tibi id
„ facere non liceat: quod si liceret, tamen non debebas. Ego enim te in Consulatu non ob-
„ seruaram. Alteram verò querelam, cùm negare non posset, Cicero ita suggillat; Tribuna-
„ tum plebis, dicis te mea caussa petisse, vtinam semper esses Tribunus; intercessorem non
„ quæreres. Rursus falsam eius de coniuratione delationem ita: Nam si falsa, inquit, fue-
„ runt, quæ tu ad me, vt ais, detulisti: quid ego tibi debeo? sin vera, tu es optimus testis, quid
„ mihi populus Rom. debeat. Hæc quidem & alia quæ ibi scribit, si præcedentes epistolas consideremus, M. Fabio Gallo minime congruunt, qui inter Tribunos eius anni cùm Cicero exularet non reperitur: nec P. Sestio, vt quidam opinantur, qui Quæstor quidem Cicerone Consule, sed eius Quæstor non fuit, eumq; à Cæsare victore post bellum mox restitutum fuisse docuimus, & Ciceroni semper amicissimum fuisse constat. Sed hæc mea est de ista Ciceronis epistola coniectura, quam in lucem candidè profero; nihilominùs aliorum melioribus cum adferentur documentis libenter cessurus.

M'. Curius * M'. f. M' * nepos. Hic malè Curtius dicitur in epistola ad Q. Fratrem nunc citata: idem namque videtur qui Quæstor vrbanus ante quadriennium fuit. & Curium appellat in oratione pro L. Flacco, & post reditum in Senatu, vbi eum T. Fadio coniungit, ambobusque simul gratias agit, studio, amore, animo ipsos necessitudini non defuisse dicens, qua tenebantur, cùm Fadius Quæstor suus fuisset, & patri M'. Curij Quæstor ipse Cicero, vt ibidem testatur. Quod sane mirum videri potest, cum Asconius Pædianus auctor sit, & ipse etiam in Verrinis non vno loco declaret, se Sex. Peduceio Prætori in Sicilia Quæstorem fuisse. Vnde colligere est, Curium, de quo nunc loquimur, à Peduceio adoptatum, atque ea ratione filium eius dictum fuisse.

Q. Fabricius . . f. . . nepos. Inter amicos Tribunos item nominatur, quibus in Senatu gratias agit Cicero post reditum ab exilio: Q. Fabricius, inquit, si quæ de me agere conatus est, ea contra vim & ferrum perficere potuisset, mense Ianuario nostrum statum recuperassem. Quem ad salutem meam voluntas impulit, vis retardauit, auctoritas vestra reuocauit. In oratione pro Sestio hoc magis declarat referens latius, Q. Fabricium à Clodianis pulsatum fuisse, cùm legem de reuocando Cicerone vellet ferre. Sed hæc eius verba sunt: Venit tandem consilij de me agendi dies VIII. Kal. Febr. Princeps rogationis vir mihi amicissimus Q. Fabricius templum aliquantò ante lucem occupauit; quo pacto se gerunt? cum forum, comitium, curiam, multa de nocte armatis hominibus ac seruis plerisque occupauissent, impetum faciunt in Fabricium, manus adferunt, occidunt nonnullos, vulnerant multos. Attingit hoc etiam in oratione pro Milone, crudelissimam in foro cædem factam tum fuisse dicens. In epistola autem ad Q. Fratrem ab exilio scripta superiore anno, quæ est vltima libri primi, recenset tum designatos Tribunos plebis sibi amicos, in quibus spes auxilij posset esse. Ait enim ita: De nouis autem Tribunis plebis est ille quidem in me officiosissimus Sestius; & spero Curius, Milo, Fadius, Fabricius; sed valde aduersante Clodio, qui etiam priuatus eadem manu poterit conciones concitare. Qui locus profectò in vulgatis libris valde mendosus est, itaque non est quòd mireris Lector, si ex Cicerone studiosiùs collato tibi hic pro Gratidio Fabricium hunc restituerim: octo enim Tribunos eius anni suæ salutis defensores vbique decantat in orationibus, duos aduersarios, quos omnes ordine hic producimus; Gratidium verò superfluum alibi non reperimus; perperàm igitur hoc loco librariorum culpa suppositus pro Fabricio videtur.

C. Messius . . f. . . nepos. Octauus est Tribunorum qui de reditu Ciceronis promulgarunt. Multas (inquit in eadem oratione gratias agens magistratibus post reditum in Senatu) de me C. Messius & amicitiæ & reip. caussa dixit, legem separatim initio de salute mea promulgauit. Hæc ibi Cicero, sed perperàm opinor in exemplaribus ibi Messinius appellatur: is enim idem est, quem altero abhinc anno Ædilem habebimus, & qui nunc Tribunus de Cn. Pompeij frumentario imperio paulò post reditum Ciceronis legem conscripsit, cuius mentionem facit Cicero epistola ad Atticum prima libri quarti: Legem, inquit, Consules conscripserunt, qua Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariæ toto orbe terrarum daretur: alteram Messius, qui omnis dat pecuniæ potestatem, & adiunxit classem, & exercitum, & maius imperium in prouinciis, quàm sit eorum qui eas obtineant. Illa nostra lex Consularis nunc modesta videtur, hæc Messij non ferenda. Pompeius illam velle se dicit, familiares hanc.

Messia lex de frumentario Cn. Magni imperio.

Sex. Atilius Sex. f. . . n. Serranus. Gauianus. Duos ex eius anni collegio Tribunos plebis ab inimicis suis pecunia corruptos conqueritur variis locis Cicero, qui Senatusconsulta & collegarum promulgationes de suo reditu & salute intercessionibus tollerent. Quod ipsum & Pædianus in Pisonianam annotauit. Quorum alter hic Atilius erat, quem sæpius exagitat, & per adoptionem ex humili & municipali gente in nobilem Serranorum familiam irrepsisse amarulenta irrisione docet in oratione pro Sestio, cum dicit: Alter verò non ille Serranus ab aratro, sed ex deserto Gauij Olelij horreo, calatis granis, in Calatinos ac Lælios insitus. Qui tamen locus non simpliciter mendosus esse, ac sine veterum exemplarium subsidio corrigi vix posse videtur. Quid enim Olelius? & cur in Lælios insitus dicitur? Sed fortasse legendum, in Calatinos Atilios insitus. Atilium enim Gauianum posteà appellat, gentis videlicet Gauiæ obscuræ ex Cosano vel Firmano municipio. Hic Tribunus Kalend. Ianuariis referente P. Lentulo Consule in Senatu, cum magno consensu Patres de reuocando Cicerone decernerent, Senatusconsulto intercessit. Id quod ita in eadem oratione Cicero: Veniunt, inquit, Kal. Ianuarij. Quæ tum frequentia Senatus? Quæ expectatio populi? qui concursus legatorum ex Italia cuncta? Cùm omnes certatim, aliusque alio grauius atque ornatius de mea salute

» lute dixissent, fieretque sine vlla varietate discessio, surrexit, vt sciatis, Atilius hic Gauia-
» nus: nec ausus est, cum esset emptus, intercedere: noctem sibi ad deliberandum postula-
» uit. Clamor Senatus, querelæ, preces, socer ad pedes abiectus. Ille se affirmare postero die
» moram nullam esse facturũ. Creditum est: discessum est. Illi intereà deliberatori merces,
» longa interposita nocte, duplicata est. Hanc eius Tribuni iniuriam accusat. Item in oratione post reditum ad Quirites, ingrati animi ipsum quoque insimulans, velut superiùs in Quæstura eius diximus. Sex. Serranum in oratione de Aruspicũ responsis appellat, & ab eo sanctissima sacella suffossa, incensa, inædificata, oppressa, summa denique turpitudine fœdata fuisse diuulgat. Et in oratione pro Sestio, dicit à Serrano missos gladiatores, quos confessos in vincula coniecerat Milo. Kalendis item Octobribus eiusdem anni frequenti Senatu cùm ageretur ex sententia Pontificum de Ciceronis domo restituenda, omnibusque præter vnum Clodium assentientibus, cùm S. C. fieret, Serranus iterùm intercessit, vt idem Cicero refert ad Atticum scribens, epistola secunda libri quarti: Sed de
» intercessione, inquit; statim ambo Coss. referre cœperunt, cùm sententiæ grauissimæ di-
» cerentur, Senatui placere mihi domum restitui; auctoritatem ordinis ab omnibus ma-
» gistratibus defendi; si quæ vis esset facta, Senatum existimaturum, eius operâ factam esse
» qui S. C. intercessisset. Serranus pertimuit, noctem sibi postulauit; non concedebant:
» reminiscebantur Kal. Ianuarij. Vix tamen sibi de mea voluntate concessum est, postridie
» S. C. factum est, id quod ad te misi. Hæc obiter ex Ciceronis epistola exscripsi, in qua rei successum ipse aliquantò narrat diffusiùs.

N. Quinctius //. f. //. n. Gracchus. Pædianus in Pisonianam Q. Numerium vocat: Duos, inquit, Tribunos, de quibus ipsis sæpe iam diximus, quos de lapide emptos ait, quia mercede id faciebant, Sex. Atilium Serranum & Q. Numerium significat. Puto tamen mendosum esse hic Pædianum, quia tam prænomen est Numerius, quàm nomen familiæ. Qua ambiguitate vocabuli, cùm quæreretur ad cædem, posteà seruatum dicit. Is igitur alter Tribunus Ciceroni contrarius, quem ita etiam inter alios suggillat in ora-
» tione pro Sestio: Omitto (inquit) iam Numerium, Serranum, Ælium, quisquilias sedi-
» tionis Clodianæ. Pecunia corruptum ab inimicis suis scribit, promulgationi collegarum
» vt aduersaretur. Ineunt, ait, magistratum Tribuni plebis, qui omnes de me promulga-
» turos confirmarant. Ex his princeps emitur ab inimicis meis is, quem homines in luctu
» irridentes Gracchum vocabant. Periculosas quoque suorum insidias elapsum fuisse refert, vbi de tumultu verba facit ad templum Castoris à Clodianis excitato, in quo P. Sestius Tribunus multis vulneribus propemodum confectus, inter cadauerum strages pro occiso relictus fuit. Tum Clodiani, vt simile crimen violati & occisi Tribuni plebis aduersariis item imponere possent, suæ licet partis Tribunum Gracchum ad cædem in
» eodem tumultu statim quæsiuerunt. Hoc ita disertè Cicero: At verò illi ipsi paricidæ,
» quorum effrænatus furor alitur impunitate diuturna, adeò vim facinoris sui perhorrue-
» rant, vt si paullò longior opinio mortis Sestij fuisset, Gracchum illum suum transferendi
» in nos criminis caussa occidere cogitarint. Sensit rusticulus non incautus (neque enim
» homines tacere potuerunt) suum sanguinem quæri ad restinguendam inuidiam facinoris
» Clodiani, mulioniam penulam arripuit, cum qua primùm Romam ad comitia venerat,
» messoria se corbe contexit: cùm quærerent alij Numerium, alij Quinctium, gemini
» nominis errore seruatus est.

Quæstores vrbani.

P. Rupilius P. f. Q. Metell. Q. f. Q. n. Ex S. C. denarius argenteus Goltz. 144. pag. in honorem M. Catonis ex Cyprio thesauro cusus.

//. //.. //. f. //. n. //. · //. //. · //. f. //. n. //.

M. Æmilius M. f. Q. n. Lepidus. Qui posteà III. vir. Reip. constituendæ: filius M. Lepidi, qui à Q. Catulo collega suo post ciuile Marianum bellum prælio victus, & ex Italia profligatus est.

M. Cælius M. f. //. n. Rufus. Orator insignis, qui C. Antonium accusauerat: Ciceroni autem amicus & familiaris fuit; laudaturque in Bruto, & in oratione qua reum defendit veneficij, vbi eius ingenium vitæq; conditio exactè satis describitur. Extant eius ad Ciceronem epistolæ plures Familiarium libro VIII. In Appiano perperàm M. Cæcilius appellatur Ciuilium bellorum lib. secundo. *M. Cælius Rufus.*

Prouinciæ

C. Iulius C. f. C. n Cæsar. Procos. Gallias. &. Illyricum. obtinuit. Ambianos, Suessiones, Veromanduos, Atrebates, Belgarum populos domuit, & in deditionẽ accepit: *C. Iulius Cæsar Galliæ Procos.*

cum Neruiis graue bellum gessit, tandemque obsidione victos subiugauit. Aduaticos post deditionem rebellantes ad internecionem deleuit. Per P. Crassum legatum, quem cum vna legione miserat, Venetos, Vnellos, Aulercos, Rhodones, Sesuuios, Osisinos, aliasque maritimas Galliarum ciuitates occupauit. Ob quas eius victorias xv. dierum supplicatio Romæ, quod anteà numquam contigerat, decreta est. Ipse exercitu, vbi bellum gesserat, in hiberna deducto, in Italiam & Illyricum profectus est. Latiùs historiam habes Commentariorum belli Gallici secundo libro, & apud Dionem, Plutarchum, Suetonium, Orosium, Florum, & alios.

L. Calpurnius L. f. L. n. Piso. Cæsoninus. Procos. Macedoniam. lege. Clodia. obtinuit. Additum extra ordinem imperium in vicinas quoque prouincias, velut suprà docuimus.

A. Gabinius A. f. //. nepos. Procos. Suriam. lege. Clodia. obtinuit. cum imperio extra ordinem extenso in Babylonem & Persas, vt suprà dictum est. Quid autem Piso & Gabinius hoc anno gesserint, nobis obscurum est. Tantùm hoc refert Appianus in Syriaca, post Philippum & Marcellinum Prætorios, primum Gabinium Proconsulari cum imperio & exercitu missum in Syriam esse, quo tempore Mithridates Parthorum rex pulsus ab Orode fratre, Arabum auxilio suum regnum recepit.

Cn. Pompeius Cn. f. Sex. n. Magnus. Procos. frumentariam procurationem ex S. C. extra ordinem cum imperio per omnes populi Rom. prouincias obtinuit, vt suprà dictum est. Vide epistolam Ciceronis ad Atticum libri IIII. primam.

//. //. //. f. //. n. //. Siciliam
//. //. //. f. //. n. //. Sardiniam
//. //. //. f. //. n. //. Hisp. citeriorem
//. //. //. f. //. n. //. Hisp. vlteriorem
//. //. //. f. //. n. //. Achaiam

Prætores sortiti obtinuerunt.

L. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus.
L. Cornelius P. f. //. n. Lentulus. Crus.
M. Terentius //. f. //. n. Varro.
L. Flauius //. f. //. nepos.
P. Nigidius //. f. //. n. Figulus.

M. Nonium inter eos reperio qui non statim ex Prætura, sed ex lege Pompeia post quintum annum prouinciam acceperunt, vt posteà constabit.

C. Memmius L. f * C. n * Gemellus. Pr. Bithyniam. &. Pontum. sortitus. obtinuit. & in prouinciam secum C. Valerium Catullum poëtam comitem duxit, vt ipse Catullus in Hendecasyllabis ad Verannium & Fabullum, qui L. Pisonis Procos. comites posteà quoque descripsit.

T. Ampius //. f. //. n. Balbus. Pr. Ciliciam. lege. Clodia. extra. ordinē. obtinuit. vt Cicero prodit in oratione pro domo sua, quamuis Prætorem non nominet: Mutasti, „ inquit, pactionem, & Ciliciam ad Prætorem item extra ordinem transtulisti; Gabinio „ pretio amplificato Syriam nominatim dedisti. T. Ampium verò fuisse Prætorem illum „ hinc apparet, quòd P. Lentulus ex Consulatu in eadem prouincia Ampio successerit, quemadmodum ex eiusdem Ciceronis Familiarium primo epistola tertia colligimus, qua A. Trebonij sui negotia prouincialia Procos. Lentulo commendat; In primisque, vt „ quæ T. Ampius de iis decreuerat, ea comprobet. Ex quibus fit manifestum, Ampij „ successorem Lentulum fuisse in Cilicia prouincia. Non absurdè igitur Cicero in epistola ad ipsum Ampium, quæ est Familiarium sexti decimatertia: Cum recordor, inquit, te, „ & à primis temporibus in rep. versatum, & tuos magistratus in ipsa discrimina incidisse, „ salutis fortunarumq; communium. Nec verò hæc frustrà dicit, quia Tribunus plebis fuit, „ Ampius Cicerone Consule, Catilinaria coniuratione gliscente, & Prętor anno superiore, P. Clodio legibus suis Remp. turbante.

C. Pontinius A. f. //. nepos. Propr. ad vrbem triumphi impetrandi caussa.

M. Cato Cypri Propr.

M. Porcius M. f. M. n. Cato. Propr. Cyprum extra ordinem lege Clodia obtinuit. Reductis Byzantium exulibus, in Cyprum profectus ex lege Clodia, regis Ptolomæi mortui bona supellectilemque sub hasta vendidit, aurum, argentum, vasa, resque pretiosas omnes Romam deuehendas nauibus imposuit. Ipse insula vtcumque in speciem prouinciæ constituta, cum prąda deinde Cypria extremo anni media bruma

Romam

Romam nauigauit, thesaurumque expectatione maiorem in ripa Tiberis exposuit. Senatus omnis cum magistratibus appellenti obuiàm processit, & Praeturam illi extra ordinem citra comitia decreuit. Quem honorem non acceptauit; iniquum esse affirmans, quod nulli alij tribueretur, sibi decerni. Campestrem igitur, vt Val. Max. ait libro IV. temeritatem experiri satius esse duxit, quàm Curiae beneficio vti: & more maiorum anno sequenti Preturam petens repulsam quoq; passus est, vt posteà dicemus. Sed vide Dionem lib. XXXIX. Plutarchum in eius vita, Velleium, L. Florum, & Ammianum Marcellinum lib. XIV. qui populum Romanum auaritiae non immeritò insimulat, quòd regem Ptolomaeum amicum & foederatum, nulla sua culpa, sed tantùm ob diuitias, & aerarij Romani angustias proscripserit, & Regem ipsum quasi cum diademate, sceptro, atque omnibus regiis ornamentis (vt inquit Cicero) voce praeconis hastae subiecerit, regnum eius tributarium fecerit. Cuius rei inuidiam omnem Cicero Consulibus Pisoni & Gabinio, legislatorique P. Clodio passim in suis orationibus post reditū dictis impingit. Itaque Cyprus nunc primùm prouinciis Romanis accessit, quae primùm Ciliciae adiuncta ab eius Procos. administrata est. Hinc Praetoria facta est, teste Strabone, & aliquando etiam ex Caesaris nutu Quaestori commissa, vt posteà constabit. Ac deinde ab eodem Dictatore & à M. Antonio III. viro heredibus Ptolomaei reddita. Denique post eorum mortem, cum Ægypto sub iugum Rom. imperij redijt. *Cyprus Prouincia facta Rom.*

// . // . // . f. // . n. // . Africam
// . // . // . f. // . n. // . Asiam
// . // . // . f. // . n. // . Cretam & Cyrenen

Proprr. prorogato. imperio. obtinuerunt.

Quaestores.

// . // . // . f. // . n. // . Ostiensis in Latio
// . // . // . f. // . n. // . Calesinus in Campania
// . // . // . f. // . n. // . Canusinus in Apulia
// . // . // . f. // . n. // . C. Caesaris Procos. in Gallia Cisalp.
// . // . // . f. // . n. // . L. Pisonis Procos. in Macedonia
// . // . // . f. // . n. // . A. Gabinij Procos. in Suria
// . // . // . f. // . n. // . Cn. Magni Procos. frumentarius
// . // . // . f. // . n. // . Eiusdem frumentarius. Nam & bello piratico duos Quaestores habuit lege Gabinia, quale nunc etiam eius imperium ex S. C. erat.
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Sicilia Suracusanus
// . // . // . f. // . n. // . Eiusdem Lilybaetanus
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Sardinia Caralitanus
// . // . // . f. // . n. // . Eiusdem in Corsica Aleriensis
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Hisp. citeriore
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Hisp. vlteriore
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Achaia
// . // . // . f. // . n. // . C. Memmij Pr. in Bithynia
// . // . // . f. // . n. // . Eiusdem in Ponto
// . // . // . f. // . n. // . T. Ampij Pr. in Cilicia

D. Laelius * D. f. D. n. Balbus * Filius eius fortasse, qui Quaestor Pompeij à Sertorio in Hispania occisus est, & pater viri Consularis sub Augusto. Atque hic adolescens ante biennium accusauerat L. Flaccum, de qua re sic Cicero Flaccum defendens in initio orationis: Numquam tamen existimaui, iudices, D. Laelium optimi viri filium, optima ipsum spe praeditum, summae dignitatis, eam suscepturum accusationem.

C. Sallustius // . f. // . n. Crispus. Historicus celeberrimus, cuius quaedam adhuc extant, vitam diligētiùs scripsit Crinitus; sed testimonia doctorum virorum à Plantinianis pręmissa, longe meliora, nos tantùm magistratus eius persequemur. Bis Quaestorem fuisse demonstrabo posteà. In hac autem priore, Tribunatuque plebis nullam laudem esse assecutum, testatur Auctor incertus, qui vitam eius describit. *C. Sallustius historicus.*

* Cn * Octauius * L. f. Cn. nepos * Is fortè qui posteà legatus M. Crassi in praelio contra Parthos periit, vt Plutarchus in Crassi vita.

* C * Egnatius * C. f. //. n. Maximus * Qui ex eodem prælio fugit cum trecentis equitibus, peruenitque saluus in Suriam, vt ibidem Plutarchus refert.

T. Munatius Plancus Bursa, Orator seditiosus, L. Planci frater.

T. Munatius L. f. L. n. Plancus. Bursa. L. Planci oratoris frater, & ipse paratus ad dicendum, vt testatur Pædianus in Milonianam; sed seditiosus, sicut ex eius Tribunatu constabit.

//. Manilius //. f. //. n. //. Caninianus. M. Octauius Cn. f. M. nepos.

L. Vibullius //. f. //. n. Rufus. Senatorem vocat Cæsar libro primo, & legatus erat belli ciuilis initio, Corfinij cum aliis captus, & posteà captus iterùm in Hispania & dimissus: Cæsar lib. tertio.

L. Liuineius //. f. //. n. Regulus. Ciceroni familiarissimus, quem exulem quoque iuuit per libertum suum Tryphonem, vt Familiarium libro XIII. ep. LIX.

Proquæst.

//. //. //. f. //. n. //. Canusinus in Apulia

//. //. //. f. //. n. //. Pisanus in Etruria

//. //. //. f. //. n. //. C. Cæsaris Procos. in Gallia Transalp.

//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem in Illyrico

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Africa Vticensis

//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem in Libya Adrumetanus

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Asia

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Creta

//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem in Cyrenaica

M. Canidius //. f. //. n. Crassus. M. Catonis Propræt. in Cypro. Bona Ptolomæi regis sub hasta vendidit, & pecuniam in ærarium retulit: Plutarchus & alij.

ANNI P. R. C. DCXCVII.

Consules.

CN. CORNELIVS P. f. //. n. Lentulus. Marcellinus. L. Marcius L. f. Q. n. Philippus.

ITA in Dionis indice lib. XXXIX. leguntur hi Consules; in Mariano Scoto Cn. Lentulus Marcellinus, L. Marcius Philippus: Cassiodorus habet Cn. Lentulum & L. Philippum: Tabulæ Græcæ Marcellinum & Philippum: sic etiam Tullius in oratione de Aruspicum responso his Consulibus dicta: Te enim, inquit, appello Lentule, & te Philippe; » ex hoc Aruspicum responso decreuit Senatus, vt de locis sacris, religiosis, ad hunc ordi- » nem referretis? Et alibi nunc huius, nunc illius mentionem sæpiùs facit. In epistolis verò » ad P. Lentulum Ciliciæ tunc Procos. & in orationibus, horum alterum ob duplex cognomen aliquando Lentulum, aliquando Marcellinum appellat.

De Ptolomæi regis restitutione contenditur.

De Ptolomæi regis restitutione contentiones variæ in Senatu fuerunt; nam quidam voluerũt à Cn. Pompeio reduci, qui hoc clanculum per suos sollicitabat; quidam à P. Lentulo Spinthere Ciliciæ Procos. alij per tres legatos. Et ne omnino reduceretur, versus quidam Sibullini reperti, dum ob prodigia libros adirent XV. viri, & publicati in caussa fuerunt; quibus Romani monebantur, ne regem Alexandrinum profugum cum exercitu reducerent, nisi labores & pericula sibi quærerent. Denique Ptolomæus, cùm res discerni non posset, desperata restitutione Ephesum se contulit. Hæc latius Dio, Plutarchus in Pompeio, Ciceronis epistolæ ad Lentulum, & ad Q. Fratrem libro secundo.

M. Cic. leges Clodianas rescindit.

M. Cicero in Capitolio leges Clodias reuulsit & sustulit; acta eius omnia rescindere conatus, nisi M. Cato ob Cypriacam suam prouinciam, quam lege Clodia habuerat, obstitisset. Vide Dionem, & Plutarchum in Cicerone & Catone.

Præ-

Prætores.

//. //. //. f. //. n. //. Vrbanam
//. //. //. f. //. n. //. Peregrinam
iurisdictiones
//. //. //. f. //. n. //. Maiestatis
//. //. //. f. //. n. //. peculatus
//. //. //. f. //. n. //. repetundarum
//. //. //. f. //. n. //. falsi
Quæstiones sortiti obtinuêre.

C. Clodius Ap. f. C. n. Pulcher. Frater alter P. Clodij, vt Pædianus in Milonianæ argumento testatur:& Prætorem hoc anno fuisse, à Dione proditum memoriæ est,cùm scribat lib. XXXIX. Ciceronem Milone comite, Tribunisque plebis aliquot assumptis Capitolium ascendisse,tabulasque cum legibus Clodiis reuulsas abstulisse; sed eas à P. Clodio superueniente cum C. Clodio fratre Prætore illi ablatas fuisse.

P. Plautius //. f. //. n. Hypsæus. P. Atius //. f. //. n. Varus.

L. Postumius * L. f* //. n. Albinus.

T. Postumius //. f. //. nepos. Inter Prætorios fuit belli ciuilis initio, de quo tunc Senatus decreuerat, vt statim in Siciliam iret, Furfanioque succederet, vt Cicero ad Atticum libro VII. ep. XIV. cuius verba in proximo Annali fortasse citabo in Prætura C. Fannij.

Q. Ancharius Q. f. //. nepos. Collegam Cn. Domitij Caluini in Prætura fuisse, patet ex oratione Ciceronis pro P. Sestio, vti suo loco in Tribunatu plebis vtriusque, quem simul Cæsare Consule cum P. Vatinio gesserunt, demonstraui latiùs. Iurisdictionem Ancharij non reperio, ex Prætura autem obtinuisse Macedoniam, proximè docebimus.

Cn. Domitius M. f. M. n. Caluinus. Quæstionem. de. ambitu. sortitus. obtinuit. Nam apud hunc Cicero L. Calpurnium Bestiam, qui cum his petierat, & repulsam passus erat, defendit iisdem Consulibus, quibus Milo Sestiusque de vi sunt accusati. Cognoscitur illud apertè ex epistola ad Q. Fratrem libri secundi tertia, vbi acta vrbana tam in Senatu, quàm in foro seu iudiciis Februarij mensis eius anni exactiùs perscribit. Et inter alia, posteaquàm dixisset de P. Sestio a. d. IV. Idus postulato primùm de ambitu ab indice Cn. Nerio,& eodem die de vi à quodam M. Tullio, Senatusconsultum quoque eodem die factum esse adiicit, vt sodalitates decuriatique discederent, lexque de iis ferretur, Vt qui non discessissent, ea pœna, quæ est de vi, tenerentur. Deinde ad acta insequentis diei transit, dicens: „Ad III. Idus dixi pro Bestia de ambitu apud Prætorem „Cn. Domitium in foro medio, maximo conuentu. Quæ Ciceronis oratio non extat, sed meminit Tacitus in Dialogo de oratoribus. Eiusdem Cn. Domitij Prætoris mentionem facit in oratione pro P. Sestio, sed eius verba hîc repetere necesse non est; nam antè in Tribunatu plebis Domitij illa adduxi. Ambitus autem damnatus eodem anno M. Cispius Tribunitius post petitionem Ædilitatis, defendente quamuis Cicerone: sicut ex Planciana eiusdem colligimus, vbi Laterensem aduersarium sic alloquitur: „Quousq; „ista dicis? Nihil in Cispio profecisti, absolutæ iam sunt preces tuæ. De Cispio mihi vi„delicet obiicies; quem ego de me benè meritum, quia te teste cognoueram, te eodem „auctore defendi? Et quæ sequuntur demonstrant, Ciceronem in illa defensione frustrà etiam lachrymas effudisse. Sed perperàm Crispius ibi vocatur. *M. Cispius Tribunitius.*

M. Æmilius M. f. M. n. Scaurus. Quæstionem. inter. sicarios. sortitus. obtinuit. Apud huius enim tribunal P. Sestium accusatum colligimus ex oratione qua „defenditur à Cicerone: nam Scaurum nominatim solum alloquitur. Propugnatores, „inquit, Reip. qui esse voluerunt, si leuiores sunt, desciscunt; si timidiores, desunt; per„manent illi soli, atque omnia Reip. causa perferunt, qui tales sunt, qualis pater tuus, „M. Scaure, fuit, qui à C. Graccho vsque ad C. Marium seditiosis omnibus restitit. Et „postea rursus, vbi ludos Clodij Ædilis seruili tumultu turbatos exagitat: Ex te, inquit, „igitur Scaure potissimùm quæro. Quem locum supra in Scauri Ædilitate adduxi. Sed forsan, inquiet aliquis, inter iudices Scaurus sedit cùm Sestium defenderet Cicero. Quod mihi non fit verisimile, nam iudices non ex iis qui in magistratu erant, sed ex pri- *Iudices plerumque legebantur ex priuatis, non è magistratu.*

 uato-

uatorum numero cogebantur: Scaurum verò Prætorem in vrbe hoc anno fuisse, luce clarius patet ex Pædiano: qui eum biennio post, cum ex prouincia sua, quam ex Prætura obtinuerat, reuersus esset, accusatum repetundarum scribit, L. Domitio, Ap. Claudio Consulibus, vt tum dicemus.

M. Cato ob administrationem Cypriacam à P. Clodio Ædile vexatus est, repetundarumque postulatus ob rationes, quarum tabulas sciebat Clodius naufragio periisse. Incitabat Clodium Cæsar, quamquam absens, & accusationes ei contra Catonem per litteras misit, vt à Dione proditum est. Cuius rei & Plutarchus mentionem facit.

C. Memmius L. f. repetundarum ex Bithynia reus, ab eodem Cæsare absente per litteras accusatus videtur, si quid certi ex Gellio percipi potest, qui ex Cæsaris oratione pro Bithynijs in Memmium hæc verba adfert: Vel pro hospitio regis Nicomedis, vel pro » horum necessitate hoc munus, Memmi, refugere non potui. Cæsar autem iam anteà ex » Consulatu Memmio infensus erat; vt in Prætura vrbana Memmij diximus, ideoque facilius cùm Lucæ hibernaret, hanc accusationem ex propinquo transmisisse apparet. Atque tum quoque acerbe acceptum publice Cæsarem à Memmio arbitramur, & professum conuitiis, grauibus criminibus obiectis, & inter alia, Cæsarem ad cyathum & vinum Nicomedi stetisse, cum reliquis exoletis, pleno conuiuio, accubantibus nonnullis vrbicis negotiatoribus, sicut Suetonius memoriæ prodidit. Absolutum tamen Memmium inde constat, quòd Consulatum posteà petierit, vt suo loco dicemus.

Accusatus item Sex. Cælius, sed absolutus, vt Cicero ad Q. Fratrem libro II. epist. VI. At in quibusdam vocatur Sex. Ælius: quid si Sex. Atilius Tribunus plebis anno superiore fuerit maiestatis reus ob sediuose gestum magistratum? Et sane videtur. Disserit enim illic Cicero de inimicorum suorum iudiciis.

Ædiles curules.

P. Clodius Ap. f. C. n. Pulcher. M. Claudius M. f. M. n. Marcellus.

P. Clodius anno superiore à T. Milone Tribuno plebis de vi postulatus, vt iudicio eriperetur, (quando eos qui magistratum gererent, accusare fas non erat) annitente in primis Q. Metello Consule, Ædilitatem petiit, & adeptus est; aduersante incassum magnis contentionibus, armataque etiam manu, T. Milone accusatore, & pro vi Tribunitia Consuli Metello continuè obnuntiando, comitia impediente, velut apud Dionem libro XXXIX. & Ciceronem legimus epistola ad Atticum libri quarti tertia: vbi etiam dicit M. Marcellum cum Clodio Ædilitatem petiisse, quam simul obtinuisse nihil obstat quin existimari possit; cum manifestum sit, ipsum anno suo Consulatum quoque obtinuisse. Verba Ciceronis quæ de Marcello leguntur, adiiciam: Ante diem VIII. Kal. De- ,, cemb. hæc ego scribebam, hora noctis nona. Milo campum iam tenebat. Marcellus ,, candidatus ita stertebat, vt ego vicinus audirem. Clodij vestibulum vacuum sane mihi ,, nuntiabatur, paucis pannosis sine laterna. De Marcelli Ædilitate nihil aliud reperio: Clo- ,, diana autem famosior est. Nam is Ædilis factus, contestim Milonem, cum Tribunatu iam abiuisset, vice versa de vi reum fecit, quod gladiatorum manum non secùs ac ipse

Milo à Cn. Pompeio defensus.

coëgisset. Defendit Milonem in primis Cn. Pompeius Magnus, quem Clodius in publica concione plurimis conuitiis & opprobriis onerauit, veluti ex Plutarcho, Dione, & Ciceronis epistola III. libro II. ad Q. Fratrem studiosus Lector latiùs intelliget. Furiosam igitur appellat hanc Ædilitatem Cicero ad Q. Fratrem libri secundi secunda epistola; eamdem passim suggillat in orationibus, vt pro Sestio, de Milone accusato: Volitat ,, Ædilis, accusat eum, qui aliqua ex parte eius furorem exultantem repressit. Magnas qui- ,, dem Clodius in hoc etiam magistratu turbas excitauit, vt cùm ludos Megalenses faceret vis innumerabilis incitata seruorum ex omnibus vicis ab eo collecta, quasi cohorte semper stipabatur, repente fornicibus ostiisque omnibus in scenam immissa, signo dato irrupit, populum veluti vinctum in ipso consessu aliquamdiu retinuit. Nactus deinde occasionem ex Aruspicum responso, qui de prodigiis consulti deos irasci pronuntiarant, monuerantque, videndum esse ne discordia principum cædes ciuibus, periculaque Reip. creentur, rerumque summa imperiumque prouinciarum sanguinolenta vi pulsis exercitibus ad vnum redeat, ob religiones neglectas, fidem iusiurandumque violatum, legatos contra ius & fas interfectos, ludos non rite factos, sacrificia vetusta & secreta minus diligenter obita & polluta, loca sacra & religiosa occupata & profanata, omnem pro concione calumniam profudit in Ciceronem inimicum, malorumque caussam eidem imputauit, aream Libertati sacram ipsum inuasisse, violasse fidem, discordiarum caussam esse, regnumque affectare, omniaque prodigiosa illa perpetrasse; simulque cum cohorte sua

per-

pertexit, vt domum eius ex publico restaurari cœptam, denuò à fundamentis dirueret; sed Milo conatibus eius obstitit, cum suis occursans; vt apud Dionem legimus. Cicero etiam ipse Tribunorum plebis quorumdam leges à Clodio positas in Capitolio deiecit, & sequenti die vehementi illa oratione, quæ adhuc extat de Aruspicum responso, Clodij calumniis in Senatu respondit, omnesque malorum caussas à se remouendo in illum conuertit, & diligenti interpretatione retorquet, nempe Bonæ deæ sacra vetusta Clodium profanasse, ludos Megalenses Ædilem disturbasse, legatos occidisse, loca sacra occupasse, fidem ac iusiurandum fictis testamentis falsis iudiciis pecunia accepta violasse, disertè declarans.

Ædiles plebis.

C. Claudius C. f. M. n. Marcellus. C. Considius . . f. . . n. Longus

Tribuni plebis.

C. Porcius * C. f. C. n * Cato. Qui triennio priùs, Cæsare & Bibulo Coss. A. Gabinium Consulem designatum ambitus reum fecit, & cùm à Prætoribus non audiretur, Cn. Pompeium priuatus Dictatorem dixit, quemadmodum anteà ex Cicerone retulimus. Tribunatum plebis etiam tumultuosiùs gessit, Catonum nihilominùs more meliores partes sequutus. Reductionem regis Ptolomęi per fraudes largitionesque clancularias, atque etiam per legatorum cædes, quos Alexandrini Romam miserant vti populum contra calumnias Regis defenderent, petitam, religione, ne decerneretur, iniecta, impediuit. Dum enim in Senatu de reductione Regis ageretur, & inter Pompeij & P. Lentuli Procos. qui Ciliciam & Cyprum obtinebat, amicos magnopere concertaretur, vter eorum reduceret, inspecti propter prodigia libri Sibullini negotium disturbarunt; nam in his reperti versus quidem expresse Regem Ægypti profugum cum exercitu reducere prohibebant, vt ante diximus. Itaque C. Cato Tribunus de reductione Regis non decernenda promulgauit, xv. viros in concionem produxit, Sibullinosque versus populo exponere coëgit, quemadmodum ex Dione, Plutarchi Pompeio, Epistolis ad Q. Fratrem libro II. & Familiarium primo ad P. Lentulum didicimus. Nam Cicero in primis P. Lentulo Procos. Regis reductionem vehementer ambienti studuit, & idcircò Catonis illam promulgationem nefariam appellat epistola v. Nisi aliam velit intelligere, cuius mentio est in epistola tertia libri secundi ad Q. Fratrem: Ad IIII. Nonas Febr. (inquit) Cato legem promulgauit de imperio Lentulo abrogando, vestitum filius mutauit. Quod non diu post eius profectionem in prouinciam contigit. Et anteà quoque superioris anni extremo mense, præsenti Lentulo Catonem in primis aduersatum fuisse ob pactionem fortè secretam cum Rege initam, ex hoc fragmento libri XXII. Annalium Fenestellæ, quod apud Non. Marcellum his verbis adhuc extat, cognoscere licet: Quòd vt magistratum Tribuni inierunt, C. Cato, turbulentus adolescens, nec imparatus ad dicendum concionibus assiduis inuidiam, & Ptolomæo simul, qui iam profectus ex vrbe erat, & P. Lentulo Cos. paranti iam iter concitare, secundo quidem populi rumore, cœpit. Sub finem verò huius anni Cato in dissensionem cum Consulibus venit, ob dies cum populo agendi exemptos, & adiuncto sibi Suffenate collega, continuis intercessionibus comitia Consularia sustulit, adeò vt Senatus vestem mutarit, & ex interregno Consules anni sequentis fuerint creati. Vide Dionem, & Liuium libro IV. Meminit Cicero ad Q. Fratrem epistola lib. II. sexta. A Dione narratur, Crassum & Pompeium alterum Consulatum ambientes, C. Catonem subornasse, vt comitia tolleret, vtque Interrege secundùm leges prodito, petere magistratum ipsi & capere possent. Cn. Lentulum namque Consulem, cuius erat habere comitia, aduersarium metuebant.

C. Cato Trib. pl. de Ptolomæi Regis reductione.

* L * Procilius . . f. . . nepos * Sex. Nonius Sex. f. . . n * Suffenas. Cum Catone collega Pompeij, Crassi Cæsarisque in gratiam comitiis intercessere, turbulenterque magistratum gessere. Vnde maiestatis & de vi posteà accusati sunt, vt latiùs dicemus. Meminit item Cicero Procilij in epistola ad Q. Fratrem libri secundi quinta, vt qui sibi absenti scripserit de S. C. Idibus Maiis eius anni facto.

A. Plautius * M. f * Siluanus. Litteras Ptolomæi regis publicè recitauit, quibus petebat, vt pro P. Lentulo Cn. Pompeius ad se reducendum mitteretur: sed veriti optimates, ne hæc altera prouincia Pompeium Magnum adhuc maiorem efficeret, obtenta specie mandatæ annonæ ei obstiterunt: auctores sunt Plutarchus & Dio. Cicero in epistola ad Q. Fratrem libri secundi prima anni superioris mense Decembri scripta hunc Plautium inter amicos Tribunos enumerat. Ait enim: Nam Plautius noster totus est.

L. Ra-

L. Racilius //. f. //. nepos. Cicero passim hunc laudat; vt ad Q. Fratrem libri secundi epistola prima: De Tribunis plebis, inquit, longè optimum Racilium habemus. Et „ in Planciana confitetur L. Racilij in se benè merita. Studiosum quoque P. Lentuli Procos. fuisse testatur Familiarium primo, epistola septima, Ex magistratibus (inquiens) L. Ra- „ cilium cognoui & fide & animo in te singulari. Hic Tribunus initio magistratus in Se- „ natu de iudiciis turbatis referre cœpit, Marcellinum Consulem designatum quidem „ primùm sententiam rogauit. Is cùm grauiter de Clodianis incendiis, trucidationibus, „ lapidationibus questus esset, sententiam dixit, vt ipse iudices per Prætorem vrbanum „ sortiretur: iudicũ sortitione facta, comitia haberentur: qui iudicia impediuisset, eum con- „ tra remp. esse facturum: Cicero in iam dicta epistola ad Q. Fratrem. Atque hæc acta in „ Senatu anni superioris sunt, mense Decembri, ante comitia Ædilitia, cum Clodius à Milone de vi postulatus iudicia disturbaret, & Ædilitatem, vt elaberetur, peteret. De Racilio rursus Cicero in epistola sexta eiusdem libri secundi, scribens ipsum gladiatoriam familiam C. Catonis collegæ populo detexisse: Racilius, ait, qui vnus est hoc tem- „ pore Tribunus plebis, rem patefecit, eosque homines sibi emptos esse dixit (sic enim pla- „ cuerat) & tabulam proscripsit, se familiam Catonianam venditurum. In eam tabulam „ magni risus consequebantur. „

* C * Cassius * L. f. L. n * Longinus. Cum Catone collega Marcellini sententiæ contradixit, maxima acclamatione Senatus, cùm comitia iudiciis anteferret. Philippus Consul designatus assensit Lentulo collegæ. Posteà Racilius de priuatis Ciceronem primùm sententiam rogauit, qui multa fecit verba de toto furore latrocinioque P. Clodij, eumque tamquam reum accusauit multis & secundis admurmurationibus cuncti Senatus, vt ipse ad Q. Fratrem scribit in eadem epistola.

* L * Caninius //. f. //. n * Gallus * Rogationem promulgauit, Vti Cn. Pompeius sine exercitu cum duobus tantùm lictoribus ad Ptolomæum Alexandrinis reconciliandum mitteretur. Auctores sunt Plutarchus & Dio, sed in Plutarcho mendosè Canidius legitur: Cicero Caninium semper vocat: nam eius frequens est mentio in epistolis ad Lentulum & ad Q. Fratrem, vbi suspicari se dicit, per vim rogationem Caninium perlaturum. Sed postmodum tamen aliter in epistola VI. Nam quod, inquit, de „ Pompeio Caninius agit, sanè quàm refrixit. Cum Catone collega S. C. Ne quis contra „ leges & auspicia cum populo ageret, intercedere conatus est; sed frustrà: vt epistola secunda ad P. Lentulum Cicero.

Plutarchus mendosus.

//. Antistius //. f. //. n. Seuerus. Quem inter Tribunos plebis amicos etiam numerat Cicero in epistola ad Q. Fratrem libri II. prima: Videtur etiam, inquit, Antistius „ amicus nobis fore. Et paulò ante, patrocinium iudicij de vi Clodiana suscipere ipsum „ inito magistratu voluisse scribit, vbi de actis in Senatu vnius diei disserit. Ait enim inter alia: Orationem meam collaudauit satis multis verbis, non me hercule indisertè, Seue- „ rus Antistius; isque iudiciorum caussam suscepit, antiquissimamque se habiturum dixit. „ Ibatur in eam sententiam; tum Clodius rogatus, diem dicendo eximere cœpit; furebat „ à Racilio se contumaciter inurbaneque vexatum. Deinde eius operæ repente à Græco- „ stasi, & Gradibus clamorem satis magnum sustulerunt; opinor in Q. Sextilium & ami- „ cos Milonis incitatæ. Eo metu iniecto, repentè magna querimonia omnium discessi- „ mus. Habes acta vnius diei. Hæc Cicero; satis indicans eo die de iudiciis nihil decre- „ tum esse.

P. Rutilius * P. f. P. n * Lupus. Rettulit initio magistratus ad Senatum de agro Campano rursum publicando. Cicero eam suasit primùm in Senatu, posteà tamen Pompeij atque Cæsaris auctoritate ab ea sententia deterritus est, vt latiùs ipse ad P. Lentulum ep. IX. Familiarium lib. I. Meminit aliquoties ad Q. Fratrem libro II. vt epist. VII. Nonis Apr. S.C. Pompeio pecunia decreta in rem frumentariam ad HS. CCCC. Sed eo- „ dem die vehementer actum de agro Campano clamore Senatus; acriorem caussam ino- „ pia pecuniæ faciebat, & annonæ caritas. Item in epistola prima, de Senatu habito anni „ superioris mense Decembri ante ferias: Commorat, inquit, expectationem Lupus. egit „ caussam agri Campani sanè accuratè, auditus est magno silentio: & cetera quæ sequun- „ tur. Idem Lupus in Senatu rettulit de Pompeij legatione Alexandrina & Ptolomæo re- „ ducendo, quemadmodum ex primis duabus epistolis ad P. Lentulum constat: Volcatius, „ inquit, Lupo referente, Pompeium decernit. Et in secunda: Proxima erat Hortensij „ sententia, cum Lupus Tribunus plebis, quod ipse de Pompeio retulisset, contendere cœ- „ pit, ante se oportere discessionem facere quàm Consules. Eius orationi vehementer ab „ omnibus reclamatum est; erat enim iniqua & noua.

Cn. Plan-

Cn. Plancius Cn. f. .. nepos. Populo gratus: reuersus enim ex Quæstura Tribunatum plebis petens mox obtinuit. Cuius magistratus frequenter mentionem facit Cicero in oratione, qua reum ambitus posteà defendit. Satis erit ostendere, L. Racilij collegam hoc anno fuisse, & anno superiore Tribunatum petisse ante Ciceronis reditum
„ ab exilio. declarant hoc eius verba: Etenim si ante reditum meum, Cn. Plancio se vulgò
„ viri boni, cùm hic Tribunatum peteret, vltrò offerebant, cui nomen meum honori fuis-
„ set, ei meas præsentes preces non putas profuisse? Duxit autem in campum Cicero candidatum Ædilitatis grati animi ergò, quod Quæstor in Macedonia exulem recepisset, vt
„ suprà diximus. Et postea Laterensem accusatorem sic alloquitur: Negas Tribunatum
„ Plancij quidquam attulisse adiumenti dignitati meæ, atque hoc loco L. Racilij fortissimi
„ & cõstantissimi viri diuina in me merita commemoras; cui quidem ego, sicut in Plancio,
„ numquam dissimulaui me plurimum debere, semperque præ me feram. Sed si non ea-
„ dem contendit in Tribunatu Plancius, existimare debes non huic voluntatem defuisse,
„ sed me, cùm iam Plancio deberem, L. Racilij beneficiis fuisse contentum. Meminit in eadem oratione sæpius Plancianæ Quæsturæ atque Tribunatus. Atque hæc inter alia
„ dicit: Tribunus plebis fuit non fortasse tam vehemens quàm isti, quos tu iure laudas:
„ sed certe talis, quales si omnes semper fuissent, numquam desideratus vehemens esset
„ Tribunus.

Quæstores vrbani.

C. Vibius C. f. C. n. Pansa. Cuius plures adhuc reperiuntur denarij argentei, varijs Bacchici argumenti symbolis insigniti, vt hominis Epicurei. C. Cæsari posteà familiarissimus fuit. *C. Vibius Pansa Epicureus.*

L. Manlius L. f. L. n. Torquatus, L. Torquati Consularis filius, qui P. Sullæ ambitus damnato Consulatum eripuit.

Prouinciæ.

C. Iulius C. f. C. n. Cæsar. Procos. Gallias & Illyricum obtinuit. Venetos ad Oceanum, qui P. Crassi præfectis retentis rebellabant, nauali prælio deuictos subegit, Senatuque eorum interfecto, reliquam multitudinem sub corona vendidit. Eadem æstate Vnellos per Q. Titurium legatum, atque Sontiates per P. Crassum, atque deinceps omnes Aquitaniæ populos partim vi, partim metu ad deditionem coëgit. Morinos autem Menapiosque, qui in armis adhuc erant, in siluas compulit, legionibus demum apud Aulercos Lexobiosque in hiberna ductis, transgressus Alpes ipse, vt vrbanas etiam res cognosceret, Lucæ, quæ proxima prouinciæ suæ Cisalpinæ ciuitas erat, hiemauit. Quò salutatores ex vrbe & prouinciis vicinis confluxerunt, illius factionis principes, etiam ex magistratibus quamplurimi. Nam vno eodemque tempore Senatores ducentos ibidem fuisse, centum viginti fasces Procoss. Propr. ante Cæsaris atrium simul conspectos esse, prodit Plutarchus. Inter alios Pompeius rei frumentariæ caussa in Sardiniam Africamque nauigaturus, & M. Crassus adfuerunt, cum quibus fœdus illud tricipitinum renouauit, pactumque inter eos, vt detrudendi L. Domitij Consulatum petentis caussa, qui palàm minabatur, quòd Consul exercitus Cæsari adempturus esset, Crassus & Pompeius in annum sequentem denuò peterent Consulatum, Cæsarique in aliud quinquennium prouincias suas prorogarent, Pompeius Hispanias, Crassus Suriam, bellumque Parthicum sibi sumerent, mox Cæsari stipendium in milites decemque legatos, & ne lege Sempronia succederetur, procurarent. Vide Cæsaris commentariorum librum tertium, Dionem, Suetonium, Appianum, Plutarchum, & Ciceronis epistolas ad Lentulum septimam & nonam. Nonnihil tamen ab aliis discrepat Dion Cassius. *C. Cæsar quos hoc anno vicerit.*

L. Calpurnius L. f. L. n. Piso. Cæsoninus. Procos. Macedoniam obtinuit. Prouinciam auarè habuit, & res malè gessit contra Dardanos & Thraces. Itaque in Sestiana Cicero quam hoc anno dixit, Pisonem Thracibus & Dardanis primùm pacem maxima pecunia vendidisse, deinde vt illi pecuniam conficere possent, vexandam ipsis Macedoniam & spoliandam tradidisse; eumdemque bona creditorum ciuium Rom. cum debitoribus Græcis diuisisse, coëgisse pecunias maximas à Dyrrachinis, spoliasse Thessalos, certam Achæis in annos singulos pecuniam imperasse: neque tamen vllo in publico aut religioso loco signum, aut tabulam, aut ornamentum reliquisse, palam conqueritur. Et multò latiùs omnia scelera Pisonis per prouincias perpetrata exponit in oratione

tione quam anni sequentis initio, cùm ageretur de mutandis prouinciis Consularibus, in Senatu dixit. Rursus in inuectiua contra ipsum L. Pisonem.

A. Gabinius flagitiosus.

A. Gabinius A. f. //. nepos. Procos. Suriam. obtinuit. Prouinciam auarissimè nequissimeque administrauit, bellum male gessit; equitatum & cohortes perdidit. Hinc in Sestiana Cicero Gabinium dicit haurire quotidie ex pacatissimis atque opulentissimis Syriæ gazis innumerabile pondus auri; bellum inferre quiescentibus, vt eorum veteres illibatasque diuitias in profundissimum libidinum suarum gurgitem profundat: villam ędificare in oculis omnium tantam, tugurium vt iam videatur esse illa villa, quam ipse Tribunus plebis pictam olim in concionibus explicabat, quo fortissimum ac summum ciuem in inuidiam homo castus ac non cupidus vocaret. Sed multò latius omnia eius flagitia in oratione de prouinciis Consularibus, & inuectiua in Pisonem explicat. Videtur tamen rebus quibusdam bene gestis supplicationem petiisse. Nam Cicero ad Q. Fratrem libro II. epistola v. scribit ita sibi litteris Procilij Tribuni plebis nuntiatum, cum Antij esset huius anni Maio mense. Verba sunt hæc: Idibus Maiis Senatus frequens „ diuinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda. Adiurat Procilius, hoc nemini acci- „ disse; foris valde plauditur. Mihi cùm sua sponte iucundum, tum iucundius, quòd me „ absente, sine oppugnatione, sine gratia nostra: eram enim Antij. „

Cn. Pompeius Cn. f. Sex. n. Magnus. Procos. frumentariam procurationem obtinuit. Decreta in rem frumentariam pecunia, in Sardiniam, Siciliam, & Africam nauigauit, magnaque frumenti copia coacta, cùm classe onustaRomam hiberno tempore repetiturus, gubernatores mari tempestatibus infesto se committere non auderent, primus nauem ingressus, anchoram solui gubernaculo apprehenso iussit, clamitans, Nauigare est necesse; viuendum nobis solis non est. Eaque audacia & animo visus, classe soluta, nauibus pelagum, vrbem Italiamque frumento impleuit: Plutarchus, & Cicero in epistolis ad P. Lentulum & ad Q. Fratrem.

Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Nepos. Procos. Hisp. citeriorem. sortitus. obtinuit. Vnde credi potest hunc epistolam tertiam Familiarium quinto ad Ciceronem scripsisse. Plutarchus in Cæsare inter illos magistratus Nepotem Hispaniæ Procos. nominat, qui Cæsarem Lucæ hiemantem, relicta prouincia visitarunt. Res male in prouincia gessisse docebimus proximè.

P. Cornelius P. f. //. n. Lentulus. Spinther. Procos. Ciliciam. &. Cyprum. sortitus. obtinuit. Cicero in Epistolis ad eumdem Familiarium primo libro, ex quibus colligimus, ipsum prouincias istas per triennium administrasse, atque res triumpho dignas gessisse.

Ap. Claudius Ap. f. C. n. Pulcher. Pr. Sardiniam. sortitus. obtinuit. Frater P. Clodij. Meminit Plutarchus in Cæsare, referens amplissimæ dignitatis viros cùm ex vrbe, tum ex circumuicinis prouinciis ad Cæsarem Lucæ hibernantem salutandi gratia confluxisse: inter quos inquit, Pompeius, Crassus, & Sardiniæ Prætor Appius, & Nepos Hispaniæ Procos.

Q. Valerius Q. f. //. n. Orca. Pr. Africam. sortitus. obtinuit. Quem paludatum Cicero ob merita restitutionis est prosequutus, sicut ex eius epistola qua P. Cuspij amicos in Africa negotiantes commendat Familiar. libro XIII. Huic enim anno superiore reuersus ab exilio gratias egit Cicero in Senatu, vt demonstraui. Hic idem Q. Valerius posteà Cæsaris Legatus Propr. in Gallia, & bello ciuili eius sectam & imperium sequutus est, teste eodem Cicerone in epistola ad ipsum prima. Atque Sardiniam tum occupasse, agros Cæsaris iussu in Etruria diuisisse posteà dicemus, atque etiam ex iam dictis Ciceronis epistolis manifestum est.

//. //. //. f. //. //. //. Siciliam
//. //. //. f. //. n. //. Hisp. vlteriorem
//. //. //. f. //. n. //. Achaiam
//. //. //. f. //. n. //. Asiam
//. //. //. f. //. n. //. Bithyniam & Pontum
//. //. //. f. //. n. //. Cretam & Cyrenen

Prætores. sortiti. obtinuerunt.

L. Cæcilius //. f. //. n. Rufus.	M. Calidius Q. f. //. nepos.
P. Licinius //. f. //. n. Crassus.	C. Septimius //. f. //. n * Scæuula *

C. //. //.

C. //. //. f. //. n. Cornutus. Sex. Quinctilius //. f. //. n. Varus.
C. Pontinius A. f. //. nepos. Propr. ad vrbem triumphi obtinendi caussa.

Quæstores.

//. //. //. f. //. n. //. Ostiensis in Latio
//. //. //. f. //. n. //. Canusinus in Apulia
//. //. //. f. //. n. //. Pisanus in Etruria
//. //. //. f. //. n. //. Q. Nepotis Procos. in Hisp. Citeriore
//. //. //. f. //. n. //. P. Lentuli Procos. in Cilicia & Cypro
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Sicilia Syracusanus
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem Lilubætanus
//. //. //. f. //. n. //. Ap. Claudij Pr. in Sardinia Caralitanus
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem in Corsica Aleriensis
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Hisp. vlteriore
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Africa Vticensis
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem in Libya Adrumetanus
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Achaia
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Asia
//. //. //. f. //. //. //. //. //. Pr. in Bithynia
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem in Ponto
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Creta
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem in Cyrenaica

C. Fabius * C. f. //. n. Hadrianus * Legatus deinde Cæsaris in Gallia, cui legionem in Morinos ducendam ac in hibernis collocandam Cæsar dedit, altero abhinc anno è Britannia reuersus, vt Commentariorum belli Gallici quinto legimus, totoque deinde bello apud Cæsarem remansit.

//. Marcius //. f. //. n. Censorinus. Senator & orator P. Crasso adolescenti amicus & familiaris, cum eodem in prælio contra Parthos occisus triennio posteà, vt Appianus in Parthica, & Plutarchus in Crasso.

M. Fufius //. f. //. n. Strigo C. Cælius * C. f. C. n. Caldus *
L. Vicinius //. f. //. nepos. P. Cornelius //. f. //. nepos.
Q. Pædius Q. f. //. nepos. C. Valerius //. f. //. n. Triarius.

L. Tullius //. f. //. Cimber. Cæsari amicus bello Pompeiano, vt epistola Ciceronis ad Ampium Balbum constat, libro Familiarium VI. Sed posteà in eius cædem cum alijs coniurauit iam Prætorius, vt suo loco dicetur. *L. Tullius Cimber, in Cæsaris percussoribus.*

M. Furius //. f. //. n * Camillus. Legatus Cæsaris in Gallia deinde à Cicerone commendatus, vt Familiarium lib. VII. ep. V.

Proquæst.

//. //. //. f. //. n. //. Calesinus in Campania
//. //. //. f. //. n. //. C. Cæsaris Procos. in Gallia Cisalpina
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem in Transalpina
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem in Illyrico
//. //. //. f. //. n. //. L. Pisonis Procos. in Macedonia
//. //. //. f. //. n. //. A. Gabinij Procos. in Suria
//. //. //. f. //. n. //. Cn. Magni Procos. frumentarius
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem frumentarius

ANNI P.R.C. DCXCVIII.

Consules.

Cn. Pompeius Cn. f. Sex. n. Magnus. II. M. Licinius P.f.M.n.Crassus. II.

RECENSENTVR hi Consules à variis Auctoribus, qui res Romanas eius anni attingunt. In Dionis autem indice nominantur Cn. Pompeius Cn. f. Magnus II. M. Licinius P. f. Crassus II. Cassiodorus Cn. Pompeium, M. Crassum II. suggerit: Tabulæ Græcæ Pompeium II. & Crassum II. Sic Suetonius, Liuius, Velleius, Plutarchus, Appianus, Eutropius, Pædianus, Cæsar Commentariorum belli Gallici quarto libro, & alij. Per seditiones ex interregno hi Consules anno superiore iam finito creati sunt, C. Catone Tribuno plebis, vt diximus, comitia per intercessiones impediente, adeò vti Senatus desperans de republica, tanquã in luctu & calamitate extrema vestem mutarit, Cn. Marcellinus Consul nimiam Cn. Pompeij potentiam summa libertate in concione accusarit: cui cùm populus clara voce suffragaretur, Acclamate (inquit) acclamate Quirites, » dum licet; iam enim vobis impune facere non licebit. Consulatum tamen per vim ade- » pti sunt, Cæsare ex vicina prouincia non solùm per litteras ac internuntios amicis eos commendante, sed etiam commeatus titulo varioque prætextu dimissis cum P. Crasso M. f. multis sub comitiorum tempus vrbem militibus implente. Deterriti itaque minis competitores alij, pulsusque per armatos L. Domitius, quem M. Cato & boni omnes ad petendum deducebant, occiso eius puero, qui lucernam descendenti ante lucem in Campum præferebat, & Catone ipso vulnerato. Nemine deinceps obstante cum ipsi per tale nefas essent Consules creati, armatis semper stipati aliorum eius anni magistratuum comitia ex vsu suo habuere. Latius omnia apud Dionem, Plutarchum, & Appianum libro ciuilium secundo. Meminere Velleius, Suetonius, Valerius lib. VI. cap. II. & Cicero in epistolis ad Q. Fratrem libro II.

Cn. Marcellinus Cos. Cn. Pompeium accusat.

Prouinciæ Consulares.

Cn. Pompeio Hispaniæ duæ cum Africa, M. Crasso Suria cum finitimis regionibus prouinciæ in quinquennium lege Trebonia decretæ, & Cæsari Procos. Galliæ cum Illyrico in alterum quinquennium lege Pompeia prorogatæ, vt Velleius & Appianus tradunt. Dio Cæsari ad triennium dumtaxat à Consulibus imperium prorogatum scribit. Vide Plutarchum & Ciceronis epistolam ad Atticum X. lib. IV.

Pompeiæ leges de iudicijs & ambitu.

Cn. Pompeius Consul legem Aureliam de iudiciis retulit, Vti ex trium ordinum centuriis amplissimi census iudices CCCLX. legerentur. Meminit in Pisone Asc. Pædianus, & idcircò Velleius Paterculus auum suum inter CCCLX. à Pompeio lectum refert, & Plutarchus in Pompeio eumdem numerum prodit.

Tulit & de paricidio legem, apud Iuriscos. in Pandectis celebrem.

Legem de ambitu grauiorem Tullia Aufidiave tulit, pœnas adaugens, & formam iudiciorum breuiorem præscribens, Pædiano teste. Hanc verò legem cum collega in secundo Consulatu tulisse scribit Dio lib. XXXIX. atque ea fronte, ac si ipsorum ambitus ignotus omnibus esset, qui non largitionibus solùm, sed etiam vi Consulatum occuparant.

Sumptuariam quoque legem promulgasse tradit idem Dio, sed sponte postea omisisse cùm eamdem Q. Hortensius orator impugnaret non sine Consulum nota, quòd in aliis vitia, ab ipsis numquam deponenda, vellent corrigere.

Ludi à Cn. Pompeio Cos. dati magnificentissimè.

Ludos etiam Pompeius in hoc secundo Consulatu magnificentissimos dedit in dedicatione theatri sui, Scenicos, Circenses, & Gymnicos, item Gladiatorios ac venationes beluarum varij generis, quibus quinque dierum spatio quingenti leones confecti: item elephanti octodecim à Getulis armatis ex aduerso iaculantibus occisi; qui fugæ spe amissa, circumdati clathris ferreis, adeò miserabili gestu ac planctu misericordiam populi spectantis implorauere, vt flens vniuersus consurgeret, dirasque Pompeio, quas ille mox luit, pœnas imprecaretur, vt Plinius lib. VIII. cap. VII. Dio lib. XXXIX. Plutarchus, Cicero in L. Pisonem & Pædianus referunt. Pulchre etiam de his ludis disserit Cicero epistola prima ad M. Marium lib. VII. Familiar.

Censs. M. Valerius M. f. M. n. Messalla. Niger. M. Calpurnius L. f. //. n. Bibulus. Lustr. fec. LXX.

Censores, qui anno superiore creari debebant, hoc anno demum factos fuisse, ex Ciceronis ad Atticum epistolis libri quarti colligere est. Ait enim in ea, quam non diu post reditum ab exilio dedit, se legatione Pompeij non adeò obstrictum, quin integrum esset, si comi-

si comitia Censorum proximi Consules haberẽt, Marcellinum & Philippum intelligens, vel Censuram petere, vel votiuam legationem suscipere. Et in alia, quam Pompeio & » Crasso II: Coss. scripsit: Sane, inquit, scire velim, num censum impediant Tribuni diebus » viciandis, totaque de Censura quid agant, quid cogitent. Meminit & in sequentibus epistolis: sed Censorum nomina nusquam reperio. Carolus Sigonius, vir præclaræ eruditionis & magni iudicij, alterum ex iis opinatur fuisse M. Messallam Nigrum, quem Consularem & Censorium appellant Plinius libro VII. cap. XII. & Valerius Max. lib. IX. cap. XIV. Addit M. Bibulum Onufrius, non adeò tamen certa coniectura, eiusdem Valerij vno loco motus, qui libro IV. cap. primo Bibulum amplissimæ dignitatis & summis honoribus functum dicit. Porrò censum ex lege Clodia, prohibente aliquem ignominia notare, qui non accusatus apud Censores atque damnatus esset, egisse Censores, demonstrat idem Valerius libro VI. cap. II. vbi de summa libertate Heluij Manciæ in Pom- » peium Magnum: Heluius Mancia Formianus, inquit, libertini filius vltimæ senectutis, » L. Libonem apud Censores accusabat. In quo certamine cùm Pompeius Magnus hu- » militatem ei ætatemque exprobrans, ab inferis illum ad accusandum remissum dixisset: » Non mentiris, inquit, Pompei: venio enim ab inferis L. Libonem accusaturus, sed dum » illic moror, vidi cruentum Cn. Domitium Ahenobarbum deflentem, quòd summo ge- » nere natus, integerrimæ vitæ, amantissimus patriæ, in ipso iuuentutis flore tuo iussu esset » occisus. Cetera vide quæ sequuntur. Obiecit enim Pompeio verbis acerbissimis simul omnia crudelitatis facinora, quæ bello ciuili Sullano commiserat. Accusabantur itaque apud Censores defendebanturque notandi, cùm ante legem Clodiam, Censoribus liberum fuisset, quemuis vel sinistra fama laborantem, leui indicio, vnóve testimonio conuictum Senatu mouere, atque ignominia notare. Quapropter in Sestiana Cicero Tullius conqueritur, Clodia lege Censoriam notationem, grauissimum iudicium sanctissimi Senatus, è republica sublatam esse. Atqui pristinam triennio posteà Censoribus potestatem reddidit Q. Metellus Scipio Consul, lege Clodia sublata.

Car. Sigonij laus.

Censorum auctoritas.

Prætores.

// . // . // . f. // . n. // . Vrbanam
// . // . // . f. // n. / . Peregrinam
iurisdictiones.
// . // . / . f. // . n. // . de maiestate
// . // . // . f. // . n. // . de peculatu
// . // . // . f. // . n. // . de repetundis
// . // . // . f. // . n. // . de falso
// . // . // . f. // . n. // . inter sicarios
Quæstiones. sortiti. obtinuerunt.

P. Vatinius P. f. //. nepos. Repulso per vim, vt dixi, L. Domitio competitore, Cn. Pompeius & M. Crassus Consulatum adepti, per fas nefásve dederunt operam ne ad alios etiam magistratus admitterentur, nisi quos putabant rationibus suis idoneos. Atque in primis M. Catonem Præturæ candidatú cùm plures boni vt reip. salutarem eo tempore ad magistratum illum euehere cuperent, aliquotque centurias ille iam ferret; veriti Consules tantum aduersarium, Pompeio de cælo seruante, comitia mox diremerunt; atque intereà, corruptis magna largitione centuriis aliquot, pro Catone P. Vatinium sordidum ac vilem hominem Prætorem fecerunt, qui Ædilitatis repulsam paulò antè tulerat, vt suprà ex Cicerone diximus: auctores sunt, Dio XXXIX. Plutarchus in Catone & Pompeio, Liuius libro CV. Val. Max. libro VII. cap. V. Mentionem Catonianæ istius repulsæ iniquæ reperimus etiam in Panegyrico Constantiniano.

M. Cato Præturæ repulsam tulit.

C. Cosconius * C. f * /. nepos. Ædilis ante biennium cùm fuerit, Præturam eius omittere non volui, quia Plutarchus in Cæsare Prætorium virum appellat: vbi seditione militari cum Galba occisum fuisse dicit anno vrbis DCCVI. cùm Cæsar Ægypto & Asia subacta Romam esset reuersus, & legiones aliquot per tumultum missionem flagitarent. De qua seditione plura dicam suo anno in C. Sallustij Crispi Prætura.

C. Fannius / . f. / . n. Strabo. Qui cum Vatinio & Cosconio Tribunus plebis fuerat, homo adolescens Consularem auctoritatem nactus, velut Cicero in Sestiana testatur, quam anni superioris Martio mense dixit; ex cuius etiam verbis colligere est tunc » Fannium in bona spe atque expectatione Præturæ fuisse: Iam de C. Fannio (inquit) quæ sit

sit existimatio videmus, quod iudicium populi Rom. futurum sit in eius honoribus, » nemini dubium esse debet. Itaque hoc anno Prætorem fuisse opinamur: nam exoriente » bello ciuili extra ordinem Propr. in Siciliam destinabatur, vt eam obtineret vsque in M. Catonis aduentum, qui tum ex Prætura Siciliam sortitus erat. Docet hoc epist. XIV. ad Atticum lib. VII. his ferè verbis: Cato in Siciliam ire non curat, quod metuo ne obsit, » in Senatu esse vult. Postumius autem, de quo nominatim Senatus decreuit vt statim in » Siciliam iret, Furfanioque succederet, negat se iturum sine Catone, & suam in Senatu » operam auctoritatemque magni æstimat. Ita res ad Fannium peruenit: is cum imperio in » Siciliam præmittitur. Nominat eumdem Fannium postea libro VIII. inter alios existen- » tes cum imperio, qui Italiam cum Pompeio reliquerunt.

Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Pius. Scipio.

M. Aurelius //. f. //. n. Cotta. . //. Furfanius. //. f. //. nepos.

L. Ælius //. f. //. n. Tubero

C. Flauius //. f. //. nepos. Pr. Quæstionem de ambitu sortitus obtinuit. Apud hunc caussam dixit Cn. Plancius Ædilis curulis designatus in annum sequentem: qui à M. Iuuentio Laterensi competitore & repulsam passo reus ambitus lege Licinia de sodalitiis est factus, quasi tribus largitione corrupisset. Defendit Plancium ob merita sua Cicero, in fine cuius orationis dum precatur iudices, nominatim Prætorem, affectus mouendo sic alloquitur: Teque C. Flaui oro & obtestor, qui meorum consiliorum, in Consu- » latu socius, periculorum particeps, rerum quas gessi adiutor fuisti, meque non modò » saluum semper, sed etiam ornatum florentemque esse voluisti; vt mihi per hos conser- » ues eum, per quem me tibi & his conseruatum vides. Nominat & antè in eadem oratio- » ne C. Alfium quæsitorem caussæ eiusdem: Etenim si reus, inquit, tribus ederet, Voliti- » niam fortasse Plancius propter vicinitatem ac necessitudinem suam non edidisset? Et si » quæsitor edendus fuisset, quem tandem potiùs quàm hunc C. Alfium, quem habet, cui » notissimus esse debet, vicinum, tribulem, grauissimum hominē iustissimumq; edidisset? » Non mihi dubium est, quin hoc loco corruptè vocetur Alfius pro Flauio: nam C. Alfius anno sequenti Prætor quæstionem maiestatis exercuit, vt suo loco probabimus.

Reus post Tribunatum Caninius Gallus, quemadmodum ex epistola Ciceronis ad M. Marium lib. VII. Familiarium prima colligere est, à Cicerone scilicet defensum fuisse ludis Pompeij. His ego tamen diebus, inquit, ludis scenicis, ne forte videar tibi non » modò beatus, sed liber omnino fuisse, dirupi pene me in iudicio Galli Caninij familiaris » tui. Atque eo tempore Cicero fere omnes Pompeij amicos defendebat.

Ædiles curules.

L. Æmilius M. f. * M. n * Paullus. * L * Sempronius //. f. //. n. Atratinus.

Accusatus ambitus anno sequenti cùm Præturam, ni fallor, peteret, atque eius filius adolescens L. Atratinus accusatorem patris M. Cęlium veneficij vicissim reum faceret, vt Cicero in oratione qua Cælium defendit. L. Paullum verò basilicam in hac Ædilitate cœpisse facere in foro, demonstrat Cicero ad Atticum scribens anno sequenti, episto-la XVII. lib. quarti: Paullus (inquit) in medio foro basilicam iam pæne texuit iisdem an- » tiquis columnis: illam autem quam locauit, facit magnificentissimam. Quid quæris? » nihil gratius illo monimento, nihil gloriosius. »

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

C. Messius //. f. //. nepos. Tribunus plebis biennio antè fuit, & post hanc Ædilitatem anno sequenti ad Cæsarem legatus abiuit; sed ex legatione reuocatus, caussam priùs dicere iussus est, vt tunc ex Cicerone docebo. A. Hirtius in commentariis de Africo bello scribit, C. Messium Ædilitia potestate functum, à Cæsare cum præsidio Acillam missum fuisse. In hoc autem magistratu ludos Florales fecit, quibus cùm M. Cato interesset, populus, vt mimæ nudarentur ex more, ob viri reuerentiam, postulare erubuit. Quod cùm ex M. Fauonio amicissimo sibi vnà sedentę cognouisset, discessit è theatro, ne præsentia sua spectaculi consuetudinem impediret. Ipsum verò abeuntem ingenti plausu populus honoris gratia prosecutus est, priscumque mox morem iocorum in scenam reuocauit, confessus plus se maiestatis vni tribuere, quam vniuerso sibi vindicare: auctor Valerius Maximus lib. II. cap. x. de maiestate. Meminit Seneca ad Lucilium epist. XCVIII. Item lepide Martialis in Præfatione libri primi Epigrammatum lasciuiam

Florales lud. quib. M. Cato interfuit.

carnif-

» carminis sui excusans: Epigrammata, inquit, illis scribuntur, qui solent spectare Florales.
» Non intret Cato theatrum nostrum; aut si intrauerit, spectet. Videor mihi meo iure fa-
» cturus, si epistolam versibus clausero.

» *Nosses iocosæ dulce cùm sacrum Floræ,*
» *Festosq; lusus, & licentiam vulgi,*
» *Cur in theatrum Cato seuere venisti?*
» *An ideò tantùm veneras, vt exires?*

M. Seruilius //. f //. n * Geminus *

Tribuni plebis.

C. Trebonius C. f //. n. Asper. Legem de prouinciis Consularibus tulit, Vti Cn. Pompeius Hispanias duas, & M. Crassus Syriam & Parthicum bellum in quinquennium obtinerent, quantum vellent militum auxiliorumq; ex sociis finitimisq; prouinciis conscriberent, bellum ac pacem cum quibus videretur contraherent, atque, vt vult Plutarchus, Vti C. Cæsari Procos. in Galliis Illuricoque in aliud quinquennium esset imperium. Cuius rogationi cùm magno studio summisque clamoribus aduersaretur M. Cato cum M. Fauonio & paucis optimatum, non semel per vim e concione exturbatus, tandem à Tribuno legislatore in carcerem est coniectus: auctores Plutarchus, Liuius, & Dio. Trebonius autem post Tribunatum plebis C. Cæsari legatus iuit in Galliam, vt ex libro v. Commentariorum & sequentibus constat.

C. Atteius //. f. //. n. Capito. M. Crassum Consulem prouinciæ percupidum, contra auspicia in Consulatu ipso proficisci volentem, obnuntiationibus impediuit, non obsequentem abducere in carcerem voluit. Quod cùm minimè ob intercessionem collegarum efficere posset, & Crassus spreta nihilominùs omni religione auctoritateque Tribunitia, pomœrium paludatus exiret, foculo ad portam posito, sacrificioque peracto, ipsum diris execrationibus deuouit. Pulchrè hæc narrantur à Dione, Plutarcho in vita Crassi, & Appiano in Parthica. Commendat hunc Capitonem suum Tullius L. Planco Famil. lib. XIII. epist. XXIX. *C. Atteius Trib. pleb. M. Crassum Cos. impediuit.*

P. Aquilius //. f. //. n. Gallus. Quando reliqui eius anni Tribuni plebis operâ Pompeij & Crassi Consulum creati cum his societatem iniissent, & ex pacto in omnibus morem gererent; solus hic Gallus cum C. Capitone collega, M. Catoni optimatibusque & saniori ciuium parti adhæserunt, Consulibus, Trebonio, ceterisque collegis assidue pro Rep. aduersantes intercessionibus. Sed hi tamen conatu suo frustrati sunt, quòd pauci multis repugnarent, vt apud Dionem legimus lib. XXXIX. Plutarchus etiam Aquilium hunc Tribunum nominat, ipsumque obnuntiantem legi Treboniæ simul cum M. Catone per armatos foro depulsum fuisse refert. Idem, ni fallor, P. Aquilius Tribunus plebis P. Villium III-virum nocturnum populi iudicio damnauit, quia vigilias neglgentiùs circumierat, sicut apud Val. Max. lib. VIII. cap. I. legimus.

C. Coponius //. f. //. nepos. Legatus posteà M. Crassi in Suria Carrhis præsidio relictus: Plutarchus. Posteà Prætorem fuisse docebo.

//. Fauonius //. f. //. nepos.

L. Marius //. f //. nepos. L. Munatius L. f. L. n. Plancus. Qui legatus ex Tribunatu Cæsaris in Gallia anno sequenti in Belgio legioni præpositus hibernauit: Cæsar Comment. v.

Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Creticus. Exeuntem M. Crassum Cos. hostilibus diris deuouit, vt affirmat L. Florus lib. III. cap. XI. discrepans in hoc à Dione, Plutarcho, & Appiano. Fit tamē verisimile, Tribunum tum etiam Metellum fuisse, & simul cum collega C. Capitone Crassi obstitisse profectioni, sororis fortassis suæ Metellæ in gratiam, vxoris M. Crassi; quæ marito bellum Parthicum molienti malè metuebat.

Q. Minucius * Q. f * //. n. Thermus. M. Fauonius //. f. //. nepos. Iacuisse diu post repulsam anni DCXCIV. videtur, improborum factione detrusus à Tribunatu plebis. Hoc inde colligere est, quòd tardiùs ad Ædilitatem Præturamque peruenerit, vt posteà demonstrabo.

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Q. Fabius Q. f. Q. n. Maximus. Posteà Cæsaris legatus.

 C. Al-

C. Albius C. f. .. n. Carrinas. Cuius est nummus in Fastis Goltzij nostri, cum Iani & rostratæ nauis signis.

Prouinciæ.

A C. Cæsare in Gallia quæ gesta.

C. Iulius C. f. C. n. Cæsar Procos. Gallias & Illyricum obtinuit. Profligatis qui Rhenum transierant Germanis, ac ponte flumini imposito exercitum in Germaniam traduxit, atque Sicambrorum fines vicis ædificiisque incensis vastauit. Posteà non sine naufragio traiecit cum exercitu in Britanniam, atque insulanos illos obsidibus captis in potestatem redegit. Reuersus in Galliam, Morinos rebellantes vicit, Menapios in deditionem accepit. Quas ob res gestas viginti dierum supplicatio illi à Senatu decreta est. Vide Commentariorum lib. IV. belli Gallici, Dionem libro XXXIX. Suetonium ac Liuium, & alios.

Cn. Pompeius Cn. f. Sex. n. Magnus Cos. Procos. frumentariam procurationem cum imperio obtinuit: Dio, Plutarchus, & alij.

A. Gabinius A. f. . nepos. Procos. Suriam. obtinuit. Bellum in Parthos parauit, vt Mithridatem à fratre Orode pulsum restitueret. Pòst autem, acceptis à Pompeio litteris, omisso Parthico bello, ac filio Sisenna in Suria relicto, traiecit in Palæstinam, atque Aristobulum nouas res molientem comprehendit, Iudæisque tributum imposuit. Deinde magna pecunia conductus, spreta oraculi Sibullini religione, Senatusque auctoritate posthabita, Ægyptum cum exercitu intrauit, victisque nauali pedestrique prælio Ægyptiis, pulso & occiso Archelao (quem Berenice regina Ptolomæi expulsi filia maritum Seleuco interfecto sibi adsciuerat) Ptolomæum Alexandriam reduxit, atque in regnum restituit: auctores sunt Appianus in Syria & Parthica, Dio lib. XXXIX. Liuius CV. Ioseph. Antiquitatum Iudaicarum lib. XIV.

Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Nepos. Procos. Hispaniam. citeriorem. obtinuit. Cum Vaccæis vicinisque populis rebellantibus vario euentu pugnauit, primùm victor fusis prælio hostibus necdum paratis. Cuius victoriæ fama maior Romæ fuit anni superioris exitu. Nam ita de Metello Tullius in oratione de prouinciis Consularibus: An ego possum huic esse inimicus, cuius litteris, fama, nuntiis, celebrantur aures „ quotidie meæ nouis nominibus gentium, nationum, locorum? Posteà in obsidione Clu- „ niæ à maiore exercitu in fugam coniectus, à bello quiescere cogitur: quod in caussa fuit vt ei facilius successor Cn. Pompeius in annum sequentem decerneretur. Vide Dionem libro XXXIX.

P. Cornelius P. f. .. n. Lentulus. Spinther. Procos. Ciliciam. &. Cyprum. obtinuit. Bello res prosperè gessit, quantum ex Ciceronis epistola octaua Familiarium primo cognoscere est, ex vrbe ad eumdem Lentulum hoc anno in prouinciam missa: Rem, inquit, te valde bene gessisse rumor erat, exspectabantur litteræ tuæ, de quibus era- „ mus iam cum Pompeio locuti. Quæ si erunt allatæ, nostrum studium extabit in conue- „ niendis magistratibus & Senatoribus. Destinabat igitur Cicero victoriæ caussa supplica- „ tionem P. Lentulo Procos. prout ex eius verbis liquet.

De reliquis prouinciis Consularibus cùm ageretur anno superiore in Senatu, dubitareturque num Pisoni & Gabinio, qui praua pactione per Clodium Tribunum plebis aduerso Senatu Macedoniam ac Suriam à populo obtinuerant, Marcellinus & Philippus post Consulatum succedere deberent; M. Cicero inter alios sententiam dixit oratione diserta, quæ adhuc extat: & Cæsarem in Galliis retinendum, Pisonem ac Gabinium, cùm auarè prouincias administrarent, reuocandos esse suasit. Atque inter alia, Quatuor, inquit, „ sunt prouinciæ P. C. de quibus adhuc intelligo sententias esse dicendas: Galliæ duæ, quas „ hoc tempore vno imperio videmus esse coniunctas, & Syria, & Macedonia, quas vobis „ inuitis & oppressis pestiferi illi Consules pro euersæ reip. præmiis occupauerunt. Decer- „ nendæ nobis sunt lege Sempronia duæ, quid est, quod possimus de Suria Macedoniaque „ dubitare? Adfert deinde pro eloquentia sua rationes plurimas, variisque argumentis pro- „ bat, cur Cæsar in Galliis retinendus, Piso & Gabinius prouinciarum prædones potiùs quam rectores datis successoribus reuocandi videantur. Effectum quidem est facile per amicos Cæsaris, ne lege Sempronia huic succederetur, item ne Gabinio, per Pompeium & Crassum, quorum ille Ptolomæum pretio corruptus per Gabinium restitui, hic Suriam sibi re confecta post Gabinium cupiebat. Itaque Consules Marcellinus & Philippus, cùm omnia ex ambitione & libidine trium principum gererentur, alias prouincias refutasse, ac Romæ mansisse videntur; maximè quando constat, P. Lentulo & Q. Nepoti suas prouincias

uincias etiam in hunc annum prorogatas,& L. Pisoni,quem ob res bello malè gestas reuocare placebat,non ex Consulatu,sed ex Pratura successum fuisse, vt nunc dicemus.

Q. Ancharius Q. f. //. nepos. Pr. Macedoniam. sortitus. obtinuit. L. Pisoni Procos. successor datus, qui ex S. C. ob prouinciam male habitam reuocatus erat. Caussas diffuse Cicero in inuectiua contra eumdem explicat, & pulcherrime, quam desperate se gesserit nuntio accepto, sibi successorem prius quàm collegæ Gabinio datum
» esse: Quid, inquit, debilitatio & abiectio animi tui, Macedonia Prætoria nuntiata? cùm
» tu non solum quòd tibi succederetur, sed quòd Gabinio non succederetur, exanguis &
» mortuus concidisti: Et paullo postea successorem quoque nominat obiter ita: Cùm tibi
» spe falsa, quod Q. Ancharium non esse successurum putares, animos rumor inflasset, quo
» te modo ad tuam intemperantiam scelerate innouasti? Extat lib. XIII. Familiarium epi-
» stola commendatitia Ciceronis ad hunc Q. Ancharium, qua C. Aurelij amici sui nego-
» tia prouincialia commendat.

M. Æmilius M. f. M. n. Scaurus. Pr. Sardiniam. sortitus. Ap. Claudio successit. Nam is hoc anno ex prouincia Romam reuersus Consulatum petiit & obtinuit. De M. Scauro quidem sic Pædianus in argumento orationis, quam Cicero sequenti anno
» pro eodem dixit repetundarum reo: Ædilitatem (inquit) summa magnificentia gessit,
» adeò vt in eius impensas opes suas absumpserit, magnumque æs alienum contraxerit. Ex
» Prætura prouinciam Sardiniam obtinuit, in qua neque satis abstinenter se gessisse existi-
» matus est, sed valdè arroganter. Quod genus morum in eo paternum videbatur, cum ce-
» tera industria nequaquam esset par. Igitur cùm Romam redisset anno sequenti ad Consulatus petitionem, conquerentibus de eo Sardis, à P. Valerio Triario adolescente parato ad dicendum postulatus est repetundarum, veluti Pædianus ibidem latiùs exponit. Valerius Max. lib. VIII. cap. I. perditam adeò caussam in iudicium attulisse tunc Scaurum scribit, vt accusator dicere non dubitarit, se non recusare quo minus absolueretur, si centum viginti homines nominare posset, quibus in prouincia nihil abstulisset. Et licet tam bona conditione vti non potuerit, tamen ob vetustissimam nobilitatem & recentem memoriam patris absolutum esse dicit; atque idem Pædianus affirmat.

C. Clodius Ap. f. C. n. Pulcher. Pr. Asiam. sortitus obtinuit. Vt indicat Cicero in epistola ad Atticum libri IV. XIV. cuius verba proximè adducam.

//. //. //. f. //. n. //. Siciliam
//. //. //. f. //. n. //. Africam
//. //. //. f. //. n. //. Cretam & Cyrenen
Prætores sortiti obtinuerunt.

Cn. Domitius M. f. M. n. Caluinus. T. Postumius //. f. //. nepos.
P. Plautius //. f. //. n. Hypsæus.

L. Postumius & P. Varus non statim ex Prætura, sed ex lege Pompeia deinde prouincias habuere.

C. Pontinius A. f. //. nepos. Propr. ad vrbem triumphi obtinendi caussa restitit, vt etiam testatur Cicero in Pisoniana, hoc anno dicta in Senatu.

//. //. //. f. //. n. //. Hisp. vlteriorem
//. //. //. f. //. n. //. Bithyniam & Pontum
//. //. //. f. //. n. //. Achaiam
Propr. obtinuerunt.

Quæstores.

//. //. //. f. //. n. //. Ostiensis in Latio
//. //. //. f. //. n. //. Calesinus in Campania
//. //. //. f. //. n. //. Canusinus in Apulia
//. //. //. f. //. n. //. Pisanus in Etruria
//. //. //. f. //. n. //. Spoletinus in Vmbria

L. Roscius //. f. //. nepos. C. Cæsaris Procos. in Gallia Transalpina. Inter legatos posteà legionis XIII. hibernis apud Essuos præfectus à Cæsare anni sequentis initio, vt Commentariorum belli Gallici libro V. vbi etiam Quæstor vocatur (quamuis annus Quæsturæ iam exisset) Proquæstore, ni fallor, vt sæpè fieri solet.

// . // . //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Sicilia Suracusanus
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem Lilybætanus
//. //. //. f. //. n. //. M. Scauri Pr. in Sardinia Caralitanus
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem in Corsica Aleriensis
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Africa Vticensis
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem in Libya Adrumetanus
//. //. //. f. //. n. //. Q. Ancharij Pr. in Macedonia

C. Scribonius C. f. C. n. Curio. C. Clodij Pr. in Asia. Quemadmodum ex epistolis ad Curionem Ciceronis cognoscimus Familiarium libro secundo.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Bithynia
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem in Ponto
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Cyrenaica
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem in Creta

C. Licinius Caluus Orationes reliquit XXI. C. Licinius C. f. L. n. Macer. Caluus. Orator & poëta insignis, cuius vitam Crinitus & Giraldus scripsere. Vnum & viginti libros orationum reliquisse, Tacitus in dialogo de oratoribus auctor est. Reliqua quæ ad Caluum pertinent, ex iam dictis petere licebit. Oratorem illustris ingenij vocat Valerius Maximus, & filium indicat C. Licinij Macri, quem Cicero repetundarum Prætor damnauerat, lib. IX. cap. XII. Certasse autem cum Cicerone de eloquentiæ principatu, in controuersiis docet Seneca rhetor.

L. Minucius * L. f * //. n. Bacilus. Iuit ad Cæsarem anno sequenti legatus Proquæstore, & equitatui Præfectus contra Ambiorigem, vt Commentariorum belli Gallici VI. legimus, nominaturque inter legatos Cæsaris etiam libro VII. fine. Meminit item Cicero ad Q. Fratrem libro III.

Q. Pilius //. f. //. nepos. Et hic ad Cæsarem iuit anno sequenti, vt Cicero testatur ad Atticum lib. IV. epist. XVI.

C. Decimius //. f. //. n. Flauus. Cic. ad Atticum libro IV. epistola VIII. anno sequenti data.

L. Iulius * C. f. L. n * Cæsar. Qui posteà legatus Cæsaris Procos. fuit in Gallia apud Allobrogas, vt Commentariorum lib. VII. ait.

L. Clodius //. f. //. nepos. Præf. fabrûm deinde Ap. Claudij Procos. in Cilicia, vt Familiarium libro III. in epistolis ad Appium scriptis, & maximè in quinta & sexta: vbi hominem ita coniunctum Appio dicit, vt cùm Corcyræ illum conuenisset, Appium ipsum conuenisse sibi videretur.

C. Furnius //. f. //. nepos. //. Flauius //. f. //. nepos.
C. Pomponius //. f. //. n. * Molo *

L. Statius //. f. //. n. Murcus. Legatus deinde Cæsaris fuit bello ciuili, à quo etiam prouectus est ad Proconsulatum Syriç. Meminit Cęsar lib. III. Commentariorum.

Proquæst.

//. //. //. f. //. n. //. C. Cæsaris Procos. in Gallia Cisalp.
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem in Illyrico
//. //. //. f. //. n. //. Cn. Magni Procos. frumentarius
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem frumentarius
//. //. //. f. //. n. //. A. Gabinij Procos. in Suria
//. //. //. f. //. n. //. Q. Nepotis Procos. in Hisp. citeriore
//. //. //. f. //. n. //. P. Lentuli Procos. in Cilicia
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem in Cypro
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Hispania vlteriore
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Achaia

ANNI

ANNI P. R. C. DCXCIX.

Consules.

L. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobardus. Ap. Claudius Ap. f. C. n. Pulcher.

SVBSEQVVNTVR Consules in Cęsaris Commentariis belli Gallici libro v. Cassiodoro & Obsequente L. Domitius, Ap. Claudius; sed perperàm in Obsequente Cneius prænomen Domitio tribuitur. In tabulis Græcis reperiuntur Ahenobarbus & Pulcher: Marianus Scotus & Pædianus in argumento orationis pro M. Scauro L. Domitium Ahenobarbum & Ap. Claudium Pulchrum Consules nominant; & plenius Dio LXXXIX. L. Domitium Cn. f. Ahenobarbum, Ap. Claudium Ap. f. Pulchrum, quos incidisse in annum vrbis septingentesimum dicit, Varronis, opinor, supputationem cum Plinio aliisq; sequutus, quæ à Capitolinis Fastis anno vno plerumque dissidet. Ceterum ex his L. Domitius, vt dictum, repulsam anno superiore passus erat, quem Cn. filium quoque M. Cælius vocat in epistola ad Ciceronem, quæ extat Familiarium lib. VIII. Ap. Claudio Ciliciam obtigisse, & post Consulatum P. Lentulo Procos. successisse, ex epistolis Ciceronis ad eumdem Lentulum & ad Q. Fratrem cognoscere est.

Cn. Pompeius Iuliam Cæsaris filiam vxorem ex partu amisit, quam populus honoris gratia in Campo Martio sepeliri voluit. Filiola non multos post dies matrem quoque sequuta est. Atque ita visum superis, concordiæ pignus auferre inter duos imperij Romani principes, qui mox orbem terrarum armis ciuilibus essent completuri. Vide Plutarchum, Appianum, Dionem, Velleium, Valerium Max. libro IV. cap. VI. *Iulia Cn Pō. pey vxor moritur ex partu.*

Prætores.

T. Annius C. f. . . Milo. Papianus. Vrbanam iurisdictionem sortitus obtinuit. Idque ea dumtaxat coniectura colligo, quòd prætermissa Ædilitate in hoc magistratu cum ludos fecisse ac munus splendidum dedisse constet, vt vrbanorum Prætorum mos erat. De qua re Cicero ad C. Curionem Familiarium secundo ep. VI. anno sequenti scripta, cum Milonem omissa prouincia Consulatus candidatum Curioni commendaret, qui tum ex Asia Romam reuertebatur. Verba eius de Milone Consulatum petituro sunt » hæc: Habemus hæc omnia, bonorum studium conciliatum ex Tribunatu, propter no- » stram (vt spero te intelligere) caussam: vulgi ac multitudinis, propter magnificentiam » munerum, liberalitatem naturæ. Atque anno etiam sequenti cùm Consulatum petere vellet, tria ipsum patrimonia largitione ac dandis muneribus effudisse, Cicero in oratione & Pædianus affirmant. *T. Milo Prætor vrbanus.*

C. Alfius . f. . . nepos. Maiestatis Quæstionem sortitus obtinuit. Passus repulsam anteà, cùm & P. Vatinius candidatus ab Ædilitate deijceretur. Indicat hoc » Cicero in inuectiua contra Vatinium, quam Marcellino & Philippo Coss. habuit: Ec- » quisnam tibi dixerit (ait) C. Cæsarem nuper Aquileiæ, cùm de quibusdam esset men- » tio facta, dixisse, C. Alfium præteritum per moleste tulisse, quod in homine summam fi- » dem probitatemque cognosset: grauiterque etiam se ferre, Prætorem aliquem esse fa- » ctum, qui a rationibus suis dissentisset. Tum quæsisse quemdam de Vatinio, quemadmo- » dum ferret: ipsum respondisse, Vatinium in Tribunatu gratis nihil fecisse: qui omnia in » pecunia posuisset, honore animo æquo carere debere. Apud Alfium Prętorem hoc anno maiestatis est reus factus A. Gabinius e Suria reuersus, quòd spreta religione Senatusque auctoritate, pretio & auaritia impulsus, Ptolomæum regem sua sponte reduxisset cum exercitu in Ægyptum: conquerentibus insuper Syris, quòd per eius absentiam à prædonibus vehementer essent infestati, præsensque prouinciam ipse spoliasset. Quapropter extrema omnium ordinum ira aduersus Gabinium etiam absentem conflata est, vt ipsi non iudicium dumtaxat, sed capitale quoque supplicium destinaretur. Auxere inuidiam cùm alia prodigia, tum ingentia damna quæ Tiberis in immensum exundans vrbi, cùm iam semel Gabinius esset absolutus, inferebat. Nam ob spretum Sibullinum oraculum, iustitiamque insuper violatam, deos infestos, maioraque ruinis ædificiorum mala sibi populus Rom. metuebat, vt a Dione latius libri XXXIX. fine refertur. De qua re item » pulcherrime Cicero ad Q. Fratrem, epistola VII. libri tertij: Romæ, inquit, & maximè » Appia ad Martis mira proluuies. Crassipedis ambulatio ablata, horti, tabernæ plurimæ: *In Vatinium quando Cic. dixit.*

magna

magna vis aquæ vſque ad piſcinam publicam. Viget illud Homeri,

Ἤματ' ὀπωρινῷ, ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ Ζεύς,

Cadit enim in abſolutionem Gabinij

— ὅτε δή γ' ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ,
Οἳ βίῃ ἐν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας,
Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.

Gabinij prima abſolutio, & altera.

Sed hæc Cicero poſt primam abſolutionem Gabinij, qui a. d. XII. Kal. Octob. cùm ad vrbem veniſſet, mox à C. Memmio Trib. plebis in Campo ad populum protractus & grauiter accuſatus, omnium fere ſuffragiis damnatus fuiſſet, ni alter Tribunus plebis illi iudicio interceſſiſſet, vt poſteà dicetur latiùs. Inde maieſtatis denuò reus actus eſt apud C. Alfium Prætorem; ſed præuaricantibus pecuniarum Pompeijque in gratiam ſimul cum accuſatore iudicibus, abſolutus eſt. Poſtremò repetundarum apud M. Catonem poſtulatus, quòd quater milies ſeſtertiûm ampliùs ex prouincia compilaſſet, damnatur, inuito licet Pompeio & Cæſare, atque in exilium pellitur, quamuis Cicero tunc eum Pompeij cauſſa defenderet. Verùm Cæſar bello ciuili victor poſteà cum aliis exulibus Gabinium ciuitati reſtituit. Vide quæ de his à Dione narrantur, & à Cicerone in ep. nam ad Q. Fratrem libri III. prima, de maieſtatis & repetundarum iudicio loquens ait: Gabinius ad vrbem acceſſit a. d. XII. Kal. Octob. nihil turpius nec deſertius. Sed his iudiciis nihil audeo confidere, quòd Cato non valebat. adhuc de pecuniis repetundis non erat poſtulatus. Et poſteà rurſus in eadem epiſtola: Quid præterea? Quid? etiam Gabinius a. d. IV. Kal. Octob. noctu in vrbem introiuit: & hodie hora octaua, cùm edicto C. Alfij de maieſtate eum adeſſe oporteret, concurſu magno & odio vniuerſi populi pænè afflictus eſt. Nihil illo turpius. proximus eſt tamen Piſo. Iterum in ſequenti epiſtola V. Id. Octobr. data: Cùm hæc ſcribebam, inquit, ante lucē, apud Catonem erat diuinatio in Gabinium futura inter Memmium, Ti. Neronem & C. L. Antonios M. f. putabamus fore, vt Memmio daretur, etſi erat Neronis mira contentio. Quid quæris? probe premitur, niſi noſter Pompeius dîis hominibuſque inuitis negotium euertit. Et in tertia epiſtola: Quæris, inquit, quid fiet? ſciemus de maieſtate triduo; quo quidem in iudicio odio premitur omnium generum, maxime teſtibus cęditur, accuſatoribus frigidiſſimis* vtitur, cōcilium varium, quæſitor grauis & firmus Alfius, Pompeius vehemens in iudicibus rogādis. Quid futurum ſit neſcio, locum tamen illi in ciuitate non video. Deinde ſequenti epiſtola IIX. Kal. Nouemb. data de eodem maieſtatis iudicio, atque eius exitu ſic ſcribit: Gabinius abſolutus eſt. omnino nihil accuſatore Lentulo ſubſcriptoribuſque eius infantius: nihil illo cōſilio ſordidius. Sed tamen, niſi incredibilis contentio & preces Pompeij, Dictaturę etiam rumor plenus timoris fuiſſet, ipſi Lentulo non reſpondiſſet: qui tum illo accuſatore, illoque conſilio ſententiis condemnatus ſit XXII. cum LXX. tuliſſent. Eſt omnino tam graui fama hoc iudicium, vt videatur reliquis iudiciis periturus, & maxime de pecuniis repetundis. Sed vides nullam eſſe remp. nullum Senatum, nulla iudicia, nullam in nullo noſtrûm dignitatem. Sic aliis etiam in locis ſæpe. Et in epiſtolis ad Atticum de Gabiniano iudicio ipſe quoque indicat, è quibus hæc præter morem meum diffuſiùs accepi, vti cum Dionis hiſtoria collata magis eluceſcant, & ſtatum reip. caducum eius temporis, veluti in ſcena quadam, ſtudioſus cognitionis politicæ vir ex rerum ipſo ſucceſſu diſcere poſſit.

** Fortè, vtitur.*

M. Porcius M. f. M. n. Cato. Quæſtionem de repetundis ſortitus obtinuit. Repulſam anni ſuperioris paſſus, vt dixi, Vatinio prælato. Ad huius tribunal tandem damnatus eſt repetundarum A. Gabinius, vt ex Dione & Ciceronis ad Q. Fratrem epiſtolis colligimus, cuius loca paullò ante citauimus. Apud hunc etiam Cicero M. Scaurum Conſulatus candidatum defendit repetundarum ex Sardinia reum, vt anteà dictum eſt, & Pædianus in argumento orationis pro eodem Scauro latiſſimè, vbi ſucceſſum eius iudicij pulchre explicatum inuenies. Porrò de hac Catonis Prætura Plutarchus etiam multa ſcribit, qui in primis improbat eius licentiam in veſtitu corporis, & raritate cultus, quo in eo magiſtratu præter morem ſui ſæculi aliquoties eſt vſus. Sequenti, inquit, anno Prætor factus Cato, non tantum viſus eſt dignitatis magiſtratui adferre eum probè gerendo, quantum demere, cùm ſæpè nudis pedibus* ſine tunica ad tribunal veniens, cauſſas capitales illuſtrium virorum cognoſceret. Id quod ſane ex vulgi dumtaxat iudicio ſcripſiſſe mihi videtur Plutarchus. Nam refert hoc idem Val. Max. lib. III. cap. VI. ſine tunica, toga tantummodò prætexta indutum Catonem Prætorem fuiſſe memorans, cum de M. Scauro aliiſque reis iudicia exerceret; & laudi potiùs ipſi attribuit, virtutis ſcilicet iſtud in Catone indicium fuiſſe, ſumente ſibi aliquid licentiæ in conſuetudine nouanda. Pædianus quoque Catonem hoc ex antiquitate deſumpſiſſe refert, opinor, vt vetuſtæ frugalitatis ſpecimen populo exhiberet. Verba Pædiani hic ſubiicere lubet:

A. Gabinius repetundarū damnatus à M. Catone Prætore.

M. Scaurum Cic. reum repetundarum defendit.

** Perperàm in Latino, ſine toga ad Roſtra.*

M. Porcij in Prætoria ſeueritas.

» bet: Cato Prætor, inquit, iudicium, quia æstate agebatur, sine tunica exercuit, campestri » sub toga cinctus. In forum quoque sic descenderat, iusque dicebat; idque * repererat ex » vetere consuetudine, secundum quam & Romuli ætatis statuæ in Capitolio, & in Ro- » stris Camilli fuerunt, togatæ sine tunicis. Alias autem eius in hoc magistratu res gestas leges apud Plutarchum, & in primis, vt ad Senatum de ambitu retulerit. Cùm enim plebs vrbana passim sine vlla verecundia pretio cuicumque indigno prostitueret ad magistratus suffragia sua; auctor Senatui fuit decernere, Vt designati magistratus omnes, quamuis ambitus non accusati, vltrò iudicium subirent, rationemque adepti honoris redderent. Quo facto magnam sibi inuidiam & periculum creauit Cato, velut ex Plutarcho latiùs intelliges. Meminit etiam Cicero ad Atticum libro quarto ep. XVI. & tacitum illud iudicium appellat, vel quia factum non ederetur, vel quia sine accusatione fiebat. Legem quoque ex S. C. de ea re promulgatam fuisse indicat, Vt in candidatos etiam ante » comitia de ambitu inquireretur. Verba eius hæc sunt: At Senatus decreuit, vt tacitum iu- » dicium ante comitia fieret, ab iis consiliis, quæ erant omnibus sortita in singulos candida- » tos: magnus timor candidatorum. Plutarchus scribit, Catonem auctorem S. C. in foro tam à candidatorum turba, quàm à plebe largitionibus iam assueta pæne discerptum fuisse. Euasit tamen non sine magna difficultate, vehementer contusus atque iactatus, in Rostra; vbi mox auctoritate & solita grauitate orationis suæ turbas non solum sedauit, sed insuper effecit, vt Tribunitij candidati prauа omni ambitione reiecta conuenerint, ac iurarint se arbitrio Catonis petituros, singulique pecunias apud eum deposuerint HS. quingena, vt qui à Catone largitionis damnatus esset, id perderet, & competitoribus attribueretur. Vide quæ de his Plutarchus & Cicero ad Atticum libro IIII. ep. XV. & ad Q. Fratrem lib. II. vltima. Meminit item Plinius in Præfatione naturalis historiæ.

*Fortè, repo- suerat.

S. C. de ambitu.

Cn. Domitius * L. f. Cn. n. Ahenobarbus * Quæstionem inter sicarios sortitus obtinuit. Apud hunc namque defendit M. Cælium oratorem Cicero lege Lutatia de vi, item Cornelia de veneficio postulatum à Clodia inimici sui sorore, vidua Q. Celeris. Atque illud ex Ciceronis oratione cognoscere est, quo loco iudices & Præto- „ rem sic alloquitur: Res est omnis in hac caussa nobis, iudices, cum Clodia muliere non „ solùm nobili, sed etiam nota: de qua ego nihil dicam, nisi depellendi criminis caussa. Sed „ intelligis pro tua præstanti prudentia, Cn. Domiti, cùm hac sola rem esse nobis. In epistola ad Q. Fratrem libri secundi vndecima, mensis Februarij huius anni acta fere omnia tam fori quàm Senatus referens, aperte demonstrat, his Coss. M. Cælium accusatum » fuisse. Cognosce nunc Idus, inquit, decimus erat Cælio dies. Domitius ad numerum iu- » dices non habuit. Vereor ne homo teter & ferus Pola Seruius ad accusationem veniat: » nam noster Cælius valde accusatur a gente Clodia. Cùm tamen Cicero ludis publicis orationem suam dixerit, caussa prolata in Megalenses & Aprilem vsque videtur.

M. Cælium oratore Cic. defendit, à Clodia postulatum.

// . // . // . f. // . n. // . Peregrinam iurisdictionem
// . // . // . f. // . n. // . de ambitu
// . // . // . f. // . n. // . de peculatu
// . // . // . f. // . n. // . de falso

Quæstiones. sortiti. obtinuerunt.

P. Seruilius P. f. C. n. Vatia. Isauricus. Apud quem Prætorem Cicero, vt scribit ad Atticum ep. XV. libri IIII. mense Quinctili data, defendit C. Messium amicum, qui (vt opinor) Tribunus plebis inter alios legem de reditu Ciceronis promulgarat. De qua „ re sic ipse: Messius defendebatur à nobis e legatione reuocatus: nam eum Cæsari legarat „ Appius. Seruilius edixit vt adesset; tribus habet Pontinam, Velinam, Metiam. Pugnatur „ acriter, agitur tamen satis. Hæc Cicero; sed cuius criminis reus Messius fuerit, mihi obscurum est. Eumdem Prætorem Seruilium cum M. Catone collega C. Pontinij triumpho obstitisse, ostendit idem Cicero cum ad Atticum mense Octobri, tum ad Q. Fra- „ trem lib. III. epist. quarta eodem mense, nempe VIII. Kal. Nouemb. data: Pontinio ad „ triumphum, inquit, ad III. Non. Nouembris volebam adesse: etenim erit nescio quid „ negotioli: nam Cato & Seruilius Prætores prohibituros se minantur, nec quid pos- „ sint, scio: ille enim & Appium Consulem secum habebit, & Prætores, & Tribunos ple- „ bis. Sed minantur tamen, in primisque ἀρηιφάτων Scæuula. Sed nos de Pontinij triumpho mox plura dicemus.

Cic. C. Messium defendit Pratore P. Seruilio Vatia.

Ser. Sulpicius Ser. f. Ser. n. Galba. Qui legatus Cæsaris in Gallia fuerat, anno superiore ad Præturæ petitionem reuersus. Qua obtenta, C. Pontinio, cui legatus Proquæstore, vt ante dictum est, in Gallia fuerat, triumphum tandem obtinuit, cùm ille vltra

vltra triennium ad vrbem expectasset, quorumdam Principum inimicitiis impeditus ne triumpharet. Igitur Galba Prætor obseruata denique occasione, habitis ante lucem comitiis, de C. Pontinij imperio ac triumpho legem tulit, atque vt populi iussu triumpharet effecit, vt apud Dionem latius, cuius verba paulo pòst adducemus.

M. Claudius M. f. M. n. Marcellus. C. Considius ... f. //. n. Longus.

Accusati C. Cato, Sex. Sufenas, L. Procilius, quorum operâ Pompeius & Crassus secundum Consulatum erant adepti, cùm hi Tribuni sublatis comitiis vi atque tumultu interregnum induxissent, rempublicamque turbassent. Dilatum videtur iudicium, ne Pompeius & Crassus in summo magistratu positi obessent. Horum tamen atque Cæsaris etiam fauore & gratia, rei magnopere defensi sunt; nam Cato & Sufenas absoluti, & Procilius vix condemnatus, quòd vim patrifamilias cuidam domi suæ intulisset. Et hæc Ciceronis verba videntur indicare, qui sic ad Atticum epistola xv. lib. quarto: A.d. III. Non. » Quinctiles Sufenas & Cato absoluti, Procilius condemnatus. Ex quo intellectum » est, tres Ἀρεοπαγίτας ambitum, comitia, interregnum, maiestatem, totam denique Remp. » flocci non facere: debemus patremfamilias domi suæ occidere nolle, neque idipsum » abunde. Nam absoluerunt XXII. condemnauerunt XXVIII. Per tres Areopagitas sanè » mihi videtur Ironicè tres illos ciuitatis principes, Cęsarem, Pompeium, & Crassum intelligere qui pro suo nutu libidineque, quos volebant, absolui vel damnari curabant. Pro C. Catone autem, Pompeij in gratiam, inter alios dixit M. Scaurus è prouincia reuersus, antequam ipse reus fieret repetundarum, & à Cicerone defenderetur, vti Pædianus in argumento orationis pro eodem Scauro testatur.

M. Scaurus pro C. Catone dixit.

Accusatus eodem tempore * M * Drusus de præuaricatione à Lucretio quodam, sed defendente Cicerone, absolutus est, vt ipse ad Atticum epistola iam dicta, & sequenti, & ad Q. Fratrem libro II. ep. XIII.

M. Drusum Cic. defendit.

P. Vatinius post Præturam reus item eodem anno factus est: quem licet inimicum priùs a Pompeio rogatus M. Cicero defendit, vt ipse in iam dicta epistola ad Q. Fratrem obiter meminit, mense Quinctili data: Quo die, inquit, hęc scripsi, Drusus erat de pręuaricatione a Tribunis ærariis absolutus in summa quatuor sententiis, cùm Senatores & » equites damnassent. Ego eodem die post meridiem Vatinium aderam defensurus. Et in » epistola ad P. Lentulum nona libri primi Familiarium rationem reddit latiùs, cur Vatinium inimicum defenderit. Orationem verò pro M. Scauro Ciceronem dixisse tradit Pædianus, L. Domitio Ahenobarbo & Ap. Claudio Pulchro Consulibus iisdem, quibus pro Vatinio dixit. Videtur principum fauore absolutus. Posteà namque legatum fuisse Cæsaris in Belgio scribit A. Hirtius. Vide Valerium Maximum lib. IV. cap. II.

Cicero pro M. Scauro dixit.

Ædiles curules.

Cn. Plancius Cn. f. Cn. nepos A. Plautius * M. f * //. n. Siluanus.

De Plancio superiùs loquuti sumus, reum ambitus factum, cùm priore anno designatus Ædilis esset. Absolutum tamen, atque post Quæsturam Tribunatumque plebis obtinuisse etiam Ædilitatem, ex Ciceronis oratione constat, qua reum ipsum defendit; obtinuisseque insuper cum A. Plautio collega item suo in Tribunatu plebis altero ante anno. Ait enim, referens accusatoris Iuuentij hæc verba: Dubitatis quin coitio facta sit, cùm » tribus plerasque cum Plotio tulerit Plancius? Ad quæ ita respondet Cicero: An vnà fie- » ri potuerunt, si vna tribus non tulissent? A. Plotium antè nominat, cum Plancio, Iuuen- » tio, & Q. Pedio petiisse ostendens.

Plancium Cic. defendit.

Ædiles plebis.

Q. Pedius M. f. //. nepos. Anno superiore è Gallia, vbi legatus Cæsaris fuerat, reuersus, Ædilitatem cum Cn. Plancio aliisque candidatis petiit. Sic enim ad Iuuentium repulsam passum loquitur: Tu neque Q. Pedio forti viro succenses, neque huic A. Plo- » tio ornatissimo homini familiari meo; & ab eo qui hos dimouit, potiùs quam ab iis qui in » te ipsum incubuerunt, te depulsum putas. Hæc ibi Cicero: ex cuius verbis fit verisimile, » Q. Pedium tum quoque Ædilitatem adeptum esse, quando constat A. Plotium Ædilem curulem cum Plancio fuisse: & de Pedij repulsa nullibi mentionem facit Cicero, atque hos duos potiùs Iuuentium depulisse dicit.

C. Claudius M. f. M. n. Marcellus.

Tri-

Tribuni plebis.

C. Memmius * C. f. C. nepos * A. Gabinium maiestatis reum populi iudicio
» subiecit, nec damnauit. Meminit Cicero ad Q. Fratrem epist. lib. III. prima: Gabinium,
» inquit, tres adhuc factiones postulant, L. Lentulus Flaminis filius, qui iam de maiestate
» postulauit; Ti. Nero cum bonis subscriptoribus; C. Memmius Tribunus plebis cum
» L. Capitone. Sic in epistola sequenti: Ad. VI. Idus Octobr. Gabinium apud populum lu-
» culenter calefecerat Memmius, sic vt Calidio verbum facere pro eo non licuerit. Et vide
ea quæ sequuntur: nam multa ibidem refert de hoc Gabiniano iudicio, vt etiam in se-
quentibus epistolis. Damnato tandem repetundarum A. Gabinio, eius amicum C. Rabi-
rium Postumium equitem Romanum, quòd Ptolomæo regi pecunias Gabinio donan-
das mutuò dedisset, etiam repetundarum postulauit, quem oratione adhuc extáte defen-
dit Cicero. Idem Memmius Cn. Domitium Caluinum Consulatus candidatum ambitus
» reum fecit, vt ad Atticum Cicero ep. XVI. Kal. Octob. data lib. IV. Tres, inquit, candi-
» dati fore rei putabantur, Domitius à Memmio, Messalla à Q. Pompeio Rufo, Scaurus à
» Triario, aut à L. Cæsare. Repetit idem posteà, candidatos Consulares omnes reos ambi-
tus factos esse scribens.

D. Lælius * D. f. D. n. Balbus * A. Gabinium maiestatis reum populi iudi-
cio exemit, vt auctor est Valerius Max. libro VIII. cap. primo; qui iudicij illius exitum
» pulchre recenset his ferè verbis: A. Gabinius in maximo infamiæ suæ ardore, suffragiis
» populi C. Memmio accusatore subiectus, abruptæ esse spei videbatur; quoniam & accu-
» satio partes suas plenè exhibebat, & defensionis præsidia inualida fide nitebantur; & qui
» iudicabant, ira præcipiti pœnam hominis cupidè expetebant. Lictor igitur & carcer ante
» oculos obuersabantur, cum interim omnia ista propitiæ fortunę interuentu depulsa sunt.
» Filius namque Gabinij Sisenna consternationis impulsu ad pedes Memmij se supplex
» prostrauit; inde aliquod fomentum procellæ petens, vnde totus impetus tempestatis eru-
» perat. Quem truci vultu à se victor insolens repulsum, excusso è manu annulo, humi ia-
» cere aliquamdiu passus est. Quod spectaculum fecit, vt Lælius Trib. plebis, approbanti-
» bus cunctis, Gabinium dimitti iuberet.

.. Terentius .. f. .. n * Varro * Meminit obiter Cicero ad Atticum episto-
la XVI. libri quarti, vbi de tacito iudicio ante comitia faciundo ex Senatus sententia:
» Comitia dilata, inquit, ex S.C. dum lex de tacito iudicio ferretur: venit legi dies, Teren-
» tius intercessit. Sic Cicero. Sed Terentius non nisi Tribunus plebis intercedere potuisset.

Q. Mucius * Q. f. Q. n * Scæuula. Optimarum partium defensor Tribunus.
Postquam enim Terentius legi de tacito iudicio intercessisset, Senatusque comitia pri-
mo quoque tempore habenda censuisset; Q. Scæuula ambitum ægrè ferens, obnuntia-
tionibus interpositis, singulis diebus comitia sustulit, donec ad interregnum flueret; no-
lens haberi comitia à Consulibus, qui pactionem fecerant improbam cum C. Mem-
mio L. f. & Cn. Domitio candidatis. De qua re Cicero ad Q. Fratrem ep. III. libri tertij:
» Comitiorum quotidie singuli dies tolluntur obnuntiationibus, magna voluntate bono-
» rum omnium: tanta inuidia sunt Consules propter suspicionem pactorum à candidatis
» præmiorum. Candidati Consulatus quatuor, omnes rei. Rursus ad Atticum pulchre epi-
» stola XV. libri quarti: Sequere nunc me in Campum, ardet ambitus σῆμα δέ τοι ἐρέω, fœ-
» nus ex triente Idib. Quint. factum erat bessibus. Memmium Cæsaris omnes opes confir-
» mant, cum eo Domitium Consules iunxerunt: qua pactione, epistolæ committere non
» audeo. Pompeius fremit, queritur, Scauro studet; sed verùm fronte an mente, dubitatur.
» ἐξοχὴ nulla est, pecunia omnium dignitatem exæquat. Messalla languet, non quò aut ani-
» mus desit, aut amici; sed coitio Consulum & Pompeius obsunt. Ea comitia puto fore vt
» ducantur. Iam epistola extrema eiusdem declarat pactionem illam aperte: Consules, in-
» quit, flagrant infamia, quòd C. Memmius candidatus pactionem in Senatu recitauit,
» quam ipse & suus competitor Domitius cum Consulibus fecissent, vt ambo HS. quadrin-
» gena Consulibus darent, si essent ipsi Consules facti. Vide quæ sequuntur, ad rem quoque
pertinentia, quę insuper ad Q. Fratrem libri II. ep. vltima. Fuerunt itaque candidati Con-
sulatus in annum sequentem C. Memmius L. f. quem Cæsar aduersarium sibi prius pe-
cunia corruptum rationibus suis adiunxerat, & Consulem facere cupiebat, M. Scaurus
Pompeij fauore subnixus, Cn. Domitius Caluinus, & M. Messalla. Sed dum Scæuulæ ob-
nuntiationibus tolluntur comitia, candidati Consulatus omnes rei fiunt ambitus, vt ad
» eumdem Atticum epistola XVI. libri quarti, & ad Q. Fratrem lib. III. ep. II. De ambitu,
» inquit, postulati sunt omnes qui Consulatum petunt, à Memmio Domitius, à Q. Curtio

bono & erudito adolescente Memmius, à Q. Pompeio Messalla, à Triario Scaurus. „ Magna res in motu est, propterea quòd aut hominum aut legum interitus ostenditur. „ Opera datur, vt iudicia ne fiant; res videtur spectare ad interregnum. Consules comitia „ habere cupiunt, rei nolunt, & maxime Memmius, qui Cæsaris aduentu sperat se futurum „ Consulem; sed mirum in modum iacet. Domitius cum Messalla certus esse videbatur, „ Scaurus refrixerat. Atque hæc v. Idus Octobris Cicero; cuius verba nobis ostendunt duos „

Memmij duo. C. Memmios, alterum L. filium Prætorium & candidatum Consulatus; alterum Tribunum plebis, de quo loquuti sumus. Sed ad Q. Scæuulam Tribunum redeamus. Is item cum M. Catone & P. Seruilio Prætoribus C. Pontinij triumpho se opposuit. Sic enim tradit Cicero ad Atticum epist. XVI. Pontinius vult ad IV. Non. Nouemb. triumphare, „ huic obuiàm Cato & Seruilius Prætores apertè, & Q. Mucius Tribunus. Eadem narrat „ Q. Fratri, quemadmodum in Prætura Seruilij diximus; sed paullò pòst in triumpho Pontinij omnia pleniùs.

M. Claudius * C. f. M. n * Marcellus.

M. Iunius * M. f. M. n. * Silanus. C. Antistius. //. f. //. n. Rheginus.

Ambo legati C. Cæsaris anno sequenti delectus habuere, vt Commentariorum libro VI. legimus, & VII. legionibus præfuisse docet.

C. Titius L. f. //. n. Rufus.

M. Considius M. f. //. n. Nonianus //. Caluisius //. f. //. n. Sabinus.

Quæstores vrbani.

Cornelius Sulla Quæstor vrbanus. Faust. Cornelius L. f. L. n. Sulla. De quo Pædianus ita in argumento orationis pro M. Scauro: Post diem, inquit, quartum, quàm postulatus erat Scaurus, Faustus Sulla, „ tum Quæstor, filius Sullæ Felicis, frater ex eadem matre Scauri, &c. Desunt nonnulla „ in exemplari, vt plenus colligi sensus non possit: sed de Quæstura Fausti vrbana satis liquidè, cum extra controuersiam sit Scaurum Consulibus his Ap. Claudio, L. Domitio, mense Quinctili reum, eoque tempore Quæstorem Faustum in vrbe fuisse, qui posteà legatus Proquæstore Cn. Magni fuit, & demum bello ciuili Cæsaris iussu occisus in Africa, vt auctores Hirtius & Dio. Meminit & Cæsar belli ciuilis primo, & Cicero ad Atticum libro IX.

A. Hirtij nummi. Suppleuit Cæsaris bellorum Commentarios. A. Hirtius A. f. //. nepos. Cuius denarij pulcherrimi reperiuntur in Fastis Goltzianis. Legatus deinde Cæsaris fuit in Gallia, eidemque amicus & familiaris admodum, adeò vt Commentariis Cæsaris paralipomena illa, vt plures volunt, adiunxerit, quę adhuc extant.

Prouinciæ

C. Iulius Cæsar in Gallia & Britannia quæ gesserit. C. Iulius C. f. C. n Cæsar. Procos. Gallias & Illyricum obtinuit. Reuersus ex Illyrico, quò ad Pirustarum incursationes compescendas ierat, Treuiros in Gallia non parentes imperio & Germanos sollicitantes, in fide continuit. Confecta noua classe cum exercitu rursus in Britanniam traiecit, & parte insulæ in potestatem redacta, tributo imperato, & acceptis obsidibus, in Galliam ad hiberna redit. Eadem hieme, absente Cæsare, Eburones Ambiorige duce legatorum Q. Titurij Sabini & L. Aurunculeij Cottæ castris frustra oppugnatis, ipsos cum exercitu per insidias circumuentos in itinere ad internecionem occiderunt. Qua fama victoriæ concitatis ad rebellionem Neruiis,

Q. Ciceronis castra in Neruijs obsessa. Centronibus, Gorduniis, aliisque populis, Q. Ciceronis item castra in Neruiis obsessa, & acerrime ab hostibus per aliquot dies oppugnata, & à Romanis summo labore defensa sunt; sed tandem superueniente cum auxilio Cæsare, fusi prælio Galli, castraque Ciceronis obsidione liberata. Vide Commentariorum lib. V. Dionem lib. XL. Plutarchum in Cæsare, Liuium lib. CVI.

Cn. Pompeius Cn. f. Sex. n. Magnus. Procos. frumentariam ex S.C. procurationem, & lege Trebonia duas Hispanias populi iussu in quinquennium obtinuit. Ipse tamen cum imperio ad vrbem remansit frumentariæ procurationis titulo, Hispaniasque per L. Afranium Consularem & M. Petreium Prætorium legatos administrauit: auctores sunt Dio, Velleius, Liuius, atque ipse Cicero ad Atticum lib. IIII. epist. X. Addunt Pompeio & Africam prouinciam Plutarchus & Appianus, quod nobis tamen non videtur, cum duo tantum eius legati rectores vbique nominentur, Prætoriæque prouinciæ vix septem alioquin essent residuæ, quas M. Cælius octo fuisse in epistolis ad Ciceronem testatur. Non recuso tamen, quin lege Trebonia permissum fuerit Pompeio Procos.

in

in Africa vicina militem conscribere, imperiumque simul cum Prætore habere, vti M. Crasso in vicinis Suriæ prouinciis.

M. Licinius P. f. M. n. Crassus. Procos. Suriam lege. Trebonia. in. quinquennium. obtinuit. Qui in prouinciam cùm venisset, bellique materiam non inueniret, rei tamen gerundæ & pecuniæ cumulandæ cupidus, Ierosolymitani templi gazam eotenus intactam expilauit, primus vltra Eufratem exercitum duxit, Parthorum regi Orodi bellum sua sponte intulit sine vlla Senatus auctoritate populive iussu. Nicephorium cepit, & Zenodotiam militibus diripiendam dedit; redactisque in potestatem citra Tigrim locis omnibus, & præsidio munitis, in Syriam ad hiberna reuersus est, filium P. Crassum cum equitibus a Cæsare missis expectaturus. Atque ita, cùm mox Seleuciam ac Babylonem bello aggredi debuisset, moram in Suria trahendo, tempus atque occasionem hostibus amplam se ad bellum comparandi dedit; dum intereà ipse pecuniis per acerbas exactiones à ciuitatibus cogendis operam magis daret, quam militari disciplinæ formandæ, vel apparatui bellico. De quibus vide Dionem, Plutarch. & Appianum in Parthica. *M. Crassus auarus.*

P. Cornelius P. f. .. n. Lentulus. Spinther. Procos. Ciliciam. &. Cyprum. obtinuit. Rebus in prouincia benè gestis, ab exercitu Imperator appellatus est, vt ex Ciceronis epistola colligere est ad ipsum Lentulum scripta his Consulibus post Vatinium defensum: Quamquam tua, inquit, caussa te esse Imperatorem, prouinciamq; benè gestis rebus cum exercitu victore obtinere, vt debeo, lætor. Hæc ibi Cicero in vltima illa prolixa epistola; sed cum quibus hostibus bellum tunc gesserit Lentulus, in incerto est. *P. Lentulus Spinther.*

.. .. .. f. .. n. .. Africam
.. .. .. f. .. n. .. Achaiam
.. .. .. f. .. n. .. Bithyn. & Pontum
.. .. .. f. .. n. .. Cretam & Cyrenem

Prætores. sortiti. obtinuere.

Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Scipio. C. Flauius .. f. .. nepos.
C. Fannius. .. f. .. n. Strabo. C. Cosconius * C. f * .. nepos.

T. Fursanius & L. Ælius Tubero non videntur sortiti hoc anno prouincias; quando constet, hunc Africam posteà, & illum Siciliam ex S. C. & lege Pompeia obtinuisse, belli ciuilis initio.

P. Vatinius reus post Præturam hoc anno factus, non videtur obtinuisse prouinciam; quem mense Quinctili Romæ à Cicerone defensum esse, suprà demonstraui.

C. Clodius Ap. f. C. n. Pulcher. Propr. Asiam. obtinuit. veluti Cicero indicat Attico scribens his Coss. mense Quinctili, epistola libri IIII. decima quinta: Iter Asiaticum tuum, inquit, puto tibi suscipiendum fuisse: numquam enim tu sine iustissima caussa tam longè à tot tuis charissimis abesse voluisses. Sed humanitatem tuam amoremque in tuos, reditus celeritas declarabit: sed vereor ne lepôre suo detineat diutiùs Prætor Clodius. Ex his C. Clodium Asiam ex Prætura vrbana obtinuisse cognoscimus, & etiam hoc anno Proprætore.

Q. Ancharius * Q. f * .. nepos. Propr. Macedoniam obtinuit.

C. Pontinius A. f. .. nepos. Propr. ad. vrbem. triumphi. obtinendi. caussa; quem denique Nouembri mense triumphasse docebo.

.. .. .. f. .. n. .. Siciliam
.. .. .. f. .. n. .. Sardiniam

Proprr. prorogato imperio obtinuerunt.

Quæstores.

.. .. .. f. .. n. .. Ostiensis in Latio
.. .. .. f. .. n. .. Calesinus in Campania
.. .. .. f. .. n. .. Canusinus in Apulia
.. .. .. f. .. n. .. Pisanus in Etruria

M. Licinius M. f. P. n. Crassus. C. Cæsaris Procos. in Gallia Transalpina. M. Crassi Procos. qui bellum cum Parthis tunc gerebat, filius, à Cæsare Quæstor desumptus, cùm alterum filium P. Crassum, qui sub eo Præfectus equitum adolescens in Gallia prioribus annis militauerat, ad patrem mittere vellet cum auxilio mille equitum selectorum, & honoratum donis militaribus. Quæstorem verò suum appellat Cæsar ipse *M. Crassus, alterius qui cum Parthis bellum gerebat filium.*

Commentariorum libro v. & legioni in Belgio hibernanti huius anni extremo præfectum fuisse scribit. Statim nuntium in Bellouacos, inquit, ad M. Crassum Quæstorem » mittit, cuius hiberna aberant ab eo milia passuum xxv. Iubet media nocte legionem pro- » ficisci, celeriterque ad se venire. Exit cum nuntio Crassus. Et mox refert, vt Crassum » cum legione sua Samarobrinæ præfecerit, vbi impedimenta exercitus, frumentum, ac obsides ciuitatum relinquebat, profecturus in Neruios ad castra Q. Ciceronis obsidione liberanda. Eumdem M. Crassum exacta Quæstura Cæsari legatum remansisse, atque ineunte æstate cum eodem & C. Fabio legato partitis copiis Menapios ad deditionem populationibus compulisse, Commentariorum libro sexto traditur; vbi etiam Quæstor appellatur, quamuis post annum Quæsturæ, vel ex vsu loquendi recepto, vt sæpe diximus, vel quia successor eius tunc nondum aduenisset. Quin etiam bello ciuili post patris ac fratris interitum cum Cæsare fuisse, Iustinus declarat ex Trogi Pompeij libro historiarum XLII. His ita gestis, inquit, non magno post tempore Romanis inter Cæsarem Pom- » peiumque ciuile bellum oritur, in quo Parthi Pompeianarum partium fuere; & propter » amicitiam cum Pompeio bello Mithridatico iunctam; & propter Crassi necem, cuius » filium in partibus Cæsaris esse audierant, quem vltorem patris victore Cæsare futurum » non dubitabant. »

Quæstor aliquando dictus qui Proquæstor.

// . // . // . f. // . n. // . Cn. Magni Procos. in Hisp. citeriore.

Q. Cassius // . f. // . n. Longinus. eiusdem in Hisp. vlteriore. M. Cicero ad Atticum libro sexto epistola VI. declarans caussas cur C. Cælium Quæstorem prouincia decedens præfectum reliquerit; Adde illud, inquit, Pompeius eo robore vir, iis radicibus, » Q. Cassium sine sorte delegit, Cæsar Antonium; ego sorte datum offenderem? Hispaniæ » vlterioris Quæstorem fuisse, A. Hirtius de Alexandrino bello testatur, atque ibidem ex insidiis vulneratum fuisse refert. Itaque cùm postea Cæsaris partibus accessisset, a Cæsare vlteriori Hispaniæ quoque legatus est impositus, eò quòd mores Hispanicos sub Pompeio Quæstor didicisset, vt à Dione traditur. Vnde colligere est, remansisse in Hispania Proquæstore Cassium sequentibus etiam annis aliquot, vsque ad petitionem Tribunatus, ni fallor.

C. Cassius // . f. // . n. Longinus. M. Crassi Procos. in Suria. Vir animi ingentis ac summæ prudentiæ, qui postea cum D. & M. Brutis coniurationis princeps contra Cæsarem libertatis publicæ asserendæ caussa factus est, cùm ille occupato imperio monarchiam solus inuasisset. Cassium idcircò Romanorum vltimum Cremutius Cordus in Annalibus suis appellauit, vt apud Tacitum legimus, quem tota vita bibisse aquam Seneca ad Lucilium scribit. Vnde Cæsaris dictum de Cassio iam suspecto, à macilentis & pallidis sibi potius metum esse, quam ab obesulis & rubicundis. Quæstor autem Cassius M. Crassi, vt Suriam ac reliquias legionum post cladem seruarit, victoriam à Parthis retulerit, ex sequentibus patebit. Meminere Liuius, Plutarchus, Dio, Velleius, Appianus, Iustinus, Eutropius, Orosius, Iosephus, & alij.

C. Cassius Longinus, coniurationis in Cæsarem cum Bruto auctor.

L. Cornelius L. f. Balbus. Gadibus natus militauerat cum fratre P. Balbo bello Sertoriano sub Cn. Magno & Q. Metello imperatoribus, à quibus etiam ambo ob merita ciuitate donati sunt. Frater deinde mortuus filium L. Balbum iuniorem reliquit, de quo dicemus suo loco. Hic maior, differentiæ caussa, à Cicerone aliisque appellatus, Cn. Magni & C. Cæsaris (cui in Prætura Hispaniensi atque Consulatu Præfectus fabrûm fuerat) fauore & gratia non solum ad opes immensas, verum etiam ad summos magistratus est euectus. Atque hoc anno cepisse Quæsturam inde colligo, quòd anno superiore, tamquam inhabilis vt repelleretur, reus fuerit factus peregrinitatis à competitoribus. Sed defensus est à magnis patronis, Cn. Pompeio scilicet & M. Crasso Coss. item M. Cicerone, cuius adhuc extat pro eodem Balbo pulcherrima oratio. Senatorem verò fuisse non infimæ auctoritatis anno DCCII. cum de Cæsaris prouinciis mutandis certabatur in Senatu, palam est ex M. Cælij Epistolis nona & vndecima libro Famil. IIX. Constatq; postea bello ciuili abstinuisse, & Romæ quieuisse, Cæsare non inuito, ne aduersus Pompeium optime de se meritum arma ferre videretur? Huius atque alterius iunioris Balbi magistratus, quos alij confundunt, annis atque ordine suo recensebimus.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . Propr. in Sicilia Suracusanus

// . // . // . f. // . n. // . Eiusdem Lilybætanus

C. Lælius * C. f. C. nepos * In Sicilia hoc tempore Quæstorem fuisse, ex Quinctiliano colligimus, qui libro sexto cap. III. De huius collegæque eius in prouinciam festinantium contentione ex M. Cælij quadam tum temporis dicta oratione nonnulla verba addu-

» adducit: Et Cælius, inquiens, cùm omnia venustissimè finxit, tum illud vltimum sic subsecutus est: Quo modo transierit, vtrùm rate, an piscatorio nauigio, nemo sciebat. Siculi quidem, vt sunt lasciui & dicaces, aiebant in delphino sedisse, & sic tamquam Ariona transuectum. Ex quibus M. Cælij oratoris verbis fit verisimile, C. Lælium tunc clàm abiuisse in Siciliam, vti collegam præoccuparet, cum quo illi erat de sorte controuersia, an Syracusanam, an Lilubætanam obtineret.

// // // f. // n. // // // Propr. in Sardinia Caralitanus
// // // f. // n. // Eiusdem in Corsica Aleriensis
// // // f. // n. // // // Pr. in Bithynia
// // // f. // n. // Eiusdem in Ponto
// // // f. // n. // // // Pr. in Africa Vticensis
// // // f. // n. // Eiusdem in Libya Adrumetanus
// // // f. // n. // // // Pr. in Cyrenaica
// // // f. // n. // Eiusdem in Creta.

M. Tullius // f. // nepos. Qui P. Sestium de vi tum quoq; postulauit, vt ibid. Cic.

C. Sextius // f. // n * Gallus * Legatus anno sequenti Cæsaris in Gallia Cisalpina delectum habuit, vt Commentariorum lib. VI. & minoribus castris præfectus apud Heduos, vt libro VII. Idem fortasse quem Cicero in Miloniana T. Sextium Gallum appellat, in primis honestum ac ornatum adolescentem, in cuius fundo vulneratus erat P. Clodius cùm occideretur.

L. Lucilius L. f. // n. Balbus. L. Balbi Iuriscos. quem Cicero in Bruto commendat, filius, vti Corrado ibidem placet, nec ratio tẽporis repugnare videtur. Cum Ap. Claudio anno sequẽti iuit in Ciliciam legatus, vt opinor; nam deinde Ciceroni in prouinciam venienti obuiàm missus est ab Appio. Sic enim tunc Cicero ad Appium ex itinere scribit Familiarium lib. III. ep. V. Tralleis veni ad. VI. K. Sext. ibi mihi præstò fuit L. Lucilius cum litteris mandatisque tuis: quo quidem homine neminem potuisti nec mihi amiciorem, nec (vt arbitror) ad ea cognoscenda, quæ scire volebam, aptiorem prudentioremve mittere. Ego autem & tuas litteras legi lubenter, & audiui Lucilium diligenter.

L. Cæcilius * L. f. L. n * Metellus. Qui adolescens cum patre Prætore in Sicilia erat ante annos aliquot, bonus ac pudens, vt Cicero de illo prædicat Verrina V. Eumdem esse suspicor qui posteà Trib. plebis Cæsari ærarium effringenti ausus est obstare.

L. Marcius * Q. f. Q. n * Philippus.

L. Iulius // f. // nepos. P. Cornelius // f. // nepos. Quos in Africa ante biennium negotiantes Cicero C. Valerio Prætori commendat Familiarium libro XIII.

Proquæst.

// // // f. // n. // C. Cæsaris Procos. in Gallia Cisalp.
// // // f. // n. // Eiusdem in Illyrico
// // // f. // n. // Cn. Magni Procos. frumentarius
// // // f. // n. // Eiusdem frumentarius
// // // f. // n. // P. Lentuli Procos. in Cilicia
// // // f. // // // Eiusdem in Cypro
// // // f. // n. // Q. Ancharij Propr. in Macedonia
// // // f. // n. // // // Pr. in Achaia

C. Scribonius C. f. C. n. Curio. C. Clodij Propr. in Asia. Colligimus enim ex Ciceronis ad Curionem epistola Familiarium libro II. qua T. Milonem suum commendat, & vt illi suffragetur & adsistat, petit, anno primum insequenti, cum Milo Consulatum petiturus esset, ipsum ex Asia Romam redisse. Nondum erat auditum, inquit, te ad Italiam aduentare, cùm Sex. Iulium Milonis mei familiarem, cum his ad te litteris misi: sed tamen cùm appropinquare tuus aduentus putaretur, & te iam ex Asia Romam versus profectum esse constaret, magnitudo rei fecit, vt non vereremur, ne nimis citò mitteremus.

C. Pontinius A. f. // nepos. Propr. ann. DCXCIX.

De. Galleis. Allobrogibus. III. Nonas. Nouemb.

C. Pontinius ex Prætura Galliam Narbonensem sortitus, Allobroges Catilinariæ

coniurationis conscios, Cotugnato duce rebellantes, ad Solonem domuisse superiùs retulimus. Qui rebus demum in prouincia compositis, successoreque accepto, Romam reuersus Cæsare & Bibulo Consulibus, cùm triumphum peteret, acerrimos aduersarios repperit, vt ad huius anni pænè exitum extra vrbem, triumphi spe tamen non abiecta, pertinaciter manserit. Quod ipsum probat Cicero de prouinciis Consularibus, & inuectiua contra L. Pisonem, declarans anno superiore ad vrbem adhuc mansisse Pontinium, religionibus, vt ait, susceptis impeditum ne triumpharet. Et in epistolis ad Atticum & ad Q. Fratrem hoc anno mense Nouembri de illius triumpho adhuc controuersiam grauem fuisse scribit. Verba eius superius adduxi in Prætura P. Seruilij, & in Tribunatu Q. Scæuulæ; quos negasse, refert Attico, de eius imperio latum fuisse; Et est, inquit ipse, » latum insulse. Sed erit cum Pontinio Appius Consul: Cato tamen adfirmat, se viuo illum » non triumphare. Id ego puto vt multa eiusdem, ad nihil recasurum. Summis tandem » contentionibus triumphum obtinuisse Pontinium narratur à Dione in historia huius anni in fine lib. XXXIX. his verbis: Tum quoque temporis (inquit) C. Pontinius de Gal- » lis triumphauit, qui, cum triumphus ad id tempus ei permissus non fuisset, tamdiu extra » Pomœrium manserat: ac ne tum quidem hunc impetrasset, ni Ser. Galba tum Prætor, » qui sub eo militauerat, clanculùm comitiis ante lucem habitis quosdam in suffragium » misisset; etsi lege cautum erat, Ne quid cum populo ante primam horam ageretur. » Quam ob caussam Tribuni plebis aliquot, qui comitiis non interfuerant inuehenti » cum pompa negotium præbuerunt, adeò vt res ad vulnera etiam deuenerit. Extat dena- » rius eius in Fastis Goltzianis ad hunc triumphum faciens cum trophæo victoriæ Gallicæ & titulo, C. PONTINI. A. F. PROPR. Ad III. Nonas Nouembr. puto eum triumphasse, cùm Cicero ad Q. Fratrem scribat, se idcircò non longius quam in Tusculanum ab vrbe discedere, quòd Pontinio ad triumphum ad III. Non. Nouemb. vellet adesse.

FINIS LIBRI XVI.

IN QVO CITATI,

Val. Maximus. Cicero. Fasti Capitolini. Auctor Dialogi de Oratt. Suetonius. Plutarchus. Zonaras. T. Liuius. Paulus Orosius. Appianus Alexandrinus. Iul. Obsequens. Frontinus. Auctor de viris illustribus. L. Florus. Carulus Sigonius. Cassiodorus. Fasti Cuspinians. Sallustius. Priscianus. Vlpianus. Asconius Pædianus. Velleius Paterculus. Eutropius. Fronto Grammaticus. Hub. Goltzius. Acron. Dio Cassius. Lactantius Firmianus. Quinctilianus. Sex. Rufus. Paullus Manucius. Claudianus. P. Ouidius. Solinus. Pomponius Mela. Pompeius Festus. Porphyrio. Plinius. M. Fabius. Fr. Fabricius. Sebast. Corradus. Epitome Liuiana. Ludouicus Carrio. Nonius Marcellus. Iosephus. Xiphilinus. Dionysius Halicarnasseus. Corn. Tacitus. Fasti Siculi. Athenæus. A. Gellius. Claudianus. Lucanus. Onufrius Panuinius. I. Gruterus. Iornandes. Ammianus Marcellinus. Eusebius. Cornelius Nepos. I. Cæsaris Commentar. Polybius. Iuuenalis. Marianus Scotus. Strabo. Seneca. Macrobius. Diphilus Tragœdus. Tertullianus. A. Hirtius. Fenestella. Martialis. Trogus Pompeius. Iustinus.

EMENDATI AVT ILLVSTRATI,

Auctor Dialogi de Oratt. pag. 286. *Cicero, pag.* 288. 289. 292. 296. 331. 335. 340. 343. 346. 357. 368. 371. 373. 374. 379. 394. *Cuspinianus, pag.* 285. *Vlpianus, pag.* 285. *Dio Cassius, pag.* 291. 363. *Plinius, pag.* 294. 309. 323. *Pædianus, pag.* 295. 300. 317. 319. 370. 375. *Iul. Obsequens, pag.* 290. 393. *Porphyrio, pag.* 300. *Eutropius, pag.* 310. 351. *Epitome Liuiana, pag.* 310. *Fasti Siculi, pag.* 306. 307. 313. *L. Florus, pag.* 306. *Velleius Paterculus, pag.* 324. *Plutarchus, pag.* 319. 366. 382. *Iuuenalis, pag.* 332. *Corn. Tacitus, pagina* 332. *Appianus, pag.* 351. 375. *Orosius, pag* 351. *Macrobius, pag.* 352. 353. *Val. Maximus, pag.* 352. 353. 369. *I. Cæsaris Commentar. pag.* 368. *Plinius, pag.* 362.

STE-

STEPHANI VINANDI PIGHII LIBER XVII. ANNALIVM ROMANORVM.

ANNI P. R. C. DCC.

Consules.

Cn. Domitius M. f. M. n. Caluinus. M. Valerius C. f. M. n. Messalla.



Ex quatuor, vt dixi, candidatis, septimo tandem huius anni mense, post magnas contentiones & ambitus, C. Memmio & M. Scauro repulsis, facti sunt Consules ex interregno, qui nominantur à Cassiodoro, Mariano, & à Cicerone non semel Cn. Domitius & M. Messalla: in Tabulis Græcis Caluinus & Messalla: à Dione autem Cn. Domitius M. f. Caluinus, M. Valerius Messalla. Hunc collegam Cn. Domitij per quinquaginta quinque annos Augurem fuisse tradit Macrobius Saturnalium primo, eumdemque serius & magno ambitu constat ad Consulatum peruenisse. Cn. Domitium in Fastorum fragmentis antiquis post adhuc reperiemus, in in quibus M. f. M. n. appellatur. Ceterùm interregni tempore, cùm necdum certi Consules essent, de candidatis hæc ad Q. Fratrem scribit Cicero vltima epistola: » Messallam » quòd certum Consulem cum Domitio numeratis, nihil à nostra opinione dissentitis. Ego » Messallam Cæsari præstabo; sed Memmius in aduentu Cæsaris habet spem, in quo illum » puto errare; hic quidem friget. Scaurum autem iampridem Pompeius abiecit; res » prolatæ, ad Interregnum comitia adducta. Rursus ad Trebatium lib. Familiar. VII. ep. XI. » meminit eius interregni: Nisi antè, inquit, Romam profectus esses, nunc eam certe relin» queres: Quis enim tot Interregnis Iurisconsultum desiderat?

Incendium in vrbe vastissimum fuit, combustis quatuordecim cum Iugario vicis, vt Orosius auctor est libro VI. cap. XIV.

Prodigia varia terruerunt vrbem, vt apud Dionem legimus; bubo enim, lupique apparuerunt; canesque oberrantes vlulauerunt, simulacra alia sudauerunt, alia de cælo tacta sunt, magistratusque cùm propter contentiones, tum etiam auspiciorum prodigiorumque caussa, vix tandem mense septimo creati sunt. Eadem prodigia narrat etiam Obsequens, sed perperàm, (vt mutilus is liber est) ad Consulatum Ciceronis & Antonij sunt re» lata. Sunt autē hęc: Lupi, inquit, in vrbe sunt visi, nocturni vlulatus flebiles canum auditi, » simulacrum Martis sudauit, fulmen tota vrbe peruagatum pleraque deorum simulacra » decussit, homines exanimauit. Vrbs lustrata. Propter Dictaturam Pompeij ingens seditio » in vrbe fuit. Hæc omnia & quæ sequuntur de M. Crasso, hisce Consulibus contigisse, studiosus Lector facile intelliget, si conferat cum iis quæ Dio in historia huius anni scribit.

De Consularibus autem prouinciis quid hoc anno statutum fuerit, obscurum est. Certè neque hi Consules anno sequenti videntur obtinuisse prouincias; immò nec comitia in annum sequentem habere, nec quidquam pro magistratu agere potuerunt, ob tumultus ac factiones candidatorum: adeò vt extremo anno, necdum habitis comitiis, Senatus veluti rebus desperatis in lugubri veste congregatus, aliter de prouinciis in futurum constituere coactus fuerit, quarum ob auiditatem immanis ille ambitus conflabatur. Itaque factum S.C. Ne quis Consul Prætórve in posterum factus exteram aliquam prouinciam ante quintum peracti magistratus annum obtinere posset. Spes enim erat, vel hac ratione certamina de occupandis vrbanis magistratibus tolli posse, spe prouinciarum atque imperij sublata; sique pateret, eum qui obtinuisset vrbanum magistratum, mox anno peracto priuatum, accusationibusque obnoxium futurum. Quod tam salubre S.C. lege deinceps ad populum lata confirmatum est, vt postea dicemus.

Prætores.

//. //. //. f. //. n. //. Vrbanam
//. //. //. f. //. n. //. inter ciues & peregrinos iurisdictiones
//. //. //. f. //. n. //. de maiestate
//. //. //. f. //. n. //. de ambitu
//. //. //. f. //. n. //. de peculatu
//. //. //. f. //. n. //. de repetundis
//. //. //. f. //. n. //. de falso
//. //. //. f. //. n. //. inter sicarios

Quæstiones. sortiti. obtinuerunt.

L. Æmilius M. f * M. n * Paullus. Hoc anno Prætorem fuisse L. Paullum cùm probat eius Consulatus, quem anno deinde suo cum C. Marcello collega obtinuit; tum etiam Cicero in oratione pro Milone, quæ anno sequenti dicta est, demonstrat, rationes adferens, cur P. Clodius, qui Paulli collega debebat esse, petere in hunc annum non voluerit: P. Clodius, inquit, cùm statuisset omni scelere in Prætura vexare remp. videret- » que ita tracta esse comitia anno superiore, vt non multos menses Præturam gerere posset; » qui non honoris gradum spectaret, vt ceteri: sed & L. Paullum collegam effugere vellet, » singulari virtute ciuem; & annum integrum ad dilacerandam remp. quæreret, subitò re- » liquit annum suum, seque in annum proximum transtulit; non religione aliqua, sed vt » haberet, quod ipse dicebat, ad Præturam gerendam, hoc est, ad euertendam rempubli- » cam plenum annum atque integrum. Hæc ibi Cicero: ex cuius etiam verbis colligitur vr- » banorum magistratuum solitudo eius anni plusquam semestris.

P. Sestius L. f. //. nepos. //. Voconius //. f. //. nepos. Hic annus quidem Præturæ P. Sestij est, quem cum Voconio nominat inter Prætorios Cicero, qui belli ciuilis initio cum imperio fuere, & Italiam cum Pompeio reliquerunt. Sic enim scribit ad Atticum libro VIII. ep. XXIII. Sed memento, præter Appium, nemi- » nem esse fere, qui non ius habeat transeundi; nam aut cum imperio sunt, vt Pompeius, vt » Scipio, Sufenas, Fannius, Voconius, Sestius, ipsi Consules, quibus more maiorum conces- » sum est omnes adire prouincias; aut legati sunt eorum. Ex his igitur colligimus, eos tunc, » non secus ac Sufenas & Fannius Prætorios fuisse. De imperio quidem Sestij accedit & illud argumenti, quòd idem Cicero dicat ad Atticum libri XI. ep. VII. à Cæsare P. Sestio datum posteà fuisse, vt iisdem lictoribus, quibus antea vteretur; cùm tamen S. C. quo Sestius alijque post fugam Tribunorum plebis imperium acceperant, improbasset.

C. Claudius C. f. M. n. Marcellus. C. Sosius //. f. //. nepos.
Q. Minucius * Q. f * //. n. Thermus. M. Seruilius //. f. //. n * Geminus *
* L * Caninius //. f. //. n. Gallus.

Ambitus inter alios reus factus L. Lentulus Crus, Consulatum petiturus, à qua tamen petitione, competitorum vehementia deterritus, videtur mox abstinuisse. Defendit reum P. Clodius quamuis inimicum priùs, à quo scilicet incestus ob sacra Bonæ deæ violata accusatus fuerat. Pulchrè rem explicat Valerius Max. lib. IV. cap. II. de reconciliatione: ex cuius verbis colligere est, Lentulũ à Clodio defensum esse hoc anno, nempe post Gabinium & Vatinium inimicos à Cicerone defensos, de quibus libro superiore diximus. Nec potuit quidem defendi tardiùs, cùm Clodius anni sequentis initio fuerit occisus. Absolutum verò Lentulum ab hoc iudicio constat inde, quòd post repulsam tandem Consulatum obtinuerit, vt ex sequentibus liquidum fiet.

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

M. Fauonius //. f. //. nepos. Ædilem hoc anno primùm fuisse, ex Dione nobis aper-

apertum est, qui tradit, Fauonium Ædilem à Q. Pompeio seditioso Tribuno in carcerem coniectum esse. Hunc vero magistratum vnius M. Catonis amici operâ assequutus est, alioquin rursus repulsam passus fuisset. Nam, vt refert Plutarchus, cum deprehensis pluribus suffragiorum tabulis vna manu scriptis fraudem competitorum M. Cato publicasset, Tribunis appellatis comitia illa dissoluit, & tribus denuò in suffragiũ vocari curauit. Itaq; tandem Ædilis factus est Fauonius, cui toto magistratus tẽpore M. Cato in omnibus officiis, ac si collega eius esset, præstò fuit. In ludis etiam edendis operam omnem adhibuit; quos quidem eius nomine instruxit, non illos ambitiosos sumptuosósque sui temporis, sed ex vetusto frugalique more maiorum, quorum præmia erant non aureæ coronæ, sed ex oleastro, quales in Olympicis dari solent. Dona verò distribuit in theatro, Græcis porrum, lactucas, raphanum, blitum, apium, Romanis autem vini amphoras, carnes, ficus, cucumeres, & lignorum fasces. Quæ ab aliis deridebantur ob vilitatem; ab aliis laudabantur, quòd vetustæ frugalitatis memoriam renouabant. Denique rei insolentia atque nouitas omnem fere multitudinem populi ex aliis collegarum sumptuosis licet spectaculis ad hoc theatrum pertraxit. Sed vide Plutarchum in vita Catonis, vbi plura de his ludis lectu digna inuenies. *Ludi à Fauonio Ædile per M. Catonem exhibiti frugaliter.*

M. Iuuentius .. f. .. n. Laterensis. Repulsam anni superioris passus Cn Plancio competitore prælato, vt suprà retulimus. Ædilis quidem hoc anno fuit, cùm biennio pòst Prætor fuerit. Tribunatum verò plebis petere cœperat Cæsare Consule, sed ne iuraret in Agrariam legem, petere tunc destitit, vt ad Atticum Cicero libro II. ep. XVIII. Hinc etiam in Planciana ad ipsum Laterensem dicit, sub populi nomine semet excusantis, quòd Laterensi repulsam dedisset: Deinde, inquit, sitientem me virtutis tuæ deseruisti ac dereliquisti: cœperas enim petere Tribunatum plebis temporibus his quæ istam eloquentiam & virtutem requirebant: quam petitionem cùm reliquisses, si hoc iudicasti, tanta in tempestate te gubernare non posse, de virtute tua dubitaui; si nolle, de voluntate: sin, quod magis intelligo, temporibus te aliis reseruasti: ego quoque, inquam, & respublica ad ea te tempora reuocaui, ad quæ tu te ipse seruaras. Pete igitur eum magistratum, in quo mihi magnæ vtilitati esse possis; Ædiles quicumque erunt, &c. Ex his etiam constat, Tribunatum Plebis à Laterensi penitus omissum fuisse.

* M * Liuius * M. f. M. n * Drusus. C. Curtius C. f. .. n. Peduceianus.

Tribuni plebis.

Q. Pompeius Q. f. Q. n. Rufus. Qui designatus anno superiore Cn. Domitium Caluinum Consulatus candidatum reum fecerat ambitus, vt Cicero ad Atticum libro quarto ep. XVI. & ad Q. Fratrem libro III. ep. II. Ab initio autem magistratus Cn. Magnum Dictatorem facere cupiens, obnuntiando Consularia comitia sustulit, donec in carcerem à Senatu coniiceretur. Id quod pulchre à Dione refertur libro XL. in hunc ferè modum: Multi tum temporis in vrbe tumultus fuerunt, præsertim in comitiis: ita vt Caluinus atq; Messalla Consules septimo vix tandẽ mense creati fuerint. Ac ne tum quidem comitia habita fuissent, nisi Q. Pompeius Rufus, Sullæ Dictatoris ex filia nepos, Tribunus plebis in carcerem coniectus ex S. C. fuisset, atque idem de ceteris turbarum auctoribus, qui comitia impedirent, se facturum Senatus præ se tulisset. Cùm enim satis impedimenti comitiis adferrent auspicia, Tribuni etiam plebis aliquot intercessionibus assiduis, ne Consules Prætorésve crearentur, tanto studio obstabant, rebus vrbanis omnibus impudenter sese ingerentes, vt Prætorum loco ludos etiam dederint; quam ob caussam Rufus in carcerem fuerat abductus. Idem postea M. Fauonium Ædilem sibi aduersantem leui quidem de caussa in eumdem carcerem coniecit, vt ignominiæ scilicet acceptæ consortem aliquem haberet. Iniiciebant & alij collegæ quidam eius Tribuni comitiis impedimenta, cupientes in locum Consulum (quò per plures Resp. regeretur, quemadmodum olim institutum fuerat) Tribunos militum creari: cum id non persuaderent, Pompeium vtique Dictatorem dicendum esse contenderunt, in eaque sententia pertinaciter diu perseuerarunt. Nam & aberat Româ Pompeius, & nemo vel decernere ei hunc honorem odio Sullanæ crudelitatis, vel metu potentiæ Pompeij denegare satis audebat. Tandem vbi ipse aduenit, Dictatura repudiata, vti Consules crearentur auctor fuit. Ita status eius anni vrbanus à Dione luculenter exponitur, quæ cognita Ciceronis epistolis eodem tempore ad Atticum & Q. Fratrem scriptis plurimum lucis adferunt. Hic idem Q. Pompeius Tribunatum & anno proximo per interregnum, vsque ad damnationem Milonis retinuisse videtur; quantum ex Dione & Pædiani scholiis in Milonianam Ciceronis colligi potest; qui late referunt, vt cãdidatorum Scipionis & Hypsæi seditionibus sese ad- *Q. Pompeius Rufus Tr. pl.*

se admiscuerit, vtque factioni Clodianæ contra Milonem Clodio occiso reum, se antesignanum præbuerit. Vnde post magistratum reus factus à M. Cælio damnatus est, vt tum dicemus.

C. Lucceius C. f. //. n. Hirrus. Perperàm in Plutarchi Pompeio Lucilius appellatur hic Tribunus plebis, qui recte a Cicerone suo cognomine vocatur Hirrus. Nam plene in S. C. M. Cælius Epistolarum libro VIII. nomen illius, cum sua tribu Pupinia, pronuntiauit, ex quo nos illud desumpsimus. Cum continue comitia Consularia per intercessiones conspiratione Tribunorum aliquot tollerentur, neque contentionum finis adhuc videretur, rogationem de Dictatore creando promulgauit, Vti Cn. Pompeius Magnus absens Dictator declararetur Reip. constituendæ, comitiorumque habendorum caussa. Sed hæc rogatio quam maxime inuisa optimatibus fuit ob Sullanæ, vt dixi, crudelitatis memoriam: pauci tamen metu Pompeianæ potentiæ obsistere audebant. Ex his M. Cato libertatis publicæ assertor vnicus summis viribus legem impugnauit, & impediuit: tantamque inuidiam Lucceio conflauit, vti fere se Tribunatu abdicare coactus fuerit. Pompeius denique Dictaturam prorsus nolle se ostendit. Nam ad vrbem reuersus, vti Consules tandem crearentur curauit, sicut à Plutarcho & Dione refertur. Vtcumque se gessit, suspicionem affectati principatus tamen effugere non potuit apud optimates & homines rerum peritos. Hinc Cicero ad Q. Fratrem epistola vltima libri tertij: Rumor (inquit) Dictatoris iniucundus bonis, mihi etiam magis quæ loquuntur. » Sed tota res & timetur, & refrigescit; Pompeius plane se negat velle, antea ipse non ne- » gabat. Hirrus auctor fore videtur: ô dij, quàm ineptus; quam se ipse amans sine riuali. In » eadem verò epistola rursus Cicero de Dictatura sic: De Dictatore tamen actum adhuc ni- » hil est, Pompeius abest, Appius miscet, Hirrus parat: multi intercessores numerantur, » populus non curat, principes nolunt, ego quiesco. Vide quæ de his apud Plutarchum & „ Dionem habentur, & omnia plenius intelliges.

Vt Cn. Pompeius Dictator Reip. constit. crearetur, actum.

P. Licinius P. f. . n. Crassus. Iunianus. Hunc etiam Tribunum plebis tunc fuisse M. Cicero demonstrat loco suprà memorato. Nam & is de Dictatura Pompeij legem promulgare volebat; sed Pompeio petente à se deterritum fuisse dicit Cicero. Eius hæc sunt verba: Pompeius Crassum Iunianum, hominem mihi deditum per me deterruit: » velit, nolit, scire difficile est. Hirro tamen agente, nolle se non probabit. Bello autem » ciuili partes Pompeianas sequutus est hic P. Crassus, ac deinde legatus Propr. Q. Metelli » Scipionis imperatoris in Africa fuit. Colligimus hoc ex quibusdam argenteis eius denariis bello ciuili cusis.

M. Cælius M. f. //. n. Vicinianus. Ita nominatur in epistola Cælij oratoris ad Ciceronem Familiarium libro VIII. Quippe & hic Tribunus cum Hirro de Dictatura Pompeij promulgauit. Colligimus hoc ex iis, quæ in petitione Ædilitatis biennio pòst contigisse refert ibidem; repulsam nimirum esse passum ob promulgationem in Tribunatu de Dictatura Pompeij. Sic enim scribit M. Cælius orator de hoc Viciniano Ædilitatem plebis tum petente, & eumdem exitum expectat conatuum C. Hirri competitoris sui in Ædilitate curuli: Mea (inquit) comitia porrò quem euentum sint habi- » tura nescio; opinionem quidem, quod ad Hirrum attinet, incredibilem Ædilium plebis » comitiis nacta sunt. Nam M. Cælium Vicinianum mentio illa fatua, quam deriseramus » olim, & promulgatio de Dictatore subitò deiecit, & deiectú magno clamore insecuta est. »

L. Oppius //. f. //. nepos. C. Fufius * Q. f. C. n * Calenus.

C. Caninius C. f. C. n. Rebilus. L. Caninius * C. f. C. n * Rebilus.

Constat ex Comment. belli Gallici libb. VII. & VIII. legatos annis duobus sequentibus hos tres fuisse in Gallia, & legionibus præfuisse sub Cæsare Procos.

A. Allienius //. f. //. nepos. P. Sestius P. f. //. nepos.

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

L. Ælius //. f. . n. Lamia. Quem equitem Rom. præstanti dignitate, ac salutis Ciceronis pro familiaritate, & Reip. pro fortunis amicissimum A. Gabinius Cos. imperiosus, exilio Ciceronis aduersantem, vrbe edicto suo expulit, vt in oratione post reditum legimus, item in Sestiana, & oratione in Pisonem. Anni autem superioris initio inter equites adhuc Romæ eum fuisse, ex epistola ad Q. Fratrem cognoscimus libri secundi XI. sed accessisse mox ad Quæsturam, ex reliquorum magistratuum interuallo colligitur.

C. Mar-

C. Marcius C. f. C. n. Figulus. Consularis viri filius; cuius denarius in Ædilitate curuli cusus extat in Goltzij Fastis, cum templo Iouis atque Neptuni.

Prouinciæ.

C. Iulius C. f. C. n. Cæsar. Procos. Gallias. &. Illyricum. obtinuit. Treuiros bellum renouantes subito incursu fudit & compescuit. Tum ponte in Rhenum refecto in Germanos, quia Treueris auxilia dedissent, iterum legiones duxit, & Sueuos in siluas compulit. Reuersus deinde in Galliam, Eburones, aliasque ciuitates, quæ conspirauerant Ambiorige duce, variis prælius contudit & domuit. cui deinde ob res bene gestas Romæ sexaginta dierum supplicatio decreta est. Vide eius Commentaria lib. VI. Plutarchum & Dionem, Orosium lib. VI. cap. X.

Cn. Pompeius Cn. f. Sex. n. Magnus. Procos. frumentariam procurationem & Hispanias duas obtinuit per legatos Afranium atque Petreium: Dio, Plutarchus, Cicero, & alij.

M. Licinius P. f. M. n. Crassus. Procos. Suriam obtinuit. Eufratem contra Parthos, spretis prodigiis, transiuit, & in insidias ab Augaro transfuga ductus, omnem pæne exercitum, cum filio P. Crasso, qui ad eum cum mille equitibus à C. Cæsare ex Gallia missus erat, amisit. Ipse circumsessus in colle; ac deinde euocatus ab hoste in colloquium, captus est, atque ne viuus in hostium potestatem veniret, repugnans occisus est. Reliquias exercitus ex fuga collectas C. Cassius Longinus Quæstor in Suriam incolumes reduxit. Historiam late Plutarchus in vita Crassi, Dio, & Appianus in Parthica. Item Orosius libro VI. cap. XIII. L. Florus libro III. cap. XI. Val. Max. lib. I. cap. VI.

Ap. Claudius Ap. f. C. n. Pulcher. Procos. Ciliciam & Cyprum obtinuit. P. Lentulo successor datus. De qua re Cicero ad ipsum Lentulum epistola pænultima Familiarium primo: „ Appius in sermonibus antea dictitabat, postea dixit etiam in Senatu „ palam; sese, si licitum esset legem Curiatam ferre, sortiturum esse cum collega prouin„ciam: si Curiata lex non esset, se paraturum cum collega, tibique successurum. Legem „ Curiatam Consuli ferre opus esse, sibi necesse non esse: se, quoniam ex S. C. prouinciam „ haberet, lege Cornelia imperium habiturũ quoad in vrbem introisset. Sic ad Q. Fratrem libro III. epist. II. Appius sine lege Curiata confirmat se Lentulo nostro successurum. Et „ rursus ad Atticum lib. IIII. epist. XVI. Appius sine lege, suo sumptu in Ciliciam cogitat. „ Itaque significat legem Curiatam vtilem in prouinciam ituro fuisse, propter viaticum, *Lex Curiata.* „ quod eam legem ex publico sequebatur, sed minimè necessariam iis qui ex S. C. pro„uinciam obtinerent, eò quòd lege Cornelia his maneret imperium, donec ad vrbem „ reuerterentur, vt antea dictum est: sed viaticum è publico sine lege Curiata vel S. C. nouo „ quo sumptus de publico suppeditabatur, minime. Serius quidem profectum autumo, cum interregni huius anni tempore adhuc Romæ fuerit, vt ex Ciceronis epistola vltima ad Q. Fratrem cognoscimus. Cùm in octauum igitur ferè mensem vsque, sublatis propter auspicia atque Tribunorum intercessionem comitiis, interregnum durarit, nec vllæ leges ferri potuerint, Appius tandem sine lege Curiata in prouinciam abiit suo sumptu, vt ait Cicero: nam cum supplemento & publico sumptu proficisci solent, quibus imperium populus lege Curiata dedisset. In prouinciam venienti Lentulus prouinciam traditurus obuiam ex more processit, vt in epistola Ciceronis ad Appium VII. Famil. III. lib.

// // // f. // n. // Siciliam
// // // f. // n. // Sardiniam
// // // f. // n. // Africam
// // // f. // n. // Bithyniam & Pontum
// // // f. // n. // Cretam & Cyrenen

Prætores. sortiti. obtinuerunt.

Cn. Domitius * L. f. Cn. n. Ahenobarbus * C. Alfius. // f. // nepos.
P. Seruilius P. f. C. n. Vatia Isauricus. Ser. Sulpicius. Ser. f. Ser. n. Galba.
M. Claudius M. f. M. n. Marcellus.

T. Annius Milo Consulatum petere volens, prouinciam neglexisse videtur. M. Catonem verò Plutarchus testatur à Senatu vltro post Præturam oblatam refutasse. Itaque tres vt minimùm prouinciæ Prætoriæ hoc anno prorogatæ sunt: nam C. Considium postcà ex lege Pompeia prouinciam accepisse suo loco constabit.

// //

//. //. //. f. //. n. //. Asiam
//. //. //. f. //. n. //. Macedoniam
//. //. //. f. //. n. //. Achaiam

Propr. prorogato. imperio. obtinuerunt.

M. Eppius //. f. //. nepos. Hominem vigilantem atque industrium dicit Cicero, ac sui ordinis, ad Cn. Magnum Procos. scribens initio belli Cæsariani, cùm Eppium Minturnis præfecisset. Extat epistolarum ad Atticum lib. IIX.

M. Mindius //. f. //. nepos. Famil. lib. v. epist. xx.

Q. Salassius //. f. //. nepos. Ibidem lib. vi. epist. xix.

L. Tullius //. f. //. nepos. Legatus posteà Ciceronis in Cilicia, vt ipse ad Atticum lib. v. epistola quarta.

M. Sempronius //. f. //. n. Rutilus. Legatus Cæsaris anno sequenti in Gallia, equitatui præfectus in Sequanis, vt Commentariorum libro VII.

L. Straberius //. f. //. nepos. Apolloniæ Præfectus bello ciuili, sed ab oppidanis eiectus adueniente Cæsare. Vide Commentaria Cæsaris lib. III.

Q. Ligarius //. f. //. nepos. Legatus post biennium C. Considio Procos. in Africa bello ciuili ibidem remansit. Ideoque posteà apud Cæsarem victorem à Cicerone defensus est oratione quæ adhuc extat. Leguntur etiam Ciceronis ad eumdem epistolæ aliquot Familiarium libro VI.

C. Tidius //. f. //. n. Strabo. Vir bonus & optimè de Republ. sentiens, C. Cassium Cæsare occiso sequutus est: Cic. Famil. lib. XII. epist. VI.

Quæstores.

//. //. //. f. //. n. //. Ostiensis in Latio
//. //. //. f. //. n. //. Calesinus in Campania
//. //. //. f. //. n. //. Canusinus in Apulia
//. //. //. f. //. n. //. Pisanus in Etruria
//. //. //. f. //. n. //. Asculanus in Piceno
//. //. //. f. //. n. //. Spoletinus in Vmbria

C. Valerius L. f * C. n * Flaccus. Ap. Claudij Procos. in Cilicia. Filius, ni fallor, L. Flacci Prætoris Asiæ anno DCLXXIX. Cicero C. Flaccum L. f. nominat hunc inter eos, qui ex comitatu Appij altero ab hinc anno redeuntes, Ciceroni in prouinciam tendenti occurrerunt, vt Famil. lib. III. ep. IV. Quæstorem Appij fuisse cum T. Mario, videmur colligere ex alia eius epistola, libro v. Famil. ad Messinium Rufum, quem Quæstorem suum decedens in prouincia reliquerat, respondens ad difficultates in Cn. Volusij, qui ante Cælium Ciceronis Quæstor fuerat, rationibus apud duas prouinciæ ciuitates Laodicensem Apameensemque ex lege Iulia depositis repertas; asserens scilicet, Volusium non debere teneri debito decessoris sui Valerij, sed prædes qui respondebant pro eo, quòd liquidum in rationibus apud ciuitates depositis non fecisset. Verba autem Ciceronis sunt hæc: Quamobrem de Volusio quod scribis, non est id rationum: do- » cuerunt enim me periti homines; in his cùm omnium peritissimus, tum mihi amicissi- » mus C. Camillus, ad Volusium transferri nomen à Valerio non potuisse, sed prędes Vale- » rianos teneri. Neq; id erat HS. XXX. sed XIX. Erat enim curata nobis pecunia Valerij man- » cipis nomine: ex qua, reliquum quod erat in rationibus, retuli. Ex his sanè fit prorsus veri- » simile, Volusium Ciceronis Quęstorem, de cuius rationibus conqueritur Messinius, successisse Valerio Ap. Claudij, cui etiam videtur collegam coniungere posteà T. Marium, vbi se à Messinio prudentiæ fructu priuari dicit. Nam & Volusij liberandi, inquit, meum » fuit consilium, & vt multa tam grauis Valerianis prædibus ipsique T. Mario depellere- » tur, à me inita ratio est. »

T. Marius. //. f. //. nepos. Eiusdem in Cypro & diœcesibus Asiaticis
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Sicilia Suracusanus
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem Lilybætanus
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Sardinia Caralitanus
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem in Corsica Aleriensis
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Pr. in Africa Vticensis

//. //.

.. .. .. f. .. n. .. Eiusdem in Libya Adrumetanus
.. .. .. f. .. n. .. .. .. Pr. in Bithynia
.. .. .. f. .. n. .. Eiusdem in Ponto
.. .. .. f. .. n. .. .. .. Pr. in Cyrenaica
.. .. .. f. .. n. .. Eiusdem in Creta

M. Cæcilius * M. f. L. n* Metellus. Patre Prætorio, vt apparet, natus, in cuius funere anno DCXCII. Kal. Iun. gladiatores dederat, vt Cicero ad Atticum lib. II. ep. I. sed extra ordinem profecto gladiatores funebribus dedisse videtur, quia Ædilitij vel solemnes Ludi eo die nulli in Fastis reperiuntur.

L. Atteius L. f. . n. Capito. Subscriptor contra A. Gabinium reum anno superiore, vt ad Q. Fratrem Cicero libri II. epist. prima. Nominat eundem M. Cælius Familiarium lib. VIII. inter Senatores Quæstorios, qui scribundo adfuerunt, cum fieret S.C. de prouinciis Consularibus altero abhinc anno, Ser. Sulpicio, M. Marcello Coss.

M. Paccius . f. . nepos. T. Pomponij Attici hospes, Ciceroni valde commendatus, vt epistola XVI. libri IIII.

C. Apronius . f. . n. Limo. Qui Faustam Sullæ filiam à C. Memmio dimissam anno superiore duxerat; Pædianus in Scaurianam. Meminit Cicero in Miloniana: & Pædianus anno sequenti Sex. Clodium accusasse dicit.

Q. Volusius . f. . n * Saturninus * Præfectus iuris dicundi postea M. Ciceronis Procos. in Cypro, vt ipse ad Atticum lib. V. ep. XXI. vbi hunc laudat, vt grauem & mirificè abstinentem. Discipulum Ciceronis vocat P. Vatinius in Epistola, quæ est Familiarium libri quinti decima.

L. Lollius . f. .. nepos. Meminit M. Cælius Familiarium lib. VIII ep. VIII.

M'. Acilius M'. f. M'. n. Glabrio. Patrem habuit Prætorem, de repetundis apud quem Verres accusatus fuerat anno DCXXCIII. Ipse pro M. Scauro auunculo reo repetundarum supplicauerat anno superiore, teste Pædiano. Bello autem ciuili sectam Cæsaris sequutus, legatus fuit ad Oricum, vt Commentariorum lib. III. legimus, Cæsarisque auspiciis summos honores adeptus, Siciliam & Achaiam rexit, vt postea patebit.

Proquæst.

.. .. .. f. .. n. .. C. Cæsaris Procos. in Gallia Cisalp.
M. Licinius M. f. P. n. Crassus. Eiusdem in Transalpina.
.. .. .. f. .. n. .. Eiusdem in Illyrico.
.. .. .. f. .. n. .. Cn. Magni Procos. in Hisp. citeriore
Q. Cassius . f. .. n. Longinus. Eiusdem in Hisp. vlteriore
.. .. .. f. .. n. .. Eiusdem Frumentarius
.. .. .. f. .. n. .. Eiusdem Frumentarius

C. Cassius .. f. .. n. Longinus. M. Crassi Procos. in Suria. Propter prodigia & expeditionis Parthicæ pericula imminentia M. Crasso suasit, vt ab incœpto desisteret, legionesque saluas mature in Suriam reduceret. Sed eius consilio non creditum est. In pugna contra Parthos cornu alterum duxit. Oblatum Carrhis in ipso rerum discrimine à militibus imperium recusauit; Crasso tamen occiso, necessitate rerum adductus, eius vices supplere coactus est, reliquiasque legionum ex fuga collectas seruauit, atque in Suriam reduxit, quibus prouinciam à Parthorum excursionibus, donec successor Crassi M. Bibulus aduenisset, tutatus est: Plutarchus, Dio libro XL. Appianus in Parthica, & alij.

.. .. .. f. .. n. .. .. .. Propr. in Asia
.. .. .. f. .. n. .. .. .. Propr. in Macedonia
.. .. .. f. .. n. .. .. .. Propr. in Achaia

ANNI P.R.C. DCCI.

Consules.

Cn. Pompeius. Cn. f. Sex. n. Magnus. III.
Primus. sine. conlega. Ex. Kal. Sext.

Q. Cæcilius. Q. f. Q. n.
Metellus. Pius. Scipio

P. Clodius via Appia à T. Milone occisus.

INVALESCENTIBVS indies magis seditionum procellis, in comitiorum præsertim certamine, impudenti candidatorum peruicacia, vt non amplius prensando, maiorum more, sed aperta largitione magistratus peterétur, & demum nisi per vim, cædes & arma, obtineri non posse viderentur; cùm T. Annius Milo, P. Plautius Hypsæus, & Q. Metellus Scipio Consulatus candidati per vim factionesque, armatorum cateruis stipati, veluti tribus castris vrbem occupauissent, neque spes esset, comitia ad finem Februarij vsque dilata sine magna cæde ciuili & sanguine posse peragi; præsertim P. Clodio Præturæ candidato à T. Milone in Appia via occiso, atque infima plebe, propter eam cædem, ad incendia perpetranda, & ad extremam rabiem exagitata: nihil visùm tutius optimatibus, quàm vt viro Pompeio auctoritate tunc maxima, & summa insuper moderatione prædito, totius ciuitatis gubernacula committerentur. Igitur cùm creari Dictatorem oportere multi dicerent, multi rursum negarent; suadente M. Catone factum est S.C. in M. Bibuli sententiam, Vti Cn. Pompeius absens solus, sine collega, ab Interrege Consul crearetur, idemque statim magistratum iniret, delectus tota Italia haberet, videretque Nequid Respublica detrimenti caperet. Pompeius ergo ad v. Kal. Martias primus sine collega Consul tertiùm declaratus ab Interrege Ser. Sulpicio, & Dictatoria propemodum armatus potestate, Rempublicam solus legibus & armis aliquamdiu administrauit. Qui tamen vt inuidiam monarchiæ acceptæ vitaret, sua sponte in quinque menses anni extremos Q. Metellum Scipionem socerum suum collegam sibi adiunxit. Sed hæc latissime Dio, Plutarchus, Appianus, Pædianus in Ciceronis Milonianam: obiter item Liuius, Velleius, Valerius Max. lib. VIII. cap. XV. Tacitus lib. III. Zonaras & alij. Igitur nominantur Consules in hunc annum à Cassiodoro Cn. Pompeius III. & Q. Metellus; à Mariano Scoto Cn. Pompeius Magnus III. Metellus Scipio: in Tabulis Græcis Pompeius tertium & Metellus. Ex his alterum M. Cælius Familiarium libro VIII. epistola VIII. Q. Cæcilium Q. f. Metellum Pium Scipionem appellat. Nec male P. Nasicæ filius dicitur a Dione, & à Valerio Max. lib. IX. P. Scipio: nam in hac familia natus transiit (vt in Quæstura eius indicaui) in Metellorum familiam per adoptionem Q. Metelli Pij, in cuius mortui honorem ludos Gladiatorios edidit ante quadriennium. De quo ita Tullius P. Sestium defendens: Maximum verò, inquit, Populi Romani iudicium vniuerso » consessu gladiatorio declaratum est: erat enim munus Scipionis dignum & eo ipso, & » illo Q. Metello, cui dabatur. Auctor est Plinius libro XV. cap. primo, in Italia Cn. Pom- » peij tertio Consulatu tantam olei copiam fuisse, vt prouinciis oleum miserit; atque idcircò minus mirum videri, quòd L. Seius Ædilis curulis ante XXII. annos olei denas libras singulis assibus populo præstitisset, quemadmodum suo loco diximus. Sed hic in Plinio librariorum errore quartus Pompeij Consulatus numeratur, quem non gessit.

Cn. Pompeius collegam sibi ascsiscit Q. Scipionem. — *Plinius castigatur.* — *Pompeia leges.*

Cn. Pompeius Consul legem ex S.C. de prouinciis tulit, Ne quis cum imperio prouinciam Consularem Prętoriámve deinceps obtineret, nisi qui quinquennio Consularis Prętoriusve fuisset. Sibi tamen prius Hispaniam prouinciam in alterum quinquennium prorogauerat. Et ne C. Cæsarem offenderet, omnibus Tribunis plebis etiam auctor fuit, vti legem promulgarent, qua ratio absentis Cæsaris in petitione Consulatus haberetur, eaq; lex M. Catone reclamante perlata est. Vide Dionem, Appianum, Plutarchum, & Suetonium, & Ciceronem ad Atticum lib. VII. ep. prima, qua se M. Cælium Trib. pleb. rogatu Cæsaris ad id induxisse fatetur, & epistola tertia magnopere pugnatum fuisse dicit, vt decem Tribuni plebis legem istam ferrent.

T. Annius Milo, reus ob cædem Clodij.

Duas aliás leges Pompeius ex S. C. tulit: Alteram de vi; qua nominatim cædem in Appia via factam, incendium Curię, & domum M. Lepidi Interregis oppugnatam comprehendit: vtique quæsitor extra ordinem suffragio populi in eam rem crearetur, ex iis qui Consules fuissent. Qua lege est quæsitor creatus in caussa Milonis L. Domitius Ahenobarbus, & T. Milo ob cædem Clodij reus factus, quamuis defendente Cicerone, damnatus & in exilium actus est. Alteram legem de ambitu tulit, pœnam grauiorem conuictis,

„ ctis,& formam iudiciorum breuiorem reis præscribens. Vtraq; enim lex priùs testes dari,
„ deinde vno die atque eodem,tam ab accusatore quàm à reo perorari,laudatoribus reiectis
„ iubebat;ita vt duæ horæ accusatori,tres reo darentur. Hæc apud Dionem, & Pædianum in argumento Milonianæ orationis multò latius, præsertim de forma iudiciorum compendiosa à Pompeio instituta; cuius occasione fori libertatem omnem simul cum arte oratoria primùm cœpisse elanguescere tradit Cornelius Tacitus,in dialogo de oratore. Eloquentiam enim scribit vetus illud forum magis exercuisse,in quo nemo intra paucissimas horas perorare cogebatur, & liberæ comperendinationes erant, & modum dicen-
„ di sibi quisque sumebat,& numerus neque dierum neque patronorum cauebatur: Sed
„ primus tertio Consulatu,inquit,Cn. Pompeius astrinxit,imposuitque veluti frænos elo-
„ quentiæ. Reliquas leges omniaque acta vrbana Pompeij diffusè satis Dio, Plutarchus, & Appianus.

Q. Metellus Scipio Consul legem Censoriam tulit,qua Clodiam abrogauit de Censoria potestate,& ius pristinum Senatu mouendi,ignominiaque notandi quoscumque ex arbitrio,Censoribus restituit: Dio lib. XL. *Cæcilia lex.*

Prætores.

//. //. //. f. //. n. //. Vrbanam
//. //. //. f. //. n. //. Peregrinam
iurisdictiones
//. //. //. f. //. n. //. maiestatis
//. //. //. f. //. n. //. peculatus
//. //. //. f. //. n. //. repetundarum
//. //. //. f. //. n. //. falsi
Quæstiones sortiti obtinuêre.

A. Manlius //. f. //. n. Torquatus. ambitus Quæstionem sortitus obtinuit. Auctor est Pædianus in argumento Milonianæ orationis,T. Milonem apud hunc Torquatum de ambitu postulatum ab Ap. Clodiis fratribus eodem tempore, quo ab iisdem de vi postulabatur extra ordinem lege noua Pompeia apud L. Domitium quæsitorem.
„ sic enim ille: Diuinatio,inquit,de ambitu accusatorum facta est quæsitore A. Torquato:
„ atque ambo quæsitores,Torquatus & Domitius,pridie Nonas Apriles reum adesse iusse-
„ runt;quo die Milo ad Domitij tribunal venit,ad Torquati amicos misit. Ibi postulante
„ pro eo M. Marcello obtinuit,ne prius caussam de ambitu diceret, quàm de vi iudicium
„ esset perfectum. Et posteà scribit, Milonem lege Pompeia de vi damnatum , ambitus etiam damnatum absentem apud Manlium Torquatum ab Ap. Claudio maiore, cui cùm præmium ex lege daretur,istud Appium recusasse. Ambitus etiam apud eumdem Prætorem Torquatum reos factos puto Milonis competitores P. Hypsæum & Q. Scipionem;quorum alterum,quamuis sibi amicissimum Hypsæum Pompeius balneo egressus ante pedes suos prostratum,ac Consulis fauorem implorantem contumeliosa voce reiecit;nihil aliud ipsum agere dicens,quam vt conuiuium suum moraretur. Alterum verò, Scipionem,quia socer eius erat,iisdem quas ipse tulerat legibus noxium,eodem quo Hypsæus crimine inuolutum,in tanta illustrium reorum ruina,muneris loco à iudicibus deposcere non erubuit,maritalis lecti blanditiis leges suas ac Reip. statum corrumpens. Atque ita reum precibus pretioque ereptum iudicio , collegam sibi quoque in Consulatu subrogauit. Vide Valerium Max. lib. IX. cap. V. Plutarchum in Pompeio, & Dionem lib. XL. Appianum lib. II.

L. Fabius //. f. / . nepos. Quæstionem inter sicarios sortitus obtinuit. Apud quem T. Milo non ab Appiis fratribus,sed à L. Cornificio & Q. Patulcio lege de vi, ni fallor,Lutatia postulatus,& absens iterùm damnatus est, Pædiano teste.

//. Fauonius //. f. / . nepos. Alius dubio procul à M. Fauonio,qui Ædilis anno superiore fuit,& testis hoc anno pro Milone contra Clodium, vt meminere Pædianus & etiam Cicero in oratione pro Milone. Apud hunc verò Prætorem T. Milo extra ordinem lege Licinia de sodalitiis accusatus ac damnatus est à P. Fuluio Nerato , quemadmodum Pædianus testatur. Ergo Prætori ambitus Torquato,plurimis tum reis obruto , datus adiutor Fauonius videtur,quando crimen de sodalitiis ad ambitum maximè pertinet:sed quam iurisdictionem ordinariam sortitus fuerit,nobis incertum est, cum nihil aliud de eo reperiam apud Pædianum,vel alios Auctores.

M. Saufeius Milonis familiaris, absolutus.

M. Considius M. f. //. n. Nonianus. Apud quem quæsitorem M. Saufeius Milonis familiaris, qui dux fuerat in expugnāda taberna Bouillis, & Clodio occidendo, lege Plautia de vi extra ordinē accusatus, cum ea subscriptione, quòd loca occupasset, & cum telo fuisset antesignanus operarum Milonis. Accusarunt C. Fidius, Cn. Aponius, M. Seius; defenderunt M. Cicero, M. Terentius Varro Gibba. Verùm Saufeius absolutus est pleniùs quàm anteà, cùm reus eiusdem criminis factus fuisset lege Pompeia post Milonem primus apud Domitium quæsitorem. Quo item in iudicio defensus fuerat à Cicerone & à M. Cælio Tribuno plebis. Vide Pædianum.

C. Claudius M. f. M. n. Marcellus. Q. Pedius M. f. //. nepos.
//. Caluisius //. f. //. n. Sabinus. T. Fadius //. f. //. n * Gallus *

Ædiles curules.

M. Æmilius M. f. Q. n. Lepidus. M. Claudius * C. f. M. n * Marcellus. Vt monstrat in Fastis Goltzianis horum denarius cum templo & simulachro Dianæ simul ab his cusus, fortasse ob Dianæ restitutum ex S. C. templum ab his Romæ in Auentino. Inscriptus est titulus, M. LEPIDVS. M. MARCELL. ÆD. CVR. EX. SC.

Ædiles plebis.

Sex. Peduceius Sex. f. Sex. nepos. C. Titius L. f. //. n. Rufus.

Tribuni plebis.

Q. Pompeius Q. f. Q. n. Rufus II. Satis constat ex Appiano, Plutarcho, Dione, Pędiano, & aliis Auctoribus, huius anni magistratus solito tardiùs creatos fuisse; cùm propter candidatorum factiones, gliscente ad ciuium vsque cædes ambitu, comitia haberi non possent; donec ex S. C. Cn. Pompeius v. Kal. Martias sub finem mensis Intercalaris Consul tertium solus declaratus, quietem summa potestate præditus vrbanis seditionibus imponeret, comitia haberet, & iudiciis publicis viam aperiret. Sed de Prætorum, Ædilium, Tribunorum plebis, Quæstorúmve comitiis nihil omnino in eius anni actis vrbanis Dio, licet alia omnia diffuse narret. Ideò non parum scrupuli reliquit suam historiam legentibus, & cum Pædiani aliorumque scriptis eam conferentibus, quòd ipse vnus scribat, Q. Pompeium L. Sullæ nepotem Tribunum plebis comitiis anni superioris, quibus Caluinus & Messalla Consules facti sunt, intercessisse; quem hoc anno adhuc Tribunum plebis, occiso Clodio, magnos in vrbe motus pro factione Clodiana cum T. Planco & C. Sallustio collegis excitasse Pædianus tradit, nec ipse dissimulat. Quæ nihil aliud indicare videntur, quàm Q. Pompeium vel ad huius anni Maium ferè mensem vsque in magistratu remansisse, vel, quod magis mihi verisimile est, in hunc annum, sicut in dissensionibus sæpè fiebat, esse refectum: maximè quando constat, Tribunitia comitia ab ipsis Tribunis plebis semper ante Decembrem haberi solere, etiamsi Consularia, aliorumque magistratuum, propter auspicia aliásve caussas differrentur.

Tribunitia comitia quando haberi solita.

T. Plancus seditionis cur auctor, fautorq; C. Clodij.

T. Munatius L. f. L. n. Plancus. Bursa. Cn. Pompeio Magno familiaris & amicus: cuius in gratiam Q. Scipioni genero Cn. Magni candidato Consulatus contra Milonem studuit. Cum collega Q. Pompeio Rufo ducem seditiosæ multitudini exhibuit, quæ P. Clodij à Milone occisi corpus in foro simul cum Curia concremauit. Quo tempore inimicissimas de Milone conciones habuit, testesque in eum produxit, populum adhortatus ne pateretur elabi reum. Nec minus in Ciceronem Milonis patronum multitudinem instigauit, se diem illi dicturum iactitans: quod ipsum & Q. Pompeius, C. Sallustius, alijque factionis Clodianæ Tribuni minitabantur. Tanta tamen constantia ac fides fuit Ciceronis, vt nulla inuidia, nullis minis, nullisve periculis à defensione Milonis deterreri potuerit.

Ciceronis cur hostis. Cicero à Milonis defensione non deterretur.

C. Sallustius historicus.

C. Sallustius //. f. //. n. Crispus. M. Ciceroni non solùm inimicus, (quod omnibus notum est) sed & Miloni infensissimus, velut ex Pædiano constat. Ipsum enim Milo anteà in adulterio deprehensum loris ceciderat, nec nisi data pecunia dimiserat, sicut ex Varrone Gellius, Seruius, & Horatij interpretes tradidere. Quapropter cum Q. Pompeio & T. Planco collegis infestissimus Miloni reo fuit, & aduersis concionibus vehementer nocuit. Nam Senatus auctoritati de quæsitore extra ordinem non constituendo intercessit, Cn. Magnum, priusquam Consul III. crearetur, in concionem produxit, ac dicere iussit, num ad eum delatum esset suę vitæ insidiari quoque Milonem? Quod indicium se habuisse Pompeius affirmauit. Sed vide de his Pædianum, qui omnia latius.

M. Cæ-

M. Cælius M. f. //. n. Rufus. cum collegis omnibus suis, Cicerone & Pompeio Cos. auctoribus, legem promulgauit & pertulit de ratione absentis Cæsaris habenda in secundi Consulatus petitione, vt Cicero libri IX. epistola XIII. & VII. prima ad Atticum obscure potius significat, quàm aperte affirmat. Studiosissimus autem Milonis in hoc magistratu fuit, atque eius salutem acriter defendit. Nam post cædem Clodij reuersò in vrbem dedit concionem, & vt caussam diceret ad populum voluit, palàm professus Miloni insidias à Clodio factas esse. Legibus insuper Pompeiis de vi atque ambitu intercedere conatus est, priuilegium dicens in Milonem ferri, iudiciaque præcipitari. Et cùm pertinacius leges vituperaret, eò processit iræ Pompeius, vt diceret, Si coactus esset, armis se remp. defensurum. Vide quæ de his Pædianus & Appianus scribunt. Meminit huius „ etiam rei in ipsa oratione pro Milone Cicero: Cædi vidistis (inquit) populum Rom. „ concionem gladiis disturbari, cùm audiretur silentio M. Cælius Tribunus plebis vir for- „ tissimus, & in suscepta caussa firmissimus, & bonorum voluntati, & auctoritati Senatus „ deditus, & in hac Milonis, siue inuidia, siue fortuna, singulari, diuina, & incredibili fide. „ Sic in Bruto hunc eius Tribunatum laudat vehementer: Nec verò, inquit, vel M. Cæ- „ lium prætereundum arbitror: quæcumque eius in exitu vel fortuna vel mens fuit, qui „ quamdiu auctoritati meæ paruit, talis Tribunus plebis fuit, vt nemo contra ciuium per- „ ditorum popularem turbulentamque dementiam à Senatu, & à bonorum caussa steterit „ constantius. Atque hæc fere de clarissimi oratoris Tribunatu plebis apud Auctores reperio: reliquos autem eius magistratus suis annis persequemur. *M. Cælius Rufus Trib. pleb. Milonis fautor.*

//. Manilius //. f. //. n. //. Caninianus. Cuius vno loco Pædianus in argumento orationis pro Milone mentionem facit, scribens ipsum cum M. Cælio collega Galatam „ Milonis seruum à III. viro capitali captum liberasse. Iidem (inquit) Munatius & Pom- „ peius Tribuni plebis in Rostra produxerant III. virum capitalem, eumque interrogaue- „ rant, an Galatam Milonis seruum cædes facientem deprehendisset; ille dormientem „ in taberna pro fugitiuo deprehensum, & ad se perductum esse responderat. Denuntiaue- „ rant tamen III. viro ne seruum remitteret, sed postera die Cælius Tribunus plebis & Ma- „ nilius Caninianus collega eius ereptum è domo III. viri seruum Miloni reddiderunt.

M. Annius //. f. //. nepos. Qui legatus M. Ciceronis in Cilicia anno sequenti, vt ipse ad Atticum lib. v. epist. IV.

L. Vibullius. //. f. //. n. Rufus.

L. Liuineius //. f. //. n. Regulus. Et hic videtur inter alios lege Pompeia propter huius ambitus ac seditiones damnatus, si quid certi colligere est ex Ciceronis epistola Familiarium libro XIII. qua L. Tryphonem eius libertum commendat C. Munatio è „ prouincia Cilicia scribens anni sequentis exitu. Ait autem ita: L. Liuineius Trypho est „ omnino L. Reguli familiarissimi mei libertus; cuius calamitas etiam officiosiorem me „ facit in illum; nam beneuolentior quàm semper fui esse non possum. Itaque videtur tunc in exilio fuisse Regulus, qui tamen à Cæsare paullò pòst restitutus cum aliis exulibus, cuius legatus Proquæstore bello ciuili fuit, vt docent nummi cum eius titulo cusi in prima Dictatura Cæsaris, qui & reperiuntur in Goltziano libro.

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

P. Canidius P. f. . n. Crassus. Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Celer. Quorum extat in libro Goltzij denarius ab his cusus cum Apollinis capite, & Pacis notas præseferens, cornu scilicet Copiæ & caduceum. Qui fortasse in hoc Quæstorio collegio cusus est, vt monstrare titulus videtur, P. CANIDI. P. F. CRASS. Q. METELL. CELER. Hic fortè Consularis viri filius fuit, non enim refragatur temporis ratio; ille post bella ciuilia Consul ipse factus est, vt suo loco demonstrabimus.

Prouinciæ.

C. Iulius C. f. C. n. Cæsar Procos. Gallias & Illyricum obtinuit. Nouos Gallorum motus, qui Vercentorige duce propter vrbanas seditiones rebellare sunt ausi, repressit, Velaunodunum, Gennabum, Nouiodunum, & Auaricum oppugnationibus cepit. Ad Alexiam denique magno apparatu obsessam & circumuallatam, Vercentorige belli auctore dedito, Aruernos & Æduos, qui defecerant, in fidem recepit. Ob quam victoriam viginti dierum supplicatio illi Romæ decreta est. Ipse legatis per diuersas Galliæ partes in hiberna dimissis, Bibracte hiemare constituit. Vide Commentariorum librum

brum VII. Plutarchum, Dionem, Liuium lib. CVIII. & Orosium lib. VI. cap. XI. L. Florum lib. III. cap. X. & alios.

Cn. Pompeius Cn. f. Sex. n. Magnus. Procos. frumentariam procurationem, & Hispaniam vtramque per Legatos, L. Afranium & M. Petreium obtinuit: Dio, Plutarchus, & alij.

Ap. Claudius Ap. f. C. n. Pulcher. Procos. Ciliciam & Cyprum obtinuit. Nam anno sequenti primùm huic successor datus est M. Cicero, vt tum declarabo. Res quidem eius gestas memoriæ nemo, quod sciam, tradidit; Imperatorem tamen appellatum constat ex Ciceronis epistolis ad eum scriptis, quæ extant Familiarium libro III. Triumphum quoque postulasse posteà docebo.

P. Cornelius P. f. // n. Lentulus. Spinther. Procos. ad vrbem triumphi obtinendi caussa remansit.

// // // f. // n. // Africam
// // // f. // n. // Macedoniam
// // // f. // n. // Bithyniam & Pontum
// // // f. // n. // Cretam & Cyrenen

Prætores sortiti obtinuerunt.

L. Æmilius M. f * M. n * Paullus. C. Sosius // f. // nepos
M. Seruilius // f. // n * Geminus * C. Claudius C. f. M. n. Marcellus

P. Sestius & Voconius non sortiti videntur: nam initio belli ciuilis imperium ac prouincias primùm obtinuisse docebo.

Q. Minucius * Q. f * // n. Thermus Pr. Asiam sortitus obtinuit; vt proximè ostendam latiùs.

* L * Caninius // f. // n. Gallus. Pr. Achaiam vel aliam Græciæ vicinam prouinciam obtinuisse videtur. Nam anno sequenti decedens Athenis fuit, cùm Cicero paludatus in Ciliciam proficisceretur. Sic enim ille ad M. Cælium scribit libro Familiarium secundo, ep. IIX. Ego cùm Athenis decem ipsos dies fuissem, multumque Gallus ,, noster Caninius; proficiscebar inde pridie Non. Quinctiles, cum hoc ad te litterarum ,, dedi. Romam reuersus Caninius, à M. Colonio est damnatus, vt proximè docebo.

// // // f. // n. // Siciliam
// // // f. // n. // Sardiniam

Propr. prorogato imperio obtinuerunt.

Quæstores.

// // // f. // n. // Ostiensis in Latio
// // // f. // n. // Calesinus in Campania
// // // f. // n. // Canusinus in Apulia
// // // f. // n. // Pisanus in Etruria
// // // f. // n. // Asculanus in Piceno
// // // f. // n. // Spoletinus in Vmbria

M. Antonius Quæstor C. Cæsaris in Gallia Transalpina.

M. Antonius M. f. M. nepos. C. Cæsaris Procos. in Gallia Transalpina. Cuius fauore & gratia ad honorum culmen supremum posteà peruenit, sicut ex sequentibus patebit. Nec operæpretium est de istius conditione & moribus hîc multa adducere, quando eius vitam graphice describat Plutarchus, mores & ingenium Cicero in Philippicis, qui in secunda demonstrat, M. Antonium Quæsturæ candidatum fuisse, quo tempore grassabantur in vrbe factiones P. Clodij, T. Milonis, Hypsæi, & Q. Scipionis candidatorum, cum Antonius Clodium vellet in foro occidere. Ait enim ita ad Antonium: Venisti è Gallia ad Quæsturam petendam, posteà cultus sum à te, tu à me obser- ,, uatus in petitione Quæsturæ: quo quidem tempore P. Clodium, approbante populo ,, Rom. in foro conatus es occidere. Hoc autem contigisse non diu ante Clodij cædem, in ,, oratione pro Milone videtur indicare his ferè verbis: Nuper verò cùm M. Antonius ,, summam spem salutis bonis omnibus attulisset, atque illam beluam iudicij laqueos de- ,, clinantem iam irretitam teneret, cum se ille fugiens in scalarum tenebras abdidisset; ,, magnum Miloni fuit conficere illam pestem nulla sua inuidia, Antonij verò maxima ,, gloria. Iam verò sine sortitione prouinciæ ipsum abiuisse in Galliam, affirmat Attico, ,, dicens

dicens Antonium à Cæsare Quæstorem sine sorte delectum fuisse, cuius verba iam antè citauimus ex libri VI. epist. VI. de Q. Cassij Quæstura scribentis. Rursus in Philippica
,, illa II. cùm in Antonium inuehitur; Quæstor es factus (inquit) deinde continuò si-
,, ne S. C. sine sorte, sine lege ad Cæsarem cucurristi: id enim vnum in terris egestatis, æris
,, alieni, nequitiæ, perditis vitæ rationibus perfugium esse ducebas. Atque in Commentariis belli Gallici meminit aliquoties M. Antonij Quæstoris A. Hirtius, vbi maximè res gestas anni insequentis describit.

//	//	//	f.	//	n.	//	Eiusdem in Gallia Cisalpina
//	//	//	f.	//	n.	//	Eiusdem in Illyrico
//	//	//	f.	//	n.	//	Q. Minucij Pr. in Asia. sicut pòst latiùs probabo.
//	//	//	f.	//	n.	// // //	Propr. in Africa Vticensis
//	//	//	f.	//	n.	//	Eiusdem in Libya Adrumetanus
//	//	//	f.	//	n.	// // //	Pr. in Macedonia
//	//	//	f.	//	n.	// // //	Pr. in Achaia
//	//	//	f.	//	n.	// // //	Pr. in Bithynia
//	//	//	f.	//	n.	//	Eiusdem in Ponto
//	//	//	f.	//	n.	// // //	Pr. in Cyrenaica
//	//	//	f.	//	n.	//	Eiusdem in Creta

C. Asinius Cn. f. // n. Pollio. Vir non minùs toga quàm bello clarus, nec infimus orator: accusauit namque plures, atque in primis M. Catonem annos natus XXII. velut Tacitus in dialogo de oratoribus testatur. Historias etiam belli ciuilis, atque Tragœdias scripsit, sicut Virgilij & Horatij interpretes aliique tradunt; primusque Romanorum, teste Suida, Græcam historiam Latinè reddidit. Ipsum Catullus leporum ac facetiarum patrem appellat. Extant eius aliquot epistolæ ad Ciceronem Familiarium libro X. cui tamen amico postea iniquus fuit, & eiusdem occisi famæ infestissimus. Bello ciuili, Cæsaris semper partes sequutus est. *C. Asinius Pollio Orator.*

P. Cornelius P. f. Ser. n. Sulla. Cicero ad Q. Fratrem libro III. ep. III. subscriptorem patris P. Sullæ ipsum fuisse scribit in Gabiniano ambitus iudicio antè biennium.

Q. Curtius * Q. f. Q * nepos. Bonus & eruditus adolescens C. Memmium Consulatus candidatum reum fecerat ante biennium, vt Cicero ad Q. Fratrem lib. III. epistola II.

P. Valerius L. f. // n. Triarius. Qui M. Scaurum accusauerat, adolescens promptus ad dicendum & notæ industriæ, filius eius qui in Sardinia contra M. Lepidum arma tulerat, & pòst in Asia Pontoque legatus L. Luculli fuerat; vt auctor est Pædianus in argumento Scaurianæ. Meminit Cicero ad Q. Fratrem lib. III. ep. II. & ad Atticum lib. IV. ep. XVI.

P. Cornelius P. f. // n. Dolabella. Qui Ap. Claudium anno sequenti accusauit, & gener Ciceronis, Tulliola vidua ducta, paulò pòst factus est. Cæsaris deinde fauore prouectus ad summos honores, temerariis tamen suis actionibus Remp. turbando, nil aliud tandem obtinuit, quàm vt hostis declaratus occideretur, vt ex sequentibus patebit. *P. Dolabella Ciceronis gener.*

L. Arruntius // f. // nepos. Qui a Cæsare venerat anno superiore, vt Cic. Famil. lib. VII. ep. XIX.

M. Mindius // f. // nepos. Ibid. lib. XIII. ep. XXVI.

M. Tuccius // f. // nepos. Meminit eius Cicero Familiarium lib. VIII. ep. VIII.

M. Oppius M. f. // nepos. Nominatur inter Senatores qui S. C. de prouinciis Cęsaris mutandis scribundo adfuerunt anno sequenti, vt Familiarium lib. VIII. ep. VIII. M. Cælius orator. Et ad illum videtur scripta epistola Ciceronis post Cæsarem occisum, quæ est libri XI. vltima.

M. Anneius // f. // nepos. Legatus deinde Ciceronis in Cilicia, quem commendat Asiæ Prætori Q. Thermo Famil. libro XIII. ep. LIV. & LVI. vbi laudatur à prudentia, consilio, & rei militaris scientia.

Proquæst.

//	//	//	f.	//	n.	//	Cn. Magni Procos. in Hisp. citeriore
Q. Cassius		//	f.	//	n.	Longinus.	Eiusdem in Hisp. vlteriore
//	//	//	f.	//	n.	//	Eiusdem frumentarius

//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem frumentarius

C. Cassius //. f. //. n. Longinus in Suria. Parthos victoria superioris anni elatos prouinciam incursantes feliciter reppulit: Liuius lib. CVIII. Dio lib. XL. Plutarchus, & alij.

C. Valerius L. f. //. n. Flaccus. Ap. Claudij Procos. in Cilicia

T. Marius //. f. //. nepos Eiusdem in Cypro & diœcesib. Asiaticis

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Sicilia Suracusanus

//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem Lilybætanus

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Sardinia Caralitanus

//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem in Corsica Aleriensis

ANNI P. R. C. DCCII.

Consules.

Ser. Sulpicius Q. f. //. n. Rufus. M. Claudius M. f. M. n. Marcellus.

ITA hos nominat Dionis index: Cassiodorus autem Ser. Sulpicium, M. Marcellum. Sic etiam Plutarchus, Appianus, & Liuius lib. CVIII. Suetonius, & alij: item P. Lentulus in epistola ad Senatum, quæ extat libro Familiarium XII. scribit M. Marcello, Ser. Sulpicio Consulibus cum Rhodiis renouatum esse fœdus, quo iurarunt Rhodij eosdem hostes se habituros, quos Senatus populusq; Rom. Verùm bellis ciuilibus, relicto Senatu & optimatibus, Cæsarianæ parti adhæserunt. Tabulæ Græcæ Rufum & Marcellum produnt. Vtriusque passim mentio fit apud Ciceronem frequentissimè. Quorum Sulpicius Iurisconsultus ob legum peritiam, teste Dione; Marcellus orator ob eloquentiam Consules facti sunt. Erat horum competitor M. Cato, sed fautorum Cæsaris operâ repulsam passus est, quod palam præ se ferret, se Consulem arma Cæsari erepturum: auctores sunt Plutarchus, Liuius, & alij. Apud Dionem legimus, Catonem non alia de caussa petiisse hunc magistratum, nisi vt mortuo Crasso nimiam Cæsaris & Pompeij potentiam ambitionemque reprimeret, antequam ad certamen deuenirent; vtque bellis ciuilibus imminentibus viam præcluderet.

M. Cato repulsam in Consulatu passus.

Magnis contentionibus actum in Senatu de abrogando Cæsari imperio, M. Marcello Consule referente, vt ei succederetur ante tempus, belloque iam confecto exercitus eius dimitteretur; & ne absentis ratio comitiis haberetur, vtque colonis, quos ille rogatione Vatinia Nouumcomum deduxisset, ciuitas adimeretur. Quibus omnibus collega Marcelli Sulpicius, occasionem belli ciuilis suscipiendi censens nemini esse dandam, & aliquot Tribuni plebis obstiterunt à Cæsare subornati. Nec Pompeius dissensit, iniquum iudicans, imperatorem legitimè à populo constitutum potestate spoliari sine caussa, ante tempus, quod illi lege præfinitum esset, quemque terminus datus vltrò tandem in priuatorum ordinem redacturus esset. Qua sententia suis & rebus consulere conatus est, & Cæsaris amicitiam conseruare, cuius imperio breue admodum tempus adhuc residuum erat. Itaque non sine caussa conqueritur postmodum Tullius, Attico scribens de fuga Pompeij libro VIII. ep. III. ipsum scilicet Cæsarem armasse, & viperam istam in sinu Reip. fouisse: Nihil actum est (inquit) a Pompeio nostro sapienter, nihil fortiter; adde „ etiam, nihil nisi contra consilium auctoritatemque meam. Omitto illa vetera, quòd istum „ in Remp. ille aluit, auxit, armauit, ille legibus per vim & contra auspicia ferendis auctor, „ ille Galliæ vlterioris adiunctor, ille gener, ille in adoptando P. Clodio Augur, ille restituendi „ mei quam retinendi studiosior, ille prouinciæ prorogator, ille absentis in omnibus „ adiutor. Idem etiam tertio Consulatu, postquam esse defensor Reip. cœpit, contendit * vt „ de eo Tribuni plebis ferrent, vt absentis ratio haberetur, quod idem ipse sanxit lege qua- „ dam sua, Marcoque Marcello finienti prouincias Gallias Kal. Martij restituit. Hæc Ci- „ cero ibi pulchre de Pompeio, qui ad vrbem erat cum imperio, cum de Galliis prouinciis mutandis quotidie contenderetur in Senatu. Ceterum post longas concertationes, perspecta Pompeij voluntate in eam partem, vt Cæsarem decedere post Kal. Martias placeret, quæ erant futuræ Paullo & Marcello Coss. anno sequenti: Senatusconsulta tandem prid. Kal. Octobris facta sunt de prouinciis, quæ reperimus in octaua epistola M. Cælij ad Ciceronem, Familiarium libro VIII. quorum capita sunt hæc: Vti L. Paul- „ lus, C. Marcellus Consules desig. cum magistratum inissent, ex ante diem IX. K. Mart. „ quæ

** Perperàm in exemplaribus vt decem*

S. C. de prouinciis.

„quæ in ſuo magiſtratu futuræ eſſent, de Conſularibus prouinciis ad Senatum referrent. „ Item, Ne quis eorum qui poteſtatem habent intercedendi, impediendi, moram adferret, „ quominus de Rep. quamprimum ad Senatum referri, S.Q. C. fieri poſſit: qui impediſſet, „ eum Senatum exiſtimare contra Remp. feciſſe. Item, Senatui placere, de militibus, qui in „ exercitu C. Cæſaris eſſent, qui eorum ſtipêdia emerita, cauſſas, quibus de cauſſis miſſi fieri „ debeant, habeant, ad hunc ordinem referri, vt eorum ratio habeatur, cauſſæque cogno- „ ſcantur. Itemque, Senatui placere, in Ciliciam prouinciam, inque octo reliquas prouin- „ cias, quas Prætorij Proprr. obtinerent, eos qui Prætores fuerunt, neque in prouincia cum „ imperio fuerunt, quos eorum ex S. C. cum imperio in prouincias Proprr. mitti oporteret, „ eas ſortitò in prouincias mitti placere. Si ex eo numero, quos S. C. in prouincias ire opor- „ teret, ad numerum non eſſent, qui in eas prouincias proficiſcerentur, tum vti quodque „ collegium primum Prætorum fuiſſet, neque in prouincias profecti eſſent, ita ſorte in pro- „ uincias proficiſcerentur. Si ad numerum ij non eſſent, tunc deinceps proximi cuiuſque „ collegij, qui Prætores fuiſſent, neque in prouincias profecti eſſent, in ſortem conijceren- „ tur, quoad is numerus effectus eſſet, quem ad numerum in prouincias mitti oporteret. Ex his autem cognoſcimus, qua ratione in poſterum ex lege Pompeia poſt quintum magiſtratus annum prouinciæ Conſularibus Prætoriíſque diſtribui cœperunt. Nam præter Gallias, Illyricum, & Hiſpanias, quas populus iam antè in plures annos dederat, reliquæ prouinciæ iis ceſſere, qui maximè ſenes Conſularium Prætoriorumq; prouincias non adminiſtraſſent. Itaque in hunc atque ſequentem annum Cilicia cum Cypro, atque Suria, Conſulares remanſerunt, dataque Conſularibus; hæc M. Bibulo poſt ſeptimum Conſulatus annum, illa M. Ciceroni poſt vndecimum; octo reliquas prouincias partim Prætoribus anni ſuperioris ex more prorogatas eſſe, partim iis qui ante quinquennium Præturam geſſiſſent, & prouincias non adminiſtraſſent, in ſortem datas, ex eodem S. C. & lege Pompeia, ſequentique hiſtoria colligere videmur.

Prouinciæ adminiſtrãdæ ratio ex lege Pompeia.

Cilicia, Cyprus, & Syria, Conſulares prouinciæ.

Prætores.

A. Plautius * M. f * * . n. Siluanus. Vrbanam iuriſdictionem ſortitus obtinuit. Locus eſt Ciceronis libro v. ad Atticum in epiſtola a. d. III. Non. Sextil. Laodiceæ his Coss. data, in qua conqueritur, ſibi exiguum eſſe materiæ in prouincia ſua ad gloriam comparandam: ſe enim potiùs Prætorio munere fungi, quàm Proconſulari imperio: quippe qui non ſecus Laodiceæ ius dicat, quàm Romæ A. Plotius. Quibus verbis non ſolum indicat, Plotium Prætorem Romæ tum temporis fuiſſe, ſed etiam vrbanam iuriſdictionem obtinuiſſe, quæ Prouinciali ſuæ ſimilior erat, propter priuata, in quibus vtraque verſabatur, iudicia.

A. Plotius Siluanus Præt. Romæ ius dixit.

M. Iuuentius ‥. f. ‥ n. Laterenſis. Quæſtionem de peculatu ſortitus obtinuit. Quemadmodum apparet ex epiſtola quadam M. Cælij ad Ciceronem quæ habetur libro VIII. Familiarium; vbi multa ſcribit de iudicio peculatus, quo M. Seruilius apud Laterenſem fuerat poſtulatus, ac deinde etiam repetundarum à Pilio neceſſario Pomponij Attici, & Appio minore: quo tempore Cicero in prouinciam iam abierat.

‥ ‥ ‥ f. ‥ n. ‥ Peregrinam iuriſdictionem
‥ ‥ ‥ f. ‥ n. ‥ maieſtatis
‥ ‥ ‥ f. ‥ n. ‥ ambitus
‥ ‥ ‥ f. ‥ n. ‥ repetundarum
‥ ‥ ‥ f. ‥ n. ‥ falſi
‥ ‥ ‥ f. ‥ n. ‥ inter ſicarios

Quæſtiones ſortiti obtinuerunt.

M. Fauonius ‥ f. ‥ nepos. Cuius Prætura poſt Ædilitatem hoc anno ſequitur: Prætorium enim appellat Velleius, cum Pompeio & duobus Lentulis in Ægyptum poſt cladem Pharſalicam fugiſſe ſcribens.

C. Atteius ‥ f. ‥ n. Capito. Pater C. Capitonis Iuriſconſulti & Conſularis ſub Auguſto, qui Tribunus plebis ante quadriennium M. Craſſum contra auſpicia in Conſulatu proficiſcentem retinere voluerat. Prætorium appellat Tacitus libro tertio, vbi de filio Iuriſconſulto verba facit, cum auo Centurione Sullano, patre Prætorio natum dicens. Videtur igitur hoc quaſi anno Prætor fuiſſe.

Damnati maieſtatis Q. Pompeius Rufus & T. Munatius Plancus, ob ſeditiones anno ſuperiore in Tribunatu plebis concitatas, ideoque rei ſunt facti, quamprimum magiſtratu ab-

tu abierant. Damnauit Pompeium M.Cælius orator, cui tamen in exilio Baulis degenti contra matris Corneliæ iniurias patrocinium Cælius posteà præstitit, vt ipse ad Ciceronem Familiarium octauo epist. prima, & Val. Max. lib. IIII. cap. II. T. Plancum verò M.Cicero accusauit ac damnauit, vt ipse ad M. Marium epistola secunda libri VII. Familiarium. Nec profuit Planco, Pompeium Magnum habuisse fautorem atque sui studiosum; cuius laudationem M. Catone auctore iudices non admiserunt, cum ille non immeritò præuaricatrices laudationis tabulas è quæstione summouisset, legem recitando, qua ipse Pompeius nuper cauisset, ne Senatoribus reis tali auxilio vti liceret. Nec profuit item Planco, Catonem, vt sibi iniquum, mox è numero iudicum eiecisse; æquè enim ab aliis damnatus est, quibus iniquum videbatur, Q. Pompeio damnato, Plancum eiusdem criminis reum absoluere; quique Catone reiecto non tam serui Pompeianæ voluntatis, quam iudices in ea caussa fuisse censeri volebant. Plancus posteà exilij caussa in Galliam cessit, vbi Rauennæ a C. Cæsare L. Planci fratris ob gratiam magno congiario est donatus, vt M. Cælius ad Ciceronem scribit in epistola paulò ante citata. Ab eodem Cæsare victore postmodum, profligato Pompeio, & rep. oppressa, contra leges est restitutus cum aliis exulibus; & demum Cæsare occiso, M. Antonij partibus bello Mutinensi adhæsit. Hinc Cicero Philippica X. T.Plancum cum aliis plerisque id pugnare, id agere dicit, vt contra rempublicam restituti esse videantur. Et rursum Philip. XIII. hunc nominat inter Tribunitios, qui ante Mutinam in castris M. Antonij erant, his verbis: Sequuntur alij Tribunitij, T. Plancus in primis, qui si Senatum dilexisset, numquam „ Curiam incendisset. Quo scelere damnatus, in eam vrbem rediit armis, à qua excesserat, „ legibus. Sed hoc ei commune cum plurimis* dissimillimis. „

* Fortè sibi simillimus.

Ap. Claudius Pulcher Procos. Cicerone successore accepto, è Cilicia hoc anno reuersus ad vrbem, cùm triumphum ob res benè gestas petere vellet, eum P. Dolabella (qui paulò pòst Ciceronis gener est factus) maiestatis atq; ambitus reum fecit. Ipse (vt M. Cælius ad Ciceronem Familiarium VIII. epist. VI. scribit) triumphi postulatione deposita, in vrbem introiens, mox simul cum accusatore se tribunali sistit; quo facto retudit sermones, paratiorque visus est, quàm sperauerat accusator, moxque Q. Hortensio & M.Bruto defendentibus est absolutus, sicut Cicero de claris oratoribus testatur de Hortensio ad M. Brutum sic dicens: Et me adolescentem nactus octo annis minorem quàm erat ipse, „ multos annos in studio eiusdem laudis exercuit: & tecum simul, sicut ego pro multis, sic „ ille pro Ap. Claudio dixit, paulò ante mortem. Et libro tertio Familiarium epistola X. ad „ ipsum Appium scribit, se illud moleste plane tulisse, quod certissimus & iustissimus triumphus Appio ereptus isto inuidorum consilio esset. & in sequentibus duabus epistolis gratulatur de absolutione, post quam Appius Censuram petiit, & obtinuit in annum proximum, vt tunc dicemus.

* L * Caninius Gallus e prouincia reuersus, repetundarum, ni fallor, à M. Colonio damnatus, eumdem tamen rerum suarum postea procuratorem habuit, vt Valerius Max. libro quarto cap. III.

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
Q. Fabius Q. f. Q. n. Maximus.	L. Manlius L. f. L. n. Torquatus.

Fabius legatus fuit Cæsari post Ædilitatem anno sequenti; Torquatus tum Præturam petiit, & obtinuit, vt suo loco dicemus.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.

L. Oppius //. f. //. nepos. Cuius Ædilitatem videtur tacitè Cicero indicare Familiarium secundo epistola XVI. ad M. Cælium Ædilem curulem scribens anno sequenti è prouincia: Sed tamen, inquit, togam prætextam texi Oppio, puto te audisse: nam Cur- „ tius noster dibaphum cogitat, sed eum infector moratur. Infectorem intelligit Q. Hor- „ tensium oratorem Augurem qui tunc animam agebat, vt ipse Cælius lib. VIII. epistola XIII. Dibaphus autem Auguratus erat insigne, quem Curtius Hortensio mortuo petere cogitabat. Prætexta verò, vt diximus, Ædilitatis toga erat prima; indicat itaque his verbis Cicero, se Ædilitatem Oppij anno superiore, cum peteret, commendasse.

A. Allienus //. f. //. nepos.

Tri-

Tribuni plebis.

C. Cælius * C. f. C. n. Caldus * L. Vicinius //. f. //. nepos.
C. Vibius C. f. C. n. Pansa. P. Cornelius //. f. //. nepos.

Reperiuntur libro octauo Familiarium in epistola M. Cælij ad Ciceronem, in qua huius quædam acta vrbana narrat diligenter, & S.C. ad verbum descripta interserit, quæ post profectionem Ciceronis pridie Kal. Octobris, Marcello Consule referente, de prouinciis Consularibus & Prætoriis facta sunt, quibus hos Tribunos plebis quatuor intercessisse scribit. Epistola lectu digna est, ex qua intelliges, ex Cn. Magni ipsius auctoritate ac sententia constitutum in Senatu tunc fuisse, vti anno proximo C. Cæsari succederetur.

Q. Pedius Q. f. //. nepos.

C. Valerius. //. f. //. n. Triarius. A Cn. Magno posteà bello ciuili classi Asiaticæ præfectus, vti Cæsar lib. III.

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

D. Iunius D. f. M. n. Silanus. Cuius pater Consularis mortuus est post sexennium Cicerone teste Philippica II. & in epistola ad C. Cassium Famil. lib. XV. vbi D. Silanum patrem appellat, ad differentiam huius filij: verùm mendosè exemplaria vulgata D. Syllam vocant in duabus epistolis, XVII. videlicet & XVIII. pro D. Silanum.

Prouinciæ.

C. Iulius C. f. C. n. Cæsar. Procos. Gallias. & Illyricum. obtinuit. Carnutes, à quibus Bituriges se bello opprimi querebantur, repressit. Inde Bellouacos rebellantes equestribus prælijs adflictos, Corbeo duce occiso, subegit. Vxellodunum ab hostibus occupatum, magnis obsessum operibus, & aquis auertis, siti ad inopiam redactum, in potestatem redegit. Aquitanis demum in fidem receptis, bello Gallico finem imposuit, & in Belgio hibernauit. Vide A. Hirtium, Plutarchum in Cæsare, Dionem libro XL. & Orosium lib. VI. cap. XI. *C. Cæsar in Gallia quæ gessit.*

Cn. Pompeius Cn. f. Sex. n. Magnus. Procos. Hispaniam vtramque obtinuit. & ipse rebus vrbanis intentus, eas per L. Afranium & M. Petreium legatos administrauit: Plutarchus, Dio, & alij. *Cn. Pōpeius Hispaniam obtinuit.*

M. Tullius M. f. M. n. Cicero. Procos. ex S C. & lege Pompeia Ciliciam & Cyprum cum duabus legionibus obtinuit, Ap. Claudio succedens. Ad III. Kal. Sextiles cum imperio in prouinciam veniens, iustè atque abstinenter sine vlla sociorum molestia sumptúve res administrando summos honores est assecutus: Ariobarzanem iuniorem regem ex S.C. Cappadociæ restituit. Ad Amanum montem magna hostium multitudine cæsa, Eranam, Sepyram, cum aliis sex castellis cepit, oppidumque Eleutherocilicum Pindenissum, altissimo munitissimoque loco positum, aggere, vineis, turribus oppugnatum, quinquagesima tandem die magno labore in potestatem redegit. Hisque confectis, Imperator ab exercitu appellatus est. Vide epistolas eius ad Senatum & M. Catonem, Familiarium lib. XV. & ad M. Cælium, & Cn. Sallustium secundo libro, & ad Atticum quinto, ex quibus res eius gestas latiùs intelliges. Quędam prætereà narrat de hac eius expeditione Plutarchus. *Cicero Ciliciam prouinciam obtinuit.* *In Amano monte res gestæ.*

M. Calpurnius L. f. //. n. Bibulus. Procos. ex S. C. & lege Pompeia Suriam obtinuit. Serùs, nec nisi Parthis fugatis à C. Cassio Proquæstore prouinciam accepit, mense scilicet Octobri, cùm Cicero bellum in Amano gereret. Posteà exercitum & ipse ad Amanum, quàm in Suriam procurrit, ducens, cœpit laureolam in mustaceo quærere, at non sine damno recessit; cohortem enim primam cum Centurione & Tribuno militum amisit: quemadmodum Cicero ad Atticum scribit lib. v. epist. xx. & ad M. Cælium, Familiarium lib. II. epist. x. Cæsar autem libro III. belli ciuilis M. Crassum Imp. à Parthis interfectum, & M. Bibulum in obsidionem habitum scribit; quod forsan hoc anno, priusquam Cassio coniungeretur, Parthis Antiochiam obsidentibus contigit.

P. Cornelius P. f. //. n. Lentulus. Spinther. Procos. ad vrbē triumphi caussa.

Q. Minucius * Q. f * //. n. Thermus Propr. Asiam prorogato imperio obtinuit.

tinuit. Idipsum colligimus ex epistolis ad Thermum hoc & sequenti anno scriptis à Cicerone, in quibus Proprætoris titulo insignitur, & in quibus amicorum diuersorum lites & caussas commendat Asiaticæ iurisdictionis diœcesibus suppositas, vti apud Hellespontios, Caunios, Milasios, Alabandenses, Sardianos. Eas autem vide inter commendatitias libro Familiarium XIII. intelligesque Thermum iustè prudenterque tunc Asiam administrasse, vt ex ea, qua M. Annij legati sui caussam Sardinianam commendat, cum dicit: Ius enim quemadmodum dicas, clarum, & magna cum tua laude notum est. nobis autem in hac caussa nihil aliud opus est, nisi te ius instituto tuo dicere. Sed tamen cùm me non fugiat, quanta sit in Prætore auctoritas, præsertim ista integritate, grauitate, clementia, qua te esse inter omnes constat. Attici etiam negotia Asiatica Thermo commẽdauit Cicero, cùm in prouinciam proficisceretur, vt ad ipsum Atticum lib. V. ep. XIII. Quinctili mense data: Tua (inquit) negotia Ephesi curæ mihi fuerunt Thermoque, tametsi ante aduentum meum liberalissimè erat pollicitus tuis omnibus, tamen Philogenem, & Seium Rhodium, & Apolloniensem Xenonem commendaui; omnino omnia se facturum recepit. Et rursus epistola XX. extremo huius anni data: Tua tuosque Thermo & præsens Ephesi diligentissime commendaram, & nunc per litteras: ipsumque intellexi esse perstudiosum tui. Et demum vltima eiusdem libri epistola: Thermum, vt rogas, crebe[r]rimis litteris fulcio.

Q. Thermus Asiam prudenter administrauit.

P. Attius //. f. //. n. Varus Propr. Africam ex lege Pompeia sortitus obtinuit. Nam & ipse ex Africa reuersus, bello ciuili ingruente, inter eos qui cum imperio fuerant, partem Italiæ, sicuti Thermus, tuendam suscepit ex descriptione Consulum & Pompeij. Hinc ex Attico sciscitatur Cicero Epistolarum lib. VII. Quid agat Domitius in Marsis, Tigni] Thermus, P. Attius Cinguli. Verùm hic Auximo pulsus, & à suis desertus, in Africam reuersus est, & vacuam rectore prouinciam, quam Prætor antè tenuerat, occupauit, excluso Tuberone Prætore, cui tum ea sorte obuenerat; vt posteà latiùs explicabitur ex Cæsare, Dione, Orosio, alijsque, qui omnes Varum Africam obtinuisse consentiunt, & hoc quidem anno tenuisse, cum sequenti Considius ei successerit, ex Ciceronis Ligariana colligere possumus.

C. Tremellius * Cn. f. L. n * Scrofa. Macedoniam

P. Silius //. f. //. n. Nerua. Bithyniam & Pontum

M. Nonius //. f. //. n * Sufenas * Cretam & Cyrenem

Proprr. ex S. C. & lege Pompeia obtinuêre.

Hos obiter nominat & probat inter alios vicinarum prouinciarum rectores Cicero Procos. ad Atticum e Cilicia scribens anno sequenti: Thermum, Silium (inquit) verè audis, laudari; valde honeste se gerunt. Adde M. Nonium, Bibulum, me, si voles. Iam Scrofa vellem haberet, vbi posset. Est enim lautum negotium, ceteri infirmant πολίτευμα Catonis. Probat (inquam) hos veluti idoneos rerum a se gestarum testes, à quibus commendari Romæ posset, cùm eodem tempore in vicinis prouinciis & ipsi laudem abstinentiæ & prudentiæ meruissent, vel Catone iudice; atq; ea propter horum testimonium pondus habiturum existimat. Atque isti tres Nonius, Scrofa, Silius, (ita enim legendum in Cicerone opinor, non Siluius; cùm à Roma condita Siluiæ gentis vix vlla, quod sciam, in historiis reperiatur memoria) ex Prætoriis videntur fuisse, qui, quemadmodum Cicero & Bibulus Consulares, ex noua Senatus constitutione & lege Pompeia Prætorias prouincias tardiùs acceperunt; quippe vt excluderentur, qui proximis annis per ambitum ac nefas prouinciarum obtinendarum caussa vrbanos magistratus appetierant, vtque in posterum prouinciæ haberent rectores quamminimum ambitiosos atq; auaros. Ex his autem tribus Prætoriis iam nominatis P. Silium Bithyniam & Pontum obtinuisse opinor. Extant enim Familiarium libro XIII. Ciceronis epistolæ aliquot ad hunc P. Silium Propr. quibus amicos in eius prouincia negotiantes commendat e Cilicia scribens: & inter has vna est, qua rogat, operam det, vti Nicæenses pecuniæ grandem summam T. Pinnio familiari suo debitam soluant. Et est quidem Nicæa Bithyniæ metropolis, cui tum præerat Silius, vt alij duo proximioribus Ciliciæ prouinciis Prætoriis.

Cicero ad Atticum emendatus.

//. //. //. f. //. n. //. Siciliam

//. /. //. f. //. n. //. Sardiniam

//. //. //. f. //. n. //. Achaiam

Proprr. prorogato imperio obtinuêre.

L. Postumius * L. f * //. n. Albinus. C. Sosius //. f. //. nepos.

M. Seruilius //. f. //. n * Geminus * Nam ex prioris anni Prætoribus neminem

mox

mox iuisse in prouinciam autumo, cùm S.C. & lex Pompeia obstarent: è quibus A.Torquatum Romæ hoc anno fuisse constat. Scribit enim ad Atticum Cicero è Campania
,, in Prouinciam abiens lib. v. ep. 1. A. Torquatum, inquiens, amantissime dimisi Minturnis, optimum virum. Itaque tum Torquatus Ciceronem paludatum comitabatur officij caussa Minturnas vsque, qui Prætor ambitus anno superiore fuerat. Ad eumdem extant aliquot epistolæ Ciceronis Familiarium libro VI. consolatoriæ de infelici statu rerum scriptæ post bellum ciuile, quo Pompeium erat sequutus Torquatus, vt ad Atticum Cicero libri IX. epistola VII.

Quęstores.

... ... f. ... n. ... Ostiensis in Latio

... ... f. ... n. ... Calesinus in Campania

... ... f. ... n. ... Canusinus in Apulia

Cn. Volusius ... f. ... n. * Saturninus * M. Ciceronis Procos. in Cilicia. *Ciceronis Quæstores.*

L. Messinius ... f. ... n. Rufus. Eiusdem in Cypro & Asiaticis diœcesibus.

Cum his Quæstoribus Ciceronem abiuisse in prouinciam, ex eius epistolis colligimus. Nam libro quinto ad Atticum, in ea quam Athenis proficiscens dedit, de legati C. Pontinij aduentu scribens, etiam Cn. Volusij Quæstoris sui meminit ita: Ego has pridie
,, Non. Quinctiles proficiscens Athenis dedi, cùm ibi decem ipsos fuissem dies: venerat
,, Pontinius; nam Cn. Volusius aderat Quæstor, tuus vnus Tullius aberat. L. Messinij verò meminit non vno loco postea, cùm in epistolis è prouincia scriptis, tum ad Ser. Sulpicium Procos. Familiarium lib. XIII. in quibus L. Messinij Quæstoris sui Achaica negotia
,, commendat, vt in XXVI. epistola: L. Messinius, inquit, ea mecum necessitudine coniun-
,, ctus est, quòd mihi Quæstor fuit.

Cn. Sallustius ... f. ... nepos. M. Bibuli Procos. in Suria. Extat ad hunc Ciceronis epistola anno sequenti XVI. Kal. Sext. Tarsi data, paulò antequam prouinciâ decederet: ex qua planè cognoscimus, eum Quæstorem M. Bibuli in Suria fuisse hoc anno,
,, cùm Parthi Antiochiam obsiderent. Ait enim: Petis à me, vt Bibulo te quàm diligen-
,, tissimè commendem: in quo mihi voluntas non deest, sed locus videtur esse tecum expo-
,, stulandi: solus enim tu ex omnibus qui cum Bibulo sunt, certiorem me numquam fecisti,
,, quàm valde Bibuli voluntas à me sine caussa abhorreret. Permulti enim ad me detulerűt,
,, cùm magnus Antiochiæ metus esset, & magna spes in me atque in exercitu meo, solitum
,, dicere, quidvis se perpeti malle, quam videri eguisse auxilio meo. Quod ego, officio Quæ-
,, storio te adductum reticere de Prætore tuo, non moleste ferebam: quamquam, quem-
,, admodum tractarere, audiebam. In titulo quidem epistolæ perperam Caninius Sallustius appellatur; sed recte in epistolis ad Atticum libro XI. Cneius Sallustius.

... ... f. ... n. ... ... Propr. in Sicilia Syracusanus

... ... f. ... n. ... Eiusdem Lilubætanus

... ... f. ... n. ... ... Propr. in Sardinia Caralitanus

... ... f. ... n. ... Eiusdem in Corsica Aleriensis

... ... f. ... ... P. Vari Propr. in Africa Vticensis

... ... f. ... n. ... Eiusdem in Libya Adrumetanus

C. Antonius M. f. M. nepos. Q. Minucij Propr. in Asia. Vt mox latiùs.

... ... f. ... n. ... C. Tremellij Propr. in Macedonia

... ... f. ... n. ... P. Silij Propr. in Bithynia

... ... f. ... n. ... Eiusdem in Ponto

... ... f. ... n. ... M. Nonij Propr. Cyrenes

... ... f. ... n. ... Eiusdem in Creta

... Catilius ... f. ... nepos Classi etiam præfectus bello ciuili, à P. Vatinio Cæsaris legato posteà in Illyrico captus supplicio affectus fuisset, sed Cicero veniam pro illo impetrauit, vt apparet ex P. Vatinij epistola quadam, quæ extat Familiarium lib. v.

... Venuleius ... f. ... nepos ... ... Latinius ... f. ... nepos.

... Horatius ... f. ... nepos. Tres legati in Africa fuere posteà, qui Cæsare occiso cùm decedere nollent, à Q. Cornificio Procos. lictoribus sunt spoliati, vt ex epistola Ciceronis ad Q. Cornificium vltima colligitur, libro Familiarium XII.

T. Titius T. f. //. nepos. Legatus sub Cæsare rei frumentariæ præfuit in Sicilia, vt ex Ciceronis epistola LIV. & vltima colligere est, Famil. lib. XIII.

P. Bassi fortunæ instabilis exemplū. P. Ventidius P. f. //. n. Bassus. Magnum inconstantis fortunæ exemplum, qui cum patre captiuo in triumpho Martico Cn. Pompeij Strabonis fuerat ductus, ipse postea Procos. de Parthis primum triumphum egit, vt ex diuersis antea suo loco, nempe in anno DCLXIV. demonstrauimus, & postea etiam latius ostendemus.

L. Castrinius //. f. //. n. Pætus. Cælius Familiar lib. VIII. ep. II. Item lib. XIII. ep. XIII. vbi illum valdè commendat. Fortassis in Asiam iuit hoc anno Quæstor.

L. Carteius //. f. //. nepos. C. Cassij, qui Cæsarem occidit, amicus & familiaris, vt ipse Cassius in epistola ad Ciceronem Famil. lib. XII.

Proquęst.

//. //. //. f. //. n. //. C. Cæsaris Procos. in Illurico.

//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem in Gallia Cisalpina.

M. Antonius M. f. M. nepos. Eiusdem in Gallia Trāsalpina, cum quindecim cohortibus Bellouacis præfectus, cùm Cæsar ciuitates obsidum accipiendorum caussa circumiret. Exacta deinde æstate, cum legione vna in Belgio hibernare iussus est: A. Hirtius Comment. VIII.

//. //. //. f. //. n. //. Cn. Magni Procos. in Hisp. citeriore

Q. Cassius //. f. //. n. Longinus. Eiusdem in Hisp. vlteriore

C. Cassius //. f. //. Longinus. in Suria in aduentum vsque successoris M. Bibuli Procos. Antiochiæ à Parthis obsessus, qui Pacori Orodis regis filij auspiciis, Osace duce, cum magno exercitu in Suriam irruperant, hostes ab obsidione fortiter reiecit; discedentesque persequutus, ex insidiis ingenti clade ad Antigoniam affecit, multis milibus eorum occisis, & Osace duce vulnerato, atque ex vulnere paucis pòst diebus mortuo. Itaque hoc duce sublato, Pacorus omni in posterum Suria abstinuit, & Cassius victor exercitum & prouinciam pacatam Bibulo tradidit. Vide Dionem lib. XL. Ciceronem ad Atticum libro V. & Familiarium secundo ad M. Cælium. Meminerunt Appianus in Syriaca, & Liuius CVIII.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Achaia.

P. Cornelius P. f. //. n. Lentulus. Spinther. ann. DCCII.
Procos. Ex Cilicia.

Quænam gesserit in prouincia, quam per biennium obtinuit P. Lentulus Procos. ab historicis, quorum libri ad nostra tempora peruenerunt, memoriæ traditum non est. Quædam tamen prosperè ab illo gesta esse, solus Cicero aliquoties indicat in epistolis ad eumdem Familiarium libro primo, cuius verba ad rem pertinentia suis locis superius adduxi. Quin etiam libro V. ad Atticum, Lentulum triumphasse satis indicat, quamuis hoc primùm anno, aduersariorum, vt plerumque tum contingebat, potentia & technis impeditus: Acceperam, inquit, satis celeriter Iconij per publicanorum tabellarios a Lentuli » triumpho datas. Quæ epistola anno sequenti Idib. Febr. scripta est, vt circa finem huius » anni Lentulum triumphasse fiat verisimile.

ANNI P. R. C. DCCIII.

Consules.

L. Æmilius M. f * M. n * Paullus. C. Claudius C. f. M. n. Marcellus.

HVIVS anni Consules suggerunt Cassiodorus, Tranquillus, & Hirtius, L. Paullum & C. Marcellum: sic Plinius lib. II. cap. LVIII. lanam pluisse scribens, & Iul. Obsequens etiam prodigia eius anni enarrans, mulam scilicet peperisse, & discordiam ciuium, bonorum interitum, mutationem legum ac Reip. turpesque matronarum partus significasse. Tabulæ autem Græcæ nostræ Marcellum & Paullum adducunt; quorum alter plenius à Dione L. Æmilius M. f. Paullus appellatur, alter a Cicerone Familiarium libro XV. in epistolis è prouincia ad eumdem datis hoc anno, C. Marcellus C. f. qui frater patruelis M. Marcelli superioris anni Consulis fuit, vt Suetonius affirmat. Comitiis, quibus

quibus hi creati sunt, repulsam passus est M. Calidius orator; qui mox à repulsa postulatus est ambitus à duobus Gallis; sed absolutus ipse mox C. Marcellum competitorem suum reum fecit, quemadmodum ex M. Cælij epistola quarta percipimus, in qua perperam M. Claudius, pro Calidius legitur. Meminit item in nona, vbi sic ait: De prouinciis quod tibi scripseram Idib. Sext. actum iri, interpellat iudicium Marcelli Cos. designati; in Kal. reiecta caussa est. Et rursus in fine: Calidius in defensione sua fuit disertissimus, in accusatione satis frigidus. Neuter igitur horum damnatus est, cum Marcellus etiam Consul remanserit. Calidius Marcellis ac Pompeianæ factioni offensus, ad Cæsarem abiuit, Galliæque anno sequenti Togatæ post Labieni discessum præfectus est, vt suo loco dicemus.

Sentiens Cæsar magistratus in hunc annum non valdè sibi propitios, palamque agi ab aduersariis suis, vt spoliatus prouincia & exercitibus priuatus Romam rediret, L. Paullum Consulem ingenti pecunia, & C. Curionem Tribunum plebis prius inimicum & rebus suis aduersantem, ære alieno maximo oppressum liberando, beneuolos & defensores sibi parauit. Quorum operà effectum est, cùm de dimittendis Cæsaris legionibus ageretur, ne quid de prouinciis Consularibus eo anno immutaretur. C. Curio namque Tribunus plebis de Cæsaris legionibus dimittẽdis non aliter se assensurum dixit, ni ceteri quoque (Pompeium in primis notans) ab armis discederent, exercitusque dimitterent. In eam sententiam ne discessio fieret, Consules & amici Pompeij impedimento fuerunt. Fit dumtaxat S. C. vti à Cn. Pompeio & Cæsare singulæ legiones ad bellum Parthicum mitterentur. Cui S. C. Cæsar parens, legionem ex suis xv. misit: Cn. Pompeius ne exercitum suum diminueret, legionem primam Cæsari anteà mutuò datam in eum finem repetit; atque ita Cæsar duabus legionibus spoliatus est, quæ cùm ad bellum Parthicum non essent necessariæ, Cn. Pompeio à Marcello Consule traditæ sunt. Vide Dionem, Hirtium, & Plutarchum. *C. Cæsar hostes sibi propitios reddit.*

Mortuus est his Consulibus Q. Hortensius orator, quemadmodum Cicero in præfatione Bruti demonstrat. *Q. Hortensius moritur.*

Censs. Ap. Claudius. Ap. f. C. n. Pulcher. L. Calpurnius L. f. L. n. Piso. Cæsoninus. Lustrum fecer. LXXI.

Hi vltimi fuêre Censores libera Rep. ex priuatorum numero populi suffragiis creati. Languebat enim iam tum valde is magistratus in tam peruerso ciuitatis statu propter factiones & dissidia, cùm nemo sanæ mentis hunc admodum appeteret, ne aut notandis ciuibus in inimicitias aut odium, vel non notando populi reprehensionem incurreret: licet per Q. Metellum Scipionem Consulem, lege Clodia ante biennium abrogata, quæ huius magistratus (vt ante dixi) potentiam plurimùm debilitauerat, pristinum vigorem recepisset. Porrò Censores hoc anno facti sunt, velut Dio memoriæ prodidit, Ap. Claudius Pulcher, P. Codij frater, & L. Calpurnius Piso, socer C. Cæsaris. Senatum legerunt, & Lustrum quoque condiderunt, vt ex sequentibus manifestum erit. Apud Dionem verò de Censoribus in eius anni historia legimus hæc ferè: Censores facti Ap. Claudius & Piso; inuitus quidem hic, quem affinitas Cæsari fauere iubebat. Appius autem Cæsari aduersus, Pompeio fauens, præter animi sui sententiam Cæsari multum profuit. Multos enim cùm notaret, tam ex Senatu quàm ex equestri ordine, inuito collega, eos omnes à bonis partibus alienauit, & vt Cæsarianas sequerentur effecit, atque inter eos C. Sallustium Crispum historicũ Senatu mouit, & C. Curionem Trib. plebis, nisi collega Piso & Consul L. Paullus obstitissent. C. Sallustium autem propter vitæ probra, nimirũ stupra & adulteria, Senatu eiectũ fuisse tradit Cicero (si eius modo est) in inuectiua contra ipsum Sallustium, hoc illi his verbis obijciens: Et quod hunc mouere posset, Patres conscripti, factum ac dictum turpe, quem non puduit palam vobis audientibus adulterium confiteri? Quòd si nihil pro me tibi respõdere voluissem, sed illud Censorium elogium Ap. Claudij & L. Pisonis integerrimorum virorum, quo vsus est quisque eorum, pro lege palàm vniuersis recitarẽ, nonne tibi viderer æternas inurere maculas, quas reliqua vita tua eluere non possit? Neque post illum delectum Senatus te vmquam vidimus, nisi forte in ea te castra coniecisti, quò omnis sentina Reip. cõfluxerat. Atque hæc ibi Cicero vel alius vetustus declamator, qui hanc Censuram non ineptè attingit: nonnullos enim eruditos nostri sæculi non Ciceronis neque Sallustij illas inuectiuas esse opinari videmus; tametsi Sallustianam vt germanam M. Fabius lib. IV. Institution. orat. cap. I. agnoscat. Acron porrò commentator in Horatij secundam Satyram libri primi Serm. &, ni fallor, Seruius in septimum Æneidos astipulari videntur, Sallustio quippe à Censoribus obiecta fuisse hæc crimina, ipsum autem eleuando culpam, non se matronarum, sed libertinarum sectatorem

Censura languebat.

C. Sallustius historicus senatu mouetur, ob stupra & adulteria.

rem esse dixisse,& propterea è Senatu eiectum fuisse. Quin in Faustæ L. Sullæ filiæ adulterio deprehensum, à marito T. Annio Milone flagris cæsum apud eosdem legimus; quod etiam à Varrone & Gellio traditum est. Sed veniamus ad reliqua Censuræ illius, de qua non pauca cognosces ex Cælianis epistolis ad Ciceronem hoc anno scriptis. Sic Atticum epist. vltima lib. VI. rogat, de Censoribus, maximeque de signis, tabulis quid fiat: referanturne? De qua re M. Cælius Ciceroni scripserat, Appium Censorem ostenta Romæ facere; de signis & tabulis, de agri modo, de ære alieno acerrimè agere. Edixisse quidem tunc videt Appius Censor, vt signa tabulasq; restituerent illi, qui per simulationem Ædilitatis talia ornamenta vel ab hospitibus, vel à sociis ciuitatibus mutuò accepissent, eaq; deinde in proprium vsum conuertissent. Quod tum temporis nimis vulgare fuisse, ex Verrinis Ciceronis facilè intelligere est, quam turpiter Græciam, Asiam, Siciliam, prouinciasque omnes sine vllo pudore tum spoliare publicis ornamentis solerent, vt horti ædesque priuatæ vrbium specie ac decore splenderent. Extant etiam Ciceronis eiusdem temporis ad Appium, cum Censuram peteret, epistolæ, quibus illi hunc magistratum augurari videtur; eumdem quoque lib. I. de diuinatione Censorem appellat, obiter tamen notans collegam in Auguratu suum, non satis scienter scilicet ipsum notasse P. Ateium, quòd ementitum auspicia subscripserit. L. Pisonem quoque socerum suum Cæsar Commentariorum belli ciuilis libro primo Censorem appellat in historia anni sequentis. Lustrum verò conditum ab his illud fuisse existimo, quo Plutarchus in Cæsare scribit, & ex eodem Zonaras, ante bellum ciuile censa fuisse ciuium trecenta viginti milia; cum deinde anno vrbis DCCVII. post bellum Africum, Cæsare iam Dictatore censum agente, non vltra centum vigintiquinque milia, vel, vt Liuius supputat, centum quinquaginta milia fuerint reperta, reliquis bello ciuili quadriennali spatio absumptis. O cladem immanem!

Lustrum cõditum.

—— En quò discordia ciues
Perduxit miseros? ——

Prætores.

C. Titius Rufus Prætor vrbanus.

C. Titius L. f. // n. Rufus. Vrbanam iurisdictionem sortitus obtinuit. Cui Cicero è prouincia scribens hoc anno, L. Custidij municipis ac familiaris sui caussam commendat. Extat epistola Familiarium libro XIII. inter commendatitias.

C. Curtius Pr. peregrinus.

C. Curtius C. f. // n. Peduccianus, inter ciues & peregrinos iurisdictionem sortitus obtinuit. Huic item Prætori in vrbe eodem tempore M. Fabij sui controuersias commendauit epistola sequenti, Familiarium lib. XIII. quas etiam tum Ædili curuli M. Cælio oratori, vt patrono caussarum, alia epistola scribens e prouincia mense Februario; quæ extat libro Familiarium secundo inter alias e prouincia ad Cælium datas: e quibus constat, hos duos Prætores caussarum priuatarum in vrbe hoc anno fuisse. Et quando C. Titium vrbanum appellat Prætorem, C. Curtij peregrinam iurisdictionem fuisse prorsus verisimile fit.

// // // f. // n. // Maiestatis
// // // f. // n. // ambitus
// // // f. // n. // peculatus
// // // f. // n. // repetundarum
// // // f. // n. // falsi
// // // f. // n. // inter sicarios

Quæstiones sortiti obtinuère.

M. Porcius M. f. M. n. Cato II. Solus est auctor Plutarchus in eius vita scribens Catonem Consulatus repulsam, quam anno superiore, prælato Sulpicio, passus est, æquissimo animo accepisse; Præturam deinde rursum petisse eam maximè ab caussam quòd non iudicio populi Rom. vt in Consulatu, sed violentia & largitione quorumdam hominum repulsam prælato Vatinio passus antea fuisset. Mirum, quod hæc solus Plutarchus, nec quidquam de ea re Cicero aliúve. Sanè constat, ipsum tamen Siciliensem ex S.C. & lege Pompeia Præturam sortitum esse; an verò illam intelligere velit Plutarchus, nescio.

* M * Liuius * M. f. M. n * Drusus. Præturam hoc anno gessisse, ex M. Cælij epistola quadam ad Ciceronem è prouincia redeuntem colligimus, quæ est libro Familiarium octauo. Scribit enim cùm de Ap. Claudij Censura, tum de aliis vrbanis rebus multa, atque hæc etiam inter alia: Curre (inquit) per deos atque homines, & quamprimum »

mùm hæc risum veni: legis Scatiniæ iudicium apud Drusum fieri: Appium de tabulis & signis agere. Crede mihi, est properandum. Itaque Drusus tum Prætor iudicium legis Scatiniæ præter ordinariam suam quæstionem exercebat; qua lege M. Cælius etiam ipse tum postulabatur, sicut in XII. scribit epistola.

Reus ambitus, ni fallor, Sex. Peduceius, qui anno sequenti Prætor fuit. Nam absolutus est, vt testatur M. Cælius in epist. ad Ciceronem XIIII. libro Familiarium VIII.

Reus item a Cn. Domitio factus est Cn. Saturninus adolescens nobilis, à superiore vita sane quam inuidiosus, vt inquit ibidem Cælius. Atque is videtur idem Saturninus, qui Q. Scipioni Cos. Ante biennium in conuiuio prostitutus est, sicut Valerius Max. lib. IX. cap. I. memorat.

Ædiles curules.

M. Cælius M. f. M. n. Rufus. M. Octauius Cn. f. M. nepos.

Hos simul anno superiore Ædilitatem petiisse, constat ex iisdem M. Cælij epist. ad Ciceronem tunc temporis in Ciliciam missis. Et erant duo competitores M. Octauius Cn. f. & C. Lucceius Hirrus: quorum hic repulsam passus est. Ait enim ita Cælius: Ego incidi in competitorē nobilem, & nobilem agentem. nam M. Octauius Cn. f. & C. Hirrus mecum petunt. Hoc ideò scripsi, quòd scio te acriter propter Hirrum, nuntium nostrorum comitiorum expectaturum. Tu tamen simul ac me designatum audieris, vt tibi curæ sit, quod ad pantheras attinet, rogo. Vides spem quam de se firmam aperit Cælius, & de Hirro valde imbecillem. Sic alia epistola multò amplius: Mea comitia porrò quem euentum habitura sint nescio; opinionem quidem, quod ad Hirrum attinet, incredibilem Ædilium plebis comitiis nacta sunt. Nam M. Cælium Vicinianum mentio illa fatua, quam deriseramus olim, & promulgatio de Dictatore subito deiecit, & deiectum magno clamore insecuta est. Inde Hirrum cuncti iam non faciendum flagitare. Spero te celeriter & de nobis quod sperasti, & de illo quod vix sperare ausus es, auditurum. De qua promulgatione, tam C. Hirri quàm Viciniani, superius in eorum Tribunatu, quem simul gesserunt, multa satis diximus. Ludos autem magnificentiores hos Ædiles edidisse demonstrant etiam epistolæ illæ Cælianæ, in quibus fere singulis à Cicerone Procos. postulat, vti Cibyratis suæ prouinciæ populis ad venationes ferarum exercitatis mandet, vt in vsum muneris sui pantheras venentur. Nam sic scribit epistola secunda libro octauo Cælius: Tu tamen simul ac me designatum audieris, vt tibi curæ sit, quod ad pantheras attinet, rogo. Sic epistola quarta: Item de pantheris, vt Cibyratas accersas, curesque mihi vt venentur. Rursus epist. octaua, vbi de C. Curione Tribuno plebis: Me tractat liberaliter, inquit, & mihi suo munere negotiū imposuit. Nam si mihi nō dedisset eas, quæ ad ludos ei aduectæ erant Africanæ, potuit supersederi; nunc quando dare necesse est, velim tibi curæ sit, quod à te semper petij, vt aliquid istinc bestiarum habeamus. Repetit eadem fere in sequenti etiam epistola, multò magis illud flagitans: Fere litteris, inquit, omnibus tibi de pantheris scripsi; turpe tibi erit, Patiscum Curioni decem misisse, te non multis partibus plures. Quas ipsas Curio mihi, & alias Africanas decem donauit. Tu si modò memoria tenueris, & Cibyratas accersieris, itemq; in Pamphyliam litteras miseris (nam ibi plures capi aiunt) quod voles, efficies. Hoc vehementius laboro nunc, quòd seorsum à collega puto mihi omnia paranda. Et cetera quæ sequuntur. Decreuerat autem Curio munus dare in honorem defuncti patris ex Asia reuersus, apparatum iam magnum idcircò fecerat: verùm se reperiens nimis obæratum, prætermisit illud, & se ad petitionem Tribunatus contulit anno superiore, bestiasque quas comparauerat, M. Cælio Ædili designato in vsum Ludorum dedit, sicut ex eius verbis iam adductis manifestum est. Frustrà tamen de pantheris habendis tam sæpè ad Ciceronem scripsit. Is enim vllius in gratiam (velut apud Plutarchum legimus) molestiæ ac oneris quidquam prouincialibus suis imponere noluit. Quinimò non inuenuste respondit, in Cilicia vix reperiri pantheras, fere omnes in Cariam discessisse dedignatas, quòd ceteris pacem agentibus illæ solæ bellum ac insidias perferrent. Epistola ad Cælium, ex qua Plutarchus hæc desumpsit, est inter Familiares libri secundi nona. Hinc etiam ad Atticum libro V de eadem re, epistola XXI. laudans eius responsum, quod M. Octauio collegæ Cælij, an pantheras missurus esset Cicero, roganti dederat. De Cibyratis ac pantheris, inquit, multum te amo, quòd respondisti M. Octauio, te non putare. Idem repetit libro VI. epistola prima, M. Octauio probe Atticum respondisse dicens, & alienum existimatione sua esse Cibyratas imperio suo publice venari. Neque istud porrò prætermittam, M. Cælium ex magistratus officio tam tabernariis ob loca publica occupata, quàm aquas publicas auertentibus negotium fecisse. Concionem enim de aquis habuisse, atque etiam scripsisse, docet Frontinus libro

Panthera an in Cilicia. Plutarchus à Cicerone illustratur.

libro secundo de Aquæductibus. Et ipse quoque in epistola ad M. Ciceronem lib. Familiarium octauo sexta hoc anno scripta dicit: Curioni nostro Tribunatus conglaciat: sed dici non potest, quomodo hic omnia iaceant. Nisi ego cum tabernariis & aquariis pugnarem, veternus ciuitatem occupasset. Ludos verò fecisse ostendit idem in epistola XII. conquestus de Appio Censore, & Domitio. Insolentissimi, inquit, homines summis Circensibus ludis meis postulandum me lege Scantinia curant.

Ædiles plebis.

.. .. .. f. .. n. .. .. .. f. .. n. ..
L. Vibullius .. f. .. n. Rufus. P. Sestius. P. f. .. nepos.

Tribuni plebis.

Ser. .. f. .. n * Pola * Anno superiore designatus erat, sed ambitus damnatus non iniit. In eius locum factus est

C. Scribonius C. f. C. n. Curio. Sic enim in epistola quarta ad Ciceronem absentem M. Cælius de comitiis anni superioris scribens: Illud te non arbitror miratum, Seruium Tribunum plebis designatum condemnatum: cuius locum C. Curio petiit. Sanè quàm multis incutit, qui eum, facilitatemque eius non norunt, magnum metum: sed, vt spero, & volo, & vt se fert ipse, bonos ac Senatum malet. Sed fefellit hanc bonorum expectationem Curio, qui C. Curionis oratoris clarissimi viri Consularis ac Triumphalis filius erat, patri non dissimilis eloquentia & ingenio, sed perditis moribus, & summe prodigus. Hinc Val. Max. libro IX. cap. I. scribit forum Romanum in domo Curionum aspexisse patris grauissimum supercilium, & filij sexcenties sestertiûm æris alieni. Velleius graphicè huius ingenium & mores depingit: Bello, inquit, ciuili non alius maiorem flagrantioremque, quam C. Curio Trib. plebis subiecit facem, vir nobilis, eloquens, audax, suæ alienæque & fortunæ & pudicitiæ prodigus, homo ingeniosissime nequam, & facundus malo publico; cuius animo voluptatibus vel libidinibus neq; opes vllæ, neq; cupiditates sufficere possent. Hic primo pro Pompeij partibus, vt tunc habebatur pro Rep. mox simulatione contra Pompeium & Cæsarē, sed animo pro Cæsare stetit. Id gratis, an accepto centies sestertiûm fecerit, vt accepimus, in medio relinquemus. Hæc ibi Velleius Paterculus: sed videndum, anne & ibi, sexcenties, legendum sit, quemadmodum in Valerio habetur. Nam Dio, Suetonius, Appianus, & Plutarchus in Cæsare & Pompeio palàm scribunt, ingenti ære alieno Curionem à Cæsare liberatum, vt rationes suas Romæ defenderet. Quod quibus artibus effecerit, dum variis promulgationibus Senatum suspensum tenet, vt nihil eo anno de Cæsaris prouinciis decretum fuerit, latissimè iam nominati Auctores referunt. Extant epistolæ plures Ciceronis ad ipsum Curionem, Familiarium libro II. & inter alias vna congratulatoria de hoc Tribunatu quam ex prouincia scripsit, e qua colligere est, ipsum præter expectationem omnium in designati locum petiisse in hunc annum, eo consilio, ne in potentiores aduersarios collegas incideret. Et frequens eius mentio in epistolis tam ad Atticum libro VI. quàm ad Cælium libro II. Multa etiam Cælius ipse ad Ciceronem tunc absentem de variis Curionis promulgationibus scribit, & quibus modis C. Cæsarem defenderit, narrat. Quæ si cum A. Hirtio, Plutarcho, Dione, & aliis iam dictis Auctoribus studiosus Lector conferat, omnes eius anni vrbanas actiones facilè intelliget. Omnes quidem consentiunt, Curionem grandi pecunia corruptum defecisse à Senatu bonisque partibus ad Cæsarem: quod ipsum etiam summi Poëtæ non dubitarunt memoriæ prodere; vt Virgilius Æneidos libro sexto, cùm dicit:

Vendidit hic auro patriam, dominumq́, potentem
Imposuit. ———

Et quamuis neminem Poëta nominet, Curionem tamen istic inter flagitiosos, qui apud inferos pœnas dabant, notari, commentatores asserunt. Hinc etiam Lucanus libro quarto de eodem sic cecinit:

Momentumq́, fuit mutatus Curio rerum,
Gallorum captus spoliis, & Cæsaris auro.

Cæsaris igitur absentis potentiam mordicus defendit, exactoque demum magistratu ad ipsum profectus est, vt ex sequentibus manifestum erit.

C. Curio, C. Curionis Oratoris F. perditis moribus.

C. Furnius .. f. .. nepos. Cicero ad Atticum libro V. eius meminit, & hoc anno Tribunum plebis fuisse ostendit. Nam anno superiore cùm Procos. abiret in Ciliciam, & Attico ex itinere scriberet, petens ne pateretur prouinciam sibi prorogari vltra annum

annum suum; dicit se idem hoc Q. Hortensio mandasse, & etiam à Furnio petiisse, quem sciebat anno insequenti Tribunum plebis futurum, vti de mutandis prouinciis promulgaret. Verba eius hæc sunt epistola 11. Confirmaui ad eam caussam etiam Furnium nostrum, quem ad annum Tribunum plebis videbam fore. Sic epistola XVIII. cùm iam in annum insequentem magistratus designati essent, de eadem re: Si integra in Senatu nostra caussa ad Kal. Ianuar. manserit, profectò nihil accipiam iniuriæ, si tu aderis; amicos Consules habemus; nostrum Tribunum plebis Furnium. Item M. Cælius ad Ciceronem anno superiore de magistratibus in hunc annum designatis scribens XIV. Kal. Decemb. atque inter alia L. Paullum Consulem designatum sibi spondere Syriam atque
" bellum Parthicum. Ait enim ita: Paullus porrò non humanè de prouincia loquitur;
" huius cupiditati occursurus est Furnius noster. Legem de Asiaticis prouinciis promulgasse demum indicat Cicero libro sexto ad Atticum epistola prima, cuius tamen exceptionem sibi non placere scribit, qua cauisse videtur, ne magistratus decederent eo anno, si bellum à Parthis ante finem mensis Quintilis inferretur; se habere nimirum dicit Iunium & Quintilem in metu, neque aliud tempus magis timere.

C. Albius C. f. n. Carrinas. n. Flauius . f. n. nepos. Et hic Cæsaris partes cum aliis sequutus est anno sequenti, Siciliam namque cum vna legione tum illi decreuisse Cæsarem ex Ciceronis ad Atticum epistola libri X. prima constat. Atque, vt autumo, C. Curioni in Africam ducturo ex Sicilia exercitum ad tempus successor ordinatus.
" de qua re sic Cicero: Quid enim Flauio legionem & Siciliam dari scribis, & id iam fieri?
" Quæ tu scelera partim parari, & iam cogitari, partim ex tempore futura censes?

C. Pomponius . f. . n. * Molo * Bello Ciuili Cn. Pompeium sequutus, classi Rhodiæ legatus præfuit, vt Cæsar lib. III.

Quæstores vrbani.

n. n. n. f. n. n. n. n. n. f. n. n. n.

D. Iunius * D. f. D. n * Brutus. Albinus. Videtur filius fuisse D. Bruti Consulis an. DCLXXVI. Adoptatus ab A. Postumio, etiam alio nomine A. Postumius Albinus est appellatus, sicut arguunt eius denarij qui adhuc reperiuntur aurei atque argentei, cum hoc titulo in corona spicea, ALBINVS. BRVTI. F. Ab altero latere videtur effigies A. Postumij Cos. qui primus Regillensis appellatus est, illudque cognomen familiæ adiecerat, ob præclaram de Latinis victoriam ad Regillum lacum relatam, ex antiquis eius statuis ab hoc Albino imitata. Picturam verò nummi videre est in Fastis Goltzianis. Vidimus etiam alios cum hac inscriptione, A. POSTVMIVS. BRVTI. F. Militauerat adolescens sub Cæsare in Gallia, & bello contra Venetos classi præfectus, & equitatui apud Biturigas fuerat, adeò vt confecto bello cum aliis Romam ad petendos magistratus abiisse videatur. Quæstura quidem in hunc annum incidit, si ceteros magistratus eius respiciamus: Nam euexit hunc Brutum Cæsar ad honores & imperia ante legitimum tempus, velut ex sequentibus Lector intelliget. Hunc itaque Cicero in Philippica decima magis obligatum dicit Cæsari fuisse quàm M. Brutus; qui ambo posteà iniquæ dominationis pertæsi, cum C. Cassio aliisque contra Cæsarem coniurarunt. *D. Iunius Brutus, cur Albini cognomento.*

L. Antonius M. f. M. nepos. Tertius ex Antonius Cretici filiis; duos enim anteà habuimus, Marcum & Caium, quorum vnus Marcus posteà III. vir. Reip. constituendæ factus est. Huius autem reperiuntur denarij argentei cum effigie Pietatis & ciconia: quorum pictura est in Fastis Goltzij.

Prouinciȩ.

C. Iulius C. f. C. n. Cæsar Procos. Gallias. & Illyricum obtinuit. Finitis bellis Galliæ res composuit, ne sub discessu suo moram adferrent, manendique necessitatem aliquam imponerent. Itaque honorificè ciuitates appellando, principes maximis præmiis afficiendo, nulla onera noua imponendo, defessam tot aduersis præliis Galliam, conditione parendi meliorem, facile in pace continuit. Ipse hibernis peractis in Italiam profectus est, vt municipia & colonias appellaret, quibus M. Antonij Quæstoris sui commendaret sacerdotij petitionem; qui deinde Romam profectus, Tribunatum plebis quoque in annum proximum petiit. Cesar, T. Labieno Galliæ Togatæ vel Cisalpinæ præfecto, Treuiros ad exercitum rediit. Hæc Hirtius & alij fere tradunt. Sex. Rufus tum Gallias & Britannias à Cæsare tributarias factas esse tradit; neque dissentire Velleius videtur, scribens Gallias ductu auspiciisque Cæsaris infractas, penè idem, quod totus terrarum orbis, ignauum conferre cœpisse stipendium. *T. Labienus in Gallia togata.*

Cn. Pompeius Cn. f. Sex. n. Magnus. Procos. Hispaniam vtramque obtinuit per legatos, L. Afranium, M. Petreium & M. Varronem. Ipse ægrotus Neapolim secessit; vbi cùm sacris factis vota publicè pro eius salute susciperentur, idipsum finitimi, omniaq; Italiæ municipia & coloniæ imitati sunt, atque restaurato, tamquam Romani orbis principi, summos honores habuerunt: Plutarchus in eius vita, Appianus libro II. Dio XLI.

M. Tullius M. f. M. n. Cicero. Procos. Siliciam & Cyprum obtinuit in Sextilem ferè mensem vsque. Confecto superioris anni extremo Cilicensi bello, exercitum in hiberna agri malè pacati deducendum Q. Ciceroni Legato fratri suo dedit, eumdemque Ciliciæ præfecit, & Q. Volusium Præfectum iuris dicundi in Cyprum misit, vt ibi pauculos dies esset, ne ciues Romani pauci, qui illic negotiantur, ius sibi dictum negarent. Nam euocare ex insula Cyprios non licebat. Ipse Laodiceam reuersus, ad Senatum & ad M. Catonem litteras de rebus à se gestis dedit. Itaque ei supplicatio decreta est, & à M. Catone integritatis, iustitiæ, fidei, & clementiæ testimonium datum. Extant illæ epistolæ Familiarium libro XV. Reliquum deinde in prouincia tempus iurisdictioni impendit, habitisque passim summa cum moderatione & clementia per Asiaticas diœceses Ciliciamq; conuentibus, & C. Cælio Quæstore suo in aduentum successoris vsque prouinciæ præfecto, cùm per annum summa cum laude & prouincialium gratia rexisset, a. d. III. Kal. Sextiles decessit Rhodum profectus. Hæc ipse copiosiùs in epistolis ad Atticum libro sexto, & libri quinti duabus vltimis.

M. Calpurnius L. f. ·/. n. Bibulus. Procos. Suriam obtinuit. Quietam hoc anno prouinciam habuit, Parthis à Cassio, vt diximus, repulsis: inter quos ipse bellum concitauit, Ornadopante quodam præfecto regio sibi conciliato, quem Orodi regi infensum impulit, vt Pacorum filium regem constitueret, ac cum eo bellum Orodi inferret. Atque ita bellum Parthicum, quod C. Cassij virtute repulsum anno superiore fuerat, M. Bibuli consilio penitus a Romanis auersum est. Vide Dionem libro XL. Calamitatem domesticam Bibulus ipse accepit, duobus filiis adolescentibus occisis per milites, quos A. Gabinius præsidio regi Alexandriæ reliquerat. Dolorem ac luctum tamen moderatissimè tulit, cum interfectores vinctos regina Cleopatra ad eum in Suriam misisset, vt grauissimæ cladis vltionem arbitrio suo exigeret: nam eos intactos è vestigio ad Cleopatram reduci iussit, dicendo, potestatem huius vindictæ non suam, sed Senatus esse debere. Auctores sunt Val. Maximus lib. quarto, cap. I. Cæsar de bello ciuili lib. III. Seneca ad Marciam. Decessit autem ad triumphi petitionem mense Decembri, legato Veientone prouinciæ præfecto; sed appulit T. Furfanius tardiùs, bello ciuili iam incœpto. Vide Ciceronem ad Atticum libro VII. epist. III. & lib. IX. epist. XI.

Parthi repulsi.

M. Bibuli calamitas.

·/. Furfanius ·/. f. ·/. nepos. Propr. Siciliam ex S. C. & lege Pompeia sortitus obtinuit. Monstrant hoc verba Ciceronis ad Atticum lib. VII. epist. XIIII. anno sequenti scripta: ex quibus verbis etiam intelligimus, M. Catonem huic anni sequentis initio succedere debuisse. Cato enim ipse iam seruire quàm pugnare mauult; sed tamen » ait, in Senatu se adesse velle, cùm de conditionibus agatur, si Cæsar adductus sit, vt præsi- » dia deducat. Ita, quod maximè opus est, in Siciliam ire non curat, quod metuo ne obsit: » in Senatu esse vult. Postumius autem, de quo nominatim Senatus decreuit, vt statim in » Siciliam iret, Furfanioque succederet, negat se iturum sine Catone, & suam in Senatu » operam auctoritatemque magni æstimat. Ita res ad Fannium peruenit, is cum imperio » in Siciliam præmittitur. Sic tunc ad Atticum Cicero, cùm profugus ab vrbe Senatus » Capuæ adhuc spe pacis, cuius cupidum se Cæsar simulabat, consiliis incertis distineretur. Igitur Cato qualemcumq; pacem ciuili sanguine præferens, conditionibus eius tractandis vacare maluit, quàm in Siciliam ire & Furfanio succedere. Hanc enim prouinciam ratione prioris Præturæ ex S. C. & lege Pompeia in eum annum sortitus erat. Nec voluit ire Postumius, cùm Cato tamquam senior Prætorius præcedere deberet. Itaque cùm esset periculum, ne Siciliam rectore vacuam occuparet Cæsar, voluit Senatus, vti præmitteretur cum imperio Fannius. Atque hi omnes Prætorij non anteà videntur habuisse prouincias. Sic enim S. C. lexque Pompeia iubebat, præessent scilicet prouinciis ij Consulares Prætoriive, qui anteà non præfuissent, quemadmodum testatur Cicero Familiarium lib. II. ep. XV. M. Cælio rationem reddens, cur Ciliciâ decedens Q. fratrem legatum suum prouinciæ non præfecisset, nempe quòd is post Præturam triennium præfuisset Asiæ.

M. Cato pacem ciuili discordia praeoptabat.

C. Considius ·/. f. ·/. n. Longus Propr. Africam ex S. C. & lege Pompeia sorti-

sortitus obtinuit, P. Varo succedens, sicut ex oratione Ciceronis pro Q. Ligario manifestum est. Hunc enim legatum suum Considius decedens prouinciæ præfecit non diu ante bellum ciuile Cæsarianum; quod subitò exoriens, Ligarium permanere in Africa coëgit, vt latius ibidem enarrat Cicero. Atqui videtur idem esse C. Considius Longus, cuius frequens apud A. Hirtium mentio est, quique bello Africo contra Cæsarem Adrumeto cum duabus legionibus, & equitibus octingentis præfuit. Q. Ligarius.

.. .. .. f. .. n. .. Sardiniam
.. .. .. f. .. n. .. Achaiam

Propr. ex S.C. & lege Pompeia obtinuerunt.

Q. Minucius * Q. f * .. n. Thermus. Asiam
* Cn. Tremellius * Cn. f. L. n * Scrofa * Macedoniam
P. Silius. .. f. .. n. Nerua. Bithyniam & Pontum
* M. Nonius. .. f. .. n * Sufenas * Cretam & Cyrenem

Propr. prorogato imperio obtinuere.

Hæc etiam animaduertimus ex Ciceronis epistolis, cuius verba ad Atticum libro VI. epistola prima huius anni Martio mense data Laodiceæ suprà iam adduximus; e quibus planum est, istos & hoc anno remansisse in suis prouinciis, quos valdè honeste se gerere scribit Attico. Q. Thermum verò huius anni exitu, cùm iam triennio fere præfuisset, decessisse, demonstrat alia Ciceronis ad eumdem Thermum epistola Familiarium lib. II. data Laodiceæ, Maio mense, cùm in Ciliciam reuerteretur. Hortatur enim & admonet in ea Thermum, vt in præficiendo prouinciæ legatis Quæstorem suum anteferat decessurus. De qua re mox latiùs, cùm de eius Quæstore loquemur. Sic M. Nonium quoque puto huius anni exitu decessisse. Nominatur enim in epistola ad Atticum XXIII. libri IIX. inter eos, qui Prætorij anno sequenti imperium habentes cum Pompeio profugerunt ex Italia. Sed mendose Setenas legitur in exemplaribus, pro Sufenas. Thermus item Prætorius tunc cum imperio fuit, vt proxime dicemus.

Quæstores.

.. .. .. f. .. n. .. Ostiensis in Latio
.. .. .. f. .. n. .. Calesinus in Campania
.. .. .. f. .. n. .. Canusinus in Apulia
.. .. .. f. .. n. .. C. Cæsaris Procos. in Gallia Cisalp.
.. .. .. f. .. .. .. Eiusdem in Transalpina
.. .. .. f. .. n. .. Eiusdem in Illyrico
.. .. .. f. .. n. .. Cn. Magni Procos. in Hisp. citeriore
.. .. .. f. .. n. .. Eiusdem in Hisp. vlteriore

C. Cælius L. f. .. n. Caldus. M. Ciceronis Procos. in Cilicia. Cn. Volusio, vt opinor, succedens; alter enim Quæstor Messinius, remansit hoc anno Proquæstore, vt paulò pòst probauimus. Extat autem epistola Ciceronis Familiarium libro II. quam ex prouincia anno superiore ad hunc dedit, vti monstrat titulus: nam C. Cælium L. f. Quæstorem designatum appellat, in qua congratulatur ei de adepta hac Quæstura Ciliciæ, hortaturque vt ad ipsum quanto citiùs in prouinciam veniat. Scribit enim: Cum optatissimum nuntium accepissem, te mihi Quæstorem obtigisse, eò iucundiorem mihi eam sortem sperabam fore, quò diutiùs in prouincia mecum fuisses: magni enim videbatur interesse, ad eam necessitudinem, quam nobis sors tribuisset, consuetudinem quoque accedere. Sed vide cetera, ex quibus cognosces, serius quidem, nempe Quinctili mense, venisse in prouinciam Cælium, non diu antequam decessurus esset Cicero. Dignum tamen præter alios eumdem iudicauit, quem decedens prouinciæ more maiorum præficeret in aduentum successoris. Itaque ad M. Cælium Ædilem curulem iam rediens scripsit: Ego de prouincia discedens, Quæstorem Cælium præposui prouinciæ, puerum inquis? at Quæstorem, at nobilem adolescentem, at omnium fere exemplo. neque erat superiore honore vsus, quem præficerem; Pontinius multò ante discesserat, à Q. Fratre impetrari non poterat. Idem repetit ad Atticum scribens libro VI. variis locis, & consilij sui rationes pluribus verbis aperit epistola sexta. Iam verò cùm nobilem adolescentem dicit, adducimur ad suspicandum, e Caldorum familia ipsum fuisse, quæ Cæliæ gentis tum antiquissima Romæ fuit, ac sola Consularis. C. Cælius in Cilicia Quæstor. Caldorum familia gentis Cæliæ.

L. Ma-

L. Marius L. f. //. nepos. M. Bibuli Procos. in Suria. Idem, vt videtur, cuius meminit Pædianus, & quem subscriptorem contra M. Scaurum reum dicit fuisse, in argumento Scaurianæ. Cicero Marium tantummodò vocat in epistola ad Cn. Sallustium Proquæstore M. Bibuli, cui iste successit; sed aliquanto tardius, quia Senatus decreuerat, vt cum duabus legionibus in Suriam mittendis iret. De qua re Familiarium libro II. Tullius in epistola XVII. ad ipsum Sallustium Proquæst. XVI. Kal. Sextiles data, priusquã prouinciâ decederet. Successor (inquit) tuus non potest ita maturare vllo modo, » vt tu me in Asia possis conuenire. Debebat enim Cicero ad III. Kal. Sextiles decedere, vt » ad Atticum scribit libri V. vltima epistola. Posteà verò in dicta iam ad Sallustium epistola nominat successorem eius obiter, cum dicit: Marium quidem successorem tarde video esse venturum, propterea quòd Senatus ita decreuit, vt cum legionibus iret.

/. //. /. f. //. n. //. T. Furfanij Propr. in Sicil. Syracusanus
/. /. //. f. //. n. //. Eiusdem Lilubætanus
//. //. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Sard. Caralitanus
/. //. //. f. //. n. //. Eiusdem in Corsica Aleriensis
//. //. //. f. //. n. //. C. Considij Propr. in Africa Vticensis
//. /. /. f. //. n. //. Eiusdem in Libya Adrumetanus
//. /. //. f. //. n. //. //. //. Propr. in Achaia

L. Volcatius L. f. Q. n. Tullus. Consularis viri filius.

A. Pompeius Q. f. A n. Bithynicus. Cuius extat epistola ad Ciceronem cum responsoria, Familiarium libro VI. Prætor posteà sub Triumviratu à Sex. Pompeio in Sicilia occisus est, vt suo loco dicemus.

M. Volusius /. f. . n * Saturninus. Qui anno sequenti ex Asia rediens, Ciceroni litteras attulit à Tirone liberto, quem ægrotum Cicero in Asia reliquerat; vt Familiarium lib. XVI. epistola XI. Idem Volusius posteà in Ædilitate plebis à III. viris est proscriptus, vt tum dicemus.

T. Antistius /. f. /. nepos * C. Tremellij * Propr. in Macedonia. Huic nec anno sequenti successum fuisse, quando Pompeius Italiâ pulsus cum exercitu in Macedoniam venit, testatur Cicero Familiarium libro XIII. in epistola ad L. Plancum. Coactum igitur manere apud Pompeianos Antistium fatetur; adfuisse quidem cum signaretur argentum Apolloniæ, sed non plus attigisse negotij, quàm quod recusare non potuit. Post prælium verò & victoriam Cæsaris, cùm Romam ab eo iussus redire vellet, Corcyræ mortuum. Testamento quidem eius, quod Romæ, antequam in prouinciam abiret, Paullo & Marcello Coss. fecerat, C. Ateium Capitonem propinquum suum ex parte dimidia & tertia heredem dixisse Cicero ad eumdem scribit, Capitonis amici sui hereditatem illam studiose commendans, petensque vti gratiam suam pro hac re apud Cæsarem interponat. Itaque Antistius hoc anno Quæstor in Macedonia fuit, vt ex iam dicta Ciceronis epistola manifestum est.

L. Valerius /. f. /. n. Iurisconsultus Ciceroni valdè amicus & familiaris, vt demonstrat epistola prima ad Ap. Claudium Ciliciæ Procos. qua Valerium commendat, Familiarium lib. III. & altera, quæ est libri primi vltima.

Pacuuij fratres contra M. Scaurum. Q. Pacuuius /. f. //. n. Claudus. M. Pacuuius //. f. //. n. Claudus. Fratres subscriptores contra M. Scaurum reum, quique inquisitionem in Sardiniam & Corsicam tunc exposcebant, vt auctor Pædianus in argumento orationis pro M. Scauro.

Coponij fratres. T. Coponius T. f. T. nepos. C. Coponius T. f. T. nepos. Fratres item, quorum auus T. Coponius, vt anteà etiam diximus, ciuitatem eloquentiâ adeptus erat, damnato C. Masone, vt Cicero in Balbiana memorat; dicitque in oratione pro M. Cælio, adolescentes fuisse humanissimos, doctissimos, rectissimis studiis atque optimis artibus præditos. *

P. Valerius //. f. //. n. Leo. Cn. Domitius Cn. f. //. nepos. Ambo subscriptores in ambitus iudicio contra Milonem ante biennium vt Pædianus in orationem pro Milone.

L. Cornelius L. f. //. n. Lentulus. Flaminis Martialis filius, qui A. Gabinium accusauerat maiestatis, vt Cicero ad Q. Fratrem lib. III. ep. prima, & ad Atticum lib. IV. epistola XVI.

L. Cossinius. L. Cossinius L. f. //. nepos. Eques ante quadriennium ornatissimus, cùm Cicero L. Balbum defenderet, in cuius caussa iudex erat. Eumdemque commendat Ser. Sulpicio

cio Familiar. lib. XIII. ep. XXIII. vbi tribulem suum appellat. Pater L. Cossinius Tiburs ciuitatem adeptus erat eloquentia, Cæbo damnato, quemadmodum in eadem oratione Cicero dicit. Is fortasse Cossinius, qui legatus P. Varinij Prætoris a gladiatoribus ad Salinas victus & occisus est, vt auctor Plutarchus in M. Crassi vita.

Proquæst.

L. Messinius . f. . n. Rufus. M. Ciceronis Procos. in Cypro & diœcesibus Asiaticis. Cn. Volusium Quæstorem Ciceronis alterum, accepto successore C. Cælio, decessisse, superius dictum est; alterum verò L. Messinium diutius remansisse, ex Cicerone ipso probauimus. Scripsit enim libro VI. ad Atticum Tarso data mense Iunio, priusquam prouincia decederet: Illud autem, inquit, difficillimum; relinquendus erat ex S.C. qui præesset, nihil minus probari poterat, quam Quæstor Messinius; nam de Cælio nihil audiebamus. Porrò mores Messinij non placuisse sibi, palam declarat præcedenti epistola, cùm ineptū iudicet qui præsit prouinciæ. Ait enim: Quæstorem nemo dignum putat, etenim est leuis, libidinosus, fugax. Id quod in caussa fuisse videtur, vt huic C. Cælium prætulerit, licet paulò antequam ipse decederet, in prouinciam venisset. Reliquit tamen & Messinium in prouincia, rationum scilicet conficiendarum gratia; sic enim ad eumdem Atticum scribit, cum iam in procinctu esset, & quasi in reditu: Ego Laodiceæ Quæstorem Messinium exspectare iussi, vt confectas rationes lege Iulia apud duas ciuitates possim relinquere. Mansit igitur diutius in prouincia Messinius: nam Familiarium libro XVI. ad Tironem libertum, quem Patris in itinere ægrotum in Italiam recurrens reliquerat, ita scribit: Ego puto te bellissime, si recte erit, cum Quæstore Messinio decursurum. Extant etiam aliquot epistolæ Familiarium libro V. ad eumdem L. Messinium, à Cicerone anni sequentis initio, exorto iam ciuili bello, datæ, in quibus Rufum etiam appellat, & ad difficultates rationum prouincialium multa respondet.

C. Antonius M. f. M. nepos. Q. Thermi Propr. in Asia. Quem Thermus etiam decessurus hoc anno prouinciæ præposuisse videtur, sicut ex Cicerone colligimus, cuius de ea re consilium Thermus petierat, quod tale dedisse Ciceronem, cognoscimus ex eius epistola, quæ est pænultima libri secundi Familiarium: Sed mihi (inquit) magis magisque quotidie de rationibus tuis cogitanti placet illud meum consilium, quod initio Aristoni nostro, vt ad me venit, ostendi: graues te suscepturum inimicitias, si adolescens potens & nobilis a te ignominia affectus esset. Et hercle sine dubio erit ignominia; habes enim neminem honoris gradu superiorem: ille autem, vt omittam nobilitatem, hoc ipso vincit viros optimos, hominesque innocentissimos legatos tuos, quod & Quæstor est, & Quæstor tuus. Nocere tibi iratum neminem posse perspicio, sed tamen tres fratres summo loco natos, promptos, non indisertos, te nolo habere iratos, præsertim iure, quos video deinceps Tribunos plebis per triennium fore. Tempora autem Reip. qualia futura sint, quis scit? mihi quidem turbulenta videntur fore: cur ego te velim incidere in terrores Tribunitios? præsertim cum sine cuiusquam reprehensione legatis Quæstorem possis anteferre. Et quamuis hic Cicero Thermi Quæstorem non nominet, cum aperte tamen demonstret, vnum fuisse ex tribus fratribus, quos summo loco natos, promptos, non indisertos, videbat deinceps per triennium Tribunos futuros; profectò ex eius verbis atque descriptione percipimus, tres Antonios eum intelligere. Quorum Marcus maior natu Quæstor Cæsaris fuerat, & Tribunatum plebis obtinuit anno sequenti, fax belli ciuilis non minima. Alter Caius duorum fratrum ætatibus, vt in Philippica decima legimus, medius interiectus, quem Thermi Quæstorem tunc fuisse, etiam temporis ratio postulat Ciceronis verbis astipulando: nam Tribunum plebis anno postmodum suo, atque Prætorem quoque fuisse, ex sequentibus patebit. Tertius Lucius Antonius, qui Quæstor hoc anno, Tribunus plebis cum Cæsar occideretur, denique per bella ciuilia Prætor & Consul factus est. Sed hæc postea suis locis declarabimus. Iam & alibi Cicero in epistola ad M. Cælium Ædilem curulem in reditu data de duobus Antonijs hoc idem innuit, rationes afferens, cur ipse Quæstorem Cælium decedens prouinciæ in aduentum successoris præfecisset, dicens, postremò se hoc fecisse non tam sua sponte, quàm potentissimorum virorum exemplo: qui omnes Cassios Antoniosque complexi sunt. Recte quidem Cicero: nam C. Cassium M. Crassus in Syria, Q. Cassium Cn. Pompeius in Hispania, M. Antonium Cæsar in Gallia, & C. Antonium Q. Thermus in Asia eodem isto tempore Quæstores suos ornarant, euexerant, & legionibus prouinciisque præfecerant.

I. M. Antonius, fax belli ciuilis.

II. C. Antonius, ætate medius.

III. L. Antonius.

||. ||. ||. f. ||. n. ||. P. Silij Propr. in Bithynia.

||. ||. ||. f. ||. n. ||. Eiusdem in Ponto.

||. ||.

//. //. //. f. //. n. //. M. Nonij Propr. in Cyrenaica.
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem in Creta.

ANNI P. R. C. DCCIV.

Consules.

C. CLAVDIVS. M.F. M.N. MARCELLVS. L. CORNelius. P.f. //.n. Lentulus. Crus.

LLentulum, C. Marcellum Consules suggerunt hoc anno Iosephus antiquitatum lib. XIV. cap. XIX. Cassiodorus, Cicero, & Plutarchus: Lentulum & Marcellum Tabulæ Græcæ, L. Florus, Orosius, Velleius, Appianus, & alij plurimi. Nobilis enim & celebris hic annus est cùm bellorum ciuilium ac monarchiæ sequentis exordio, tum Romanæ libertatis, potentiæve popularis exitu. Appellantur autem a Dione libri XLI. principio L. Cornelius P.f. Lentulus, C. Claudius M.f. Marcellus. Atque hic quidem frater germanus erat M. Marcelli biennio antè Consulis: quod ipsum testatur Cicero Familiarium libro quarto, in epistolis ad eosdem Marcellos fratres anno superiore datis. Non rectè igitur apud quosdam C. Lentulus Cruscellus, C. Claudius Marcellus II. leguntur Consules in hunc annum: non enim eumdem cum superiore C. Claudium hunc esse, vel Capitolina fragmenta docere poterunt. Ser. verò Galbam, qui legatus Cæsaris in Gallia, ac Prætor iamdudum fuerat, istorum comitiis repulsam esse passum, Cæsaris nomine commentariorum belli Gallici fine conqueritur his verbis A. Hirtius: Insolenter aduer- „ sarij Cæsaris gloriabantur, L. Lentulum & C. Marcellum Consules creatos, qui omnem „ honorem & dignitatem Cæsaris spoliarent; ereptum Ser. Galbæ Consulatum, cùm is „ multò plus gratia suffragiisque valuisset, quòd sibi coniunctus & familiaritate & necessi- „ tudine legationis esset. L. Lentuli & C. Marcelli Consulum adhuc denarij reperiuntur argentei, Apolloniæ hoc anno signati, post fugam partium ex Italia, sicut ex epistola Ciceronis ad L. Plancum colligere est, Familiarium libro XIII. Et extat eorum pictura in Fastis Goltzianis.

Varia eius anni prodigia referunt Dio, Plutarchus, Appianus, & Obsequens, quæ ciuilia hæc bella cum motu orbis vniuersi, & interitum libertatis publicæ portenderunt. Cùm hi Consules magistratum inijssent, confestim de prouinciis actum, & in sententiam Scipionis Metelli Senatusconsultum factum est, Vti Cæsar ad certum diem exercitum dimitteret, nisi obtemperaret, contra Remp. ipsum facturum videri. Q. Cassius & M. Antonius Tribuni plebis, quoniam intercessionibus tollere Senatusconsultum audebant, Senatu atque vrbe excedere iussi sunt. Mandatum Consulibus, & Pompeio Procos. Prętoribus, Tribunis plebis, quique Consulares ad vrbem essent, Viderent ne quid Resp. detrimenti acciperet. Delectus tota Italia sunt habiti, pecuniæ & arma imperatur; Consulares ex lege Pompeia prouinciæ decernuntur priuatis: L. Domitio Gallia, Metello Scipioni Syria; in reliquas Prætorij mittuntur. C. Cæsar interim intellecta Senatus voluntate, atque inimicorum apparatu, Rubiconem traiecit, & Ariminum cum exercitu contendit; vbi missis vltrò citroque legatis, cum de pace conueniri non posset, Pisaurum, Fanum, Anconam præsidiis occupat. Tignium recipit, Asculum & Auximum. Corfinium cum L. Domitio cepit, quem mox incolumem dimisit: Consules deinde & Pompeium cum aduersa parte omni, Roma metu deserta, fugere extra Italiam coëgit, ipse cum exercitu ad fines Italiæ persecutus aduersarios, capto Brundusio, præsidiisque munito, Romam redijt, vbi in concione de iniuriis inimicorum conquestus, M. Lepidum vrbi præfecit, Aristobulum regem Iudæorum captiuum liberauit, & in patriam remisit; filiis proscriptorum à Sulla, sublata Cornelia lege, ius petendorum magistratuum restituit; quod Plutarchus eum in subsequenti Dictatura fecisse scribit. Effracto denique ærario sanctiore, ablata pecunia omni, in Hispaniam cum exercitu contra Pompeij legatos, L. Afranium, M. Petreium & M. Varronem contendit. Quos tandem cum septem legionibus post aliquot conflictus in deditionem accepit, atque incolumes dimisit. In reditu Massiliam, quæ portas proficiscenti clauserat, & L. Domitium receperat, longa obsidione pressam, & duobus prælijs naualibus fractam cepit. Latissimè historiam scribunt Dio lib. XLI. Plutarchus, Appianus, & Cæsar ciuilium bellorum lib. I. & II. item Florus, Eutropius, Orosius, Velleius, Suetonius, Zonaras, & alij.

EODEM

EODEM. ANNO

C. IVLIVS. C. F. C. N. CAESAR. DICT. sine Mag. eq. comit. hab. & Fer. Latin. caussa.

C. Cæsar post res in Hispania cum Pompeij legatis transactas, Romæ Dictator absens lege à plebe lata creatus est, M. Lepido Prætore atque vrbis Præfecto comitia habente. Itaque cùm Massiliam cepisset, Placentiæque militarem seditionem repressisset, Romam reuersus Dictaturam statim iniit, amplissimaque potestate præditus, lege per Prætores Tribunosque plebis lata, præterquam T. Miloni exulibus omnibus, maxime qui operam sibi belli ciuilis initio obtulissent, reditum in vrbem concessit, Gallis Transpadanis ciuitatem dedit, sacerdotes, cum Pontifex Maximus esset, suffecit.

Legem tulit de fœnore atque pecuniis creditis, cùm debita propter discordiam ciuilem acerbissime passim exigerentur, plurimique iam tabulas nouas flagitarent. Sanxit igitur, vt arbitri darentur, per quos debitorum res, bona possessionesque, quanti quæque earum ante bellum ciuile fuissent, æstimarentur, vtque ea creditoribus ex ratione debiti traderentur: auctores sunt Cæsar de bello ciuili libro III. & Dio XLI. Vnde etiam Suetónius de hac lege: Quare (inquit) disiecta tabularum nouarum expectatione de pecuniis mutuis sanxit, vt debitores creditoribus satisfacerent per æstimationem possessionum, quanti quasque ante ciuile bellum comparassent, deducta summa æris alieni, si quid vsuræ nomine numeratum & præscriptum fuisset. Qua conditione quarta fere pars crediti deperibat. *Leges à C. Iulio Dictatore lata.*

Legem quoque tulit de modo pecuniæ possidendæ ab aliis etiam anteà latam, Ne quis in auro argentóve signato plusquam HS. LX. haberent. Qua ratione ditiorum hominum arcas exhaurire conatus est, ne quis se absente res nouas moliri in Italia posset. Vide Dionem libro XLI. Vtramque verò legem post Cæsarem occisum, Tiberij etiam temporibus in vsu fuisse, Tacitus libro quinto docet his verbis: Intereà magna vis accusatorum in eos irrupit, qui pecunias fœnore auctitabant contra legem Dictatoris Cæsaris, qua de modo credendi possidendique intra Italiam cauerat. Ex supradictis igitur colligere est, Cæsarem in primis hisce legibus duo mala prohibere voluisse; ne scilicet immensæ pecuniæ ad paucos redactæ vim tyrannidemq, vsurarum adaugerent; & ne quis facile cuiquam plus crederet, quàm ex eius bonis posset recuperari. Hinc promanauit cessionis bonorum beneficium, ciuibus primum Romanis per Italiam lege Iulia concessum, si soluendo non essent; deinde etiam ex Diuorum fratrum constitutione prouincialibus communicatum, vt L. Legis. C. Qui bonis cedere possint.

His ita Romæ à Cæsare Dictatore constitutis, cumque in annum sequentem magistratus omnes subrogasset, seque Consulem iterum cum P. Seruilio Isaurico designasset, Dictatura se abdicauit. Per XI. tantum dies hunc magistratum gessisse tradunt historici, vel ad inuidiam leuandam, vel quód eo magistratu non egeret diutius: Auctores sunt Plutarchus, Dio, Appianus, & alij. Suffragantur & Commentaria ciuilium bellorum libro tertio, vbi ita legimus: Cæsar his rebus, & Feriis Latinis comitiisque omnibus perficiundis vndecim dies tribuit, Dictaturaque se abdicat, & ab vrbe profectus Brundusium peruenit. Comitiorum habendorum maximè caussa Dictaturam sumpsisse, intelliget luce clariùs, qui epistolam XI. libri IX. ad Atticum perleget. Omnino enim voluit Cæsar in annum insequentem designari Consul, reliquosq; magistratus suarum partium creari; & cùm intelligeret comitia Consularia à Prætore vel alio minori magistratu haberi non posse, timeretque ne ob absentiam Consulum, res ad Interregnum veniret, effecit vt ipse Dictator diceretur comitiorum habendorum caussa, quibus semet Consulem designauit. Habuit & alium occupandæ Dictaturæ prætextum; magistratibus fere omnibus sediuit. Habuit & alium occupandæ Dictaturæ prætextum; magistratibus fere omnibus fedicet initio anni ex vrbe metu fugientibus, Feriæ Latinæ more maiorum non conceptæ, non habitæ fuerant: earumque caussa Dictatorem requiri, Præfecto non creato, Consulibusque absentibus, vulgo persuasum erat. Igitur & hic non ineptus assumendæ Dictaturæ titulus videbatur esse.

Prætores.

M. Æmilius M. f. Q. n. Lepidus. Vrbanam iurisdictionem sortitus obtinuit, & C. Cæsaris partibus adhæsit; à quo victore vrbi etiam est præfectus, cum profligato extra Italiam Pompeio Romam occupasset, & rebus ibi constitutis in Hispaniam cum exercitu properare vellet. Itaque Lepidus postea Cæsarem absentem, debellatis in Hispania partibus, redeuntem, lege ad populum promulgata, Dictatorem dici curauit. Auctores sunt Cæsar Ciuilium secundo libro, vbi sic legimus de eodem: Tarracone discedit,

dit, pedibus Narbonem, atque inde Massiliam peruenit: ibi legem de Dictatore latam, seseque Dictatorem dictum a M. Lepido Prætore cognoscit. Hoc idem scribunt Dio, Plutarchus, & alij.

//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	Peregrinam iurisdictionem
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	de maiestate
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	de ambitu
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	de peculatu
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	de repetundis
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	de falso
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	inter sicarios

Quæstiones sortiri obtinuerunt.

Vix tamen hoc anno legibus quidquam actum opinor, turbatis rebus omnibus. Silent enim inter arma, præsertim ciuilia, leges; quando non iure manu conserto, sed mage ferro dissipatis tribunalibus res geritur, vt inquit poëta. Ita Romæ tunc non legum æquitati, sed legionum vi cuncta parebant. Ingruente namque Cæsariano exercitu, fas, æquum, pudor, & Iustitia mox vrbem reliquere: Consules, Prætores, magistratusque legitimi horum numinum præsidio destituti profugere, atque armis Rempublicam infelicibus defendere coacti sunt. Qui ex S.C. quod in extremis Reip. periculis fieri solet, amplissimo instructi imperio, Capuam à Cn. Magno Procos. cum omni Senatu euocati, de summa rerum consultarunt. Tum Italię regiones in prouincias, quas cum præsidiis defenderent, distributæ Prætoribus, vt opinor, huius anni, Consularibusque & Prætoriis, qui externas antea prouincias obtinuissent, & imperium habuissent, quantum ex sequenti historia colligere est. Sed vt constitutum à nobis magistratuum ordinem seruemus, reliquos eius anni, quos reperimus, Prætores hic subiicere in primis est consentaneum.

L. Roscius. //. f. //. nepos. Quæstor Cæsaris in Gallia fuerat anno abhinc sexto, vt tum diximus; nunc eiusdem studio & fauore, cuius maximè intererat, plures suæ partis in vrbe magistratus habere, Prætor factus, illius quoque dignitatem in Senatu quantum potuit, defendit. Nam cum de Cæsaris armis atque prouinciis, Tribunorumq; plebis intercessione graues sententiæ dicerentur, ipse & L. Piso Censor pollicebantur sese ituros ad Cæsarem, qui de Senatus voluntate eum doceant, sex dies ad eam rem conficiendam spatij postulant. Dicuntur etiam à nonnullis sententiæ, vt legati de ea re ad Cæsarem mittantur. Sed nihil decernitur. Roscius tamen Prætor cum L. Cæsare adolescente proficiscitur Ariminum, agitque cum Cæsare Cn. Pompeij priuato nomine, ipsum pro sua dignitate debere & studium & iracundiam Reip. dimittere; neque adeo grauiter irasci inimicis, ne cum illis nociturum se speret, Reip. noceat. Sed hæc omnino frustrà, intento rebus suis Cæsare, nolenteque ab armis discederę, ni prius delectus cessarent, exercitus dimittantur, Pompeiusque abiret in Hispaniam. Hæc latius ipse Commentariorum belli ciuilis primo. Meminit & eius legationis Dio libro XLI.

C. Allienus //. f. //. nepos. Nominat autem hunc Cicero ad Atticum libro X. epist. XV. Vbi Cæsarem agitasse scribit in Senatu, antequam in Hispaniam abiret, de legatis ad Pompeium pacis tractandæ caussa mittendis, inter quos & Cicero destinatus erat, Allienus, inquit, Prætor putabat aliquem iturum: si ego non, ex collegis suis. Qui- „ uis licet, dummodò aliquis. Et quamuis aliud de hac Prætura nihil inueniam, ex his ta- „ men Ciceronis verbis fit liquidum, Prætorem Allienium in vrbe tum fuisse, nec arma contra Cæsarem tulisse: vnde etiam tertio deinde anno Cæsaris iussu, Siciliam prouinciam obtinuit, vt suo loco probabimus. Sed in dicto Ciceronis ad Atticum loco perperàm Halienus appellatur in vulgatis exemplaribus.

C. Sosius //. f. //. nepos. Prætorem appellat Cicero ad Atticum scribens eodem anno ex Formiano, epistola sexta libri VIII. Obsignata (inquit) iam epistola, quam de » nocte daturus eram, sicut dedi, (nam eam vesperi scripseram) C. Sosius Prætor in For- » mianum venit ad M'. Lepidum vicinum nostrum, cuius Quæstor fuit; Pompeij litterarum » ad Consulem exemplum attulit. Ceterum non rectè illic exemplaria Marci prænomen » Lepido attribuunt; Consularem enim intelligit Cicero Manium Lepidum collegam L. Tulli, qui Quęstorem post Consulatum habuerit in prouincia hunc C. Sosium. Nam & sępe postmodum in iisdem epistolis Lepidi istius mentionem facit; vt eiusdem libri nona, non sine Tullo: Lepido quidem (ait) numquam placuit, ex Italia exire, Tullo „ multò minus. Et ita sępius, nam vicini erant, atque inuicem consulebant indies tempo- „ ribus illis dubiis. M. Lepidus autem eodem anno Romę Prętor vrbanus erat, sicut, pau- „ lo an-

lò antè demonstraui, vt de eo non loqui Ciceronem, satis manifestum sit. Rursus epistola libri IX. de hoc Sosio Prætore & M'. Lepido sic scribit pridie Nonas Martias; cum plures iam ex magistratibus atque Senatu, occupata a Cæsare Italia, Romam redirent: Vr-
» bem quidem (inquit) iam refertam esse optimatium audio. Sosium & Lupum, quos
» Cneius noster ante putabat Brundusium venturos esse, quàm * se ius dicere. Hinc verò
» vulgò vadunt, etiam M'. Lepidus, quo cum diem conterere solebam, cras cogitabat. Hactenus Cicero: verùm locus obscurus & corruptus est, (quàm se ius dicere) videturque aliquid desiderari, quod sine veterum exemplarium auxilio restitui vix posse opinor. Si legas tamen (quàm segniter ius dicere) sententia erit multò dilucidior. *In Ciceronis Epist. ad Atticum coniectura correctus locus.*

L. Manlius L. f. L. n. Torquatus. Albam cum cohortibus sex.

P. Rutilius * P. f. P. n * Lupus Tarracinam cum tribus cohortibus Prætores obtinuere, vti Appiam viam obsiderent, & Latium tuerentur. De quibus ita legimus in Commentariis de bello ciuili libro primo, vbi de Cæsare Brundusium versus ab vrbe ducente exercitum: L. Manlius Prætor Alba cum cohortibus sex profugit, Rutilius Lupus Prætor Tarracina cum tribus: quæ procul equitatum Cæsaris conspicatæ cui præerat Vibius Curtus, relicto Prætore signa ad Curtum transferunt, atque ad eum transeunt. Itaque Lupus Prætor desertus a suis, postea Romam est reuersus, vt Sosius alijque, ad iurisdictionem suam, veluti Ciceronis verba ad Atticum demonstrant, quæ paulò ante citaui. L. Torquatum verò opinor ad Pompeium euasisse, apud quem pater eius erat, quemadmodum & Cicero ad Cn. Pompeium Procos. scribens mense Februario,
» cùm Cæsar adhuc esset in Piceno, videtur indicare libro VIII. ad Atticum: L. Torqua-
» tum (inquit) virum fortem & cum auctoritate Formiis non habemus, ad te profectum
» arbitramur. Et ad Atticum scribit postea mense Martio, profectum esse. Orici præsidio præfectus, deinde Cæsare aduemente à suis proditus cum oppido in potestatem venit, vt libro tertio ciuilium Cæsar.

C. Coponius // . f. // . nepos. Prætorem vocat Cn. Pompeius Procos. in epistola ad C. Marcellum & L. Lentulum Consules, quæ extat eodem libro VIII. in qua eos hor-
» tatur, vt Brundusium se conferant, atque arma eò & exercitus contrahant: Ego, inquit, ad
» P. Lupum & C. Coponium Prætores misi, vt se nobis coniungerent, & militum quod
» haberent ad nos deducerent. De Lupi fortuna iam dictum est, Coponium verò eumdem puto, qui legatus M. Crassi in Suria Carrhos præsidio tenebat.

Sex. Peduceius Sex. f. Sex. nepos. Prætor hoc anno; nam sequenti, Cæsaris iussu, Sardiniam obtinuit. Et hunc Romæ quidem mansisse, nec se bello immiscuisse, constat ex Ciceronis ad Atticum pluribus epistolis hoc anno datis. Curam enim is tum dubiis illis temporibus, vxoris ac filiæ Ciceronis, quæ Romæ manserant, cum Attico gerebat. Sic enim de Terentia ac Tullia ad Atticum libro VII. ep. XII. Ne reprehendamur, quòd eas Romæ esse velimus in communi bonorum fuga. Quin etiam tibi & Pæduceio (scripsit enim ad me) quid faciatis videndum est: is enim splendor est vestrûm, vt eadem po-
» stulentur à vobis, quæ ab amplissimis ciuibus. Et sequenti quoque epistola: Quod mulie-
» res nostræ præter ceteras Romæ manserunt, tu ipse cum Sexto, scire velim, quid cogites
» de exeundo.

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Annotatum est à Dione libro XLI. Ædilium eo anno munia obiuisse Tribunos plebis, cùm propter consternationem publicam omnes abessent.

M. Cælius M. f. //. n. Vicinianus. Post repulsam anni superioris, de qua tum diximus in Ædilitate M. Cælij oratoris.

Tribuni plebis.

M. Antonius M. f. M. nepos. Cæsaris & C. Curionis operâ, superiore anno ad Auguratum & plebis Tribunatum euectus, x. Kal. Ianuar. concionem habuit acerbissimam aduersus Pompeium, in qua erat accusatio eius à toga pura, querela de damnatis in tertio Consulatu, terror armorum, vt Cicero ad Atticum scribit libro VII. ep. VIII. Caus- *M. Antonij contra Cn. Pompeium concio.*

sam contentionis istam fuisse Plutarchus innuit in Antonij vita, quòd legiones duas à Cęsare missas, & ex S. C. ad bellum Parthicum destinatas, Pompeius C. Marcello Consule auctore sibi retineret, nouosque delectus haberet: Kal. postea Ianuarijs Cæsaris litteras à C. Curione allatas inuitis Consulibus in Senatu ipse legit, & Senatusconsulto de prouincijs & exercitu Cæsaris dimittendo, cum Q. Cassio collega intercessit. Vti ex litteris Cæsaris ad Senatum referretur, impetrari non potuit. Relatum de intercessoribus, contra quos graues dictæ sententiæ, contra Remp. videlicet eos facere videri. Itaque Lentuli Cos. iussu Senatu prohibiti, mox habitu mutato, ius Tribunitium violatum esse quiritantes, ad Cæsaris castra profugerunt. Eos propere sequuti sunt C. Curio & M. Calidius orator, qui pro Cæsare sententiam dixerat, infestus optimatibus ob Consulatus repulsam. Hanc igitur M. Antonij intercessionem vehementissime Cicero Philippica secunda exagitat, belli ciuilis caussam & originem eam fuisse disserens, ipsum scilicet tunc, vt Helenam Troianis, Reip. Romanæ caussam belli, caussam pestis atque exitij fuisse. Reuersus deinde cum Cæsare armato Romam, lege promulgata, aduersæ factionis omnes hostes appellauit, vt a Dione refertur, exulibus plurimis iudicio damnatis reditum dedit. De qua re multa quoq; Cicero Philippica secunda, vbi hunc eius Tribunatum mirifice suggillat. Postremo ob hæc eius acta, profligatis ex Italia partibus, Cæsar in Hispaniam iturus, M. Antonium adhuc Tribunum plebis contra mores maiorum Italiæ præsidijs præfecit cum titulo Propr. Ita enim semetipsum inscribit in epistola sua ad M. Ciceronem, quæ extat libro x. ad Atticum. Latius omnia referuntur à Dione, Appiano, Plutarcho, Cæsare Commentariorum belli ciuilis primo, Liuio, Cicerone, Orosio, & alijs.

M. Calidius Orator.

Q. Cassius . f. . n. Longinus Quæstor ante Pompeij in Hispania, vt diximus, nunc Tribunus plebis Cæsaris partibus accessit. Senatusconsulto de prouincijs, vt dictum, cum M. Antonio collega cùm intercessisset, simul vrbe relicta ad Cæsaris castra profugit, quemadmodum referunt diffusius suprà nominati Auctores, qui etiam scribunt, eumdem postea Hispaniæ præpositum à Cæsare, cum quatuor legionibus titulo Propr. quando pulsis inde Pompeij legatis in Italiam reuerteretur: sed cum crudeliter & auare prouinciam administraret, in caussa fuit, vt Cordubenses & duæ legiones a Cæsaris partibus desciscerent: Auctores sunt Dion, Hirtius, & Liuij Epitoma lib. cxi. vbi mendose Q. Catulus, pro Q. Cassius editur. De eius auaritia Val. Maximus lib. ix. cap. iv. Meminit illius aliquoties Cicero in epistolis ad Atticum libro vi. & vii. ep. iii. anno superiore Decembri mense data, dicens, Cæsaris partibus studere omnes damnatos, omnes ignominia affectos, omnes damnatione ignominiaque dignos, omnem fere iuuentutem, omnem illam vrbanam ac perditam plebem, Tribunos valentes, addito Q. Cassio, omnes qui ære alieno premantur. Item ep. xvi. tertio Non. Feb. data: Cassium (inquit) erat hic auditum, expulsum Anconâ, eamque vrbem à nobis teneri. Igitur tunc Cassius Cæsaris iussu Anconam præsidio occupauerat.

C. Cassius . f. . Longinus. Qui ex Quæstura Syriam aliquamdiu, donec M. Bibulus aduenisset, administrauerat, reliquiasque exercitus post cædem M. Crassi Procos. sui seruauerat; hoc anno Tribunus plebis Pompeianas partes sequutus est. Indicat hoc Cicero his verbis ad Atticum scribens lib. vii. ep. xix. Septimo, inquit, Idus Febr. Capuam C. Cassius Trib. plebis venit, attulit mandata ad Consules, vt Romam venirent, pecuniam de sanctiore ęrario auferrent, statim exirent vrbe relicta. Nominat rursus eumdem alijs in epistolis. Anno autem sequenti legatus Proquæstore Cn. Magni præfuit classi Syriacæ, vt tum dicemus.

L. Cæcilius C. Cæsari se obiecit.

L. Cæcilius * L. f. L. n * Metellus. Ærarium sanctius populi Romani, cuius claues à Consulibus erant asportati, contra Cæsarem victorem defendit, fores ærarij, quas effringere volebat ille, sella Tribunitia opposita complexus: verùm minis extremis interpositus Metellum Cæsar deterruit, atque abegit ex vrbe. Ærarium deinde foribus conuulsis aperuit, pecuniam omnem extraxit, neque sacro thesauro post vrbem à Gallis captam à maioribus deposito, & ad extrema Reip. pericula similia reseruato pepercit; dicens, religione solutam ciuitatem perdomitis à se Gallis, vt nihil ab his sit amplius periculi metuendum. Abstulisse autem tum Cæsarem ex ærario tradit Orosius vsque ad auri pondo milia quatuor centum triginta quinque. Verum Plinius libro xxxiii. cap. iii. aliquanto exactius summam explicat, C. Cæsarem dicens primo introitu vrbis in bello suo ciuili ex ærario protulisse laterum aureorum xxvi. ∞. & in numerato, pondo ccc. ∞. Nec fuisse alijs temporibus Remp. locupletiorem asserit. Ceterùm de hac Metelli cum Cæsare controuersia scribit etiam ad Atticum Cicero, libro x. ep. iv. Curionem scilicet inter alia ei retulisse in transitu villæ Formianæ, priusquam abiret in Siciliam, Cæsarem pla-

C. Cæsar L. Metellum vrbe exegit. Ærarium effractum exhaurit.

nè

» nè iracundia elatum voluisse occidi Metellum Tribunum plebis. Quod si esset factum, » cædem magnam futuram esse: permultos hortatores esse cædis: ipsum autem non voluntate aut natura non esse crudelem; sed quòd putaret, popularem esse clementiam: » quòd si populi studium amisisset, crudelem fore: eumque perturbatum, quòd intelligeret, se apud ipsam plebem offendisse de ærario. Itaque ei cùm certissimum fuisset antequam proficisceretur, concionem habere: ausum non fuisse, vehementerq; animo perturbato profectum. Rursus epistola sexta, Cæsarem scribens ipsi illi egenti ac perditæ multitudini in odium acerrimum venisse, qui duarum rerum simulationem tam citò amiserit, mansuetudinis in Metello, diuitiarum contemptus, in ærario effringendo. Facti verò istius inuidiam Cæsar, prout potuit, declinauit, in Commentariis suis scribens, ærarium à Lentulo Consule profugiente præ metu apertum fuisse relictum, cùm pecuniam Pompeio ad bellum proferre deberet, Cæsarianique interea equites in vrbe adesse falsò nuntiarentur. Vide quæ habentur de his libro primo Commentariorum belli ciuilis, vt historiam latius intelligas, item quæ à Dione, Appiano, Plutarcho in Cæsare & Pompeio, Zonara, & aliis referuntur. *C. Cæsar in odium plebis cur venerit.* *Cæsar se purgat.*

L. Marcius * Q. f. Q. n * Philippus. Senatusconsulto de Fausto Sulla in Mauritaniam mittendo intercessit, vt Commentariorum belli ciuilis primo. Prætorem posteà fuisse docebo, quo anno Cæsar occisus est.

A. Hirtius A. f. . nepos. Legem cum M. Antonio collega de proscriptione Pompeianorum tulit, qua etiam dignitatibus illos spoliabat, sicut ex Ciceronis Philippica XIII. colligimus, vbi recitat ex litteris M Antonij verba hæc: Neminem Pompeianum, qui viuat, tenere lege Hirtia dignitates. De quibus ita Cicero: Qui quæso iam legis » Hirtiæ mentionem facit? cuius non minus arbitror latorem ipsum, quam eos, de quibus » lata est, pœnitere. Omnino mea quidem sententia legem illam appellare fas non est; & » vt sit lex, non debemus illam Hirtij legem putare. Et quidem hæc in Senatu tunc Cicero, cùm A. Hirtius Consul esset, & Cæsare occiso Senatus optimatiumque caussam contra M. Antonium Mutinæ obsessum defenderet, qui alioquin antea semper cum C. Pansa collega Cæsaris partibus adhæserat. *Hirtia lex.* *A. Hirtius Cæsari primò adhæsit.*

C. Lælius * C. f. C. nepos * Petiisse in hunc annum cum M. Antonio plebis Tribunatum, indicat M. Cælius orator, Familiarium libro VIII. ad Ciceronem scribens, quorumdam opinione C. Curionem anno superiore Tribunatum plebis idcircò anticipasse in locum damnati petendo, vt scilicet nobiles ac potentes collegas, quos hoc anno » Tribunos plebis futuros videbat, euitaret. Verba eius sunt hæc: Quod a reliquis quoque » vsque eò est animaduersum, vt Curio, qui nihil consilio facit, ratione & insidiis vsus vi- » deretur in euitandis eorum consiliis, qui se intenderant aduersarios in eius Tribunatum; » Lælios, & Antonios, & id genus valenteis dico. Ex quibus profectò fit verisimile, cum M. Antonio & C. Lælium fuisse hoc anno Tribunum plebis.

Quæstores vrbani.

T. Ligarius . f. . nepos. vt Cicero in oratione pro Q. Ligario fratre istius demonstrat, vbi C. Cæsarem alloquitur his verbis: Memoria teneo, qualis tum T. Ligarius » Quæstor vrbanus fuerit erga te & dignitatem tuam; qui tum nihil egit aliud, nisi vt tu » eum studiosum & bonum virum iudicares, nunc à te supplex fratris salutem petit. *T. Ligarius Quæstor Quincti frater.*

Cn. Nerius . f. . nepos. Qui P. Sestium de ambitu anteà postulauerat, vt Cicero testatur ad Q. Fratrem, libro II. epist. III. Quæstorem verò vrbanum hoc anno fuisse, colligimus ex denario antiquo, quem Romæ me vidisse memini cum hoc eius titulo, NERI. Q. VRB. Ab altero denarij latere nomina Consulum L. Lentuli & C. Marcelli visuntur, & signa militaria. Itaque videtur hic Quæstor Pompeium ac Consules sequutus; cum eius collega Ligarius, vt innuit Cicero, Romæ manserit, & Cæsarem coluerit. *Nummus Cn. Nerij Quæst. vrbani.*

Prouinciæ.

C. Iulius C. f. C. n. Cæsar. Procos. Gallias & Illyricum contra leges ac S. C. obtinuit per Legatos: ipse cum exercitu in Italiam profectus, bellum ciuile est aggressus, vt antè diffusiùs narratum est.

Cn. Pompeius Cn. f. Sex. n. Magnus. Procos. Hispanias obtinuit per Legatos L. Afranium, M. Petreium, & M. Varronem; quos Cæsar diuersis prœliis victos inde expulit, vt etiam antè ex variis Auctoribus dictum est. Nam hæ Pompeia-

næ prouinciæ ex lege Trebonia remanebant, donec à Cæsare occuparentur; Cæsaris autem prouinciæ mox initio anni mutatæ, atque ex S.C. & lege Pompeia cum ceteris in sortem coniectæ sunt. De qua Cæsar item Commentariorum belli ciuilis primo mentionem facit his verbis: Prouinciæ (inquit) priuatis decernuntur; duæ Consulares, reliquæ Prætoriæ. Scipioni obuenit Suria, L. Domitio Gallia, Philippus & Marcellus priuato consilio prętereuntur, neque eorum sortes deiiciuntur. In reliquas prouincias Prætores mittuntur, neque expectant (quod superioribus annis acciderat) vt de eorum imperio ad populum referatur: paludatique votis nuncupatis exeunt. Consules (quod ante id tempus acciderat numquam) ex vrbe proficiscuntur, lictoresq; habent in vrbe, ex Capitolio priuati, contra omnia vetustatis exempla. Hęc Cęsar de prouinciarum istius anni constitutione, eam diuersimodè cauillatus, vti caussam suam speciosiorem redderet. Latent tamen in his aliquot menda, quę studioso Lectori detegere operępretium erit. Sunt auté hæc: Philippus & Marcellus priuato consilio prætereuntur. Legerem potius, Philippus & Marcellinus. Hi namque simul Consules ante L. Domitium & Q. Scipionem fuerant, nec prouincias obtinuerant; atque idcircò his debebant ex Senatus decreto & lege Pompeia (si vellent) pręferri in prouinciarum Consularium sortitione, tamquam seniores post Ciceronem & Bibulum; vtpote qui post Consulatum vltra quinquennium priuati sine prouinciis fuissent. Marcellis autem duobus tum nouis Consularibus in ea re non fiebat iniuria, cùm ex more tum inducto & lege Pompeia prouincias nondum obtinere possent, quemadmodum ex superioribus est manifestum. At Philippus & Marcellinus, qui Cæsaris partibus studebant, in isto dissensionis periculo non sine caussa præteriti videntur fuisse: Philippus, quia Cæsari affinitate coniunctus erat; & Marcellinus, quia priuato erat odio infensus Pompeio iam à Consulatu, adeò vt etiam bello ciuili Cæsarem sit sequutus, vt ex Orosio cognoscimus libro VI. cap. XV. De qua re conqueritur etiam Cæsar libri eiusdem fine in oratione ad L. Afranium; in se dicens iura magistratuum commutari, ne ex Prætura & Consulatu, vt semper, sed per paucos probati & electi in prouincias mittantur. Iam quod sequitur, In reliquas prouincias Prætores mittuntur; legendum, Prætorij mittuntur. Mox enim dixerat, prouincias ordinarias non magistratibus, sed priuatis decretas esse: & recte videlicet ex lege Pompeia, & S.C. quod factum erat ante triennium. Magistratibus autem huius anni, nempe Consulibus, Prætoribus, atque Tribunis plebis, (vt diximus) nouo S.C mandatum erat, viderent, Ne quid Respublica detrimenti caperet. Quapropter Italiæ tutela Prætoribus plerisque commissa est, plerique Romæ manserunt, sicut ex suprà dictis patet. Et posteà cùm dicit, Lictoresque habent in vrbe ex Capitolio priuati; malim legere, in Capitolio. Vult enim dicere, paludatos, qui votis nuncupatis in prouincias abire debebant, contra morem maiorum in vrbe atq; in Capitolio habuisse lictores, cùm sine lege Curiata in prouincias exirent, & de eorum priùs imperio ad populum non esset latum. Verum nunc transeamus ad alios, qui ex S.C. prouincias exteras sortiti sunt, inter quos primus occurrit

Loci in Cæsare mendosi.

S.C. in periculosis temporibus.

L. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus. Procos. Qui Galliam vlteriorem à Cæsare possessam sortitus, non tamen obtinuit. Nam dum delectum agit, à Cæsare cum legionibus ingruente præoccupatus Corfinij cum viginti circiter cohortibus, quas è Marsis & Pelignis coëgerat, obsidetur; & tandem proditione suorum cum multis aliis Senatorij ordinis, qui eò confugerant, Cæsari deditur. A quo dimissus incolumis, ad Pompeium redit, atque inde Massiliam profectus, eam vrbem contra Cæsarianum exercitum diu defendit. Vnde tamen elapsus per summum discrimen, rursus in Gręciam ad Pompeiana castra euasit, & tandem cum ceteris post aciem Pharsalicam anno sequenti ab equitibus in fuga oppressus occubuit, Cæsaris regno ac dominationi semper inimicissimus. Vide Dionem, Plutarchum, Appianum, Suetonium, Cæsarem libro primo belli ciuilis, Lucanum, & alios.

L. Domitius captus à suis Cæsari deditur mox, sæpè profugus.

Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Pius. Scipio. Procos. Suriam sortitus obtinuit. In prouinciam mox abiit comite Cneio Pompeij Magni filio, vti pecunias, classem auxiliaque quanta possent, compararent: Plutarchus in Pompeio. Hinc etiam Cicero ad Atticum prid. Non. Martias: Nam Scipio vel in Syriam proficiscitur sorte, vel cum genero honestè, vel Cæsarem fugit iratum.

M. Porcius M. f. M. n. Cato. Propr. Siciliam ex S. C. & lege Pompeia sortitus obtinuit, T. Furfanio successor datus. In prouinciam, cùm iam esset pacis spes abiecta, profectus est, vbi classem reparauit, naues ciuitatibus imperauit, in Lucanis Brutiisque per legatos suos ciuium Romanorum delectus habuit summo studio & diligentia. Equitum peditumque certum numerum a ciuitatibus Siciliæ exegit. Sed Cæsar Brundusio Ro-

M. Cato Siciliæ Propr.

sio Romam reuersus, occupata Italia, L. Curionem Catoni iussit succedere, qui præmisso cum exercitu Asinio Pollione Legato, Catonem nondum armatum atque imperatum occupata Messana præuenit, atque insula excedere coëgit. Qui ne prouinciam cladibus inuolueret, in concione Syracusis multùm de temeritate Pompeij conquestus, quòd imparatissimus bellum non necessarium suscepisset, VIII. Kal. Maij, relicta Sicilia, Dyrrachium nauigauit. Vide Dionem lib. XLI. Appianum lib. II. Cæsarem lib. primo, Plutarchum in Pompeio & Catone, Orosium, & alios. Meminit Val. Max. lib. IV. cap. III. Cicero ad Atticum libro VII. & X. Eius temporis videtur nummus argenteus esse, cum capite muliebri diademato, & litteris, M. CATO. PRO. PR. Fortassis Romæ caput fuerit; nam à tergo est Victoria sedens cum palma, cui subscriptum, VICTRIX. quasi dicat, Roma victrix.

M. Aurelius . f. . n. Cotta. Propr. Sardiniam ex S. C. & lege Pompeia sortitus obtinuit. Cui Cæsar Q. Valerium legatum suum succedere iussit cum legione vna. Igitur Caralitani, simul ad se Valerium mitti audierunt, eo nondum profecto ex Italia, sua sponte Cottam ex oppido eijciunt. Ille perterritus, quòd omnem prouinciam consentire intelligeret, ex Sardinia in Africam profugit. Nacti igitur eodem fere tempore vacuas ab imperiis, Sardiniam Valerius, Siciliam Curio, cum exercitibus eas occuparunt. Hæc fere Commentariorum belli ciuilis primo. Meminerunt Appianus, & Orosius lib. VI. cap. XV. Cicero etiam ad Atticum libro X. ep. XVI. his verbis: Cato, qui Siciliam tenere nullo negotio potuit; & si tenuisset, omnes boni ad eum se contulissent, Syracusis profectus est ante diem VIII. Kal. Maij, vt ad me Curio scripsit. Vtinam, quod aiunt, Cotta Sardiniam teneat: est enim rumor. O, si id fuerit, turpem Catonem!

L. Ælius . f. . n. Tubero. Propr. Africam ex S. C. & lege Pompeia sortitus erat: sed, vt à Cæsare, & Cicerone in oratione pro Q. Ligario refertur, prouinciam à P. Atio Varo præoccupatam repperit, qui ad Auximum amissis cohortibus protinus ex fuga in Africam peruenerat, atque eam sua sponte vacuam occupauerat, delectuque habito duas legiones effecerat; hominum & locorum notitia, & vsu eius prouinciæ nactus auctoritatem atque aditus ad ea conanda, quòd paucis ante annis ex Prætura eam prouinciam obtinuerat. Itaque venientem Vticam cum nauibus Tuberonem portu atque oppido prohibet, neque affectum valetudine filium exponere in terram patitur: sed sublatis anchoris excedere inde coëgit, atque ad Pompeium in Macedoniam nauigare. Meminit item Orosius libro VI. cap. XV.

M. Considius M. f. . n. Nonianus. Propr. Galliam Cisalpinam ex S.C. & lege Pompeia sortitus obtinuit. Demonstrant hoc Ciceronis verba ad Tironem libertum lib. XVI. Familiarium epistola XI. vbi de simulatæ pacis conditionibus mense Ian. a Cæsare oblatis: Feruntur (inquit) omnino conditiones ab illo, vt Pompeius eat in Hispaniam, delectus qui sunt habiti, & præsidia nostra dimittantur: se vlteriorem Galliam Domitio, citeriorem Considio Noniano (his enim obtigerunt) traditurum. Ad Consulatus petitionem se venturum, neque iam velle absentis rationem haberi; se præsentem trinundinum petiturum. Accepimus conditiones, sed ita, vt remoueat præsidia ex iis locis quæ occupauit, vt sine metu de iis ipsis conditionibus Romæ Senatus haberi possit. Verum Cæsar validiore se videns, præsidia non solùm non detraxit, sed occasione vsus, intra paucos dies totam Italiam occupauit. Itaque Considius in prouinciam Galliam non iuit: eam enim per vim atque arma retinebat Cæsar, sed quemadmodum L. Domitius aliique partem Italiæ obtinere & tutari iussus est. De qua re Cicero in epistola ad Cn. Pompeium Procos. libro VIII. ad Atticum his verbis: Capuam veni eo ipso die, quo tu Theano Sidicino es profectus. Volueras enim me cum M. Considio Propr. illa negotia tueri.

. Caluisius . f. . n. Sabinus Propr. Bithyniam & Pontum ex S.C. & lege Pompeia obtinuit. Cum Pharnace Mithridatis regis filio bellum gessit, qui propter patrem occisum regno Bosphorano donatus à Pompeio Magno Sinopen ceperat, Amisum Ponti vrbem oppugnabat, quo tempore Pompeius & Cæsar inter se conflictabantur, vt asserit Appianus in Mithridatica.

P. Sestius L. f. . nepos. Propr. Ciliciam & Cyprum ex S.C. & lege Pompeia obtinuit. Quam prouinciam anno superiore ambiuerat L. Paullus Cos. vt Ciceroni succederet. Hinc ad Atticum ille lib. VI. epist. I. mense Martio ante decessum, successorem sibi Paullum fore existimás, de Salaminiis ita scribit: Sed quid iis fiet, si huc Paullus venerit? Verùm hoc ab aduersariis Cæsaris, cui tum Paullus studebat, impeditum est, obtentumque vt S.C. & lex Pompeia obseruaretur. Nam cum imperio fuisse P. Sestium

hoc anno, atque cum Pompeio Consulibusque transisse in Macedoniam, demonstraui in eius vrbana Prætura anni DCC. Atque vt tum quoque dixi, in primis constat ipsum etiam sequenti anno in transmarina prouincia aliqua cum imperio fuisse, nec non a Cæsare victore receptum in gratiam, concessis lictoribus cum imperio in prouincia remansisse. Sic enim ad Atticum de ea re Cicero, lib. XI. ep. VII. Gratę mihi tuæ litteræ sunt, quibus accurate præscribis omnia, quæ ad me pertinere arbitratus es. Factum igitur, vt scribis, istis placere, iisdem illis lictoribus me vti, quod concessum Sestio sit: cui non puto suos, esse concessos, sed ab ipso datos. Audio enim eum ea S.C. improbare, quæ post discessum Tribunorum facta sunt: quare poterit, si volet, sibi constare, nostros lictores comprobare. „ Hæc Cicero XIV. Kal. Ian. anno sequenti, deuicto iam Pompeio, Cæsarem sperans non improbaturum eius imperium, quod diutius triumphi obtinendi caussa retinuerat, atque ante fugam Tribunorum acceperat, cum Sestio imperium ac lictores post victoriam reliquerit, qui post fugam Tribunorum postremo Senatusconsulto illud acceperat. Itaque Sestio non concessos, sed datos denuo lictores a Cæsare dicit, qui S. C. quo eos post Tribunorú fugam acceperat, damnasset. Iam verò Ciliciam ac Cyprum obtinuisse Sestium, ex pænultima Ciceronis epistola libri v. Familiar. videmur colligere, in qua Mellinio Quæstori suo respondet de pecuniis ab ipso depositis conquerenti, quas P. Sestius propter instans bellum ex S. C. abstulerat. Locum Ciceronis, quia prolixior est, omittimus.

// . // . // . f. // . n. // . Achaiam
// . // . // . f. // . n. // . Macedoniam
// . // . // . f. // . n. // . Asiam
// . // . // . f. // . n. // . Illyricum
// . // . // . f. // . n. // . Cretam & Cyrenen

Proprr. vel ex S. C. & lege Pompeia, vel prorogato imp. obtinuére.

// . Voconius // . f. // . nepos. Hunc inter alios cum imperio fuisse ex S. C. & cum Pompeio Consulibusque transisse in Macedoniam, ostendi in eius vrbana Prætura anni DCC.

Prouincię extra ordinem ex S. C. decretæ.

C. Claudius M. f. M. n. Marcellus. L. Cornelius P. f. // . n. Lentulus. Crus. Coss.

Cn. Pompeius Cn. f. Sex. n. Magnus. Procos. bellum cum C. Cæsare, imperiumque per omnes populi Rom. prouincias summum obtinuêre. His namque permissum ac mandatum, vt delectus tota Italia, omnesque per prouincias haberent, pecunias ærario quantas vellent, sumerent; arma, classem imperarent; auxiliaque, quanta opus essent, vndecumque compararent. Verum Cæsar more suo magnum putans imparatos obruere, cum legionibus festinat in Italiam. Loca omnia obuia præsidiis occupat, aduersariorum delectus impedit, pluresque cohortes in potestatem redigit. Consules Pompeiusque cum maiore parte Senatus ab vrbe in Campaniam, ac deinde Brundusium profugiunt, eoque classem exercitumque, quem conficere potuerant, conuenire iubent; quem mox adueniente cum legionibus Cæsare transportant in Græciam, vbi reliquum eius anni in apparatu bellico, contrahendisque auxiliis consumpsere; dum Cæsar interim Italiam totam, Siciliam, Sardiniam, atque Hispanias in potestatem redigit. Historiam latius omnes ante dicti tradunt.

M. Bibulus oræ maritimæ Præfectus.

M. Calpurnius L. f. // . n. Bibulus Procos. classem atque præfecturam totius oræ maritimæ obtinuit. & sub eo legati præfectique plures fuere. Nam præerat Ægyptiis nauibus Cn. Pompeius Cn. Magni filius, Asiaticis D. Lælius & C. Triarius, Syriacis C. Cassius, Rhodiis C. Marcellus cum C. Pomponio, Liburnicæ atque Achaicę classi L. Libo & M. Octauius: toti tamen officio maritimo M. Bibulus præpositus est, qui vt mare Cæsarem transire prohiberet, omni in ora maritima classes disposuerat. Vide commentaria belli ciuilis libro III. Appianum, Dionem, Plutarchum, & alios.

M. Cicero Procos. oræ maritimæ Præfectus.

M. Tullius M. f. M. n. Cicero Procos. Capuam atque oram maritimam Campaniæ obtinuit. Qui è prouincia reuersus, prid. Non. Ianuarias ad vrbem accesserat triumphi obtinendi caussa; sed incidit in ipsam flammam ciuilis discordiæ, vt ipse ad Tironem libertum scribit Familiarum lib. XVI. ep. X. Italiæ regionibus ex S. C. descriptis, quam quisque Consularium Prætoriorumq; partem tueretur, ipse Capuam, Formios, oramque Campaniæ maritimam cum M. Considio Propr. Pompeij permissu sumpsit, nullumque maius negotium suscipere voluit, quo plus apud Cæsarem suæ litteræ cohor-

cohortationesq́ue ad pacem valerent, quemadmodum ipse ad eumdem Tironem in epistola sequenti scribit, & ad Cn. Magnum Procos. libro VIII. epistolarum ad Atticum, & libro VII. ep. XI. ad Atticum: Ego, inquit, negotio præsum non turbulento. Vult enim me Pompeius esse, quem tota hęc Campana & maritima ora habeat ἐπίσκοπον, ad quem delectus & summa negotij referatur. Mense tamem Maio vt ceteri, Italia relicta, ad Pompeium cum Q. Fratre nauigauit: vt Plutarchus, alijque.

P. Cornelius P. F. .. N. Lentulus Spinther Procos. Asculum Picenum cum decem cohortibus obtinuit, sed aduentante cum duabus legionibus Cæsare, profugit ex oppido, cohortesque secum adducere conatus, à magna parte militum deseritur. Vnde etiam sic Lucanus canit libro secundo, vers. 467.

——— Depellitur arce
Lentulus Asculea; victor cedentibus instat,
Diuertitq; acies; solusq; ex agmine tanto
Dux fugit, & nullas ducentia signa cohortes.

Relictus in itinere cum paucis incidit in Vibullium Rufum, missum à Pompeio in agrum Picenum, confirmandorum hominum caussa: à quo factus Vibullius certior, quę res in Piceno gererentur, milites ab eo accipit, ipsum dimittit, ipse ex finitimis regionibus, quas potuit, contrahit cohortes ex delectibus Pompeianis, in his Camerino fugientem Lucceium Hirrum cum sex cohortibus, quas ibi præsidio habuerat, excipit. Quibus coactis tredecim efficit. cum his ad Domitium Ahenobarbum Corfinium magnis itineribus peruenit. Vbi postea cum alijs Senatoribus in Cæsaris potestatem venit. A quo cum ceteris humaniter dimissus secessit Puteolos in villam suam, atque deinde a bello ciuili abstinuit. De qua re Cicero ad Atticum libro IX. ep. XII. data XIV. Kal. Aprilis: Lentulum (inquit) nostrum scis Puteolis esse: quod cum à viatore quodam esset auditum, qui se diceret, eum in Appia, cùm is paulum lecticam aperuisset, cognosse; etsi vix verisimile, misi tamen Puteolos pueros, qui peruestigarent, & ad eum litteras. Inuentus est vix, in hortis suis se occultans, litterasque mihi remisit, mirificè gratias agens Cæsari. Et in epistola sequenti ad ipsum Cæsarem: Ego cum antea tibi de Lentulo gratias egissem, cum ei saluti, qui mihi fuerat, fuisses; tamen eius litteris lectis, quas ad me gratissimo animo de tua liberalitate beneficioq; misit, eamdem me salutem a te accepisse putaui, quàm ille. In quem, si me intelligis esse gratum, cura obsecro, vt etiam in Pompeium esse possim. Rursus in epistola XV. ad Atticum his verbis: Lentulus noster Puteolis est, ἀδημονῶν, vt Cæcius narrat. Quid agat? διστάζοντα Corfiniensem reformidat. Pompeio nunc putat satisfactum, beneficio Cæsaris mouetur. Vide lib. I. Commentariorum belli ciuilis.

P. Lentulus Spinther Puteolos secessit, & à ciuili abstinet bello.

L. Scribonius * L. F. L. N * Libo Propr. Etruriam obtinuit. Sed transgressio Rubiconem cum exercitu Cæsare, omniaque passim occupante, delectus quos habere cœperat, omisit, & ad Pompeium profugit, a quo classi Liburnicæ postea præpositus, sub M. Bibulo Procos. legatus Propr. fuit, ac post eius mortem pręfectus totius oræ maritimæ, vt deinde dicetur. Etruriam verò obtinuisse belli initio, docet L. Florus libro quarto: Prima, inquit, Arimino signa cecinerunt, tum pulsus Etruria Libo, Vmbria Thermus, Domitius Corfinio. De qua re Lucanus quoque libro secundo sic, ver. 461.

Gens Etrusca fuga, trepidi nudata Libonis.

Q. Minucius * Q. F * .. N. Thermus II. Propr. Iguuium in Vmbria cum cohortibus quinque obtinuit. Verùm perspecto Iguuinorum erga Cæsarem studio, vt Curionem cum tribus cohortibus eò missum aduentare intelligit, diffisus municipij voluntati Thermus, cohortes ex vrbe educit, & profugit. Milites in itinere ab eo discedunt, & domum reuertuntur: Cæsar lib. I. Meminit Cicero Epistolarum ad Atticum lib. VII. rogans quid agat Domitius in Marsis, Iguuij Thermus, P. Atius Cinguli, quibus in locis tunc delectus faciebant. Verùm in locis e Cicerone & Cæsare iam adductis, falsò Tignium vulgò legi, ex vetustis codicibus probatur, nec ab eius, doctissimique Augustini Steuchi opinione discedo, facileq; consentio illud Vmbriæ municipium, quo Thermus est pulsus, Iguuium vocari: quod nomen in Auctorum exemplaribus fere omnibus corruptum, in marmoribus dumtaxat antiquis verum ac genuinum remansit. Vmbriâ quidem pulsum Thermum docent loca ex L. Floro & Cn. Magni litteris adducta. Adstipulatur Lucanus, mendoso licet versu, in quo nomen illud oppidi prorsus abolitum esse videtur. Nam rectius forte legi poterit:

Iguuium pulso iam perdidit Vmbria Thermo.

vbi nunc vulgò habetur, *Iusque sui pulso*, &c. Atque ita librarij, cùm sibi rara & ignota nomina corrigere volunt, corrumpere sæpe solent.

P. Atius

P. Atius ..f. ..n. Varus II. Propr. Auximum cum cohortibus obtinuit, delectumque toto Piceno habere cœperat; sed aduentante cum legionibus Cæsare, decurionum monitis ac ciuium consensu, qui portas Cæsari aperire volebant, territus, præsidium quod introduxerat, ex oppido educit, & profugit. De qua eius fuga sic idem Lucanus, vers. 465.

Varus, vt admotæ pulsarunt Auximon alæ,
Per diuersa ruens, neglecto mœnia tergo,
Quà siluæ, quà saxa, fugit. ——

Ac demum desertus a suis, cum paucis in Africam abiit, eamque prouinciam, quam anteà Prætor obtinuerat, occupauit, vt suprà narrauimus. Vide Cæsarem libro primo.

M. Nonius .. f. .. n * Sufenas * II. C. Fannius .. f. .. n. Strabo II. Proprr. cum imperio Consules & Cn. Pompeium in Græciam sequuti sunt, vt Cicero ad Atticum ait libro VIII. epist. XXIII. cuius verba superius anno DCC. adduxi.

C. Considius . f. . n. Longus. Propr. Adrumetanam prouinciam in Africa legionis vnius præsidio obtinuit: Cæsar libro II.

Prouinciæ extra ordinem à Cæsare contra leges constitutæ.

M. Antonius M. f. M. nepos. Trib. plebis Propr. Italiam obtinuit, à Cæsare præsidiis eius omnibus præfectus, cùm ille in Hispaniam cum exercitu proficisceretur. Itaque seipsum quoque vocat Tribunum plebis Propr. in epistola ad Ciceronem, quæ extat libro X. ad Atticum Aprilis fine data. Astipulatur Appianus ciuilium secundo.

C. Scribonius C. f. C. n. Curio. Tribunitius Siciliam Propr. obtinuit, à Cæsare missus cum legionibus tribus ad eam prouinciam occupandam, vt anteà diximus. Iussus etiam deinde traducere in Africam exercitum, vbi à Iuba rege, de cuius Regno in prouinciæ formam redigendo Tribunus plebis legem promulgarat, tandem prælio ingenti victus occiditur. Vide Cæsarem libro primo & secundo, Liuium lib. CX. Dionem, Appianum, & alios. Hi igitur, vt & alij sæpe postea, imperium ac fasces primò contra leges à solo Cæsare acceperunt, atque vsurparunt. Verùm de Curionis imperio ac fascibus lepide Cicero ad Atticum lib. X. epistola quarta, XV. Kal. Maij data, vbi multa pulchrè de colloquio cum Curione habito, cùm ab eo in Siciliam profecturo visitaretur in villa Formiana. Ait enim ita: Quid isti, inquam, sex tui fasces? si ab Senatu, cur laureati? si ab „ ipso, cur sex? Cupiui, inquit, ex S.C. subrepto: nam aliter non poterat. At ille impendio „ nunc magis odit Senatum; à me, inquit, omnia proficiscentur. Sex autem, quia duo- „ decim nolui, nam licebat. Tale Curionis responsum fuit, taleque imperium à Cæsare do- „ minante & ceteri sequentes, aliique acceperunt.

Q. Valerius Q. f. .. n. Orca. Legatus Propr. Sardiniam à M. Cotta relictam Cæsaris iussu cum vna legione occupauit: sicut anteà dictum est.

Q. Cassius .. f. .. n. Longinus. Trib. plebis Propr. Hispaniam vlteriorem cum quatuor legionibus Cæsaris iussu obtinuit, cum is M. Varrone ad deditionem compulso, Hispaniaque omni subacta, in Italiam reuerteretur: Cæsar belli ciuilis secundo, Dio lib. XLI.

C. Fabius. * C. f. .. n. Hadrianus * Quæstorius legatus Hispaniam citeriorem Propr. obtinuit, cum tribus legionibus à Cæsare præmissus ad occupandos Pyrenæos, dum ille circa Massiliæ obsidionem detinetur. Fabius intereà, adhibita celeritate, Pyrenæi claustra deiectis præsidiis aperit, in Hispaniam citeriorem legiones traducit, & in Sicori flumine pontibus factis aduersus inimicos castra posuit ad Ilerdam, quos leuioribus equestribus præliis detinet, atque intereà ciuitatum finitimarum animos nuntiis litterisque tentat, donec Cæsar cum reliquo exercitu aduenit. Vide Comment. belli ciuilis lib primo. Dio libro XLI. Cæsarem scribens festinasse in Hispaniam, cum audiret L. Afranium & M. Petreium legatos cum legionibus adesse in citeriore prouincia, veritus, ne se absente propriis auspiciis prælio commisso superaretur C. Fabius. Hunc igitur, post victoriam, à Cæsare redeunte in Italiam, cum præsidio & imperio in ea prouincia hoc anno relictum esse suspicamur.

C. Fabius Quæstorius ad Ilerdam Hisp. castra ponit.

M. Licinius M. f. P. n. Crassus. Quæstorius legatus Galliam Cisalpinam Propr. obtinuit, vt auctor Appianus, T. Labieno qui ad Pompeium transierat, successor datus à Cæsare in Hispaniam proficiscente. Magnus hic apud Cæsarem fuit, ob patris M. Crassi memoriam, ideoque Parthis etiam metuendus; qui ob eam caussam hoc

bello ciuili se Pompeio iunxerunt, quemadmodum suprà in eius Quæstura ex Iustino dixi.

C. Antonius M.f. M. nepos. Quæstorius Legatus Illyricum Propr. Cæsaris iussu obtinuit. Captus à M. Bibuli Procos legatis L. Libone & M. Octauio, dum P. Dolabellæ, Cæsarianæ classis in supero mari Præfecto, venit auxilio. Quod ita narratur à Dione: Dum hæc, inquit, Romæ atque in Hispania geruntur, M. Octauius & L. Scribonius Libo classe Pompeiana P. Dolabellam Cæsaris legatum ex Dalmatia profligauerunt, & C. Antonium subuenire ei volentem, pulsum in insulam quamdam exiguam obsederunt, ibique desertum ab incolis, fameque pressum cum omni fere exercitu ceperunt. Meminit & Appianus libro secundo, C. Antonium Illyrici Præfectum & Dolabellam ab Octauio Pompeiano duce superatos scribens, quo tempore Curio in Africa victus & occisus, & Placentiæ militaris seditio commouetur. Item Suetonius Cæsarem omnibus ciuilibus bellis nullam cladem nisi per legatos suos passum asserit, Quorũ, inquit, C. Curio in Africa periit, C. Antonius in Illyrico in aduersariorum deuenit potestatem, P. Dolabella classem in eodem Illyrico, Cn. Domitius Caluinus in Ponto exercitum amiserunt. Nec prætereunda sunt quæ Liuius libro cx. de hac Illyrica expeditione refert: C. Antonius, inquit, legatus Cæsaris male aduersus Pompeianos in Illyrico rebus gestis captus est: in quo bello Opitergini Transpadani Cæsaris auxiliares, rate sua ab hostilibus nauibus clausa, potius quàm in potestatem inimicorum venirent, inter se occurrentes occubuerunt. Orosius libro VI. cap. XV. tradit Antonium se cum quindecim cohortibus semet Octauio dedidisse, omnesque ad Pompeium a Libone deductos esse. Atqui Antonium posteà cum ceteris victoria Pharsalica liberatum, constabit ex sequenti historia. *C. Antonius Illyrico captus.*

Quæstores.

C. Sallustius //.f. //n. Crispus. Historicus. Quæstor iterùm Vrbanus, qui, vt diximus, anno superiore à Censoribus Senatu motus erat, hoc anno, vt arbitror, gradus Senatorij recuperandi caussa, antequam Prætor fieret, alteram Quæsturam à Cæsare cepit, cum priorem ex lege gessisset ante Tribunatum plebis, quam anno superiore posuimus. Porrò bis Quæstorem fuisse, aperte declarat Ciceronis nomine Inuectiua in eumdem Sallustium. Sic enim ille: Tu Crispe Sallusti, tantidem putas esse bis Senatorem & bis Quæstorem fieri, quanti bis Consularem, & bis Triumphalem? De hac autem secunda eius Quæstura intelligimus quæ paulò antè dicit: At idem Sallustius, qui in pace ne Senator quidem manserat, posteaquam Respub. armis oppressa est, ab eodem victore, qui exules reduxit, in Senatum post Quæsturam reductus est. Quem honorem ita gessit, vt nihil non venale in eo habuerit, cuius aliquis emptor fuerit. Et quæ sequuntur, ostendunt quam auarè magistratum hunc administrauerit Sallustius. Ergo videtur à Cæsare Dictatore hoc anno in Senatum cum aliis, quos Censores eiecerant, reductus. Quod etiam Suetonius his verbis indicat: Cæsar nudatos opere Censorio, aut sententia iudicum de ambitu condemnatos restituit. De eodem C. Sallustio intelligenda quidem videntur (tametsi tacent omnes, quibus vidi interpretes) quæ Cicero Officiorum II. de proscriptionis hasta scribit, quamuis eum non nominet. Alter autem, inquit, qui in illa Dictatura Sullæ scriba fuerat, in hac fuit Quæstor vrbanus. Quod de L. Cornelio Lentulo, vt infrà videbimus, accipi etiam queat.

//. //. //. f. //. n. //. Ostiensis in Latio
//. //. //. f. //. n. //. Calesinus in Campania
//. //. //. f. //. n. //. Canusinus in Apulia
//. //. //. f. //. n. //. M. Catonis Propr. in Sicilia Suracusanus
//. //. //. f. //. n. //. Eiusdem Lilubætanus

//. Marcius. //. f. //. n. Rufus. Fortè Rutilus, quod cognomen Marciis gentilitium vetus est. In Sicilia hoc anno Quæstorem fuisse, testatur Cæsar Commentariorum belli ciuilis secundo, his verbis: Hunc sequutus Marcius Rufus Quæstor nauibus duodecim, quas præsidio onerariis nauibus Curio ex Sicilia eduxerat, &c. Ex quibus colligere est, Marcium Quæstorem post Catonis discessum in Sicilia remansisse, fortunamq; sequutum victori Curioni adhæsisse, eiusdemque iussu cum classe, cui prçerat, forte Lilybætana, ductitasse onerarias Curionis naues, quibus exercitum ille transportabat in Africam. Castris postea ad Vticam præfectus, cùm Curio occideretur. *Rutilus Marcia gentis cognomen.*

// . // . // . f. // . n. // . M. Cottæ Propr. in Sardinia Caralitanus
// . // . // . f. // . n. // . Eiusdem in Corsica Aleriensis
// . // . // . f. // . n. // . // . Propr. in Illyrico
// . // . // . f. // . n. // . M. Considij Propr. in Gallia Cisalp.
// . // . // . f. // . n. // . L. Domitij Procos. in Gallia Transalpina

Sex. Quinctilius Varus à Cæsare captus.

Sex. Quinctilius // . f. // . n. Varus. Cum eodem Procos. L. Domitio Corfinij à Cæsare obsessus & captus, inter alios Senatorij ordinis nominatur Commentariorum belli ciuilis libro primo. Verùm dimissus, desperata Gallica prouincia, profugit ad P. Varum in Africam, sicut libro secundo refertur: vbi certe mutilum Cæsaris istum esse locum indicat ipsa historia. Atque idem esse potent, qui occiso Cæsare, Bruti & Cassij partes sequutus post prælium Philippense, sui liberti manu in honorum insignibus mori voluit, vt apud Velleium legimus. Hunc igitur verisimile est L. Domitio Procos. Quæstorem sorte obuenisse, quandoquidem Cæsaris prouinciæ ex S.C. mutatæ nouos etiam Quæstores postulabant.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . Propr. in Asia.
// . // . // . f. // . n. // . Q. Scipionis Procos. in Suria.
// . // . // . f. // . n. // . L. Paulli Procos. in Cilicia.
// . // . // . f. // . n. // . Eiusdem in Cypro.
// . // . // . f. // . n. // . Caluisij Propr. in Bithynia.
// . // . // . f. // . n. // . Eiusdem in Ponto.
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Propr. in Cyrenaica.
// . // . // . f. // . n. // . Eiusdem in Creta.

L. Cassius * L. f. C. n * Longinus. Adolescens erat omni virtute & humanitate ornatus cùm Cn. Plancium accusaret, vel Cicerone aduersario iudice. Meminit eius & Pædianus in Miloniana. Hunc Tribunum plebis anno suo posteà habebimus.

C. Cassinius // . f. // . n. Schola Eques Romanus, vt Cicero in Miloniana & Pædianus, cùm Clodius ante triennium occideretur.

Ap. Claudius maior & minor fratres, C. Clodij Pulchri f.

Ap. Claudius C. f. Ap. n. Pulcher. Maior. Ap. Claud. C. f. Ap. n. Pulcher Minor. Duo fratres, C. Clodij Pulchri, qui frater P. Clodij aduersarij Ciceronis erat, filij, eodem vsi prænomine, atque idcircò differentiæ caussa vnus Maior, alter Minor vocabatur. Ambo ante biennium T. Milonis qui patruum occiderat accusatores fuere, vt Pædianus in argumento Milonianæ orationis testatur. Et puto Maiorem dèinde missum in Galliam, vt legiones in Suriam mittendas a Cæsare acciperet. Quæstores hoc anno potuerunt esse.

L. Fulcinius C. f. // . n * Trio * C. Valerius // . f. // . nepos. Hi M. Saufeium ante biennium accusarunt, qui dux fuerat in expugnanda taberna Bouillis, cùm Clodius occideretur, eodem Pædiano teste.

C. Fidius // . f. // . nepos. Cn. Aponius Cn. f. // . nepos.

M Seius Sex. f. // . nepos. Et hi tum inter accusatores Milonianæ factionis fuere, vt idem Pædianus auctor est.

C. Cæsennius // . f. // . n. Philo. Qui Sex. Clodium accusauit, quo auctore corpus Clodij à Milone occisi in Curiam illatum, illud incendium per seditionem conflatum est: Pædianus in Milonianam.

Q. Patulcius // . f. // . nepos. Qui Milonem ambitus reum fecerat, vt Pædianus ibidem.

M. Colonius // . f. // . nepos. A quo L. Caninius accusatus, vt antè diximus.

Proquest.

// . // . // . f. // . n. // . Cn. Magni Procos. in Hisp. citeriore
// . // . // . f. // . n. // . Eiusdem in Hispania vlteriore
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Propr. in Africa Vticensis
// . // . // . f. // . n. // . Eiusdem in Libya Adrumetanus
// . // . // . f. // . n. // . // . // . Propr. in Achaia.

T. Antistius // . f. // . nepos. Propr. in Macedonia, vt anno superiore docuimus.

ANNI

ANNI P. R. C. DCCV.

Consules.

C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR II. P. SERUILIUS P. f. C. n. Vatia Isauricus.

DICTATOR Cæsar, vt diximus, comitia habuit, & seipsum Consulem iterùm designauit. Is enim erat annus quo per leges vi Consulem fieri liceret, vt scribit lib. III. Commentariorum ciuilium. Collegam verò assumpsit P. Seruilium Isauricum, T. Isaurici Triumphalis filium. Idem scribit Dio, Plutarchus, Appianus, Suetonius, & alij. Igitur Tabulæ Græcæ Cæsarem II. & Seruilium Consules suggerunt; Cassiodorus & Marianus C. Iulium Cæsarem II. P. Seruilium; Dio C. Iulium C. f. Cæsarem II. P. Seruilium P. f. Isauricum. Eosdem adducit Val. Max. lib. VIII. cap. III. de C. Afrania rixosa femina scribens: Prorogauit autem spiritum suum ad C. Cæsarem, itemque M. Seruilium Consules. Locus mendosus est, legendumque videtur, Ad C. Cæsarem iterùm & P. Seruilium Consules: aliquot exemplaria habent, Iulium Cæs. II. & Seruilium Coss. Cæsar habitis comitiis cùm Dictatura se abdicasset statim, antequam magistratum inire posset, ab vrbe profectus est Brundusium, eò enim legiones duodecim, & equitatum omnem venire iusserat: P. Seruilius Consulatum solus Romæ gessit, Cæsare in Macedonia bellum gerente.

Cæsar pridie Nonas Ianuarias cum exercitu in Macedoniam transgressus, Pompeium maximis operibus ad Dyrrachium obsedit: verùm suis præsidiis non sine clade expugnatis, prælio victus, ob rei frumentariæ inopiam in Thessaliam secedere coactus fuit. Ipsum Pompeius persequutus, & in Pharsalia extremo prælio aggressus est: vbi maxima strage victus & profligatus à Cæsare fuit. Ex acie in Ægyptum nauigio fugiens, tutorum Ptolomæi iunioris regis instinctu & consilio fuit occisus, eodem die quo anteà de Mithridate rege triumphauerat, &, vt Velleius obseruat, pridie natalis sui. Historiam latissimè Cæsar lib. III. Plutarchus, Dio, Suetonius, Appianus, & alij, quos iam toties citaui.

Cn. Pōpeius in Ægypto Ptolomæi iussu cæsus.

Prætores.

Q. Fabius Q. f. // nepos. C. Rebilus //: f. // nepos.

C. Trebonius C. f. // nepos. Vrbanam iurisdictionem extra sortem obtinuit. Legatus Cæsaris in Gallia fuerat, & Tribunus plebis anno DCXCIIX. lege lata, Cæsari prouinciam Galliam in aliud quinquennium prorogauerat. Prætorem vrbanum hoc anno fecerat Cæsar Dictator in locum, ni fallor, M. Lepidi, rem indignè ferente M. Cælio Rufo: Auctores sunt Dio, & Cæsar Commentariorum libro III. de bello ciuili.

M. Cælius M. f. // n. Rufus. Abrogato magistratu vrbe pulsus & occisus est. In Liuij Epitoma lib. CXI. vt ibi Sigonius notat, & in Dione perperàm Cæcilius appellatur. Is enim idem est qui ante biennium Ædilis curulis fuit, cuius extant quàm plures epistolæ ad M. Ciceronem: quarum vltima libro VIII. in hac Prætura, vt apparet, scripta est, quippe plena indiciis alienati à partibus Cæsarianis animi: quam legere, & huic historiæ conferre non pœnitebit. Anno superiore cum M. Antonio, Q. Cassio & C. Curione, exoriente bello, ad castra Cæsaris confugit, quæ in Hispaniam vsque sequutus est. Hoc anno Prætor factus ab eo desciuit, primus Cæsaris actionibus resistere ausus, C. Trebonium collegam à Cæsare extra sortem iurisdictioni vrbanæ præfectum fuisse indignè ferens, ipsum ex legibus Cæsaris ius dicere passus non est, debitorum caussa suscepta; quibus se auxilio fore pollicebatur, si quis de æstimatione & solutionibus ex lege Iulia per arbitros faciendis appellasset. Leges promulgauit: vnam, Vti sexies sine vsuris creditæ pecuniæ soluantur. Alteram, qua mercedes habitationum annuas conductoribus donauit. Tertiam tabularum nouarum, quarum spe plebe sollicitata magnas in vrbe seditiones concitauit: vt impetu multitudinis in C. Trebonium Pr. facto, nonnullis vulneratis, eum de tribunali deturbarit. Igitur Consule Seruilio referente, ex Senatus auctoritate Cælio magistratus abrogatus. Et cùm, euocato in Italiam Milone exule cum gladiatorum manu, bellum moliretur, circa Turios armis oppressus & occisus fuit. Vide omnia latius apud Dionem, Cæsarem libro IV. & Velleium. Meminêre Liuij Epitome libri CXI. Orosius lib. VI. cap. XV. Eusebius in Chronico: Quinctilianus libro VI. cap. III. vbi perperam

Leges à M. Cælio promulgatæ.

ràm M. Cæcilius est, cuius sellam curulem cùm Consul Isauricus fregisset, alteram posuit loris intentam. Dicebatur autem Consul à patre aliquando cæsus flagris. „

Q. Pedius M. f. // . n. Prætorem appellat Cæsar, & cum legione in agro Turino fuisse, & Milonem Cosam oppugnantem occidisse refert libro III. belli ciuilis.

P. Sulpicius //.f. //.n. Galba. Classi Cæsaris Vibone ad fretum vsque præfuit. De quo Commentariorum libro III. belli ciuilis Cæsar, Pompeio scilicet ad Pharsalum victo, C. Cassium cum classe Asiatica in Siciliam venisse. Et cùm esset Cæsaris classis diuisa in duas partes, cuius dimidiæ parti præerat P. Sulpicius Prætor, Vibone ad fretum; dimidiæ M. Pomponius ad Messanam; prius ad Messanam nauibus aduolasse, quàm Pomponius de eius aduentu cognosceret, XXXV. naues incendisse. Vibonem posteà profectũ ad classem Sulpicianam, sed quinque nauibus incensis virtute legionariorum militum fuisse repulsum. P. Sulpicius autem legatus anteà Cæsaris in Gallia fuerat, cuius Commentariorum libro VII. meminit. Hunc Galbam Prætorium fuisse opinor, quem Plutarchus in Cæsare à legionariis militibus (quos in Africam Cæsar anno sequenti transmittere volebat) cum C. Cosconio per seditionem fuisse occisum scribit, velut anno sequenti in Prætura Sallustij latiùs.

M. Æmilius M. f. Q. n. Lepidus. Ex Prætura Hispaniam citeriorem Procos. obtinuit. Appiano enim auctore, Cæsar Dictator anni superioris exitu, antequam Roma Brundusium versus abiret, prouinciis quæ in potestate sua erant, præsides (ἡγεμόνας appellat) ex arbitrio suo, non more maiorum, imposuit, etiam non Prætorios, vel magistratu functos. Meminit illius Hirtius de bello Alexandrino, cum exercitu hoc anno in vlteriorem Hispaniam transiisse, seditiones ibidem Q. Cassij culpa exortas sedasse ipsum referens.

A. Postumius //.f. //.n. Albinus. Siciliam obtinuit, C. Curioni, vt opinor, successor à Cæsare datus: Auctor idem Appianus Ciuilium libro II. vbi A. Albinum vocat.

Sex. Peduceus Sex. f. Sex. n. Sardiniam obtinuit. Appiano item auctore, quem arbitror Q. Valerio successisse.

Q. Cassius //.f. //.n. Longinus. Hispaniam vlteriorem: Val. Max. lib. IX. cap. IV. Hirtius de bello Alexandrino, & Dio libro XLI.

M. Æmilius M. f. Q. n. Lepidus. Hisp. citeriorem.

M. Calidius //.f. //.n. Galliam Cisalp. Eusebius. Ad Cæsarem iuit cum Curione & Antonio Cassio: Orosius.

Ap. Claudius //.f. //.n. Achaiam.

P. Sestius //.f. //.n. Ciliciam. Etsi in Plutarcho in Bruti vita Siciliam editur vitiosè.

//. Decidius //.f. //.n. Saxa Suriam.

A. Plautius //.f. //.n. Pontum & Bithyniam. Cic. ad Plancum à lib. XIII. ad Famil. Epist. XXIX.

D. Iunius * D. f. D. n * Brutus. Qui & A. Postumius Bruti f. Albinus. Legatus Cæsaris & classi præfectus anno superiore, deinde hoc anno Galliæ, vt ait Appianus, nouæ prouinciæ iussu Cæsaris præfuit. Verum an ipse & alij duo suprà dicti Praeturam vel alium magistratum curulem ante gesserint, nondum certò possum affirmare. Liuius lib. CXIV. legatum Cæsaris appellat, ipsumque biennio etiam pòst eamdem prouinciam administrasse insinuat, & Bellouacos, dum Cæsar in Africa bellum gerit, in Gallia rebellantes deuicisse scribit.

Q. Cornificius Q. f. //.n. Illyricum obtinuit. Prouinciam contra M. Octauium Pompeianæ partis ducem cum A. Gabinij, & post eius mortem, P. Vatinij legatorum Cæsaris auxilio fortiter defendit. Vide Hirtium de bello Alexandrino. Est filius Q. Cornificij, qui cum Cicerone Consulatum petiit: lib. XII. Famil. epist. XXVIII.

Ædiles.

C. Albius C. f. //.n. Carrinas. Cuius parens Prætor Carbonis, à L. Sulla interemptus est, teste Appiano lib. I. bell. Ciuilium: qui de hoc & lib. IV. & V. & Dio lib. LI. & forte de eodem testamentum Q. Metelli apud Val. Maximum lib. VII. cap. VIII. nam & T. Carrinatis Cicero meminit lib. XIII. ad Atticum.

C. Marcius C. f. C. n. Figulus.

L. Cornelius L. f. //.n. Balbus. Gaditanus. Romana donatus ciuitate, Minor dictus,

dictus, ad discrimen Maioris, pro quo Ciceronis extat de iure ciuitatis oratio. Asinij Pollionis in Hispania Quæstor fuit, qui de eo multa ad Ciceronem scripsit Epist. XXXII.
» lib. X. ad Famil. Ludis, inquit, prætextam de suo itinere ad L. Lentulum Procos. sollici-
» tandum posuit. Significans nimirum (quia hic mire se cruciant interpretes) L. Balbum prætextatam dedisse fabulam, cuius argumentum fuerit calamitas belli ciuilis, & de sua opera ac diligentia in pace componenda: qua etiam de caussa ne lacrymas quidem tenere potuerit. De eodem Balbo lib. VIII. ad Atticum Cicero epist. IX. & XXIV. item lib. IX. epist. IV. & Velleius Paterculus lib. II.

Procos.

L. Cornelius P. f. // n. Lentulus Cruscellus. Qui cum C. Marcello Consul iam fuerat an. DCCIV. Fortè etiam Quæstor vrbanus C. Cæsare Dictatore, & Sulla Dictatore scriba, si rectè assequor mentem M. Tullij lib. Offic. II. nomen enim silentio præ-
» teriens non expresisit. Sic enim ibi: Hastam P. Sulla cùm vibrasset Dictatore propinquo
» suo (L. Sulla) idem sexto & trigesimo anno pòst a sceleratiore hasta non recessit. Alter autem, qui in illa Dictatura scriba fuerat, in hac fuit Quæstor vrbanus. Sed quis, quæso, alter? Muti enim sunt, vt in re difficili vsu venit, Seriphiæ ranæ in more interpretes, etiam Critici, Car. Langius cetera diligentissimus, & Lambinus, ac prior Manutius. Etsi verò suprà paullò C. Sallustium Crispum opinari quosdam diximus, assentiri tamen non possum; sed hunc potius L. Cornelium Lentulum significari opinor: de quo apud ipsum Sallustium (qui de se aliàs non tacuisset) lib. historiarum I. M. Æmilius Lepidus Cos. ora-
» tione ad populum cōtra L. Sullæ Dictaturam habita sic ait: Non aliter, inquit, salui satisq;
» tuti in imperio eritis, nisi Vettius Picens, scriba Cornelius aliena benè parta prodegerint. Velleius quoq; Paterculus lib. II. vbi de Balbo Minore sermo est, castigandus, qui L. Cornelium Consulem nominat, quem Consularem, vt mox oportuit, aut Proconsulem potius, vt recte Asinius lib. X. ad Famil. epist. XXXII. vt suprà paulò exposui, & M. Annæus Lucanus lib. VIII. ver. 330. modò Consulem vocat, quod paulo ante Consul fuisset, vt monuit Sebast. Corradus doctiss. Ciceronis scholiastes lib. De claris Oratoribus pag. 395. asserens, Cn. Pompeium non cum vtroque Lentulo, sed cum hoc L. Lentulo dumtaxat profugisse, Pharsalica cæsum pugna.

Tribuni plebis.

A. Hirtius A. f. // n. Legis Hirtiæ meminit Cicero in Philippica XIII. quam hoc ferè tempore Tribunum plebis in gratiam Cæsaris victoris tulisse colligimus, qua Pompeiani omnes magistratibus excludebantur. M. Antonius, occiso Cæsare, cùm inuito Senatu Galliam Cisalpinam inuaderet, & Mutinam obsideret, hostis iudicatus, inter alia hoc aduersariis obijcit in epistola ad Hirtium & Cæsarem Octauianum, quam Ci-
» cero in Senatu exagitat; Neminem, inquit, Pompeianum qui viuat tenere lege Hirtia
» dignitates. Ad quod ita Cicero: Qui quæso iam legis Hirtiæ mentionem facit? cuius
» non minùs arbitror latorem ipsum, quàm eos de quibus lata est pœnitere, omnino mea
» quidem sententia legem illam appellare fas non est; & vt sit lex, non debemus illam
» Hirtij legem putare. Hirtium quinto pòst anno Cæsar ad Consulatum euexit, vt hoc vel superiore anno legem hanc in Tribunatu plebis tulisse verisimile fiat; vel demum in ipsa Prætura, quam biennio pòst gessisse demonstrabo.

L. // // // f. // n. Lamia.

Quęstores.

M. Claudius M. f. // n. Marcellus. Æserninus. In Hispania Dux electus à Cordubensibus, & à legionibus Prætor appellatus, quæ ob Q. Cassij Prætoris auaritiam à Cæsaris partibus desciuerunt. Qui quando se medium ante prælium Pharsalicum tenuisset, vt siue Cæsar, siue Pompeius vicisset, victori suam operam nauasse videri posset; post victoriam à Cæsare destitutus, & relegatus fuit, sed posteà reuocatus & honoribus etiam affectus: Auctores Dio libro XLII. Hirtius de bello Alexandrino. Meminit Hispaniensis illius seditionis Epitome Liuiana lib. CXI.

P. Cornelius // f. // n. Lentulus Marcellinus. Cum legione nona in obsidione Dyrrachiensi parti munitionum ad mare præfuit, à Pompeianis non sine clade tandem pulsus: Cæsar Commentariorum belli ciuilis libro III. & Orosius libro VI. cap. XV.
» C. Plætorius // f. // n. in Asia. Hirtius de bello Alexandrino: Mittit P. Sextium ad
» C. Plætorium Quęstorem, vt legionē adduceret, quæ ex tumultuariis militibus in Ponto

confecta erat. Hæc de Cn. Domitio Cæsaris legato, cùm anno sequenti bellum contra Pharnacem pararet.

Ti. Claudius Ap. f. . n. Nero. Pater Tiberij Augusti, Quæstor C. Cæsaris, anno insequenti bello Alexandrino classi præpositus, plurimum ad victoriam contulit. Pontifex deinde in locum P. Scipionis substitutus, in Gallia colonias deduxit, Narbonam & Arelaten: Auctor Suetonius in Tiberio. Laudat adolescentem Cicero Familiar. libro XIII. epist. LXIII. è Cilicia scribens.

ANNO P. R. C. DCCVI.

C. IVLIVS. C. F. C. N. CAESAR. II. DICT. Reip. constituendæ. caussa:
M. ANTONIVS. M. F. M. N. MAG. EQ.

DEuicti & occisi Pompeij cùm primùm fama per Italiam diuulgata fuit, Romæ in Cæsarē omnium animis certatim inclinatis, varij & inusitati honores, licet absenti, decreti sunt à populo Romano: ex quibus eos tantùm enarrabo, quos acceptasse videtur: Consulatum videlicet in quinquennium; Tribuniciam potestatem in perpetuum; vtque Comitiis omnibus, præterquam plebeiis, præesset; insuper Dictaturam non ex lege, vel, vt moris erat, semestrem; sed in annum integrum. Quam rursus principio huius anni, licet extra Italiam esset, iniit, Magistro equitum M. Antonio dicto, quamuis nondum Prætorio: cui curam vrbis commisit, dum ipse bellum in Ægypto atque Asia gerit. Quo autem titulo Cæsari Dictatura hæc decreta fuit, non tradunt Historici: attamen generali illo ac summæ potestatis titulo Reipub. constituendæ, quod ante Sulla fecerat, Dictaturam acceptasse dicemus. Hoc enim ostendunt alia quæ simul cum Dictatura ipsi a Senatu & populo decreta fuisse scribit Dio. Rem enim gerere poterat, cùm belli & pacis dominus esset factus; comitia item habere, cùm iis omnibus is vnus præesse deberet; seditiones sedare, cum nominatim quiduis statuendi de Pompeianis potestas esset data. Denique cùm penes vnum summa rerum esset, & omne ius ad ipsum solum quiduis in Rep. statuendi transferretur, rectè mihi videtur Reip. constituendæ caussa Dictatorem factum dici posse. Igitur ineunte hoc anno, vt apud Dionem legimus, insolens, fœdus, ac prope miserabilis fuit vrbis aspectus, non habitis ante comitiis ob Dictatoris absentiam, præterquam Tribunorum plebis, nullis nec Consulibus nec Prætoribus principio anni solemniter magistratum ineuntibus. M. Antonius quidem prętexta atque lictoribus vsus, Senatum cōuocando, quamdam speciem popularis Reip. status repræsentabat; armis tamen & militum præsidiis septus, cùm omnia fere solus obiret magistratuum munia, insuetam tyrannidem simul præ se ferebat. Cumque ea Magistrum equitum facere videret ciuitas, longe grauiora à Cæsare Dictatore ipso expectabat. Sed diffuse satis omnia de vrbanarum rerum statu suis scriptis expressit Dio: multa leges item apud Plutarchum in Cæsare & Antonio. Attingit quædam Cicero in Philippicis de rebus Antonij Magistri equitum.

C. Cæsar fugientem Pompeium persequutus in Ægyptum, posteaquam occisum comperisset, pacem inter Ptolomæum regem & Cleopatram sororem, cum inter se bellum gererét, componere conatus est. Sed cum sibi etiam à Ptolomæo rege iisdem auctoribus, quibus Pompeium interfecerat, insidias tendi comperisset, bellum cum eo difficillimum gessit, & cum maximo suo discrimine vicit. Ptolomæus, dum fugit, in Nilo nauicula subsedit, & submersus est. Cæsar victor regnum Ægypti Cleopatræ, & minori fratri Ptolomęo permisit. Inde in Syriam & Pontum cum exercitu transiens, Pharnacem regem, Mithridatis filium, occasione temporum rebellantem, vno quatuor horarum prælio superauit, & terrore subito oppressit. Cæsar Romam reuersus, legem de prouinciis tulit, Ne Prætoriæ prouinciæ plusquam annum, néve plusquam biennium Consulares obtinerentur. Latissime hæc omnia Cæsar, Hirtius, Dio, Plutarchus, Appianus, Orosius, Suetonius, & alij.

EODEM. ANNO

Q. FVFIVS. Q. F. C. N. CALENVS. P. VATINIVS. P. F.

C. Cæsar Dictator Ægypto in potestatem redacta, victo & occiso deinde rege Pharnace, ex Asia Romam reuersus, in reliquum anni Consules fecit Q. Fufium Calenum & P. Vatinium, qui ambo legati Cæsaris fuerant. Per eosdem Cassiodorus veluti ordinarios Consules annum notauit, omissa Dictatura Cæsaris. Sic item Tabulæ Græcæ, & quas Cuspinianus citat, Calenum & Vatinium nominantes. Verùm in Cassiodoro & Mariano perperàm Fuluius pro Fufius, Vaticanius pro Vatinius legitur, errore similium nominum. Rectissime Dionis argumentum libri XLII. Fastis Capitolinis congruens, Dictaturam Cæsaris cum Consulibus expressit, hoc modo: Hæc gesta sunt partim eo anno, „ quo C. Iulius C. f. Cæsar Dictaturam iterùm gessit, Magistro equitum M. Anto „ nio

nio M.f. Consules autem fuerunt Q.Fufius Q.f. Calenus, P. Vatinius P.f. Itaque etiam
„ in contextu ipsius historiæ: Hæc a Cæsare, inquit, eo anno gesta sunt, quo reipsa Dicta-
„ turam iterum gessit, cum Consulum nomen Calenus & Vatinius extremo anno consti-
„ tuti ferrent. In breuem hunc Consulatum Vatinij, iocus extat Ciceronis apud Macro-
„ bium libro secundo Saturnalium, vbi ita legimus: In Consulatu Vatinij, quem paucis
„ diebus gessit, notabilis Ciceronis vrbanitas circumferebatur: Magnum ostentum, in-
„ quit, anno Vatinij factum est; quòd illo Consule nec ver, nec æstas, nec autumnus fuit.
Indignus profectò omnium iudicio Vatinius eo magistratu habitus est. Hinc ita stoma-
chatur Catullus poëta ad seipsum de Nonio Struma & Vatinio:

Quid est, Catulle, quod moraris emori?
Sella in curuli Struma Nonius sedet;
Per Consulatum peierat Vatinius.
Quid est, Catulle, quòd moraris emori?

Atque ab his initium non legitimi temporis Consulatuum, quos postmodum frequentissime ex arbitrio Imperatorum ad certos menses vel dies reperimus constitutos fuisse. P. Vatinius autem sequenti anno ex Consulatu à Cæsare in Illyricum missus fuit, vt declarant epistolæ, quæ extant libro v. Familiarium, & nos in eius triumpho paulo pòst latius dicemus. Q. Fufij meminit sæpè Cicero tam in epistolis quam in Philippicis. Prætor fuit anno DCXCIV. Cæsare Consule, & ante biennium Tribunus plebis. Enarrat eius orationem Dion libro XLV. qua Antonium defendit contra Ciceronem; dicitque, M. Antonium, licet creatis Consulibus, Magisterium tamen equitum vsque in anni exitum retinuisse.

Prætores.

L. Mussidius .. f. .. n. Longus. Q. Maximus Q. f. .. n. Argenteus Goltzij denarius.

C. Sallustius . . f. . . n. Crispus Historicus. Apud Dionem libro XLII. inter alia eius anni acta etiam hæc legimus: Cæsar ex Asia Romam extremo anno reuersus, factionibus Tribunorum plebis seditiones in vrbe glicentes præsentia sua facile compescuit: nihil tamen grauius in quemquam statuens, statum vrbis resque vrbanas omnes tranquille composuit: legatos, bellique adiutores, qui ordinis Senatorij erant, honoribus ornauit, comitiis habitis sacerdotia & magistratus attribuendo. Quosdam enim Consules (vt supra dixi) & Prætores in reliquam anni partem creauit; quosdam in annum insequentem designauit: & inter alios C. Sallustium Crispum Prætorem esse factum, à Dione asseritur. Dum enim (vt ibidem legimus) Romæ Cæsar vrbanas res ex arbitrio suo constituit, in Campania grauis contra ipsum veteranorum seditio repentè exorta est; missionem & præmia ob res bene gestas & victoriam Pharsalicam promissa flagitantium, quæ ad cædes vsque legatorum exarsit. Occisis enim duobus viris Prætoriis Cosconio & Galba, vt Plutarchus auctor est, fugatoque C. Sallustio, qui vt Senatoriam dignitatem recuperaret, Prætor tum factus erat) Romam armati contenderunt. Cæsar tamen, licet deterrentibus amicis, iis occurrere in Campo Martio non cunctatus est, & missionem postulantibus confestim dare non dubitauit. Et vna voce, qua Quirites eos pro militibus appellarat, tam facile circumegit, sedauit, & flexit, vt ei milites se esse statim responderint, &, quamuis recusantem, vltro in Africam sint sequuti. Sed quod ad Sallustium attinet, is anno insequenti Proprætore cum imperio à Cæsare in Numidia relictus fuit, vt tum latiùs dicemus. Vide de his Dionem, Appianum, Plutarchum in Cæsare, Suetonium, & Liuij Epitomen lib. CXIII. Meminit item Cicero seditionis militaris libro XI. ad Atticum.

P. Seruilius P. f. C. n. Vatia. Isauricus. Procos. Asiam obtinuit. Extant ad eumdem Epistolæ Ciceronis Famil. libro XIII. hoc anno, cùm in prouincia esset, ad eum scriptæ.

.. Acilius .. f. .. n. Siciliam obtinuit Procos. Ad quem extant plures Ciceronis epistolæ, quibus amicorum negotia commendat, Fam. lib. XIII. Eumdem opinor, qui posteà in Græciam missus cum legionibus à Cæsare.

M. .. f. .. n. Aristus. al. Auctus, qui in Achaia administranda Ser. Sulpicio successit: ad quem exstat Cic. epist. L. lib. XIII. Famil. (etsi alij M. Aristium edant) & meminit lib. VII. epist. XXX.

P. Sulpicius .. f. .. n. Illyricum. Famil. XIII. ep. LXXVII. Imperator appellatus.

Ap. Claudius .. f. .. n. Illyricum obtinuit. Cui P. Vatinius anno sequenti successit post Consulatum. Ita enim ipse ad Ciceronem è prouincia scribit, Sex. Serui-

lium accusans ab ipso captum in Illyrico, ex profugis, vt apparet, Pompeianæ factionis, pro quo videtur Cicero apud eum intercessisse: Quid illis, inquit, respondere possum, » qui sua bona direpta, naues expugnatas, fratres, liberos, parentes occisos actione expo- » stulant? Si, me herclè, Appij os haberem, in cuius locum suffectus sum, tamen hoc sufti- » nere non possem. Distinguere hunc Appium expressis verbis a Consulari videtur. »

C. Trebonius C. f. . n. Hispaniam vlteriorem ex Pratura Procos. obtinuit. Nam Q. Cassio successisse videtur. Scribit enim Hirtius de bello Alexandrino sic, vbi de Cassij & Marcelli contentionibus & dissidiis: Narbonem, inquit, sub idem tempus » Trebonius Procos. ad prouinciam obtinendam venit: de cuius aduentu vt cognouit » Cassius, legiones quas secum habuerat, equitatumque in hiberna distribuit. Ipse omni- » bus suis rebus celeriter correptis Malacam contendit, ibique aduerso tempore naui- » gandi naues conscendit; vt ipse prædicabat, ne se Trebonio, Lepido, & Marcello com- » mitteret; vt amici eius dictitabant, ne per eam prouinciam minore cum dignitate iter » faceret, cuius magna pars ab eo defecerat; vt ceteri existimabant, ne pecunia illa ex in- » finitis rapinis confecta in potestatem cuiusquam veniret. Verum Cassius paulò pòst in » Iberi fluminis ostio, cum neque flectere nauem propter vim fluminis, neque directam aduersis fluctibus occurrentibus tenere posset, naufragio perit, Dione & eodem Hirtio auctoribus. Trebonius anni insequentis exitu à legionibus quæ sub Longino & Marcello seditiones agitarant, T. Scapula duce, prouincia eiectus fuit, vt apud Dionem latiùs libro XLIII.

Calidius orator (sic enim lego) partes Cæsarianas bello sequutus, Galliam Togatam obtinuit, Placentiæ mortuus in prouincia: Eusebius, & Marianus in Chronico.

Tribuni plebis.

Q. Celer . f. . n. nepos. P. Canidius. P. f. . n. Crassus:
L. Cornelius L. f. . n. Balbus.

P. Cornelius P. f. . nepos. Dolabella. Gener Ciceronis, ac Cæsari valdè familiaris & amicus, vt monstrant epistolæ eius ad Ciceronem; sed magno ære alieno obrutus fuit. Qua de caussa nouarum rerum cupidus, a patriciis transiuit ad plebem, vt posset Tribunus plebis fieri. Quo magistratu adepto, debitorum caussam nuper à M. Cælio motam suscepit, & legem de nouis tabulis, nempe de ære alieno scindendo, promulgauit. Cui cum collegæ intercederent, maximos per infimam plebem absente Cæsare excitauit in vrbe tumultus, vt apud Dionem XLVI. & Plutarchum in Antonio diffusius enarratur. Legem quoque Quæstoriam tulisse Tacitus ait lib. XI. Donec sententia Dolabellæ » venumdarentur. Hinc est quòd Cicero ad Atticum, qui tum temporis Brundusij Cæsa- » ris aduentum expectabat, anxius & incertus, num in gratiam à victore reciperetur. Ait enim: Quòd me audis fractiorem esse animo; quid putas, cùm videas accessisse ad supe- » riores ægritudines præclaras generi actiones? Id quod ironice dicit: nam Dolabellæ » actiones erant turpissimæ. Et rursus in alia epistola: O dij, generum ne nostrum po- » tissimum, vt hoc, vel tabulas nouas? Dolabella enim, vt apparet, Cæsarem instigabat; vt vel Pompeianorum bona proscriberet, vel tabulas nouas admitteret.

L. Trebellius . . f. . n. C. Asinius Cn. f. . n. Pollio. Hi optimatium ac nobilitates partes contra debitores & inopem multitudinem defenderunt, legi Corneliæ de tabulis nouis intercedentes. Cumque Dolabella per armatos occupato foro per vim legem laturus videretur, ad cædes deuentum, variisque per vrbem locis atrociter dimicatum fuit, vt sacra aliquando prælij dirimendi caussa a Vestalibus e templo prolata fuerint. Quibus incommodis permotus Senatus, M. Antonio Magistro equitum, custodiam commisit. Is inductis in vrbem militibus, Dolabellam foro exturbauit, octingétis è plebe factionis aduersæ occisis. Hæc latiùs apud Dionem, & Plutarchum in Antonio: obiter item Liuiana Epitome libri CXIII. Ex intercessoribus his Tribunis L. Trebellium nominant Liuius & Dio; Plutarchus Trebellio adiungit Asinium, quem Pollionem autumo, qui Cæsari familiaris & amicus, & post septennium Consul fuit. De Trebellio item sæpius in Philippicis Cicero: nam occiso Cæsare, M. Antonij partes sequutus est. Vnde Philippica sexta de L. Antonio sic loquitur: Nam Trebellium, in- » quit, valde diligit, oderat tum cùm ille tabulis nouis aduersabatur: iam fert in oculis, » postquam ipsum Trebellium vidit sine tabulis nouis saluum esse non posse. Rursus Phi- » lippica X. Est vnà Trebellius, qui iam cum tabulis nouis redit in gratiam. Item Philip- » pica XI. eadem ferè repetit: Nam quid ego de Trebellio dicam? quem vltæ videntur » Furiæ debitorum; vindicis enim tabularum nouarum nouam tabulam vidimus. »

Ser. Sul-

Ser. Sulpicius ... f. ... n. Rufus. Iurisconsulti filius. Ad Atticum, lib. x. ep. III.
C. Trebatius ... f. ... n. Testa. Iurisconsul.

Quæstores.

M. Appuleius ... f. ... n. in Asia. Cic. lib. Famil. XIII. epist. XLIV. XLV.

C. Petronius ... f. ... n. C. Cæsaris designatus in annum insequentem erat: sed antequam iniret, cùm in Africam traiceret, naue sua in hostium potestatem redacta, salutem sibi a Scipione oblatam respuit, Cæsarianos milites ab hostibus salutem accipere non solere respondens. Quo dicto semetipsum pugione transfixit. Plutarchus in Cæsare, sed mendose Granius Petronius appellari videtur.

Sex. Iulius ... f. ... n. Cæsar. in Syria. Hunc iuuenem propinquum & gentilem suum Cæsar, Pharnace deuicto, cum vna legione Quæstorem in Syria reliquit, vbi anno insequenti Q. Cæcilij Bassi instinctu à militibus suis trucidatus est: Appianus ciuilium lib. III. Dio lib. XLVII. Zonaras lib. I. Iosephus Antiquitatum lib. XVI. cap. XIIX. & de bello Iudaico, lib. I. cap. VIII.

C. Sextilius ... f. ... n. Rufus. in Cypro. Extat ad hunc epistola Ciceronis Famil. XIII. qua Paphios commendat, hoc quasi anno scripta: Cùm primus in eam insulam (inquit) Quæstor veneris, ea te instituere, quæ sequantur alij, conducere arbitror. Quæ vt spero, facilius consequère, si & P. Lentuli necessarij tui legem, & ea quæ à me constituta sunt, sequi volueris. Ex quibus verbis palàm fit, aliquamdiu post Ciceronis reditum e prouincia hanc epistolam scriptam fuisse, posteaquam deuicto Pompeio, & transmarinis prouinciis in potestatem redactis, Cæsar Cyprum Quæstori Sextilio commisisset. Quæ insula prius videtur Ciliciæ Proconsulibus paruisse, ab eo tempore quo à M. Catone in prouinciæ formam redacta fuit. Cæsare occiso, sub C. Cassio in Asia classi præfuit: Cicero lib. Famil. XII. epist. XIII.

M. Æmilius M. f. Q. n. Lepidus. Ann. DCCVI.
Propr. ex Hispania citeriore.

Fragmenta Capitolina secúdum ex Hispania triumphum M. Lepidi anno vrbis DCCX. suggerunt: ex quo constat, item antea triumphasse. Quod à Dione etiam asseritur libri XLIII. initio, M. Lepidum à Cæsare statim post Præturam ad obtinendam Hispaniam citeriorem missum referens; honorasse insuper triumpho redeuntem huius anni exitu, licet bellum non gessisset, non pugnasset, nullàve victoria vel rebus gestis clarus esset. Sed saltem is triumphi titulus fuit, quòd rebus gestis Q. Longini & M. Marcelli interfuisset. Igitur præter pecuniam socius ereptam, nihil etiam transtulit. Vide Dionem.

ANNI P. R. C. DCCVII.

Consules.

C. IVLIVS. C. F. C. N. CAESAR. III. M. AEMILIUS M. f. Q. n. Lepidus.

SIC etiam à Cassiodoro, Mariano, & Tabulis Græcis Consules eduntur hoc anno C. Iulius Cæsar III. & M. Lepidus. Suffragari videtur Plutarchus, quum ita ferè scribat: Cæsar Pharnace victo traijciens in Italiam, Romam perrexit, exacto iam anno, in quem Dictator iterum creatus fuerat, Consul designatur in sequentem. Et rursus in Antonio: Itaque reuersus Cæsar, Dolabellæ veniam dedit; & tertium Consul factus, non Antonium, sed Lepidum elegit collegam. Item Eutropius: Cæsar ex Asia Romam regressus, tertiò se Consulem fecit cum M. Æmilio Lepido, qui & Magister equitum Dictatori ante annum fuerat. Sane cur hoc scribat, miror: quando omnium consensu M. Antonius Magister equitum, non Lepidus fuerit, qui tum Hispaniam obtinebat. Fastis Capitolinis, qui Consulem tantùm hoc anno fuisse volunt Cæsarem, consentiunt denarij argentei Cæsaris, eodem anno excusi, cum honorum titulis omnibus, quos Cæsar tum gesserat. Legitur enim in nummo cum Cereris effigie, & instrumentis Pontificalibus, quem olim Præpositus Ariensis Maximilianus Morillonius, post Tornacensium Episc. habuit, ita: CÆSAR. DICT. ITER. COS. TERT. AVGVR. PONT. MAX. Ex quibus colligimus, Dictaturam tertiam post tertium Consulatum (vt & Capitolini Fasti volunt) a Cæsare gestam fuisse. Alia tamen est Dionis opinio: tradit enim Cæsarem hoc anno Dictaturam vna cum Consulatu, vtrumque tertium, sed primo Dictaturam, extremo anno Consulatum

tum gessisse, suscepto in vtroque magistratu sibi collega M. Lepido. Hirtius etiam in Dionis sententiam abire videtur: scribit namque, Cæsarem Africa recepta hoc anno Dictatorem III. fuisse, & designatum IV. Sed multo aliter Suetonius, qui ab omnibus discrepat, ita scribens: Tertium & quartum Consulatum titulotenus gessit, contentus Dictaturæ » potestate decretæ cum Consulatibus simul. Atque vtroque anno binos Consules substituit » sibi in ternos nouissimos menses. Attamen aliter ostendunt fragmenta Fastorum Roma- » norum, quæ annum hunc integrum Consulatu Cæsaris & Lepidi, sine suffectis Consulibus transactum volunt.

C. Cæsar rebus in vrbe constitutis IV. Kal. Ianuarias contra Scipionem, M. Catonem, & Iubam regem, Pompeianæ partis duces, exercitum in Africam ex Sicilia traiecit ad belli ciuilis reliquias conficiendas: vbi variis prælus inter partes dimicatum fuit. Elatus aliquot victoriis Scipio, totis viribus tandem ad Thapsum cum Cæsare conflixit; sed acie victus, in fugam cum exercitu compulsus fuit: L. Afranij & regis Iubæ castra eodem impetu a Cæsare capta sunt ac direpta. M. Cato, qui Vticam præsidio tenebat, clade intellecta, & exercitum victorem aduenire, sibimet necem consciuit. Filio eius Cæsar veniam dedit. Faustus Sulla & L. Afranius capti, iussu Cæsaris occisi sunt. Petreius & Iuba ne in potestatem victoris venirent, mutuis vulneribus inter se concurrentes perierunt. Metellus Scipio in naue circumuentus, quærentibus Imperatorem hostibus, honestam morti præclaræ vocem quoque adiecit: Imperator se bene habet, dixit; & adacto simul in pectus ferro, e naui in mare semet cõiecit. Cæsar Iubæ regno in prouinciæ formam redacto, Romam exercitum deportauit, vbi quadraginta dierum supplicatio ob has res gestas, & diuersi honores ei sunt decreti. Historiam scribunt latius Dio, Plutarchus, Appianus, Hirtius, Velleius, Orosius, Eutropius, Zonaras, Florus, & alij.

C. Cæsar Metelli Scipionis & Iubæ castra cepit.
M. Cato Vticæ se occidit.
Romam victor redit Cæsar.

Meminit huius Consulatus etiam Censorinus in libello de die natali, annũ ordinasse Cæsarem hoc tempore scribens, &, vt solis cursui eum æquaret, duos menses LXVIII. dierum inter Nouembrem atque Decembrem intercalasse: de quo plura apud ipsum Censorinum, Plutarchum, Dionem, Suetonium, Macrobium, & alios.

Leges Iuliæ.

Leges item tulit Cæsar plures, inter quas erat Iudiciaria, qua solis Senatoribus & equitibus iudicia commisit, tertio Tribunorum ærariorum ordine sublato. Altera de prouinciis, Ne quis post Præturam vltra annum, vel post Consulatum vltra biennium cum imperio prouinciam obtineret; vt sibimet nimirum cõsuleret, non ignarus, quantam dominandi cupiditatem diuturnum imperium excitaret, & quas facultates & occasiones insuper adijceret. Vide Dionem lib. XLIII. & Ciceronem Philippica prima. Vtque exhaustæ vrbis, propter bella ciuilia, frequentiæ consuleret; sanxit, Ne quis ciuis maior XX. annis, minorve decem, qui sacramento non teneretur, plus triennio continuo Italia abesset. Ne quis Senatoris filius, nisi contubernalis aut comes magistratus, peregre proficisceretur. Omnesque medicinam professos, & liberalium artium doctores, quo lubentius vrbem incolerent, ciuitate donauit; vt apud Tranquillum legimus. Addit Dio, præmia etiam instituisse iis qui plures generarent filios. Vide eumdem cum Plutarcho, Appiano, & aliis.

Prætores primùm decem facti sunt.

Cæsar anno superiore Romam reuersus, vt quampluribus de se bello ciuili benemeritis gratiam posset referre, sacerdotiorum magistratuumque fere omnium collegia, numero ampliora reddidit. In hunc verò annum decem Prætores designasse, à Dione traditur, cùm à Sullanis temporibus octo tantùm creari solerent. Idem scribunt Pomponius in titulo de origine iuris, & Suetonius in vita Cæsaris. Porrò quinam hi omnes fuerint, difficilè repertu est, quando non omnium mentio reperiatur apud Auctores. Nos, vt cœpimus, ordine suo enarrabimus illos, quorum memoria veterum scriptis ad nostram ætatem peruenit.

L. Volcatius L. f. *n.* n. Tullus. A. Hirtius A. f. *n.* nepos.

De vrbanis eius anni Prætoribus vix quidquã certi reperio apud Auctores, & an Prætorum titulo fuerint vsi, qui Romæ ius hoc anno dixerunt, a Cæsare tantum, non habitis comitiis, constituti, merito dubitari potest. Suetonius enim auctor est, C. Cæsarem in tertio & quarto Consulatu nulla habuisse comitia præter Tribunorum & Ædilium plebis, Præfectosque pro Prætoribus constituisse, qui præsente se res vrbanas administrarent. Hinc est quod M. Cicero L. Strabonis eq. Rom. caussam pecuniariam commendans M. Bruto Galliam Cisalpinam hoc anno permissu Cæsaris regenti, L. Volcatium, licet ius Romæ cum diceret, nullo magistratus aut Præturæ titulo, vti solet, ornarit: nimirum, quod non à Senatu, non a populo, sed à solo Cæsare iuris dicundi potestatem accepisset. Sic igitur M. Bru-

M. Bruto scribit in epistola, quæ extat libro XIII. Familiarium, Strabonis, vt dixi, caus-
» sam commendans: Huic, inquit, in tua prouincia pecuniam debet P. Cornelius; ea res à
» Volcatio, qui Romæ ius dicit, reiecta est in Galliam. Hæc Cicero: qui profecto Prætorem Volcatium appellasset, si magistratum à populo, comitiis habitis more maiorum, obtinuisset. Prætorio nomine atque ornamentis nihilominus vsos fuisse, nummus aureus ostendit, quem Leodij apud Læuinum Torrentium amicum eruditissimum humanissimumque vidi, ab A. Hirtio Prætore in tertio hoc Cæsaris Consulatu cusus, repræsentans ab vno latere caput obuelatum, vt Pietatis, vel Vestæ, cum titulo, C. CÆSAR. COS. TER. Ab altero instrumenta sunt Pontificalia, lituus, vrceus, & securis, cum titulo, A. HIRTIVS. PR. Fortassis in hoc magistratu legem tulit, cuius antè in eius Tribunatu mentionem fecimus, qua Pompeianos omnes magistratibus exclusit. Qui autem prouincias administrarunt Prætorio vel Consulari cum imperio, suggeram: ex quibus nondum Prætura functi posthac frequenter occurrent. Cum enim omne comitiorum ius, quod penes populum esse solebat, iam sibi arrogasset Cæsar; qualescumque libuit, nemine contradicente, honoribus & prouinciarum imperio ornauit. Id quod & alij, qui Remp. soli tenuerunt, posteà sunt imitati. Ne tamen prorsus suo iure populum priuasse videretur Cæsar, sicut apud Suetonium legimus alio loco, comitia in posterum cum populo partitus est, vt exceptis Consulatus competitoribus, de cetero numero candidatorum, pro parte dimidia, quos populus vellet; pro parte altera, quos ipse dedisset, renuntiarentur.

A. Allienus . . f. . . n. nepos. Siciliam obtinuit. Nam Hirtius de Africo bello sic:
» Cæsar deinde Allieno Prætori, qui Siciliam obtinebat, de omnibus rebus præcipit, & de
» reliquo exercitu celeriter imponendo datis mandatis ipse nauem conscendit ad VI. Kal.
» Ianuar. & reliquas naues statim est consecutus. Idem Allienus posteà Cæsari reliquum exercitum e Lilybæo transmisit in Africam; vt eodem lib. Hirtius memorat, vbi Procos.
» non Prætorem appellat: Allienus, inquit, interim Proconsul e Lilybæo in naues onerarias
» imponit legiones XIII. & XIV. & equites Gallos DCCC. funditorum sagittariorumque
» mille, ac secundum comeatum in Africam mittit ad Cæsarem. Successisse Acilio videtur etiam ante Kalendas Ianuarias. Ad eum extant epistolæ Ciceronis Familiar. lib. XIII. quibus amicorum negotia cōmendat. Procos. ipsum appellat. Eius extat denarius argenteus cum signo Trinacriæ & Victoria in rostro nauis, ascriptum, A. ALLIENVS. PRO. COS. & ab altera parte, C. CÆSAR. IMP. COS. ITER. Ex quo colligimus, & anteà ipsum legatum Procos. fuisse in secundo Consulatu Cæsaris. [De hoc plurib. in Onomastico historiæ Rom. Ioan. Glandorpius.]

M. Iunius M. f. . . n. Brutus. Qui post Cn. Seruilij Cæpionis adoptionem appellatus est M. Brutus Cæpio: Galliam Cisalpinam obtinuit. Bruti vitam Plutarchus descripsit, qui hoc bello ciuili Senatus auctoritatem, & partes Pompeianas vltrò sequutus est. Post cladem Pharsalicam, fugiens Larissam, à Cæsare reuocatus, & non solùm in gratiam receptus, sed etiam in summo honore postmodum fuit habitus. Hoc autem anno eumdem Cæsar, cùm in Africam traiecturus esset, Galliæ Cisalpinæ præfecerat, quam laudatissimè administrauit; quod ibidem diffuse satis Plutarchus declarat. Meminit item Cicero epistolarum Fam. libro VI. ep. VI. ad A. Cæcinam, qui licet Pompeianæ partis fuisset, benè ipsum tamen sperare iubet de Cæsaris clementia, quando
» plures ex aduersariis post victoriam receperit in gratiam: At nos, inquit, quemadmodum
» est complexus? Cassium sibi legauit, Brutum Galliæ præfecit, Sulpicium Græciæ. Vtrumque igitur Pompeianæ partis fuisse Cicero insinuat. Ex his Brutus nondum Prætorius erat, veluti neque Sulpicius, modò ne Ser. Rufus sit, quem paulò ante Consulem habuimus, quod forsan indicat L. Messinium commendans lib. XIII. Familiarium, vbi eum dignitate non minorem M. Lepido Consule fatetur his verbis: Litteras ad te à M. Lepido
» Cos. non quæ te aliquid iuberent (neque enim id tuæ dignitatis esse arbitremur) sed quo-
» dammodò quasi commendatitias sumpsimus. Ad vtrumque extant plures eius epistolæ,
» Familiarium libro XIII. quibus amicorum negotia prouincialia iis commendat. Meminit huius Ser. Sulpicij item in epistolis ad A. Torquatum lib. VI. qui tum Athenis exulabat, nondum à Cæsare receptus in gratiam.

D. Iunius * D. f. D. n * Brutus. Albinus. Galliam vlteriorem tenuit. De quo Ioannes Glandorpius in Cic. lib. XI. Epist. ad Famil.

Ser. Sulpicius . . f. . . n. Achaiam. Cic. lib. Famil. XIII. ep. XXVI. & XXVII.

Q. Valerius . . f. . . n. Orca. Leg. Propr. in Etruria agros diuisit: idem lib. Famil. XIII. ep. IV. & V.

C. Sallustius . . f. . . n. Crispus. Ex Prætura nouam Africam Procos. obtinuit.

Cæsa-

Cæsarem in Africam sequutus est, ab eodem cum parte nauium ad Cercinam insulam in potestatem redigendam missus, quod ibi magnum frumenti numerum esse audiebat. Sallustius Prætor a Cercinatibus, C. Decio, qui ibi præerat commeatui, pulso, receptus, nauibus onerariis magnam frumenti copiam in castra ad Cæsarem misit. Denique bello Africo confecto, & Iubæ regno in formam prouinciæ redacto, C. Sallustium Cæsar ex Africa Romam profecturus ibidem Proconsule cum imperio reliquit. Hæc latius apud Hirtium, Appianum libro II. Ceterùm Dio tradit, Sallustium a Cæsare titulo quidem administrandæ prouinciæ, re autem vera diripiendæ caussa præfectum fuisse. Etenim repetundarum postea accusatum, & quasi conuictum Cæsar absoluit. Obijcit hæc palàm Cicero in Inuectiua contra Sallustium, quem à iudicio se redemisse pecunia scribit: At posteaquam (inquit) Prætor factus est, modeste se gessit, & abstinenter. Nónne ita prouinciam vastauit, vt nihil neque passi sint, neque expectarint grauius socij nostri in bello, quàm experti sunt in pace, hoc Africam interiorem obtinente? vnde tantum hic exhausit, quantum potuit aut fide nominum traijci, aut in naues contrudi; tantum (inquam) P. C. exhausit, quantum voluit, ne caussam diceret, sestertio duodecies cum Cæsare paciscitur. Quod si quippiam eorum falsum est, hic palam refelle: vnde tu qui modò ne paternam quidem domum redimere potueris, repente tamquam somnio beatus hortos pretiosissimos, villam Tiburtem, C. Cæsaris reliquas possessiones paraueris.

P. Vatinius P. f. .. n. Illyricum Procos. obtinuit, hoc vel insequenti anno cum legionibus & magno equitatu à Cæsare eò missus, cùm tributa & obsides negarent: Auctor est Appianus in Illyrica. occiso autem Cæsare, prouincia pulsum scribit idem. Successit Ap. Claudio, vt anno superiore dixi.

Q. Marcius .. f. .. n. Crispus. Prætorium vocat Velleius, & anno sequenti Bithyniam obtinuisse, suo loco probabimus.

T. Caninius .. f. .. n. Rebilus. .. Nonius .. f. .. n. Asprenas. Ambo cum Proconsulari imperio in castris Cæsaris fuerunt, vt Hirtius auctor est. Quorum hic cum duabus legionibus castris Cæsarianis ad Thapsum præfuit, ille cum tribus ad eam vrbem obsidendam posteà relictus. Videtur legatus antea Cæsaris in Gallia L. Rebilus appellari Commentariorum lib. VII.

Q. Cæcilius .. f. .. n. Bassus. Syriam. Pompeianæ partis dux post cladem Pharsalicam profugus in Syriam, Tyri aliquamdiu inter negotiantes delituit, hoc anno legionem, quam Cæsar ex Asia discedens sub Sex. Iulio Quæstore reliquerat in Syria, occiso per corruptos aliquot legionarios Quæstore, in potestatem suam redegit, Tyro & Apamea occupata; & delectibus habitis, Suriæ semet Prætorem constituit, C. Cassio deinde in Syriam venienti exercitum tradidit. Vide Dionem lib. XLVII. Appianum lib. IIII. Ciuilium, Zonaram lib. I. Cic. lib. Famil. X. epist. I.

Q. Cornificius Q. f. .. n. Asiam vel aliam Syriæ vicinam prouinciam obtinuisse videtur Cæsaris iussu, cùm in Illyrico illi succederet P. Vatinius. Colligimus hoc ex Ciceronis epistolis ad Cornificium Roma eodem anno scriptis, in quibus etiam ostendit, eloquentia & ingenio clarum, & Augurem quoque fuisse, nam collegam suum appellat, veluti & M. Antonium, Hirtium & Pansam, qui item Augures cum Cicerone fuerunt. Extant epistolæ Familiarium, vt appellant, libro XII. verum de prouincia sic: Ex Syria nobis tumultuosiora quædam nuntiata sunt: quæ quia tibi propiora sunt, quam nobis, tua me caussa magis mouent quàm mea. Et in sequenti de metu bellico per Cæcilium Bassum: Quod mihi videor ex tuis litteris intelligere, te nihil commissurum esse temere, nec ante quam scisses, quò iste, nescio qui Cæcilius Bassus erumperet. Ex tertia deinde epistola cognoscimus, bellum cum Cæcilio, & Syriam prouinciam Cornificio vt vicino mandatam à Cæsare fuisse. Vide epistolas ipsas, & multa de eius anni statu ex iis intelliges.

Quæstor.

M. Terentius .. f. .. Varro. Gibba. M. Bruti Procos. in Gallia. Extat pulcherrima Ciceronis ad Brutum epistola, qua Varronem diligentissime commendat, cùm is Quæstor factus ad Brutum in prouinciam profecturus esset. Eum laudat ab eloquentiæ & philosophiæ studio quammaximè, alijs virtutibus, propter quas Bruti amicitia dignum esse iudicat.

Quæstores f. fuère.

L. .. .. .. f. .. n. Buca. Goltzij denarius.

C. Gallonius. .. f. .. nepos. L. Peduceius .. f. .. nepos.

C. Pe-

C. Peduceius //. f. //. nepos. L. //. //. //. f. //. n. Fabatus.
//. //. //. f. //. n. Carfulenus. P. Vagienius //. f. //. nepos.
L. //. //. //. f. //. n. Figulus. Sex. Marius //. f. //. nepos.
//. Stratorius //. f. //. nepos. C. Titius //. f. //. nepos.

C. Cluuius //. f. //. n. Galliæ Cisalpinæ Quæstor: Cicero Familiar. libro XIII. epist. VII. cui Cicero Atellanorum agros vectigales commendat.

P. Furius //. f. //. n. Crassipes. Quæstor Bithyniæ: ibidem IX. epist.

Ædiles.

L. Cornelius P. f. //. n. Balbus: Plinius lib. XXXVI. cap. VII.

Vopiscus Iulius //. f. //. n. Cæsar. Hic quinquies reus, & absolutus Cicerone defendente fuerat, sexta vice damnatus in exilium iuit: sed à C. Cæsare Remp. inuadente cum aliis restitutus exulibus, Æditatem hoc ferè tempore gessit, & Cæsare post biennium occiso, Antonij castra bello Mutinensi secutus, ante tempus omissa Prætura ad " Consulatum aspirare cœpit. De quo ita Cicero Philippica XI. Alter, Cæsar Vopiscus, ille " homo summo ingenio, summa potentia, qui ex Ædilitate ad Consulatum. soluatur " legibus. quamquam leges eum non tenent. Vopiscus prænomen familiare & vsitatum in Iulia gente. Cicero tamen hoc loco quia cognomini postponit, dubitari meritò potest, an in hoc Cæsare prænomen fuerit.

Trib. plebis.

P. Ventidius P. f. //. n. Bassus. Quem puerum in triumpho ductum cum matre captiua diximus à Cn. Pompeio Strabone. Refert Gellius libro XV. cap. IIII. ipsum deinde, vt humilis erat conditionis, sordido quæstu comparandis mulis, & re vehicularia magistratibus in prouincias abeuntibus expedienda victitasse. Et quando C. Cæsari in Gallia satis grauiter in his satisfecisset, & bello deinceps ciuili pleraque sibi mandata strenuè & impigrè peregisset, à Cæsare victore in ordinem Senatorium fuisse adscitum. Mox Tribunum quoque plebis ac deinde Prætorem creatum. Igitur hoc fere tempore Tribunum plebis fuisse, ex Gellij verbis & ratione historiæ colligimus.

C. Iulius C. f. C. n. Cos. III. ann. DCCVII. ex Gallia. *Primus Cæsaris triumphus.*

Post Africanam victoriam Cæsar, dimissis anteà veteranis, ne quid seditionis rursum mouerent, in Sardiniam traiecit; exercitus maiorem partem inde in Hispaniam contra Pompeij liberos cum C. Didio legato misit, ipse Romam reuersus est: in aduenientis verò gratiam, & ob victoriam eius, vt dixi, à Senatu quadraginta dierum supplicationes decretæ, additi honores maximi, Præfectura morum in triennium, Dictatura in decennium, lictorum numerus maior, sella curulis in Senatu apud Consules, vtque sententiam primus dicere posset; currus illi in honorem è regione Iouis in templo Capitolino vt poneretur, & vt nomen eius in locum Catuli scriberetur in Capitolio, qui illud dedicauerat. Hosque omnes honores acceptauit, sicut auctor est Dio libro XLIII. Deinde habita in Senatu oratione, qua omnium animos confirmare conatus est, quater vno in mense, interpositis tamen diebus, & diuerso apparatu & instrumento, triumphauit. Primum excellentissimumque triumphum egit de Gallis, quorum multas potentesque nationes subegerat, & imperio adiecerat. Eius triumphi apparatum ex citro fuisse scribit Velleius Paterculus. Simulachra Rheni, Rhodani, atque Oceani per pompam transportata fuisse, videtur insinuare Florus lib. IIII. cap. II. Captiuus ductus Vergentorigés rex, qui Vercingetorix Cæsari & Dioni. Is licet ad Alexiam vltrò semet dedidisset, post triumphum morte mulctatus fuit. Eiusdem triumphi die Cæsar in Velabro pæne curru excussus fuit axe fracto, vt refert Suetonius, ascenditque Capitolium ad lumina, quadraginta elephantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus. Milites eius inter carmina, quæ currum prosequentes ilocaliter canunt, multa in triumphantem liberrimè protulerunt. Ex iis inter alia hos item versus recitant Tranquillus & Dio, vt celebriores:

Gallias Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem.

Item: *Ecce Cæsar nunc triumphat qui subegit Gallias:*
Nicomedes non triumphat, qui subegit Cæsarem.

Item: *Si malus eris, regnabis. Si rectè egeris, pœnas dabis.*

Famam etenim eius plurimùm læserat, quod iuuenis pudicitiã Nicomedi Bithyniæ regi prosti-

prostituisse diceretur; id quod sæpiùs obiectum illi fuit, vt multis referunt Suetonius, Plutarchus, Dio, & alij.

C. Iulius C. f. C. n. Cæsar. II. Cos. III. Ann. DCCVII. ex. Ægypto.

Secundus Iulij Cæsaris triumphus. Altera laurus (inquit Florus) Ægyptia fuit; cui suffragantur item Suetonius, Appianus, & alij. Eius apparatum ex testudine constitisse tradit Velleius. Visa in ferculis simulachra, Nilus, atque ignibus ardens Pharus. Ducta in triumphum Arsinoë regina Cleopatræ soror, quam post in gratiam fratrum Cæsar dimisit, vt apud Dionem legimus. Auctor item Appianus, Achillæ Photinique percussorum Pompeij interitus figuris repræsentatos fuisse, id quod cum gaudio & applausu populus omnis libenter spectauit.

C. Iulius. C. f. C. n. Cæsar. III. Cos. III. Ann. DCCVII. ex Ponto. de Pharnace rege.

III. Cæsaris triumphus. Tertium ex Ponto triumphum duxit de rege Pharnace, cuius apparatus, auctore Velleio, constabat ex acantho. Inter pompæ fercula, trium verborum prætulit titulum: VENI. VIDI. VICI. non acta belli significantem, sicut ceteri; sed celeriter confecti notam, auctore Tranquillo. Repræsentauit item figuris, velut Appianus prodidit, Pharnacis turpem fugam, quæ omnium risu fuit excepta.

C. Iulius. C. f. C. n. Cæsar IV. Cos. III. Ann. DCCVII. ex. Africa. de. Iuba. rege.

Triumphus Cæsaris IV. Quartus triumphus ex Africa, vt non de victis ciuibus, sed tamquam de Iuba rege fuit actus; cuius filium puerum Iubam quoque nomine inter captiuos traduxit, qui Romæ postmodum educatus, litteris & eruditione clarus euasit, & Augusti demum liberalitate paternum regnum recuperauit. Testantur hoc Plutarchus, Appianus, & Plinius, qui Iubæ regis auctoritatem in sua naturali historia frequenter adducit. Porrò huius triumphi apparatus, auctore Velleio, constabat ex ebore: in eoque ciuium, qui in Africa perierant, prælata spolia mire affligebant intuentium oculos; præsertim imagines, quibus exitus eorum repræsentabat notis & variis titulis. Non enim sine gemitu videre poterat populus Q. Scipionem sua manu saucium in mare semet præcipitantem; Petreium & Iubam ruentes in ferrum, mutuisque ictibus mortem accelerantes; Catonem in viscera propria sæuientem, ne seruire Rempublicam videret. Ceterum his quatuor triumphis Cæsarem transtulisse scribit Appianus talenta mille sexaginta cum dimidio, coronas aureas octingentas & viginti duas supra duo milia, pondo viginti milia quadringenta quatuordecim. Velleius ait, pecuniam ex manubiis latam paulò amplius sexies milies sestertium, addita Hispaniensis triumphi, quem posteà duxit, pecunia. Exercitui autem quæcumque pollicitus fuerat, ampliore summa persoluit; militibus singulis drachmas quinque millenas Atticas, duplum Centurionibus, Tribunis militum & Præfectis alarum quadruplum, vti Appianus auctor est. Eadem fere prodit Tranquillus sed alia numerandi ratione, adiicitque veteranis agros assignatos item fuisse, sed non continuos ne quis possessorum expelleretur. Populo autem præter frumenti denos modios, ac totidem olei libras, trecenos quoque nummos, quos pollicitus olim erat, viritim diuisisse. Adiecit etiam epulum & visceratonem, vnoque die, veluti Plutarchus memorat, duobus ac viginti milibus tricliniis epulum instruens vniuerso populo. C. Lucceius Hirrus sex milia murenarum his cœnis triumphalibus mutuò appendit, vt Plinius refert lib. XIX. c. LV. Ad spectacula quæ edidit varij generis magnificentissima, tantum vndique confluxit multitudinis, vt inter vias in vicis & compitis per vrbem sub tabernaculis aduenæ pernoctare cogerentur, sæpiusq; præ turba plures elisi exanimatique, & in his duo Senatores. T. Plancus Senator, Laberius & Publius eq. Rom. in ludis Cæsaris visi; ait Cicero Famil. lib. XII. epist. XVIII. Ludos insuper regionatim vrbe tota seorsim edidit, cùm Veneris Genitricis templum, quod prælio Pharsalico vouerat, cum foro suo Iulio dedicaret. Item Circenses athletas per triduum, Naumachiam in Campo Martio, venationes per quinque dies, Troiæ ludum, pugnam cum elephantis. Quę omnia singulatim hic enarrare nimis longum esset. Describunt autem abunde Suetonius, Dio, Plutarchus, & Appianus, ex quibus studiosus eius historię Lector omnia ad satietatem haurire facile poterit. Pugnam verò elephantorum præter alios pulchre depingit Plinius libro VIII. cap. VII.

ANNO

ANNO P.R.C. DCCVIII.

C. IVLIVS. C. F. C. N. CAESAR. III. Dict.
M. AEMILIVS. M. F. Q. N. LEPIDVS. MAG. EQ.
Reip. constituendæ caussa.

HÆC tertia Cæsaris Dictatura est, in decennium illi videlicet decreta post Africanam victoriam, vt ante dixi, quam (vt monstrant Capitolini Fasti) anni huius principio iniit cum M. Lepido Magistro equitum, qui anno superiore collega eius in Consulatu tertio, ex S. C. plebem de hac decennali Cæsaris Dictatura rogauit, plebsque sciuit; & Lepidus Consul semetipsum contra leges Magistrum equitum renuntiauit: Auctor est Dio; sed in hoc eius index, qui libro XLIII. prætextus est, à tabulis Romanis discrepat, quòd tertiam Cæsaris Dictaturam tertio eius Consulatui adiungat, & huic anno quartam ascribat. Sed vt ad Consules, quos idem annus plures habuit, veniamus; post hanc Dictaturam in fragmento Capitolino sic legimus:

EODEM. ANNO
C. IVLIVS. C. F. C. N. CAESAR. IIII. SINE conlega.

Suffragantur etiam Appiani, Dionis, Plutarchi & Eutropij historiæ; Tabulæ Græcæ item, & quas Cuspinianus citat, hunc annum per solius Cæsaris Consulatum notant. Malè igitur collegam adiungit Cassiodorus & Marianus Q. Fabium Maximum, quem illi suffectum fuisse paulò pòst docebimus. Porrò Tranquillus Cæsarem refert, tertium & quartum Consulatum titulotenus tantùm gessisse, Dictaturæ potestate contentum decretæ cum Consulatibus simul. Et vtroque anno binos Consules substituisse sibi in ternos nouissimos menses. Sed de tertio Consulatu aliter tradere Auctores & Fastos Capitolinos, ex antè dictis manifestum est: de quarto autem congruunt, quem non anni exordio, vt moris erat, sed post victoriam Hispaniensem rediturus ad vrbem iniit, vt Consul (ni fallor) triumpharet. Neque eumdem vsque in annum nouum gessit, vt auctorem habemus Dionem; sed postquam in vrbem venit, Consulatu se abdicauit, Dictatura sola contentus, suffectis sibi in anni reliquum Q. Fabio Maximo & C. Trebonio: quorum hic vlteriorem Hispaniam obtinuerat. Atque hæc sub finem mensis Septembris accidisse, ex Suetonio constat. Scribit enim ita: „Q. Maximo suffecto trimestrique Consule theatrum introëunte, cùm lictor animaduerti ex more iussisset, ab vniuersis conclamatum est, non „esse Consulem eum. Eodem Q. Maximo pridie Kal. Ian. extremo anni die repentina „morte sublato, cessantem honorem Cæsar in paucas horas petenti dedit C. Caninio Re„bilo, qui legatus eius fuerat: Auctores sunt Suetonius, Plinius lib. VII. cap. LIII. Dio, & Tacitus lib. III. Hist. Item Cicero ad Curium scribens lib. Familiarium VII. vbi deplo„rat peruersum reip. statum: In Campo certè non fuisti, cùm hora secunda, comitiis Quæ„storiis institutis, sella Q. Maximi, quem illi Consulem esse dicebant, posita esset. Quo „mortuo nuntiato, sella sublata est. Ille autem qui comitiis tributis esset auspicatus, Cen„turiata habuit: Consulem hora septima renuntiauit, qui vsque ad Kal. Ianuarias esset: quæ „erant futuræ manè postridie. Ita Caninio Consule scito neminem prandisse: nihil tamen „eo Consule mali factum est. fuit enim mirifica vigilantia, qui suo toto Consulatu som„num non viderit. Hæc tibi ridicula videntur: non enim ades. quæ si videres, lachrymas non teneres. Varios referunt Plutarchus & Macrobius Saturnalium secundo & septimo iocos tam Ciceronis quàm aliorum, & non insulsos, in tam insolitum, breuem & ridiculum hunc Caninij Consulatum, quos breuitatis studio omisimus. Non simpliciter in ea re peccasse Cæsarem contra leges & morem maiorum, scribit Dio: cum ipse sine caussa non legibus, non auspiciis, Consulatu ante tempus semet abdicauerit; quòd alium ex arbitrio tantùm suo subrogauerit; denique quòd Caninium simul vno die creari, honorem inire & eiurare voluerit. Vnde factum vt eius exemplo insequentibus annis Triumviri aliiq; Imperatores raro Consules in integrum annum ordinarint, sed ex arbitrio in menses vel dies tantummodò paucos, vt pluribus ambitiosis titulum solummodò dignitatis quærentibus breui temporis spatio satisfacere possent, vt ex sequentibus abunde intelligemus. Porrò cùm idem annus totidem aut plures sæpius habuerit, quàm fere menses: contigit vt ordinarij Consules appellari cœperint, qui Kal. Ianuariis inierunt, & quorum nominibus in Fastis annus fuit signatus. Reliquorum titulotenus honoratiorum, qui ex Imperatorum libidine ad tempus suffecti fuerunt, vix vlla conseruata memoria est, nisi quorum

res gestas posteritati, velut memoria dignas veterum libri commendarunt: quos etiam summa diligentia vndecumque collectos suis annis adferam, studiosis in hoc me gratificaturum sperans. Quapropter quemadmodum in Fastorum Capitolinorum fragmento habentur Consules hoc anno suffecti, describere visum est. Legimus autem ita post Cæsaris quartum Consulatum:

EODEM ANNO

Q. FABIVS Q. F. Q. N. MAXIMVS. . IN. Mag. C. Trebonius C. f.
MORTVV . . EST. IN. EIVS. LOcum factus est
C. CANINIVS. C. F. C. N. REBilus.

Eosdem quoque reperimus in alio fragmento vetustissimæ Tabulæ Fastorum Consularium, quod Angelus Collotius, vir doctissimus, Romæ in hortulis suis, quamdiu vixit, diligenter seruauit, & eo mortuo ab heredibus acceptum Gentilis Delphinus, vir studiosissimus antiquitatis, apud quem illud ipsum summa cura descripsi. Et quia frequenter nobis vsui posthac futurum sit, in disponendis horum temporum Consulibus, non alienum erit illud hic etiam subiungere. Sed hoc etiam annotatu dignum, quòd in eadem tabula M. Antonij nomen erasum fuerit, nempe cùm hostis esset iudicatus a Senatu; sed postea rescriptum ac repositum esse videmus.

Fragmentum tabulæ Collotianæ.

C. IVLIVS. CÆSAR. IIII. SINE. CONLEGA. SOL SVF. L. SESTIVS. P. F
SVF Q. FABIVS MAXIM. C. TREBONIVS. C. F. M. CLAVDIVS. M. F L. AR
C. CANINIVS. C. F L. MVNATIVS. PAVL. ÆMILIVS
VLIVS. CÆSAR. DICT. IV. M. ÆMILIVS. M. EQ. Q. ÆMILIVS. LEPID. M. LO
C. IVLIVS. CÆSAR. V. M. ANTONIVS. M. F M. APPVLEIVS. SEX. F P. SI
SVF. P. CORNELIVS. P. F. C. SENTIVS. SATVRN Q. LV
C. VIBIVS. C. F. PANSA A. HIRTIVS. A. F. SVF. M. VINVCIVS. P. F.
SVF C. IVLIVS. CÆSAR SVF. Q. PEDIVS. Q. F P. CORNELIVS. P. F CN. C
C. CARRINAS. C. F P. VENTIDIVS. P. F C. FVRNIVS. C. F C. IV
EMILIVS. M. ANTONIVS. IMP. CÆSAR. III. VIR. R. P. C. CL. L. DOMITIVS. CN. F P. COR
EX. A. D. V. K. DEC. AD. PR. K. IAN. SEXT SVF. L. TA
MVNATIVS. L. F. M. ÆMILIVS. M. F M. DRVSVS. L. F L
NTONIVS. P. SVLPICIVS. CENS. LVSTR. N. F M. LICINIVS. M. F
ANTONIVS P. SERVILIVS. P. F TI. CLAVDIVS. TI. F
N. DOMITIVS. M. F C. ASINIVS. CN. F M. VALERIVS. M. F
VF L. CORNELIVS. L. F SVF. P. CANIDIVS. P. F SVF. C. VALGIVS. C. F
C. CANINIVS

Cæsar Dictator tertiùm, designatus quartùm, vt ait Hirtius, & item Consul designatus quartum, vt Plutarchus auctor, magnis itineribus cum exercitu in Hispaniam profectus contra Pompeij filios, & reliquos partium duces Labienum & Varum, qui ex Africa eò profugerant, Bæticam omnem ad defectionem sollicitarant, pulso & eiecto C. Trebonio Procos. expeditionem suscepit, vbi post vagos conflictus, summam demum victoriæ ad Mundam difficili prælio & summo discrimine, vt ferè desperatis rebus de morte sibi consciscenda cogitarit, consecutus est. Cn. Pompeius maior filius in fuga occisus est: Sextus autem minor euasit. Cæsar recepta Hispania, belloque ciuili prorsus confecto, Romam ad triumphum decessit. Historiam latissimè Appianus, Dio, Plutarchus, Florus libro IV. cap. II. Orosius, & alij.

Prætores XIV. facti.

Apud Dionem legimus lib. XLIII. Cæsarem, cùm in Hispaniam cum exercitu abiret, vrbis custodiam commisisse M. Lepido Magistro eq. eidemque adiunxisse sex vrbis Præfectos, vel, vt alij volunt, octo. An verò hi Prætorum loco fuerint, non declarat. Suetonius tamen auctor est, vt ante dixi, nulla præter Tribunorum & Ædilium plebis comitia à Cæsare in quarto & in tertio Consulatu fuisse habita, Præfectosque pro Prætoribus fuisse constitutos, qui res vrbanas administrarent. Igitur an Prætores rectè appellari possint, cùm non comitiis creati fuerint, satis incertum. Porrò Cæsar reuersus ex Hispania, velut Consules sibi in reliquum anni suffecit, ita alios etiam magistratus, comitiis populo in speciem titulotenus restitutis, ordinauit; & vt idem auctor est Dio, Prętores quatuordecim, & quadraginta Quæstores facti sunt. Aliam enim Cæsar rationé non reperiebat pręstandi ea quæ multis multa pollicitus erat. Hinc Tacitus lib. III. Histor. Caninium vnius

diei

„ dici Consulem factum à C. Cæsare Dictatore, cum belli ciuilis præmia festinarentur. Sed quod ad comitia tum per ipsum populo restituta, scribit item Suetonius, velut & anteà dixi, constitutum ita fuisse, vt exceptis Consulatus competitoribus, de cetero candidatorum numero ex dimidia parte pronuntiarentur, quos ipse dedisset; & ex dimidia, quos populus vellet. Sed prouincias & exercitus proculdubio sine sorte commisit quibus ipse fidebat, etiam non Prætura functis, sicut ex Dione & aliis manifestum est. Sed quos vel Prætores vel prouinciarum Præfectos huius anni reperire potui, adiungam.

L. Minucius ..f. ..n. Bacilus. De hoc ita fere Dio: Cuidam L. Bacilo Cæsar Præturam vel Præfecturam (ἡγεμονίας enim vtitur vocabulo) gerenti nullam prouinciam concessit, sed magnam pecuniam eius loco donauit. Sed hanc contumeliam, cum in ore esset omnium, tam ægre tulit Bacilus, vt fere mortem sibi consciuerit. Appianus inter coniuratos contra Cæsarem nominat Minucium Bacilum, quem Lepido auctore à seruis suis occisum scribunt ipse & Orosius lib. VI. cap. XVIII.

C. Asinius Cn. f. ..n. Pollio. Hunc anno sequenti Prætorium cum Sex. Pompeio in Hispania bellum gessisse, Velleius auctor est: Tribunus plebis biennio ante fuit, vt suo loco demonstraui, vt hoc circiter anno Præturam vel iurisdictionem in vrbe administrasse fiat verisimile.

C. Albius C. f. ..n. Carrinas. Hispaniam vlteriorem obtinuit. Præfectus à Cæsare ibidem post deuictos Pompeios: Auctor Appianus lib quarto.

Ser. Sulpicius ..f. ..nepos. Achaiam: Cicero Famil. lib. IV. epist. XII.

Q. Philippus ..f. ..nepos. Asiam: Famil. lib. XIII. epist. LXXII.

Q. Martius ..f. ..n. Rex. Siciliam: Cicero Famil. lib. XIII. epist. LI.

L. Statius ..f. ..n. Murcus Prætor. Nam anno insequenti iussu Cæsaris Su-
» riam obtinuit, vt tum latiùs dicam. Velleius Prætorium vocat: C. Cassius (ait) acceptis à
» Statio Murco & Crispo Marcio Prætoriis viris, Imperatoribus prævalidis, in Syria legio-
„ nibus inclusum Dolabellam Laodicea expugnata interfecerat. Vide Dionem lib. XLVII. Eum C. Cassius classi postea præfecit.

Q. Marcius ..f. ..n. Crispus. Ex Prætura Bithyniam obtinuit Procos. Dio lib. XLVII. Appian. lib. III. ciuilium, vbi mendose Minucius Crispus Anno insequenti contra Q. Cæcilium Bassum L. Murco Procos. cum tribus legionibus auxilio venit. Meminit eius Cicero Philippica XI. vbi Procos. appellat, sicut Velleius Prætorium. Ex quibus constat, anno superiore Prætorem fuisse.

T. Furfanius ..f. ..n. Postumus Siciliam obtinuit Proconsule. Extat ad ipsum epistola Ciceronis Familiarium sexto, qua A. Cæcinam, ob criminosum librum in Cæsarem editum, in Sicilia tunc temporis exulantem, commendat. Itaque & ad ipsum Cæcinam sic quoque scribit, suadens vt permaneret in Sicilia, cum spes reconciliationis
„ esset haud infirma. Quam ob rem, inquit, censeo magnopere commorandum, T. Furfa-
„ nio Postumo familiari meo, legatisque eius item meis familiaribus diligentissime te com-
„ mendabo. Meminit eiusdem Furfanij in oratione pro Milone.

C. Vibius C. f. C. n. Pansa. Galliam Cisalpinam obtinuit, M. Bruto succe-
„ dens. Ita Cicero ad C. Cassium lib. XV. epistolarum, quæ nunc appellantur Familiares: De
„ Hispania noui nihil, sed expectatio valde magna, rumores tristiores, sed [illegible]. Pansa
„ noster paludatus ante diem III. Kal. Ianuar. profectus est. Sic etiam respondens Ciceroni
„ Cassius: Pansam nostrum secunda voluntate hominum paludatum ex vrbe exisse, cum
„ ipsius caussa gaudeo. Ceterum M. Bruto successisse, qui Galliam Cisalpinam anno superiore obtinebat, satis declarant eiusdem verba ad Atticum libro XII. epistolarum. M. Bruti namque reditum ex prouincia magnopere tum expectabat: quare sæpius ad-
„ monet Atticum, vti de Pansæ successuri profectione quid certi significaret: Quòd si
„ quid scies (inquit) scribas ad me velim: maxime autem, Pansa quando. Et alibi: Pansæ
„ profectionem scribes, cum scies. Et infra multò apertiùs: Pansa si hodie, vt putabas, pro-
„ fectus est, posthac iam incipito scribere ad me, de Bruti aduentu quid expectes, id est,
„ quos ad dies: id si scies, vbi iam sit coniectura, assequere. Et deinde in alia epistola: De
„ Bruto tamen, si quid habebis, scire enim iam puto, vbi Pansam expectet; si, vt consuetudo
„ est, in prima prouincia, circiter Kalendas adfuturus videtur. Hæc omnia satis ostendunt,
„ hoc anno C. Pansam M. Bruto (quem Cicero hoc anno Romæ cum Attico de claris oratoribus disputasse fingit in libro qui Brutus inscribitur) successisse.

M. Acilius ..f. ..nepos. Hunc Sulpicio in Achaia prouincia successisse insinuat Cicero Familiarium septimo, in epistola ad M. Curium, in qua etiam scribit de

C. Caninij Consulatu vnius diei. Ait enim ita: Acilius, qui in Græciam cum legionibus missus est, maximo meo beneficio est: bis enim est à me iudicio capitis rebus saluis defensus, & est homo non ingratus, meque vehementer obseruat. Ad eum de te diligentissime scripsi, eamque epistolam cum hac coniunxi. Et in alia post epistola meminit.

Tribuni plebis.

. Pontius . f. . n. Aquila. Cuius ita Suetonius in Cæsare, vbi caussas adfert quamplurimas, cur abusus dominatione, & iure cæsus existimaretur, inexpiabilem in primis inuidiam sibi conflauisse dicens, quod adeunti se Senatui vniuerso cum honorificentissimis decretis, sedens pro æde Veneris Genitricis non assurrexisset. Idque factum eius, inquit, tanto intolerabilius est visum, quòd ipse triumphanti, & subsellia tribunitia prætereuehenti sibi vnum e collegio Pontium Aquilam non assurrexisse adeo indignatus sit, vt proclamauerit, Repete ergo a me Aquila Remp. Tribunus; & nec destiterit per continuos dies quidquam cuiquam nisi sub exceptione polliceri, si tamen per Pontium Aquilam licuerit. Porro in Hispaniensi triumpho hoc contigisse, docet temporis ratio, quem molestissime populares omnes cum ciuitate quasi vniuersa tulisse, paulò pòst dicemus. Pontium Aquilam Appianus inter coniuratos nominat, sicut etiam Dio, qui legatum D. Bruti in bello Mutinensi occisum fuisse dicit. Meminit & Cicero T. Pontij in Catone Maiore, & L. Pontij epist. 1. ad Atticum.

L. Munatius L. f. L. n. Plancus. Cicero Philipp. II. de nocturno & ridiculo M. Antonij, tabellarij habitu, in vrbem reditu, vt amorem erga se vxoris suæ experiretur. Et domi quidem, inquit, caussam amoris habuit; foris etiam turpiorem, ne L. Plancus prędes suos venderet. Ex quibus Prętorem in vrbe hoc anno fuisse colligimus. Cùm varij enim rumores per vrbem essent de Cæsare in Hispania interfecto; reuersum subitò Narbone Antonium Trib. plebis in concionem produxit, vti caussam tam inopinati reditus declararet; respondit se rei suæ caussa venisse, ne magistratus prædes suos venderet ob debita ærario non persoluta. Igitur populum offendit eo responso, & dicacem in se reddidit; quippe qui nouerat alia caussa ipsum rediisse. Plancus intensus erat Antonio, & ex Prætura Galliam sortitum anno sequenti dicemus.

Ædiles curules.

Q. Hortensius Q. f. . nepos. P. Sura P. f. . nepos. In denariis argenteis.

Ædiles plebis.

L. Trebellius . f. . nepos. Is qui Tribunus pl. biennio antè fuit, & Corneliæ legi intercessit de tabulis nouis. Hoc quasi tempore fuisse Ædilem colligere est. nam inter Ædilitios eum numerat Cicero Philip. XIII. qui bello Mutinensi posteà M. Antonij partes contra Senatum secuti sunt. Meminit Ædilitatis & Philippica sexta: plurimum gratiæ sibi conciliasse apud bonos ciues dicit in Tribunatu, quòd tabulis nouis obstitisset. Trebellium, inquit, fraudare creditores, domo profugere, propter æs alienum venire ad arma. Vbi plausus ille in triumpho est? Sæpe ludis. Vbi Ædilitas delata summo studio bonorum?

L. Ælius . f. . n. Lamia. Qui eques Romanus Clodianis temporibus ob amicitiam quæ ei intercedebat cum Cicerone, relegatus fuerat ab A. Gabinio Consule. Ædilitatem circa hæc tempora gessisse satis declarat Cicero, duabus epist. lib. XI. Famil. quibus petitionem Præturæ eius biennio pòst commendauit D. Bruto Cos. designato. Quamquam enim Lamia, inquit, summo splendore, summa gratia est visus magnificentissimo munere Ædilitio. Et in sequenti epistola: Lamia vno omnium familiarissimè vtor; magna eius in me non dico officia, sed merita, eaque sunt populo Rom. notissima. Is magnificentissimo munere Ædilitatis perfunctus petit Præturam.

Quæstores.

M. Appuleius . f. . n. Asiam obtinuit. Cui successor datus videtur à Cæsare C. Trebonius anno insequenti, post cuius aduentum cùm ipsè postea cum pecuniis decederet prouincia, Romam profecturus, M. Brutum amicum & familiarem sibi repperit in Græcia iam bellum molientem, cui pecunias & naues tradidit: Plutarchus in vita Bruti. Vide an idem sit, quem laudat & commendat plurimùm Brutus Ciceroni, cum Romam proficisceretur e Græcia ad Præturæ petitionem.

C. An-

C. Antistius . f. . n. Vetus. in Syria. Iussu Cæsaris Q. Cæcilium Bassum Pompeianæ partis ducem, qui in Syria bellum excitauerat, Apameæ anni huius exitu obsedit. Intelligimus hoc ex epistola Ciceronis ad Atticum anno insequenti paulò post cædem Cæsaris scripta, quæ est libri XIV. epist. IX. sic enim ait: Et Balbus hic est, multumque mecum: ad quem à Vetere litteræ datæ pridie Kal. Ianuarias, cùm à se Cæcilius circumsederetur, & iam teneretur, venisse cum maximis copiis Pacorum Parthum: ita sibi esse eum ereptum multis suis amissis. Vide quæ de his Dion lib. XLVII.

L. Cornelius . f. . n. Balbus. Quæstor in Hispania vlteriore, hoc quasi anno: de quo C. Asinij Pollionis epistola extat Famil. lib. X. ex qua latissimè intelliges, quàm auarè & crudeliter prouinciam habuerit per exactionis rapinas, ciues ac socios virgis cæsos, bestiis obiectos. Quæ omnia hic referre nimis longum foret.

C. Iulius. C. f. C. n. Cæsar. V. Cos. IV. Ann. DCCVIII.
ex Hispania .. .. Octob.

Post deuictos Cn. Pompeij Magni filios in Hispania, Cæsari quinquaginta dierum supplicationes Romæ sunt decretæ, vtque Parilibus, quo die natalem vrbis celebrare moris erat, Niceteria Cæsaris quotannis celebrarentur; quòd pridie eius diei Cæsaris victoria Hispaniensis nuntiata Romæ fuisset. Ipse Corduba, Hispali, & Munda, alijsque Hispaniæ vrbibus receptis, rebusque in prouincia compositis, Romam mense Octobri reuersus, quintum egit triumphum; cuius apparatus ex argento rasili constitit, vt auctor Velleius est. Hoc tamen triumpho nihil populo Rom. potuit esse grauius, quòd titulo quidem de Hispania, re autem vera de ciuilibus ageretur. Non enim exterorum ducum, aut barbarorum Regum præferebantur in ferculis tituli; sed inter patriæ miserias de ciuili sanguine pompam acitare & triumphum ducere videbatur, ob principis viri, & de Rep. bene meriti stirpem cum publica clade deletam. Verum ipse nihil vulgi rumoribus mouebatur, iam ciuitati vniuersæ formidabilis ac metuendus. Hinc honores immensi & insolentissimi in eum certatim congesti, sed veluti infulæ (vt inquit Florus) in destinatam morti victimam. Ex iis decennalem Consulatum aspernatus est, Dictaturam in perpetuum acceptauit, vtque sacrosanctus haberetur, comitia, exercitus, pecuniam publicâ solus in potestate haberet, eiusq; imagine pecunia signaretur, magistratus omnes ineuntes in eius acta iurarent; vt denique summam in Rep. Romana potentiam, ius, & imperium haberet, eamque ob caussam ipse posterique eius Imperatoris prænomine semper vterentur. Quibus omnibus Regem & Monarcham ipsum fecerunt, vt omittamus alia humano fastigio amphora quæ acceptauit, velut statuam inter Reges, templa, aras, simulachra iuxta Deos, cognomen Patris patriæ, appellationem mensis Quinctilis è suo nomine, thensam & ferculum in Circensi pompa; Flaminem, Lupercos, & alia quæ exactius recensent Plutarchus, Appianus, & Dio: multaque caussas grauissimas aduersus eum præstitisse scribunt, vt in iis ideò decernendis non minus laborarint inimici eius, quam assentatores; nempe vt criminum materiam suggererent, vtque tamquam abusus dominatione & in tyrannidem prolapsus, iure aliquando occisus videri posset. Post triumphum autem duo dedit populo prandia; quod prius parce, neque pro libertate sua præbitum iudicaret, quinto post die aliud largissimum præbuit: Auctor Suetonius: meminit item Dio. Hinc etiam Plinius lib. XIIII. cap. XV. Quid, non & Cæsar Dictator triumphi sui cœna vini Falerni amphoras, Chij cados in conuiuia distribuit? Idem Hispaniensi triumpho Chium & Falernum dedit. Epulo verò in tertio Consulatu suo, Falernum, Chium, Lesbium, Mamertinum: quo primum tempore quatuor genera vini apposita constat.

Niceteria Cæsaris quotannis celebrata.

Triumphus Cæsaris V.

Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXIMVS. COS. AN. DCCIIX
EX. HISPANIA. .. .. III. IDVS. OCTO

Q. PEDIVS. M. F. PRO. COS. EX. HISPANIA. IDIB. DEC. A. DCCIIX.

C. Cæsari non satis fuit (vt apud Dionem legimus libro XLIII.) ob ciuium multitudinem in Hispania occisam vnum triumphum duxisse; sed triplicem esse voluit. Igitur Fabio Maximo & Q. Pedio legatis suis, vti triumpharent, concessit; hic Proconsulari titulo, ille in Consulatu suo trimestri: licet nihil ipsi per se triumpho dignum gessissent. Quapropter non sine risu multo, nec absque scommatibus horum pompæ excipiebantur à populo, simul quòd ligneis, non eburneis imaginibus oppidorum vterentur in ferculis. Hinc memorabilis ille iocus Chrysippi, quem Quinctilianus refert libro VI. Oratoriarum cap. III. Nam cùm in triumpho Cæsaris eburnea oppida essent translata, & post dies paucos Fabij Maximi lignea; thecas esse oppidorum Cæsaris dixit.

ANNO P. R C. DCCIX.

C. IVLIVS. C. F. C. N. CAESar. IIII. Dict
M. AEMILIVS. M. F. Q. n. Lepidus II. Mag. eQ.
Reip. regundæ caussa.
C. Octauius. C. f. C. nepos. Mag. eQ.
VT. QVM. M. Lepidvs. PALVDATVS. exisset. iniret
CN. DOMITIVS. M. F. M. N. CALVInus
IN. INSEQVENTEM. ANNVm. designatus
ERAT. NON. INIIT

Dictatura Cæsaris IV.

HÆC quarta Cæsaris Dictatura, quæ illi superiore anno in perpetuum erat decreta: non vt ad tempus Remp. constitueret, sed vt quamdiu viueret, potestate Dictatoria regeret & administraret. Dio quintam esse vult; Fasti tamen Capitolini, & Tabulæ Collotianæ fragmentum, quod supra adduximus, quartam fuisse ostendunt. Cæsarem communi populi Romani consensu bellum contra Parthos parare cœpisse refert Dio libri XLIII. fine. Et quia diutius abfuturum opinio erat, prout tanto bello necessarium videbatur, decretum fuit, Vti comitiis habitis magistratus omnes iam ante in totum triennium ordinare posset, vel, vt vult Appianus, in quinquennium. Qui tamen non omnes tum designati fuerunt, vt apud Dionem legimus. Magistros autem equitum sibimet Dictator ad biennium dixit, velut fragmenta monstrant Capitolina: M. Lepidum in primis, qui anni principio secum iniret, deinde C. Octauium sororis suæ nepotem, licet adolescentulum, vt cum M. Lepidus paludatus exisset, iniret. Obtinebat enim tum Lepidus Cæsaris beneficio, & per Legatos suos administrabat Galliam Narbonensem cum Hispania citeriore, atque breui in prouinciam abiturus videbatur. Cn. Domitium Caluinum designauerat in annum insequentem; sed non iniit, ob mutationem rerum fortassis, quæ postmodum incidit. Eadem fere scribuntur a Dione: Cæsar autem, inquit, » his iisdem duobus annis Dictator futurus, Magistros equitum sibi quemdam alium, & » C. Octauium adolescentulum etiamnum delegit. Cumque Antonius Consulatum » toto anno gerere, M. Lepidus Galliam Narbonensem finitimamque Hispaniam obtinere deberet; duos alios pro iis Magistros equitum suffecit. » Quæ vt tabulis Romanis » conueniant, ita videntur intelligenda: Cæsarem sibi quidem destinasse Magistros equitum Antonium & Lepidum; sed alterum mutata sententia potius Consulem fecisse, alteri vero cum in prouinciam abire deberet, in reliquum anni suffecisse C. Octauium: quartum denique Cn. Domitium designasse in annum insequentem. Appianus autem insinuat, Cæsarem anno superiore, cum abiret Consulatu quarto, Consulesque suffecisset Q. Fabium, C. Trebonium, Dictatoria potestate contentus, pro M. Lepido, quem Hispaniæ citeriori tum præfecerat, M. Antonium Magistrum equitum sibi desumpsisse. Deinde hoc anno, cum Dictaturam quartam iniret, pro M. Antonio, cum collegam eum sibi in Consulatu quinto designasset, Magistrum equitum dixisse rursus M. Lepidum. Ait enim: Cæsar in annum insequentem designauit Consules seipsum & Antonium suum » Magistrum equitum, Lepido iusso in Antonij Magisterio equitum succedere, is enim tum » Hispaniam prouinciam per amicos vel legatos administrabat. Idem sane Cicero in Philippica secunda indicat his verbis: Qui Magister equitum fuisse tibi viderere, in proximum annum Consulatum peteres, vel potius rogares. De C. Octauij hoc Magisterio » equitum quædam obiter attingunt Plinius libro VII. cap. XLV. & Solinus cap. III. » inter felicitates eius enumerantes repulsam in Magisterio equitum apud auunculum, quodque contra petitionem eius prælatus esset Lepidus cum quadam auspicantium cœptorum nota.

C. IVLIVS. C. F. C. N. CAESAR. VI. DICT. IV. OVANS. A. DCCIX
EX. MONTE. ALBANO VII. K. FEBR.

Cæsar ouans in monte Albano.

Huius ouationis caussam apud Auctores non reperio, immo vix vllam alicubi mentionem, licet inter triumphos Cæsaris numerari videamus in Capitolinis fragmentis: nam VII. Kal. Feb. ipsum Dictatorem IV. ex monte Albano reuersum tradunt. Ex quibus colligimus, illud accidisse Feriis Latinis, antequam quintum iniret cum Antonio Consulatum. Auctor enim est Dio lib. XLIV. inter alios honores a Senatu decretos Cæsari permissum, vt posset ipse, Feriis Latinis in monte Albano peractis, vrbem curru lictori-

lictoribus laureatis inuehi, & vti semper veste triumphali, etiam intra vrbem. Idem postea scribit, non curru sed equo vsum fuisse. Ait enim: Cum ex Albano in vrbē equo inuectum nonnulli Regem salutassent, Cæsarem se non Regem esse respondit. Quo loco tamen in exemplaribus Græcis suspicor mēdose legi, μετὰ τῶ Ἀλβανῶ, pro ἐκ τῶ Ἀλβανοῦ. idque alicuius librarij culpa (ni fallor) qui viri, non loci nomen hoc putauit. Ostendit hoc Plutarchus aliquantò apertiùs, scribens Cæsarem ex Alba in vrbem descendentem à multis Regem salutatum fuisse, populoque ob eam rem perculso & perturbato, ipsum indignatum, & austero minusque familiari vultu præteruectum. Quin etiam Tranquillus addit, eo è Latinarum sacrificio redeunte, inter immodicas ac nouas populi acclamationes, statuæ etiam illius diadema impositum à quodam fuisse.

Iulius Cæsar Regis nomen repellit. Dionis locus expensus.

C. IVLIVS. C. F. C. n. CAESAR. V. M. Antonius M. f. M. n.

In. magistr. occis. est, in eius locum fact. est.

P. CORNELIUS P. f. Dolabella

Cassiodorus, Marianus, & Tabulæ Græcæ annum more solito per hos Consules signarunt, non per Dictaturam Cæsaris. Eorumdem meminit Iosephus lib. XIIII. Antiquitatum, & Macrobius lib. primo Saturnalium, Florus, & Solinus. Item Iulius Obsequens huius anni prodigia varia referens, primùm enarrat Quæ C. Cæsare & M. Antonio, deinde quæ post Cæsaris cædem M. Antonio eodem & P. Dolabella Consulibus acciderunt. Ita Plinius libro II. cap. XXXI. M. Antonio, P. Dolabella Coss. plures soles visos scribit. Solinus autem cap. XXX. vbi de Carthagine instaurata; Deinde, inquit, à C. Graccho colonis Italicis data, & Iunonia ab eo dicta, aliquantisper ignobilis humili & languido statu; demum in claritatem secundæ Carthaginis, interiectis centum & duobus annis, M. Antonio, P. Dolabella Consulibus enituit; alterum post vrbem Romam terrarum decus. Idem etiam tradunt Appianus & Dio, Cæsarem hoc anno Corinthum & Carthaginem vrbes, quæ vno anno Romanis viribus oppressæ perierant, restaurasse. Sed quod Consulatus eius anni attinet, eos ita compendiosius simul cum Dictatura quarta Cæsaris exprimit fragmentum tabulæ Collotianæ, quod supra adduxi.

C. IVLIVS. CAESAR. DICT. IV. M. AEMILIVS. MAG. EQ

C. IVLIVS. CAESAR. V. M. ANTONIVS. M. F

SVF. P. CORNELIVS. P. F

Ceterùm de Dolabella tradit Dio, nondum Prætorium fuisse; Appianus, nondum XXV. annos natum peruenisse ad Consulatum. Quas autem seditiones in Tribunatu plebis excitarit, suo loco retuli. Familiariter amicus Cæsari semper fuit. quam ob caussam (vt refert Plutarchus in Antonio) cum se hoc Consulatu quinto vellet abdicare, de Dolabella sibi subrogando ad Senatum retulit, multum refragante M. Antonio Consule, atque inimicum collegam aspernante, vt ad turpes vsque altercationes inter hos duos peruentum fuerit. Cum Cæsar tamen in sententia perstaret, & Dolabellam Consulem renuntiari iussisset, obiecit auguria Antonius, effecitque, vti ab incepto Cæsar desisterit. Quo postmodum in magistratu occiso, fasces eius (vt Velleius & Eusebius aiunt) statim corripuit Dolabella, non contradicente, metu seditionis & turbarum, Antonio. Qua ratione hoc factum, pulchrè Cicero in Philippica prima commemorat. Appianus vero Dolabellam dicit, quando in reliquum tempus anni, Cæsare ad bellum Parthicum exeunte, Consul futurus erat, eodem occiso statim iniisse.

P. Dolabella ante tempus Cos. creatus.

Magna denuò rerum mutatio hoc anno in Rep. Romana propter cædem C. Cæsaris exorta est, qui ob immodicos & inuidiosos honores susceptos intolerabilis & superbus, cùm insuper regnum affectare videretur, nobilium conspiratione in eum facta, cuius principes fuerunt M. Brutus, C. Cassius, D. Brutus, C. Trebonius, Idibus Martiis in Curia Pompeij XXIII. vulneribus confossus & occisus est. Sic ipse qui ciuili sanguine terrarum orbem impleuerat, suo sanguine demum Curiam impleuit totius orbis imperatricem. Occupatum statim ab interfectoribus Capitolium, atque in ea confusione rerum P. Dolabella Consulatum, M. Lepidus, qui adhuc cum imperio ad vrbem erat, Pontificatum Maximum arripuerunt. Obliuione deinde cædis iniuriarumque in sententiam Ciceronis à Senatu decreta, obsidibus acceptis coniurati e Capitolio descenderunt. Dictatura lege Antonij Consulis in perpetuum sublata, & ius cooptandorum sacerdotum collegiis redditum: item lex Antonia iudiciaria, quæ duobus à Cæsare relictis iudicum ordinibus, tertium centurionum adiecit. Senatus Dolabellæ Syriam, Antonio Macedoniam prouincias decreuit, D. Bruto Galliam Cisalpinam à Cæsare datam primum cum Proconsulari imperio confirmauit, C. Octauius interim testamento Cæsaris ex dimidia parte heres institutus, & in nomen adoptatus, Romam ex Epiro venit, quo illum Cæsar

C. Cæsar Idib. Martijs à coniuratis confossus.

præmiserat,bellum Parthis illaturus,omnibusque prosperis exceptus, ex testamento nomen Cæsaris excepit,veteranos deductos à patre in colonias ad bellum contra M. Antonium excitauit. Qui cum impotenter dominaretur,legem de Macedonia prouincia permutanda,& citeriore Gallia accipienda, inuito Senatu ad populum per vim ferret, & Octauium quoque petentem,vt sibi aduersus auunculi percussores adesset, iniurus afficeret,ingentes rursus dissensiones mouit. Legiones Martia & Quarta ab Antonio ad Octauium signa transtulerunt. Ipse Antonius cum exercitu per vim Galliam citeriorem occupaturus,D. Brutum Procos. Mutinæ circumuallatum obsedit. Omnia latissime Plutarchus,Appianus,Dio,Suetonius,Liuius,Zonaras,Velleius,Orosius,Florus, & alij quos iam sæpe citauimus. Multa etiam intelliges quæ ad huius anni acta pertinent, ex quatuor prioribus Ciceronis in Antonium Philippicis: multa item ex Epistolis eius ad Atticum, libris tribus posterioribus.

Prętores XVI. primùm facti.

Rursum auxit Cæsar hoc anno magistratuum collegia, bello ciuili benè meritis præmia retribuens. Nam,vt apud Dionem legimus lib. XLIII. fine,contra morem maiorum Prætores sedecim, neque in vnum annum sunt creati, vti quantum colligere possumus duo in vrbe,duo inter ciues & peregrinos ius dicerent,& vt singularum quæstionum publicarum duo insuper quæsitores essent. Verùm hic numerus occiso Cæsare rursus in denarium rediit. Recte igitur Pomponius de origine iuris duos tantùm à Cæsare Prætores adiectos scribit,licet hoc anno sedecim,& superiore quatuordecim fuerint. In denario enim numero collegium illud permansit,donec duobus aliis adiectis,duodecim Prætores Augustus statuerit.

M. Iunius M. f. . n. Brutus Cæpio. C. Antonius M. f. M. nepos.
Iurisdictionem vrbanam obtinuerunt.

C. Cassius . f. . n. Longinus. inter ciues & peregrinos.

Ad iurisdictionem & Præturam M. Bruti referenda videntur Ciceronis verba ad Trebatium Iurisconsultum,lib. Famil VII. vbi Q. Cæpionem appellat: Si bonorum, inquit, Tur- »
piliæ possessionẽ Q. Cæpio Prætor ex edicto suo mihi dedit,&c. Brutus autem & Cassius »
duo capita coniurationis contra Cæsarem,die cædi destinato Idibus Martiis animo tranquillo ius dixerunt,Cæsarem ad Senatum venturum exspectantes. Perpetrato facinore, veteranorum militum qui Cæsarem amabant & plebeiæ factionis metu vrbe cesserunt. Brutus tamen absens ludos Apollinares,vt Prætor vrbanus, magno populi applausu edere non prætermisit. Et ambo,licet absentes,edicta promulgarunt, libenter se vel in exilio victuros,dummodo Reip. constaret concordia,nec vllam belli ciuilis præbituros materiam. Quod pulchre testatur Philippica x. Cicero. De horum rebus gestis multa reperies apud Dionem lib. XLIV. & XLVI. Appianum lib. II. Plutarch. in Cæsare, bruto & Antonio; Velleium,Suetonium,Ciceronem in Philippicis,& alios iam nominatos. De C. Antonio M. Antonij Cos. fratre Dio,Zonaras,& Plutarchus, & Prætorem nominant hoc anno: Appianus verò lib. III. ciuilium,& Dio libro XLVII. collegam dicit M. Bruti in vrbana Pretura,& vicarium absentis in ceteris rebus,Ludos eius etiam edidisse. C. Octauius item Romam reuersus apud C. Antonium Prætorem vrbanum ex more professus est,adoptionem a Cæsare factam se acceptare,velut apud eundem Appianum legimus.

L. Cornelius L. f. L. n. Cinna, affinis C. Cæsaris. Nam soror eius Cornelia, Cinnę IV. Cos. filia matrimonio iuncta Cæsari fuerat,& Iuliã pepererat. Hic primus omnium concionem pro coniuratis habere ausus est; acerbissime in Cæsarem occisum inuectus, tyrannum appellauit, Prætoria insignia sua in Rostris deposuit, quasi contemnens à tyranno data. Interfectores eius laudibus extulit,e Capitolio vocandos, & præmiis ornandos censuit. Quo facto magnam sibi comparauit inuidiam apud plebem,tam ob gratam memoriam Cæsaris,quam ob ingratitudinem Cinnæ, qui a Sulla quondam proscriptus, Cæsaris operà restitutus erat. Nam postridie inter alios Senatores ad Telluris ædem properans,lapidatione multitudinis in vicinam domum compulsus, in eadem exustus fuisset,ni M. Lepidus Magister eq. missis eò militibus, furibundam plebem & ligna iam congerentẽ cohibuisset. Posteà rursus per seditionẽ multitudo errore cognominis alium Cinnam Heluium, in huius locum occidit: laudat tamen eius factum Cicero in Philippica tertia,inter Prætores ipsum nominans,qui sortitiones prouinciarum ab Antonio Consule factas nihili æstimarunt. Quid ego, inquit, de L. Cinna loquar? cuius spectata „
multis magnisque rebus singularis integritas, minus admirabilem facit huius honestis- „
simi facti gloriam: qui omnino prouinciam neglexit. Sed vide quæ Suetonius, Appianus, „
Plutar-

Plutarchus in Cæſare & Bruto, Val. Maximus libro IX. cap. IX.

L. Cornelius *n.* f. *n.* n. Lentulus. P. *n.* *n.* f. *n.* n. Naſo.

L. Marcius L. f. L. n. Philippus. M'. Turanius *n.* f. *n.* n. P. Oppius *n.* f. *n.* n.

M. Antonius Conſul, intellecta legionis quartæ defectione, prouinciarũ ſortitiones ſua propria auctoritate ſine decreto Senatus fecit: ſed ita vt potius ex arbitrio, non ſorte, inter Prætores diſtribuerit prouincias; quas tamquam non legitime datas quidam recuſarunt, alij neglexerunt, pauci acceptarunt. Hinc ita loquitur Cicero, inuehens in M. Antonium
" Philippica tertia: Quæ de ſe exſpectat iudicia grauiora quam amicorum ſuorum? Fami-
" liariſſimus eius, mihi homo coniunctus L. Lentulus, & P. Naſo omni carens cupidita-
" te, nullam ſe habere prouinciam, nullam Antonij ſortitionem fuiſſe iudicauerunt. Quod
" idem fecit L. Philippus, vir patre, auo, maioribusque ſuis digniſſimus. In eadem ſenten-
" tia fuit homo ſumma integritate atque innocentia M'. Turanius: idem fecit P. Oppius.
Hi ergo Prætores fuiſſe videntur, quod tamen non ſine dubij ſcrupulo dicimus, quando L. Antonium quoque nominet inter eos Cicero, quem Tribunum plebis hoc anno fuiſſe paulò poſt latius probabimus.

M. Calpurnius *n.* f. *n.* n. Piſo. M. Vetilius *n.* f. *n.* nepos.

" C. Ceſſedius *n.* f. *n.* n. Rurſus de eadem ſortitione ſic Cicero: Ipſi etiam, ait, qui
" amicitiam M. Antonij veriti, plus ei tribuerunt quam fortaſſe vellent, M. Piſo, meus ne-
" ceſſarius & vir & ciuis egregius, parique innocentia M. Vetilius, Senatus auctoritati ſe ob-
" temperaturos eſſe dixerunt. Et paullo poſt: Quam item magno (inquit) animo & con-
" ſtanti C. Ceſſedius repudiauit. Hos ita nominat Cicero qui ſortitionem ab Antonio factam non admiſerunt. Subdit deinde alios qui acceptarunt, & ſunt hi:

C. Caluiſius C. f. *n.* n. Sabinus. M. Iccius *n.* f. *n.* nepos.

Q. Caſſius *n.* f. *n.* nepos. C. Antonius M. f. M. n.

De C. Antonio ſuperiùs, de aliis autem anno inſequenti latiùs.

C. Caluiſius C. f. *n.* n. Sabinus. Africam veterem ambiuit.

T. Statius *n.* f. *n.* n. Propr. Africam nouam. Ciceronis Famil. lib XII ep. XXV. diligenter conſiderandus locus: Caluiſius namque Cornificio contra S. C. ſuccedere volebat, quod factum de continuandis prouinciis erat XIII. K. Ian. anni huius fine.

Prouincias obtinebant Prætorio vel Proconſulari cum imperio.

P. *n.* *n.* f. *n.* n. Sura. Siciliam: Plinius, Solinus, Valerius Maximus.

M. Æmilius M. f. Q. n. Lepidus Imp. II. Procos. Hiſpaniam citeriorem & Narbonenſem Galliam, cum quatuor legionibus.

L. Munatius L. f. L. n. Plancus. Galliam vlteriorem cum tribus legionibus.

C. Aſinius Cn. f. *n.* n. Pollio. Ex Prætura Hiſpaniam vlteriorem cum duabus legionibus. Vide eius epiſtolas lib. X Famil.

Cæſar cùm à Sex. Pompeio bellum in Hiſpania reuocari intelligeret, C. Carrinati Aſinium Pollionem cum maiore exercitu ſuccedere iuſſit in vlteriore Hiſpania, & M. Lepidum citeriori, & vicinæ Narbonenſi Galliæ præfecit; qui tamen ſuas prouincias vſque ad huius anni fere exitum abſens per legatos adminiſtrauit: L. Plancum vero Galliæ præpoſuit vlteriori. C. Aſinius autem hoc anno non ſatis feliciter cum Sex. Pompeio Cn. f. res geſſit, prælio victus & profligatus. Animos enim reſumpſerant Sexto duce in vlteriore Hiſpania Pompeiani, audita Cæſaris cæde, vt Bæticam fere omnem breui ſpatio in poteſtatem redegerint. Sed cum M. Lepidus Procos. in prouinciam veniſſet, perſuaſit Sexto Pompeio, vti pacem, reditum in patriam, bonorum paternorum reſtitutionem, quæ ex Senatus decreto offerebantur, acceptaret, & Hiſpania decederet. Vide Dionem lib. XLV. M. Lepidus in epiſtolis ad Ciceronem anno inſequenti datis Imp. II. Pontificem Maximum ſe inſcribit lib. Familiarium decimo, vbi etiam reperiuntur C. Aſinij epiſtolæ, & L. Planci, eodem tempore e prouincia ſcriptæ ad Ciceronem: qui demum bello Mutinenſi confecto ſigna ad Antonium tranſtulerunt.

D. Iunius * D. f. D. n * Brutus Albinus. Galliam citeriorem cum legionibus tribus. In Plutarchi Bruto perperam Labienus pro Albinus legitur. Adoptatus enim A. Poſtumius Brutus, Albinus dictus, teſte Sigonio; & in nummis argenteis apparet, ac Velleius A. prænomen tribuit. Cic. in Bruto M. filium vocat. Appianus Prætorem facit. Amiciſſimus & perquam familiaris Cæſari fuit, licet inter capita coniurationis fuerit. A quo in annum ſecundum Conſul deſignatus fuerat, & prouinciam acceperat; quam Senatus occiſo Cæſare illi confirmauit. In prouinciam abiuit, cum coniurati, metu vete-

ranorum

ranorum & plebeiæ seditionis, vrbe cederent; acceptoque exercitu Inalpinos bello aggressus, multis castellis captis victoriam consecutus, Imperator a militibus appellatus est. Anno insequenti prouinciam Procos. adhuc obtinuit. M. Antonium hostem iudicatum Galliam inuadentem Mutina occupata impedit atque sustinuit. Vide Dionem, Appianum, Plutarchum, & alios; item epistolas ipsius D. Bruti tum temporis scriptas, quæ extant Familiarium lib. XI.

Q. Hortensius Q. f. L. n. Ex Prætura Macedoniam obtinuit. Hortalum appellant, eratque Q. Hortensij oratoris filius: Cæsarem sequutus erat priore bello. Prætorem appellat Plutarchus in Bruto. Et cum anno insequenti prouincia decessurus esset, post Antonios hostes iudicatos M. Bruto successori prouinciam ex S.C. tradidit, C. Antonio prætermisso, qui in eadem prouincia ex sortitione fratris M. Antonij succedere volebat. Ideoque ex Ciceronis sententia a Senatu laudatus, & prorogatum quoque in annum sequentem imperium. M. Bruti deinde iussu C. Antonium captiuum, in vindictam a fratre III. viro proscriptorum, occidit. Post victoriam Philippensem, oppresso Bruto captus, M. Antonij iussu ad fratris sepulchrum iugulatus est: Auctores sunt Plutarchus, Dio, Velleius. Meminit eius Cicero in Philippica decima, & Procos. appellat.

A. Allienus . f. . n. nepos. quatuor legiones in Ægypto obtinuit: Cicero Familiarium lib. XII. epistola XI. & XII.

C. Trebonius C. f. . n. Procos. Asiam obtinuit.

L. Tullius . f. . n. Cimber Bithyniam. Ambo inter coniuratos fuerunt, & prouincias à Cæsare acceperant, in quas clanculum Senatu consentiente post occisum Cæsarem sunt profecti, cum metu inimicorum in vrbe vel Italia manere non auderent. Hinc Cicero ad Atticum de Trebonio & Bruto, nihil effectum cæde tyranni dolés. Itane „ verò (inquit) & meus & tuus Brutus egit, vt Lanuuij esset? vt Trebonius deuiis itineribus „ proficisceretur in prouinciam? vt omnia facta, scripta, dicta, promissa, cogitata Cæsaris „ plus valerent, quam si ipse viueret? C. Trebonius postmodum à P. Dolabella Cos. Smyr- „ næ per insidias captus, & crudeliter necatus fuit. Vide Appianum, Dionem lib. XLVII. & alios. L. Tullij Cimbri meminit Cicero Philippica II. memorem patriæ fuisse dicens, & immemorem beneficiorum a Cæsare acceptorum. Classem comparasse ait Famil. lib. XII. ep. XIII. Perperam Metellus Cimber appellatur in Plutarchi Cæsare.

L. Statius . f. . n. Murcus. Ex Prætura Syriam obtinuit Procos. Cum tribus legionibus à Cæsare missus contra Cæcilium Bassum, audita Sex. Iulij cæde. In prouinciam veniens, à Basso fortiter repulsus fuit, donec euocato cum aliis tribus legionibus Q. Marcio Crispo in auxilium, potentior factus, Bassum cum suis tandem obsederit. Sed superueniens insequentis anni initio C. Cassius, cui Syriam prouinciam Senatus, Dolabella hoste iudicato, denuò confirmauerat, obsessos in fidem, totamque Syriam simul cum legionibus Murci & Crispi in potestatem ex S. C. sine difficultate recepit. Vide epistolas Cassij Procos. ad Ciceronem, Famil. lib. XII. ep. XI. & XII. & Dionem lib. XLVII. Appianum lib. III. vbi perperam Sextius Murcus Procos. L. Statium Murcum idem Cicero in Philippica XI. Appianus Titum prænomine appellat, Velleius Staium vocat, & Prætorium dicit: ex quo colligimus, prouinciã ex Prætura obtinuisse cum Proconsulari imperio. Postmodum a C. Cassio classi præfectus est, Rhodios nauali prælio vicit, exercitus Triumvirorum partem ad Brundusium deleuit. Post cladem Philippensem cum duabus legionibus, magna pecunia, & nauibus octoginta abiuit in Siciliam ad Sex. Pompeium. Ab eodem demum proditionis insimulatus, & occisus: Dio lib. XLVIII. Appianus & Velleius. Sed de Murci cognomine Fuluius Vrsinus lib. de familiis Rom.

Q. Cornificius Q. f. . n. Africam veterem obtinuit Procos. Declarant hoc epistolæ Ciceronis ad ipsum Cornificium hoc anno, & insequenti scriptæ: in quibus partim de Reip. statu vrbano, de M. Antonij rebus, de morte Consulum commemorat; partim amicos commendat, qui tum temporis in Africa negotiabantur. Occiso Cæsare, cum M. Antonius Cos. bellum moliens in annum sequentem sortitionis titulo distribuisset prouincias, & C. Caluisium successorem huic destinasset, Senatus irritam fecit sortitioné, & Cornificio aliisque prouinciarum rectoribus prorogauit imperium, donec iis ex Senatusconsulto succederetur. Neque solum ex Dione & Appiano hoc intelligimus, verum etiam ex Philippicis Ciceronis, & in primis ex epistola eius ad ipsum Cornificium; vbi ita scribit: A. d. XIII. Kal. Ianuar. Senatus frequens mihi est assensus, cum de „ ceteris rebus magnis & necessariis, tum de prouinciis, ab iis qui obtinerét retinendis, neq; „ cuiquam tradendis nisi qui ex S. C. successisset. Hoc ego cum Reip. caussa censui, tum „ me hercle in primis retinendæ dignitatis tuæ. Quamobrem te amoris nostri caussa ro- „ go,

go, Reip. caussa hortor, vt ne cui quidquam iuris in tua prouincia esse patiare. Itaque ex S. C. Cornificius Africam anno etiam insequenti retinuit. Deinde verò ex fœdere inter III. viros inito Cæsar iunior Africam omnẽ cum vicinis insulis prouinciam in quinquennium acceptasset, cum T. Sestio, qui eum Cæsaris nomine prouincia decedere iubebat, bellum gessit, proscriptos à III. viris, & ex Italia profugos recepit, & post varias conflictationes tandem prælio victus & interemptus est. Vide Appianum lib. IV. Dionem lib. XLVIII. nonnihil tamen discrepant in narratione historiæ. Vidimus denarios argenteos, à Q. Cornificio cusos hoc tempore, cum hoc titulo: Q. CORNVFICI. AVGVR. IMP. Pro insignibus habent, Hammonis Libyci vel Cereris caput, ob fertilitatem Africæ: ab altera parte Iunonem, a Carthaginiensibus præcipuè cultam, caprina pelle tectam, cum clypeolo oblongo, & caligulis repandis: cui Imp. in habitu Pontificali, lituum, vt Augur, tenens, coronam imponit.

Ædiles primùm sex creati.

Cùm anteà quatuor quotannis Ædiles fieri more maiorum solerent, duo curules, & duo plebis; hoc anno Cæsar primum sex Ædiles constituit, vti duo patricij essent, qui Cereris Ædiles vocarentur, & quatuor plebeij; isque deinceps mos ad ætatem vsque suam, veluti Dio refert, perdurauit. Pomponius de origine iuris idem scribit, C. Cæsarem duos Prætores, & duos Ædiles adiecisse qui frumento præessent, & a Cerere Cereales appellarentur. Ludos Cereri quotannis edidisse, ex antiquo C. Memmij Ædilis argenteo denario cognoscimus, cum capite Quirini ab vna parte, & effigie Cereris ab altera, & his litteris: MEMMIVS. AEDILIS. CEREALIA. PREIMVS. FECIT.

// . Critonius / . f. / . n. Hunc ita nominat Appianus ciuilium libro tertio: " Iam instabãt Ludi (inquit) quos editurus erat Ædilis Critonius, & Cæsar in Ludos patri sellam " auream atque coronam parabat, id quod ex S. C. illi in perpetuum Ludis omnibus decre- " tum erat. Cumque Critonius negaret se passurum honorari Cæsarem in iis Ludis, quos " ipse suo sumptu faceret; Cæsar illum ad Antonium duxit, vt ad Consulem; Consul ad " Senatum se relaturum dixit. Cæsar indignatus: Refer, inquit; ego interim sellam propo- " nam. Id Antonius exasperatus prohibuit; neque hoc contentus, prohibuit etiam Ludis " proximè sequentibus, quos Cæsar ipse celebrabat in honorem Veneris Genitricis institu- " tos. De sella aurea & Ludis, etiam Suetonius & Dio; sed huius Ædilis Critonij meminit solus Appianus.

L. Varius / . f. // . n. Cotyla. Hunc exagitat sæpiùs in Philippicis Cicero: Legatus enim M. Antonij ad Senatum fuit anno sequenti, cùm Mutinam obsideret, & de " pace tractaretur. Ædilitium appellat in Philippica octaua, & in Ædilitate à M. Antonio " cæsum loris fuisse refert. Et sane videtur, si non antè, hoc saltem anno Ædilitatem gessisse. Verba Ciceronis hæc sunt: " Cùm ad nos Cotylam mitteret, ornamentum atque " arcem amicorum suorum, hominem Ædilitium, si verò tum fuit Ædilis, cùm eum iussu " Antonij in conuiuio serui publici loris ceciderunt. Idem repetit Philippica XIII.

Tribuni plebis.

L. Cesetius. // . f. / . n Flauus. C. Epidius // . f. // . n. Marullus.

Mendosum cognomen Cesetij Flaccus in Dione. Flauum appellant Liuius, Plutarchus, & alij. In carcerem coniecerunt, qui diadema insigne regium Cæsaris statuæ imposuerat: ideoque Cæsar dolens ob parum prospere motam regni mentionem, siue, vt ferebat, ob ereptam sibi recusandi vel puniendi gloriam, Tribunos grauiter increpitos potestate priuauit: Auctor Suetonius. Senatu insuper motos & in exilium actos, tradunt Plutarchus & Appianus. Et amplius addit Val. Max. lib. V. cap. VII. mandasse Cæsarem, vti pater Cesetius filium suum abdicaret, qui tamen palàm negauit se id facturum.

C. Heluius // . f. // . n. Cinna. In Magistratu occisus est. Perquam familiaris & amicus erat Cæsari, ob ingenium & eruditionem. Poëtam enim tradit Plutarchus in Bruto. de quo item Ouidius:

Cinna quoque his comes est, Cinnaq; procacior Anser.

Catullus in Epigrammatibus sui Cinnæ Smyrnam poëma celebrat nouem annis pressam, vt volunt Acron & Porphyrio commentatores Artis Horatianæ: item Quinctilianus lib. X. cap. IIII. Citat verò Smyrnam Cinnæ, & alia eiusdem Sosipater Grammaticus, vt Propempticum Pollionis, quod C. Asinio scripsisse videtur. Sed alicubi perperàm Ælius Cinna appellatur. Porrò C. Heluium Cinnam vocant alij, vt Dio, Gellius lib. *C. Cinna poeta Smyrna, & Propempticum Pollionis.*

lib. XIX. cap. XIII. Val. Maximus libro IX. cap. IX. C. Cæſaris in gratiam, collegis ſuis L. Ceſetio & C. Epidio magiſtratum abrogauit: ſed pœnas impellentibus fatis & ipſe ſimul non diu poſteà dedit ſacroſancti magiſtratus violati, atque defenſæ tyrannidis. Nam cùm ex funere amici C. Cæſaris domum repeteret, furibundæ plebis coniuratos quærentis manibus diſcerptus eſt pro L. Cornelio Cinna Prætore, in quem ſæuire ſe exiſtimabat; irata, quòd aduerſus affinem Cæſarem occiſum primus orationem pro Roſtris velut contra tyrannum habuiſſe, & pro coniuratis dicere auſus fuiſſet. Itaque ſolo cognominis eiuſdem errore factum eſt, vt Heluij caput, perinde ac ſi Cornelij fuiſſet, circa rogum Cæſaris fixum iaculo ferretur, officij ſui, & alieni erroris piaculum miſerabile. Nocte quæ cædem hanc præceſſit, per ſomnium viſus eſt ſibi C. Cinna à Cæſare vocari ad conuiuium; & cùm excuſaret, orari; deinde cogi; poſtremò manu apprehenſa per vim abduci inuitus in vaſtum & obſcurum quemdam locum. Et licet febricitaret poſtridie, vt funeri Cæſaris intereſſet, in publicum tamen exiuit, & pro alio Cinna, vt dixi, miſerabiliter occiſus eſt. Vide Dionem lib. XLIV. Appianum lib. II. Plutarchum in Cæſare, & in Bruto, Zonaram, Suetonium, & alios.

Errore cognominis occiſus eſt, pro L. Cornelio Cinna.

C. Octauius C. f. C. n. Qui poſtea Imp. Cæſar. Auguſtus appellatus eſt. Tribunatum plebis, quamquam patricius, & necdum Senator, in locum C. Cinnæ mortui petiit, Romam reuerſus. Sed conatibus eius M. Antonius Cos. aduerſatus eſt, &, vt non obtineret, effecit: Auctores ſunt Dio, Plutarchus in Antonio, Suetonius in Auguſto, & Zonaras. Appianus ciuilium tertio refert, ſuffragatum fuiſſe C. Octauium Flaminio cuidam Tribunatum petenti in locum Cinnæ, & ipſum à plebe declaratum ferè fuiſſe, licet ætate illegitima: Senatum verò obſtitiſſe, metu, ne Tribunus plebis factus inimicos paternæ cædis reos ad iudicium populi traheret. M. Antonium Cos. deinde ſuſtuliſſe comitia, vti nemo in locum Cinnæ ſuffectus fuerit.

C. //. //. f. //. n. Caſca. Auctor Dio, qui ita ferè de hoc Tribuno, vbi de ſeditione in exequiis Cæſaris per M. Antonium concitata; in qua & illud memoria non indignum accidiſſe ſcribit: C. quidam Caſca, qui Tribunus plebis erat, animaduertens, Cinnam ob ſimilitudinem nominis, quod illi idem cum Prætore fuerat, occiſum eſſe; veritus ne & ipſi hoc accideret, cùm P. Seruilus Caſca tam ex Tribunis plebis, quàm ex percuſſoribus Cæſaris eſſet; ſcriptis promulgauit nominis communionem & conſilij diuerſitatem, quæ ſibi cum P. Caſca fuiſſet. Atqui neuter eorum venit in periculum: alter hac quidem ratione cognitus, alter quòd ſeipſum valido ſatellitio cuſtodiret. Porrò locus vbi C. Caſcam Tribunum plebis appellat, mutilus mancuſque eſt in impreſſo exemplari, vbi ſic habetur, Γάιος γάρ τις πρὸς τὸν στρατηγὸν ὁμωνυμίας ἀπώλετο. Sed in manuſcripto Antonij Perrenoti Cardinalis Granuellani libro pleniùs eadem ita legimus, Γάιος γάρ τις Κάσκας δημαρχῶν, καὶ ἰδὼν ὅτι ὁ Κίννας ἐκ τῆς πρὸς τὸν στρατηγὸν ὁμωνυμίας ἀπώλετο. Suffragatur item Epitomes Dionis manuſcriptum exemplar, quod eadem prorſus verba paucis tantummodò omiſſis repetit, Γάιος γάρ τις Κάσκας δημαρχῶν, καὶ ἰδὼν ὅτι Κίννα ἐκ τῆς ὁμωνυμίας ἀπώλετο. Igitur C. Caſcam Tribunum plebis hoc anno fuiſſe ſatis conſtat; P. Caſcam verò, qui inter coniuratos fuit, Tribunus plebis in annum inſequentem deſignatus erat, vt ſuo loco tum demonſtrabimus.

Ti. Canucius //. f. //. n. De quo M. Antonius in concione dicere auſus fuit, Canucium apud eos locum ſibi quærere, quibus ſe ſaluo locus in ciuitate eſſe non poſſet: quemadmodum Cicero refert in epiſtola ad Q. Cornificium libro Familiarium XII. Fouebat nempe C. Cæſarem Octauianum infenſum & inimicum Antonio, quem auſus fuit ad populum, inuito Conſule, fretus poteſtate Tribunitia, non ſemel producere, vti palam de iniuriis ab Antonio Conſule ſibi illatis poſſet conqueri. Quæ diffuſiùs à Dione libro XLV. & Appiano libro III. Cicero item in epiſtola ad C. Caſſium libro Famil. XII. de eadem re ſcribit: Itaque (inquit) a. d. VI. Non. Octob. productus in concionem à » Canucio: turpiſſimè ille quidem diſceſſit, ſed tamen ea dixit de conſeruatoribus patriæ, » quæ dici deberent de proditoribus: de me quidem non dubitanter, quin omnia de meo » conſilio & vos feciſſetis, & Canucius faceret. Locus eſt obſcurus vnius vocabuli defectu, » qui tamen Dioni & Appiano collatus fit clarior, maximè ſi ſic legatur: Itaque a. d. VI. No- » nas Octauius productus in concione à Cannucio: turpiſſimè ille quidem diſceſſit, & re- » liqua. Quæ omnia de Antonio ſunt intelligenda. Meminit rurſus inimicitiarum Ti. Ca- » nucij Tribuni plebis, cum M. Antonio Philippica tertia Cicero, referens quos Tribunos plebis Antonius Conſul Senatu prohibuiſſet: cuius verba paulò poſt adducam. Velleius ab Antonio proſcriptum & occiſum poſteà tradit. Aliter tamen Dio: nam bello Peruſino L. Antonij partibus adhæſiſſe, poſt deditionem cum aliis quadringentis captiuis ex Se-

nato-

natorio & equestri ordine iussu Octauij ad aram Cæsaris immolatum fuisse scribit.

//. Nonius //. f. //. n. Asprenas. Dolabellæ Consulis rogationi ex comitiis de Syria prouincia, quam Cæsar anteà C. Cassio destinauerat, à populo obtinenda, instante Senatu frustra obnuntiauit. Nam Antonius, cui inimicitiæ cum Dolabella erant, præter expectationem omnium collegæ suffragatus, Consul & Augur cùm esset, Tribunum plebis mendacij insimulans, vitium non esse pronuntiauit, & tribus ire ad suffragia iussit: Appianus Ciuilium tertio lib.

L. Cassius //. f. //. n. Longinus. D. Carsuleius //. f. //. n. Hos duos cum Ti. Canucio, nempe sibi suspectos ac aduersos M. Antonius Cos. IV. Kal. Decemb. cum de Rep. & Cæsare Octauiano damnando relaturus esset, Senatu prohibuerat: sed audita in aditu Curiæ legionum Martiæ & Quartæ ad Cæsarem Octauianum defectione, territus destitit, & intrauit quidem Curiam, sed quasi alia de caussa Patres conuocasset, de supplicatione M. Lepido Procos. ob Hispanias pacatas decernenda solummodò retulit, & S.C. per discessionem facto, confestim prouincias sortitus, ad exercitum contendit. Referunt hæc Dio & Appianus, itemque Cicero diserte Philippica tertia, vbi nominat hos Tribunos, ob Cæsaris Octauiani amicitiam Antonio suspectos: Illud, inquit, „ quæro, cur tam subitò mansuetus in Senatu fuerit, cùm in edictis tam fuisset ferus? Quid „ autem attinuerit L. Cassio Tribuno plebis fortissimo & constantissimo ciui mortem de- „ nuntiare, si in Senatum venisset? D. Carsuleium bene de Rep. sentientem, à Senatu vi „ & minis mortis expellere? Ti. Canucium, à quo erat honestissimis contentionibus & „ sæpe & iure vexatus, non templo solùm, verum etiam aditu prohibere Capitolij? cui „ S.C. ne intercederent, verebatur? Hæc Cicero, quantum ad Tribunos plebis. Ex his autem L. Cassius erat C. Cassij frater, qui Cæsarem occiderat: colligimus enim hoc eiusdem Auctoris ex epistolis, cùm scribat de populi Romani studio & fauore erga tyrannicidas declarato, quia L. Cassio Tribuno plebis Theatrum intranti applauserit. Hinc ait „ ad Atticum libro XIV. epist. II. Ex priore theatrum cognoui, bona signa consentientis „ multitudinis; plausus verò L. Cassio datus, etiam facetus mihi visus est. Ad C. Cassium verò Prętorem scribens de eadem re, fratrem eius fuisse monstrat libro Familiarium XII. „ Tuus enim necessarius (inquit) affinitate noua delectatur, itaque iam non est studiosus „ ludorum; infinitoque fratris tui plausu dirumpitur. D. Carsuleius (ita enim appellat eum Appianus, quod magis placet quam Carsulenus, vt Ciceronis habent exemplaria) sequenti anno signa sub Cæsare Octauiano contra Antonium duxit, & in prælio Mutinensi cecidit, quemadmodum C. Asinius ad Ciceronem scribit Familiarium libro decimo.

//. Decidius //. f. //. n. Saxa. Inuehitur etiam in hunc Tribunum plebis in Philippicis, quas anno insequenti contra Antonium hostem iudicatum dixit; nam is inter „ alios Senatores Antonij castra tum sequebatur. Igitur Philippica vndecima sic: Accedit „ Saxa nescio quis, quem nobis Cæsar ex vltima Celtiberia Tribunum plebis dedit, castro- „ rum anteà metator, nunc, vt sperat, vrbis. Et rursus idem repetit Philippica XIII. Saxam „ verò Decidium prætereire qui possum? hominem deductum ex vltimis gentibus, vt eum „ Tribunum plebis videremus, quem ciuem numquam videramus. Ex quibus verisimile fit, Decidium Saxam cum Cæsare reuersum ex Hispania ante annum, & non diu pòst Tribunum plebis designatum fuisse à Cæsare in hunc annum. Cùm enim has orationes diceret Cicero, in castris Antonij ad Mutinam erat Saxa, non ampliùs, vt apparet, Tribunus plebis: nam & hoc insinuat Philippica XII. vbi à magistratibus eius anni segre- „ gat Saxam. Ait enim: Non ferent, inquam, oculi Saxam, Caphonem, non duos Præto- „ res, non Tribunum plebis, non duos designatos Tribunos. Idem Saxa legatus M. Antonij posteà fuit bello Philippensi, & deinde in Suria contra Parthos. A L. Floro perperàm Casca vocatur.

P. Sulpicius //. f. //. n. Quirinus. M. Antonius M. f. M. nepos.

Auctores sunt Plutarchus & Dio, M. Antonium Consulem, occiso Cæsare, multa contra leges fecisse, prætextu commentariorum Cæsaris, duos fratres Caium Prætorem, Lucium Tribunum plebis adiutores & socios habens. Lucij Antonij item mentio in epistolis ad Atticum libro XIIII. concionatum videlicet fuisse contra Octauianum Cæsarem. Et Philippica V. legem Agrariam auctore fratre Consule contra auspicia tulisse docet de Italia per septemviros diuidunda; Philippica verò XI. hanc legem vt per vim latam à Senatu sublatam dicit. Legem quoque de comitiis tulisse dicit in septima Philippica Cicero, qua cum C. Cæsare magistratus partitus est, & populi suffragia sustulit.

Quæstores.

A. Allienus A. f. //. n. Legiones ex Ægypto duxit in Syriam.

G. Flauius //. f. //. n. P. Meslienius //. f. //. nepos.

T. Agusius //. f. //. nepos.

L. Egnatuleius //. f. //. n. C. Cæsaris. cuius iussu legionem quartam duxerat in Macedoniam, cùm Parthicum bellum pararetur. Post cædem Cæsaris, ab Antonio reuocatus cum legione in Italiam, signa ad C. Cæsarem iuniorem transtulit, approbante factum Senatu, & Antonio hoste iudicato. Hinc Cicero Philippica tertia: Legionis Martiæ virtutem, inquit, imitata Quarta legio, duce L. Egnatuleio Quæstore, ciue optimo & fortissimo, Cæsaris auctoritatem & exercitum persecuta est. Rursus in fine eiusdem orationis ita pronuntiat: Quod pari consilio eademque virtute legio Quarta vsa L. Egnatuleio duce, ciue egregio, Senatus auctoritatem, populique Rom. libertatem defendat, ac defenderit, Senatui magnæ curæ esse ac fore, vt pro tantis eorum in Remp. meritis honores eis habeantur. Egnatuleium verò laudatum à Senatu dicit in quarta Philippica. In quinta denique sententiam dicens, honorem L. Egnatuleio huius facti ergô decernendum censet, vti triennium ante legitimum tempus, magistratus petere, capere, gerere ipsi liceat.

P. Turullius . f. //. n. L. Tullij Cimbri in Bithynia. In epistola Cassij ad Ciceronem Idibus Iuniis anno insequenti ex Cypro data lib. XII. ep. XIII. Et sequebatur (inquit) classis altera, quam anno priore in Bithynia Tullius Cimber compararat, cui Turullius Quæstor præerat. Idem proculdubiò posteà proscriptus, qui bello Actiaco partibus Antonij adhæsit, ab eodem victo Cæsari Augusto proditus, & in Co insula occisus, pœnas Æsculapio pendere dictus est, cuius lucum ad naues faciendas succiderat. Quod memoriæ proditum est à Dione lib. LI. & Valerio Max. libro I. cap. II. de neglecta religione.

P. Cornelius P. f. P. n. Lentulus Spinther Extra ordinem Proquæstore & Proprætore missus à Senatu in Asiam, ad vectigalia in potestatem redigenda, cogendas pecunias, & prouinciam præsidiis, Dolabella hoste iudicato, firmandam, quantum ex eius epistolis ad Senatum & ad Ciceronem mense Iunio ex Asia datis, liquet; in quibus Proquæstoris & Proprætoris vtitur titulo, & administrationis rerum gestarum rationem plenissimè reddit, petitque prouinciam sibi prorogari in annum sequentem. Scribit autem se Dolabellæ classem tunc in Lycia dissipasse, qua exercitum transportare in Italiam volebat; totamque redegisset in potestatem, nisi a Rhodiis, qui Dolabellæ fauebant, impeditus fuisset. Equitatum Dolabellæ ad Remp. traduxit, & Cassio tradidit: delectus in Asia habuit, Cassioque & Reip. Syriam exercitusque adiunxit. Extant Familiarium lib. XII. Fuit P. Lentuli Spintheris Consularis ac Triumphalis filius Occiso Cæsare, semet vltrò coniuratis adiunxit, & subiturus eamdem fortunam cum iisdem in Capitolium recessit, quod & alios fecisse referunt Appianus, Plutarchus, & Dio, nominantque C. Octauium Cn. f. Fauonium, Murcum, Aquinum, Patiscum, qui omnes postmodum diuersis casibus, non secùs ac coniurati, à Cæsarianis afflicti interierunt. Efferuescente contra coniuratos veteranorum & plebis seditione post funus & exequias Cæsaris, Senatus sollicitus de coniuratorum salute, quibus prouincias Cæsar antea destinauerat, in eas abire iussit: reliquos alio sub prætextu in diuersa loca cum potestate, vt tutiores essent, ablegauit. Bruto & Cassio Prætoribus cum in vrbe ius dicere non esset securum, annonæ titulo & frumentariæ procurationis abesse, & ante tempus in prouincias suas abire permisit. P. Lentulus Spinther eodem Senatus decreto iussus est obtinere Asiam, vt dixi, Quæstorio Prætorioque titulo, quam & insequenti retinuisse constat sub Cassio & Bruto Procoss. quorum titulo signati ab eodem denarij argentei adhuc extant.

//. //. //. f. //. n. Patiscus. Proquæstore in Asia. Is etiam, occiso Cæsare, coniuratos in Capitolium sequutus est, eamdemq; ob caussam posteà simul cum P. Lentulo in Asiam Proquæstore missus classem collegit, sicut ex Cassij, Famil. lib. X. ep. XIII. constat, quam paulò ante citaui, vbi de C. Cassio Dolabellam obsidente: Ne quid supportare possit, & Cassij classis benè magna (inquit) cui præest Sextilius Rufus, & tres, quas nos adduximus, ego, Turullius, & Patiscus, facile præstabunt. De eodem quoque P. Lentulus in epistola ad Senatum, cuius supra meminimus. Cum iis nauibus, inquit, quas aut mecum adduxeram, aut comparauerat Patiscus Proquæstore, homo mihi cum familiaritate tum etiam sensibus in Rep. coniunctissimus, Rhodum reuerti. Appianus Petiscum vocat, & interpres malè Peticum.

ANNI P. R. C. DCCX.

Consules.

C. VIBIVS. C. f. C. n. Pansa. IN. MAGistrat. occis. e. In. e. l. f. est
C. IVLIVS. C. f. C. n. Cæsar. Qui. POSTEA IMP. Cæs. Augustus. appel. EST. ABD. IN. eius loc. factus. est
C. Carrinas. C. f.

A. Hirtius A. f. In. mag. occis. e. In. e. l. f. e.
Q. Pedius Q. f. In. mag. mortuus. est. in. eius. locum. factus. est.
P. Ventidius P. f. Qui. idem. Pr. erat.

HIC ordo Consulum eius anni, ex Capitolino fragmento, Dione, Appiano, aliisque Auctoribus colligitur. C. Pansam & A. Hirtium, qui Kal. Ianuariis inierunt, & annum hunc signant, Cæsar anno superiore, cùm bellum Parthicum moliretur, designauerat, cui viuo familiares & amici fuerant. Quorum frequens mentio est apud Auctores omnes qui horum temporum historiam attingunt. Memorabilis enim hic annus (quem ex Capitolinorum Fastorum calculo rectè septingentesimum decimum vrbis conditæ appellat Sex. Rufus & Solinus) crudelissimi belli ciuilis initio, & duorum Consulum funere, vt vel eo solo casu, velut rarissimo, quo Consules ambo ciuili vno in prælio simul interierunt, hic annus sine Consulum nominibus rectè notari possit. Fecisse hoc Tibullum poëtam cognoscimus, hoc eodem anno se natum significans libro III. Elegiarum: *Hirtius & Pansa Coss. vno occisi anno.*

Natalem primò nostri videre parentes,
Cùm cecidit fato Consul vterque pari.

Necnon Ouidius natalem quoque suum eodem versu celebrat, qui tunc vulgatissimus fuisse videtur. Cecinit autem sic libro Tristium quarto: *Natalis annus idem Tibulli & Ouidij: vt multa vtrique communia fuere.*

Editus hinc ego sum, nec non, vt tempora noris,
Cùm cecidit fato Consul vterque pari.

C. Pansæ nomen in quinario argenteo vidi Venetiis cum effigie Libertatis, & quadriga, addito etiam numero annorum vrbis conditæ sic, C. VIBIVS. C. F. PANSA. DCCX. adiectum insuper V. quæ quinarij nota est.

Bello ciuili per Antonium renouato ob Galliam Cisalpinam, dum Mutinæ D. Brutum, qui eam obtinebat, munitionibus circumuallatum obsideret, Romæ Kal. Ianuariis noui Coss. magistratum ineuntes cum in Senatu de Rep. retulissent, Senatusconsultum post multas contentiones factum est, vt legati ad Antonium mitterentur, qui iuberent eum ab armis discedere, exercitum dimittere, Galliam Bruto relinquere, & in Macedoniam proficisci. Decretum insuper, vt C. Cæsar Octauianus, qui veteranorum manum ingentem contraxerat contra Antonium, & eius exercitum ab vrbe auerterat, Senator esset, imperium Proprætore, ius petendi magistratus ante legitimum tempus haberet. Cùm legati rebus infectis reuerterétur, hostis iudicatus est, & populus saga sumpsit, Consulibusque decretum bellum contra Antonium, iisque C. Cæsar Proprætore, M. Lepidus, L. Plancus Procoss. auxilio essent. Hirtius & Cæsar primum profecti Bononiam occuparunt: subsequutus deinde Pansa Consul cum alio exercitu, cum quo primum Antonius prælio congressus, vicit, postea reducens in castra victorem exercitum, in Hirtium incidit, qui fusis Antonij copiis victoriã hostibus eripuit. Ob quam caussam ambo Consules & Cæsar Imperatores appellati sunt, quamuis solus Hirtius vicisset. Demum summo prælio dimicatum fuit ad Mutinam, quo victus, profligatus, & castris exutus Antonius, cum paucis in Galliam profugit ad M. Lepidum Procos. Hirtius Cos. in ipsa victoria, in hostium castris saucius obiit; Pansa post paucos dies item ex vulneribus, Bononiæ. Plenissime historiam intelliges ex Dione, Appiano, Plutarcho, Cicerone & aliis. Extant item Ser. Galbæ, C. Pollionis, L. Planci, & aliorum epistolæ, Familiarium lib. X. XI. & XII. ex quibus Lector studiosus multa cognoscere poterit.

Hic exitus Consulum fuit, in quorum loca suffecti C. Cæsar Octauianus, qui posteà Imperator Cæsar Augustus appellatus est, & Q. Pedius Q. f. vt testantur Appianus, Dio, „ Velleius, & apertissime siue Fabius siue Tacitus in dialogo de oratoribus. Nam vt de Ci- „ cerone loquar, inquit, Hirtio nempe & Pansa Consulibus (vt Tiro libertus eius scripsit) „ VII. Idus occisus est, quo anno D. Augustus in locum Pansæ & Hirtij se & Q. Pedium „ suffecit. Suetonius ipsum inuasisse hunc primum Consulatum inuito Senatu, & contra leges, cum viginti tantum annorum esset, admotis hostiliter vrbi legionibus, missisque

qui sibi exercitus nomine Consulatum deposcerent. Cùm quidem cũctante Senatu Cornelius centurio, princeps legationis, reiecto sagulo, ostendens gladij capulum, non dubitasset in Curia dicere; Hic faciet, si vos non feceritis. Hæc fere Suetonius, & idem tradunt alij. Post victoriam enim contra Antonium alienatus à Senatu maximè fuit, quòd D. Bruto supplicationes decreuisset; sui verò non satis gratam habuisset memoriam. Quod in caussa, vt per M. Lepidum reconciliari voluerit Antonio, qui ex prælio fugiens à Lepido receptus fuerat, & Consulatum, quem precibus impetrare nequiuisset, armis tentandum putauerit. Igitur territo Senatu, quod voluit, obtinuit. Consul factus, quod numquam anteà contigerat, viginti tantùm annos natus, mense Sextili, qui posteà ab eodem Augustus appellatus est, vt auctores sunt Macrobius & Dio. Velleius XIV. Kal. Octobris iniisse Consulatum scribit; cui vrbem in hoc magistratu ingresso, & Augurium capienti, XII. se vultures, vt Romulo vrbis conditori, ostenderunt: vt Suetonius, Obsequens & Appianus auctores sunt. Quæ mutandæ in nouam faciem Reip. indicia fuerunt. Comitia eius à Procoss. duobus, in hoc ab vrbano Prætore creatis, sunt habita, cum tempus ad Interregem ex more prodendum non sufficeret. Collega Q. Pedius consanguineus Cæsaris erat, & coheres ex testamento Iulij, Prætor fuit quinquennio ante, legatus deinde Cæsaris in Africa contra Iubam, & in Hispania postmodum contra Pompeij filios, ex qua prouincia, veluti tum diximus, triumphauit: sed in triumphis Capitolinis M. f. dicitur; in hoc Consulatu verò, in Collotiano fragmento extante, Q. f. Caussa differentiæ mihi non constat; error fabrilis in altero esse potest, nisi forsian duo tum Q. Pedij fuerint.

Augustus Cos.

Comitia habita.

Q. Pedius collega Augusti in Consulatu.

Senatus Cæsari iam submissior factus, eius Consulatum aliis multis honoribus ornauit, vrbis ei custodiam mandauit, legiones D. Bruti iam tum ab Antonio occisi, attribuit, adoptionem eius in familiam Iuliam, habitis curiatis comitiis approbauit, vt exinde, non vt ante C. Octauius, sed C. Iulius Cæsar appellari cœperit; quod & Capitolinum fragmentum indicat. Igitur iam potentior factus, ad vlciscendam patris cædem animum adiecit, per Q. Pedium collegam, nisi legatus vocari rectiùs posset ex Dionis sententia, qui omnia ex mandato Cæsaris egerit: legem tulit, de quæstione habẽda in eos, quorum vel opera vel consilio Cæsar occisus esset, & iudicia in absentes etiã constituit, damnatique nominatim M. Brutus, C. Cassius, alijque coniurationis principes. multi etiam coniurationis ignari; inter hos etiam Sex. Pompeius, quia Cæsaris hostis fuerat, & ab eo metus erat. Quibus omnibus aqua & igni, bonis publicatis, interdictum fuit. Intereà M. Antonius ex clade Mutinensi profugus cum reliquiis exercitus sui in Galliam, adiuncto item P. Ventidio ad M. Lepidum venit; à quo demum, exercitu ita volente, receptus fuit: qui iunctis simul castris, L. Plancum & C. Pollionem cũ legionibus in partes suas traxere. D. Brutus item, qui persequi Antonium à Senatu iussus erat, ab exercitu suo eò item signa transferẽte relictus, & proditus, solus effugit; sed Aquileiæ paulò pòst repertus & agnitus ab Antonianis interemptus est. Hæc latissime Plutarchus, Appianus, Dio, Velleius, & alij.

C. Octauius adoptione C. Iulius Cæsar vocari cœpit.

D. Brutus Aquileia occisus ab Antonianis.

Hunc Consulatum Cæsar ad anni exitum non gessit: Auctor Appianus in principio libri quarti. Conuentum enim posteà inter III. viros, vti Cæsar Consulatum deponeret, & sola III. viratus potestate contentus, collegis suis adæquaretur. Igitur ex pacto Consulatum III. vir factus deposuit, & C. Carrinatem sibi in reliquum anni suffecit: qui de Morinis triumphauit, vt suo loco dicemus. Itaque bimestrem hunc Consulatum Cæsaris appellat L. Plancus ad Ciceronem scribens, Famil. lib. X. Cæsar obuiàm pergens Lepido & Antonio, curam vrbis Q. Pedio collegæ mandauit, qui postmodum proscriptionis initio, dum rapiuntur ad supplicia principes ciuitatis, & tumultus ingens in vrbe exortus inde esset, ad eum sedandum discurrens, labore & fatigatione victus, subitò exanimatus est, sicut apud Appianum legimus In mortui locũ suffectus a Triumviris P. Ventidius, quem Bassum nonnulli appellant Auctores, vt Gellius & Eutropius; nullum tamen habet cognomen in titulo sui triumphi, qui adhuc extat in Capitolinis fragmentis, neque etiam in Collotiana tabula, ex qua Consules huius anni suo ordine hoc loco subijcere libet:

P. Ventidius Bassus.

C. VIBIVS. C. F. PANSA. A. HIRTIVS. A. F.
SVF. C. IVLIVS. CAESAR. SVF. Q. PEDIVS. Q. F.
C. CARRINAS. C. F. P. VENTIDIVS. P. F.

Luce clariùs igitur est, Pansæ suffectum fuisse Cæsarem, & Hirtio Q. Pedium: rursus Cæsari Carrinatem, & Q. Pedio P. Ventidium. Sic etiam Dio refert, Cæsar postquam „ se Consulatu abdicasset, & eius collega decessisset, P. Ventidium Prætorem cum alio „ quodam a Triumviris Consulem factum fuisse. Appianus tamen vult P. Ventidium non „ Pedio, sed Cæsari successisse. De Ventidio autem Velleius ita: Vidit hic annus Ventidium, „ per quam vrbem inter captiuos Picentium in triumpho ductus erat, in ea Consularem „

» prætextam iungentem Prætoriæ. Idem tradit Val. Maximus lib. VI. cap. x. Eximium in Ventidio illud fuisse, quòd eodem anno Prætor & Consul est factus. In triumpho autem Cn. Pompeij Strabonis, bello sociali confecto, ductus admodum puer fuerat, vt suo loco latiùs declaraui. Ex sordidissimis deinde artibus eum Cæsar Dictator, cuius Gallicas expeditiones sequutus erat, ad Senatorium ordinem & Præturam euexit. Eodem occiso, M. Antonij partes sequutus, Pontificatum & Consulatum quoque adeptus est. Eamque rem tam intoleranter (vt inquit Gellius) tulit pop. Romanus, qui Ventidium meminerat curandis mulis victitasse, vt vulgò per vias vrbis versiculi perscriberentur:

P. Ventidius, fortunæ pila ludusq; fuit.

Concurrite omnes Augures, Aruspices,
Portentum inusitatum conflatum est recens,
Nam mulos qui fricabat, Consul factus est.

Et L. Plancus in epistola quadam ad Ciceronem, Familiarium libro x. appellat Mulio» nem. Ait enim: Ventidijque Mulionis castra despicio.

M. Æmilius M. f. Q. n. Lepidus
M. Antonius M. f. M. nepos III. viri
Imp. Cæsar C. f. C. n.
Reip. constituendæ per quinquennium.

M. Tullius in epistolis, quas post Cæsaris cædem ad Atticum & amicos dedit, sæpissimè conqueritur, sublato Rege regnum adhuc permanere, & occisi tyranni acta nefariè defendi: non multùm Idibus Martiis profectum esse iudicans, saluis tyranni, vt appellat, satellitibus, Antonio videlicet & Lepido; quos simul è medio tollere Cassij consilium erat, sed Bruti humanitas à copia cædis & sanguinis abhorrêbat, dum sperat vnius tyranni morte perpetrata, libertatem tantopere desideratam à Senatu populoque Romano sponte & obuiis vlnis apprehendendam: atque ideò vel metu solo Lepidum & Antonium in potestatem Senatus futuros. sed multò aliter res accidit: Lepidi enim & Antonij ambitione, Senatus ignauia, & populi leuitate, pulcherrima libertatis oblata à Brutis „ & Cassio (quos diuinos & heroës ideò appellat) initia turpiter amissa sunt. Itaque stul„ta (scribit ad Atticum) iam Iduum Martiarum est consolatio; animis enim vsi sumus vi„rilibus, consiliis, mihi crede, puerilibus. Excisa enim est arbor, non euulsa: itaq; quàm fru„ticetur, vides. Enatus igitur ex regno vtcumque tolerabili, Triumuiratus multo violentior & crudelior, Romanæ Reip. primùm incognitus: de quo nunc dicendum erit, quamuis nulla legitima potestate consisteret, neque inter magistratus numerari possit.

Ciceronis de Cæsare percusso sententia.

M. Antonii & M. Lepidi tyranni satellites simul extinctos Cicero exoptat.

Imp. Cæsar Octauianus conciliata sibi M. Lepidi & Antonij amicitia, qui iam potentissimos exercitus in Gallia contraxerant, Consul per vim factus, conculcata Senatus auctoritate, Cæsaris patris exemplo confestim ad Monarchiam aspirare cœpit: non nomen tantummodò & hereditatis partem, sed etiam regnum adoptione sibi relictum persuadens. Ergo paternæ necis vltionem primùm suscepit, vt eo titulo simul libertatis publicæ assertores interimeret. Quod cùm soli sibi arduum ac difficile fore animaduerteret, spe communionis imperij & prædæ, Lepidum & Antonium in societatem vocauit, cum legionibus in Italiam accersiuit. Cum quibus congressus in agro Bononiensi, vt quidam tradunt, consilia de distribuendis prouinciis, inuadenda Rep. aduersariis proscribendis inierunt. Conuentum inter hæc tria capita, vti semetipsos æqua potestate & summo imperio Triumuiros Reipublicæ constituendæ in quinquennium renuntiarent, magistratus omnes ex communi sententia crearent, prouincias obtinerent: Hispanias cum Narbonensi Gallia Lepidus: reliquas Gallias Antonius: Cæsar Africam, Siciliam, Sardiniam, reliquasque eius maris insulas: Lepidus in annum insequentem Consul in locum D. Bruti designaretur, & vrbem Italiamque teneret cum legionibus, Antonius & Cæsar cum viginti quisque legionibus Bruto Cassioque bellum inferrent. Statutumque inter alia, vti suos quisque inimicos interimeret & proscriberet. Tabulæ igitur proscriptionis ad Sullanæ imitationem, ex Triumvirorum sententia confectæ sunt. Ideoque Sullæ discipulos appellat hos tres Iuuenalis Satyra II. improbum esse clamitans ab his redargui vitia, qui moribus ipsimet agunt corruptissimis:

Triumviratus Romæ.

Triumvirorum tristia consilia de prouinciis diuidendis: de inimicis tollendis.

Quis cælum, inquit, *terris non misceat, & mare cælo?*
Si fur displiceat Verri, homicida Miloni?
Clodius accuset mœchos, Catilina Cethegum?
In tabulam Sullæ si dicant discipuli tres?

In vna tabula CXXX. vel vt Florus habet, CXL. Senatorum nomina relata, in altera equitum Romanorum aliorumque hominum infinita multitudo, sic, vt discipuli Sullam magistrum crudelitate exuperarint facilè, cùm Lepidus L. Paullum fratrem suum; Antonius

M. Lepidus quos proscripserit, quos M. Antonius.

C. Cæsar Ciceronem proscribit. nius L. Cæsarem auunculum suum,& Cæsar M.Ciceronem ,qui eum suis sententiis ornauerat,proscripserint. Quàm fœdi, truces, ac miserabiles toto orbe fugientium fuerint exitus,latissimè studiosus Lector intelliget ex Dione, Appiano, Plutarcho,& aliis ; nam hic omnia referre nimis longum esset. His ita constitutis , Triumviri cum legionibus simul ad vrbem contenderunt,eam singuli interiectis diebus ingressi;quæ decreuerát,legibus per vim latis sanxerunt,& executi sunt.Triumviratum verò iniisse non anno proximo, vt vult Appianus, sed ante huius anni exitum,nempe v. Kal. Decembres, constat ex Collotiano fragmento, quod ita breuiter hunc Triúmviratum exprimit:

M. AEMILIVS. M. ANTONIVS. IMP. CAESAR. III.VIR. R. P. C.
EX. A. D. V. K. DEC. AD. PR. K. IAN. SEXT.

hoc est : Triumviri Reip. constituendæ fuerunt,ex ante diem quintum Kalendas Decembris,ad pridie Kalendas Ianuarias sextas,quæ quinto anno finito instabant.

Prætores.

Q. Gallius ... f. ... n. Lupercus. Vrbanam iurisdictionem obtinuit. Auctor Appianus in fine libri III. Ciuilium: Per eosdem dies, ait, Q.Gallius , qui fratrem suum „ M.Gallium Prætorium cum Antonio habebat,tũ Prætor vrbanus,ab Imp.Cæsare Con- „ sule impetrauit Africam prouinciá. Visusq; malo dolo agere, à collegis Prætura submotus est:domum eius diripuit populus,Senatus capitalem protulit in eum sententiam. Cæsar eum iussit ad fratrem abire,qui naue conscensa nusquam posteà comparuit. Perperàm in Suetonio Q. Gallus vocatur,qui multo aliter de eius exitu scribit, vbi de Augusti impotentia & crudelitate in Triumviratu: Et Q. Gallium Prætorem , inquit, in officio „ salutationis tabellas duplices veste tectas tenentem , suspicatus gladium occulere , nec „ quidquam statim,ne aliud inueniretur,ausus inquirere,paulò post per centuriones & mi- „ lites raptum è tribunali seruilem in modum torsit, ac fatentem nihil,iussit occidi, prius „ oculis eius sua manu effossis. Quem tamen scribit,colloquio petito insidiatum sibi,coniectumque a se in custodiam, deinde vrbe interdicta dimissum, naufragio vel latronum „ insidiis periisse. Fratrem eius inter Prætorios numerat Cicero , qui in Antonij castris erant ante Mutinam,in XIII. Philippica. Sed quando Prętor fuit,me legisse non memini.

M. ... f. ... n. Cornutus. Vrbanam iurisdictionem obtinuit. In.mag.occisus est. Hic Senatus auctoritati atque Reip. plurimùm studuit. Nam cùm eius collega Q. Gallius ob fratrem putaretur partibus Antonij fauere ; solus Cornutus absentibus Consulibus ex more maiorum Consulare munus obiuit. Monstrat hoc Ciceronis epistola Familiarium libro x. non diu post prælium Mutinense ad L. Plancum data : Pla- „ *M. Cornutus Prætor vrbanus sub Augusto.* cuit nobis (inquit) vt statim ad Cornutum Prætorem vrb. litteras deferremus; qui,quòd „ Consules aberant,Consulare munus sustinebat, more maiorum. Senatus est continuò „ conuocatus,frequensque conuenit propter famam atque expectationem tuarum littera- „ rum. Sic & in alia epistola postmodum scripta de aliis L. Planci litteris : Nihil opportu- „ nius,ait,accidere vidi,quàm tuas,Plance, litteras. Redditæ sunt enim frequenti Senatu „ Cornuto,cùm is frigidas sanè & inconstantes recitasset litteras Lepidi. In XIV. Philippi- „ ca M. Cornutum appellat , sententiam dicens in Senatu post victoriam Mutinensem , Consulibus Hirtio & Pansæ,itemque C. Cæsari Propr. supplicationes atque honores decernendos esse,his verbis: Vti si Coss. aberunt, M. Cornutus Prætor vrbanus supplica- „ tiones per dies quinquaginta ad omnia puluinaria constituat. Posteà Consulibus Hirtio „ & Pansa occisis, M. Cornutus Prætor ex S.C. funus eorum locauit,cum publica impensa in Campo Martio sepelirentur. Extuderunt tum (vt apud Valerium Max. libro v. cap. II. de gratis legimus) libitinam exercentes,vt quia pro Rep. dimicantes occiderant, exequiarum apparatus sestertio nummo ipsis præbentibus addiceretur , rerum suarum vsum ac ministeriũ vltrò addicentes. Denique C.Cæsar,inuito Senatu,Consulatum per vim petens, cùm hostiliter vrbi exercitum admoueret,in summa trepidatione cum tribus legionibus (quarum duæ recens ex Africa appulerant, vnam Pansa reliquerat) vrbis custodiam Senatus Prætoribus commisisit:sed aduentante cum veteranis Cæsare,partemque vrbis sine obstaculo occupante, tres illæ legiones contemptis Prætoribus signa ad *M. Cornutus mortem sibi consciuit.* ipsum transtulerunt,ex quibus M. Cornutus in summa rerum desperatione sibimet manus intulit,reliqui in fidem accepti. Vide Appianum de bellis ciuilibus tertio, Zonaram libro II. & Dionem.

M'. Acilius ... f. ... n. Crassus. Hunc Senatus ipsa nocte,cùm iam legiones ad Cæsarem defecissent, clanculùm misit in Picenum ad habendos delectus. Qui à Cæsa-

rianis in itinere captus, & seruili, vt exierat, habitu ad Cæsarem reductus fuit. Cæsar ei ad tempus pœnam remisit, vt opinionem nancisceretur clementiæ; non multò tamen pòst cum aliis proscriptus fuit. Ibidem Appianus.

P. Ventidius P. f. .. nepos. Quem Consulem posteà suffectum in locum Q. Pedij diximus, vt ostendunt Fastorum antiqua fragmenta. Appianus tamen auctor est, inter Triumuiros ita conuenisse etiam, vt Cæsar Triumuiratum initurus Consulatum deponeret, & P. Ventidius pro eo Consul fieret. Prætor autem iam multò anteà à C. Cæsare Imperatore, sub quo diu ordines duxerat, cum is bellum pararet Parthicum, & magistratus in plures annos ordinaret, designatus inter alios in hunc annum fuit, vt apud Dionem legimus libri XLIII. fine: qui idem libro XLVII. Præturam eius, cum Consulatum iniret, à III. viris, Ædili cuidam attributam fuisse refert, M. Antonio amicus, & Ciceroni qui Senatum ac populum, Antonio hoste iudicato, quotidianis regebat concionibus, infensus, excurrit in deductas à Cæsare colonias, & duas veteranorum legiones ad Antonij militiam reuocauit. Ad vrbem ducens, Ciceronem comprehendere voluit: sed ingenti tumultu ob eius aduentum Romæ exorto, mutauit consilium, & in Picenum deflexit, vbi nouo delectu habito ad vnius nouæ legionis modum, Antonio tandem licet ad Mutinam victo & profligato, se cum suo exercitu adiunxit. Meminit eius frequenter Cicero in Philippicis, & vt Antonij sicarium passim eum proscindit, quem Gellius cum Antonio hostem a Senatu iudicatum refert libro XV. cap. IIII. P. Ventidius Prætor.

L. Marcius L. f. C. n. Censorinus. In duos eius anni Prætores stomachatur non vno loco in Philippicis Cicero, quòd sine caussa Senatus partibus diffisi, Antonium sequi maluerint. Vnum ex his Ventidium fuisse manifestum est; alter est L. Censorinus, vt in XI. Philippica insinuare videtur, ipsum antequam magistratum iniret, ad Antonium abiuisse. Ait enim: Quid Censorinum qui se verbo Prætorem esse vrbanum cupere dicebat, re certe noluit. Et alibi Censorinum Ventidio non semel coniungit, Antonij asseclas Senatorij ordinis recensens. Philippica verò XIII. Antonij litteras ad Hirtium & Cæsarem exagitans & redarguens; tamquam eiusdem ordinis, non Censorinum aut Ventidium Antonianos; sed Cassium atque Brutum velle Senatum potentissimos esse, velut secum in Reip. defensione coniunctos. Et sanè hic annus Præturæ videtur L. Censorini esse, biennio pòst Achaiæ, eadem occiso Bruto recuperata, Præfectum, & deinde habebimus Consulem. Eius nomen extat integrum in Capitolinis triumphis. Tradit autem Dio lib. XLVI. & Trib. plebis, & Prætores quosdam, Antonio hoste iudicato, ad ipsum ex vrbe profectos fuisse.

Cn. Munatius L. f. L. n. Plancus. Frater L. Planci oratoris Cos. designati. Prætorem designatum appellat Cicero ad eum scribens anno superiore pòst occisum Cæsarem, & caussam illi Buthrotiorum Attici sui nomine commendans. litteræ extant lib. vltimo epistolarum ad Atticum. Adfuit deinde L. fratri in Gallia, vnde post bellum Mutinense confectum, hoc anno post ægritudinem ex labore castrensi contractam, fratris consilio Romam ad magistratum suum rediisse videtur. Legimus enim ita in epistola quadam L. Planci ad Ciceronem, quæ extat Familiarium libro X. Fratrem meum assiduis laboribus concursationibusque confectum grauiter se habuisse, anteà tibi scripsi. Sed tamen cùm primùm posse ingredi cœpit, non magis sibi quàm Reip. conualuisse se existimans, ad omnia pericula princeps esse non recusabat. Sed ego eum non solùm hortatus sum, verùm etiam coëgi istò proficisci; quòd illa valetudine magis conficere se, quàm me tueri posset in castris; & quòd acerbissimo interitu Consulum Remp. nudatam tali ciue Prætore in vrbanis officiis indigere existimabam. Hæc L. Plancus de fratre suo Prætore. Cn. Plancus Prætor L. frater.

P. Rupilius .. f. .. n. Rex Prænestinus. Anteà exilio damnatus, in Africam fugiens sub P. Accio Varo ibidem militauit. Deinde cùm hoc anno Præturam gereret, à III. viris proscriptus ad M. Bruti castra profugit, vbi Q. Horatium Flaccum poëtam sub Bruto Tribunum militum iurgiis lacessens vexauit. Idcircò postmodum poëtæ versibus proscissus est Satyra VII. Serm. libro primo. Vide ibidem commentatores. P. Rupilius Horatij versibus cur proscissus.

.. Minucius .. f. .. n. In magistratu occisus est, à III. viris proscriptus. De cuius exitu Appianus libro Ciuilium quarto: Occisus est non diu pòst Prætor Minucius in foro, in ipsis comitiis. Qui vt se proscriptum, & quæri ab armatis audiuit, fuga se proripuit, abiectis magistratus insignibus, & vt vestem mutaret latebras quærens, dimissis lictoribus, & abire iussis, in officinam quamdam confugit. Sed lictores dum præ pietate cunctantur ante fores, in caussa fuerunt imprudentes, vt facilius inueniretur Prætor à percussoribus. Minucius ad cædem quæsitus.

L. Villius //. f. //. n. Annalis. In magistratu occisus est, à III. viris proscriptus. Huius exitum Describit item Appianus: Alterum, inquit, Prætorem Annalem, dum vnà cum filio Quæsturæ candidato ambit suffragia, comites amici & lictores deseruerunt, vbi proscriptum cognouerunt. Is ad quemdam suum clientem fuga delatus, cui paruum & vile tectum erat in suburbio, neglectum omnino, latebat satis in tuto; donec ipse filius rem suspicatus, percussores eò duxit. Ob quod officium à III. viris paterna bona & Ædilitatem accepit. Quem à compotatione paulò post redeuntem ebrium, exorta rixa, iidem milites occiderunt, qui patrem antè occiderant. In Valerio Maximo mendose L. Tullius Annalis scribitur: Villiæ enim gentis est cognomen Annalis, non Tulliæ vel Iuliæ; quemadmodum ex iis constat, quæ nos antè de legum Annalium origine retulimus. Illud impium filij in patrem facinus inter scelerata exempla enarrat Valerius libro IX. cap. XI. L. Villius Annalis, ait, cùm in Campum ad Quæstoria comitia filij descendens, proscriptum se cognosceret, ad clientem suum confugit. Sed ne fide eius tutus esse posset, scelere nefarij iuuenis effectum est: siquidem per ipsa vestigia patris militibus ductis, occidendum eum in conspectu suo obiecit. Bis paricida, consilio prius, iterùm spectaculo.

L. Villius patrem occidendũ impiè curauit.

Val. Max. corrigitur.

Hos eo anno Præturam in vrbe gessisse reperio, ex quibus nonnullos in magistratu occisos fuisse ostendimus: reliqui omnes, vt ex Dione cognoscimus, ante tempus iussu III. virûm magistratu abdicare coacti, & aliis in eorum loca suffectis in prouincias emissi sunt.

Qui prouincias Prætorio, vel Procos. cum imperio obtinuerint.

M. Antonius Consul anno superiore, intellecta Martiæ & Quartæ legionum ad Cæsarem defectione, antequam vrbe abiret bellum parans, sortitionis titulo sua sponte prouincias in hunc annum inter eius anni Prætores, vel inter amicos distribuit, ex quibus plures, vt tunc dixi, prouincias sine Senatus auctoritate, velut non ritè datas acceptare noluerunt. Quin etiam Senatus non diu posteà, dum Antonius Mutinam obsidet, hanc eius prouinciarum distributionem irritam, vt ante etiam dixi, iudicauit, Cæsaris acta defendens, & quos ipse prouinciis destinasset, obtinere iussit: in reliquas verò vel mittendos alios censuit, vt apud Dionem legimus; vel, vt Cicero auctor, prorogauit aliis imperium, donec ex S. C. iis succederetur. Ab Antonio autem prouincias acceptarunt

M. Antonius obsidet Mutinam.

L. Tullius. //. f. //. n. Cimber Bithyniam: Seneca ad Lucilium, epist. LXXXIV.
C. Asinius C. f. //. n. Pollio Hispaniam vlteriorem.
L. Cornelius //. f. //. n. Lentulus. Procos. Cicero Famil. lib. x. epist. XXXII.
Sex. //. //. f. //. n. Varus: ibidem.
M. Æmilius M. f. Q. n. Lepidus Galliam Narb. Famil. lib. x. epist. XXXIII.
P. Cornelius P. f. //. n. Dolabella Syriam: Cic. Famil. lib. XII. ep. IV.
C. Trebonius . f. . n. Asiam. A Dolabella occisus, Fam. lib XII. epist. XII.
M. Iccius //. f. //. n. Siciliam.
Q. Cassius //. f. //. n. Hispaniam.
C. Caluisius C. f. //. n. Sabinus, Africam.
C. Antonius M. f. M. n. Macedoniam.

Irridet igitur facetè satis hanc Antonij sortitionem Cicero Philippica III. Prouinciarum quàm religiosa, inquit, sortitio, diuina verò opportunitas, vt quæ cuique apta esset, ea cuique obueniret. Et deinde enarratis iis qui prouincias eo modo oblatas refutarunt, ita subiicit: Qui sunt igitur reliqui quos sors diuinà delectet? L. Antonius & M. Antonius. O felicem vtrumque! nihil enim mutauerunt. C. Antonius Macedoniam; hunc quoque felicem; hanc enim semper habebat in ore prouinciam. C. Caluisius Africam, nihil felicius, modò ex Africa decesserat, & quasi diuinans se rediturum, duos legatos Vticæ reliquerat. Deinde M. Iccius Siciliam, Q. Cassius Hispaniam.

A. Pompeius A. f. //. n. Bithynicus. ex Prætura Siciliam obtinuit. à Sex. Pompeio, cùm prouinciam occuparet, in potestatem redactus, & pòst occisus fuit. Liuius Prætorem vocat lib. CXXIII. Appianus lib. IV. Dio lib. XLIIX. Extant epistolæ eius ad Ciceronem Familiarium libro sexto, & rursus Ciceronis ad illum.

C. Antonius ex Prætura præmissus à fratre ad exercitum in Macedoniam, quæ ipsi erat decreta, antequam à populo Galliam inuito Senatu sibimet impetrasset: sed eadem obtenta, Macedoniam fratri C. Antonio sortitionis, vt dixi, titulo commisit, ipse bello Galliam inuasit. C. Antonius autẽ eodem anno cum legione vna à M. Bruto Procos. in potestatem

statem redactus,&Q. Hortensio in custodiam datus,cùm defectionem militum sollicitaret, aliquanto post, audita Triumvirorum tyrannide, & ciuium proscriptione, M. Bruti iussu ob eodem occisus est: Appianus, Plutarchus, Epitome Liuij, & passim in Philippicis Cicero. Apud Dionem verò legimus lib. XLVII. à C. Clodio, cui Brutus eum Apolloniæ in custodiam dederat, occisum fuisse, cùm neci à quibusdam à fratre Triumviro ad hoc missis eripi deberet.

M. Iunius M. f. . n. Brutus Cæpio, Macedoniam cum Illyrico.

C. Cassius . f. . n. Longinus Syriam ex Cæsaris & Senatus auctoritate obtinuerunt. C. Cæsarem cum bellũ pararet Parthicum, tam prouincias quàm magistratus in plures annos ordinasse dixi. Qui item, M. Brutus Macedoniam, C. Cassius Syriam, vti post Præturam obtinerent, decreuerat: verùm Cæsare non diu pòst occiso, M. Antonius & P. Dolabella Consules contra acta Cæsaris, inuito Senatu, hic Syriam rogatione ad populum facta obtinuit; ille Macedoniam C. Antonio fratri, cùm Galliam sibi similiter impetrasset, dedit. Senatus autem hoc anno cum hostes iudicasset Dolabellam, quòd C. Trebonium Procos. in Asia crudeliter necasset; & M. Antonium, quòd Galliam Cisalpinam per vim occupasset, & D. Brutum Procos. Mutinæ obsedisset; M. Bruto Macedoniam cum Illyrico, C. Cassio Syriam & bellum cum Dolabella decreuit, additis alijs item honoribus ex Ciceronis, quæ in XI. Philippica legitur, sententia, Vti omnes transmarinarum prouinciarum rectores Bruti & Cassij imperata facerent, exercitus, pecunias, classem vndecumq; vellent colligerẽt. Bruto Prętore tenente Diuem Asiam, Horat. Satyr. VII. Serm. lib. I. Ex quo S. C. Brutus exercitum à P. Vatinio Procos. qui Illyricum per annos aliquot obtinuerat, accepit; C. Antonium item cum exercitu suo in potestatem redegit. Eodem tempore & C. Cassius Syriæ & Bithyniæ legiones tam à Q. Cæcilio Basso, quàm à L. Statio Murco & Q. Marcio Crispo Procoss. ex eodem S. C. accepit, A. Allienum P. Dolabellæ legatum ex Ægypto quatuor legiones à Cleopatra regina missas ducentem in Palæstina ex improuiso circumuenit, & in potestatem redegit; ipsum Dolabellam Laodiceæ obsessum, fame & rerum desperatione ad mortem adegit. Latè hæc & alia quæ insequenti anno gesserunt Appianus, Dio, Plutarchus, Velleius, Liuius, & alij. videas item epistolas Familiarium XII. C. Cassij aliorumque litteras ad Ciceronem eo tempore scriptas. *Quæ in prouincia C. Cassius gesserit.*

Sex. Pompeius Cn. f. Cn. n. Magnus. Post Cæsaris Mundensem victoriam fratre Cneio interfecto aliquamdiu in Hispania vlteriore latuit, Cæsare interfecto, partes ad arma circa Cordubam reuocare cœpit, contra Cn. Pollionem Procos. feliciter anno superiore conflixit, à M. Lepido Procos. non diu posteà per conditiones Reip. reconciliatus; & in integrum ex Senatus sententia restitutus est: M. Antonio autem & P. Dolabella hostibus iudicatis, Senatus huic classem & prętecturam orę maritimæ extra ordinem decreuit. A III. viris deinde inter alios proscriptus, Siciliam occupauit, & præsidiis muniuit: ciues quamplurimos in eodem periculo versantes, & ex Italia profugos, recepit & seruauit, dispositis circa Italiæ portus nauibus, quæ exciperent; propositoque quam III. viri percussoribus polliciti erant, maiori præmio iis, qui ciuem proscriptum seruare, & tutum in Siciliam educere possent. Vide Appianum lib. IIII. Dionem, Plutarchum, Liuium, Ciceronem, Velleium, & alios.

T. Sextius . f. . n. Africam nouam obtinuit. M. Antonij rebus studens, & Q. Cornificio vicino hostis & infensus. Intellecta Triumvirali prouinciarum diuisione, denũtiabat Cornificio vt Africa vetere sibi decederet; cùm omnis ea prouincia Cæsari iuniori deberetur. Recusantem sine Senatus iussu decedere, & se scire negantem quid Triumviri inter se diuisissent; bello inuasit, & post varios cõflictus prælio superatum cum D. Lælio legato occidit: Appianus lib. IV. Dio lib. XLIIX. Atque ita anno etiam insequenti totam Africam Cæsaris nomine obtinuit, donec eam Cæsar M. Lepido cederet, vt Appianus declarat lib. V.

Ædilis pl.

M. Volusius . f. . nepos. Proscriptus à III. viris, assumpto Isiaci habitu, linea stola videlicet, & canicipite persona fefellit percussores, & per itinera viasque publicas stipem ex more petens, eo fallaciæ genere tutus in M. Bruti castra peruenit, vt auctor Val. Max. lib. VII. cap. III. Appianus autem in Siciliam ad Pompeium profugisse scribit. *M. Volusius quo astu cadem effugit.*

Tribuni plebis.

P. Seruilius . f. . n. Casca. Magistratum ei conlega P. Titius abrogauit. Tribunus plebis etiam, veluti Consules, C. Cæsar, cùm bellum Parthicum pararet, in bien-

biennium iam declarauerat, vt apud Dionem legimus. Monstrat idem Cicero ad Atticum libro XIV. vbi stomachabundus, Quid enim, inquit, miserius, quàm ea nos tueri, » propter quæ Cæsarem oderamus? Etiamne Consules & Tribunos plebis in biennium, » quos ille voluit? Ex iis P. Casca in hunc annum designatus erat, qui inter coniuratos pri- » mum vulnus Cæsari inflixit, cum in Senatu occideretur. Vrbe igitur cum aliis coniuratis anno superiore cessit, cùm M. Antonij Cos. plebs irritata concione ad cædem coniuratos quærebat. Magistratum nihilominus hoc anno iniuisse constat, cùm acta Cæsaris confirmasset Senatus, & obliuionem cædis, inimicitiarum, præteritorumque malorum decreuisset. Cui Cæsar iunior aduersari ausus non fuit, licet coniuratis infensissimus esset, ne videlicet Senatum offenderet. Declarat hoc Cicero in epistola ad Atticum XIII. libri vltimi. Hoc & M. Antonius cum Mutinam obsideret, in epistola quam recitat & exagitat Cicero Philippica XIII. Cæsari, & Hirtio Pansæq; Consulibus exprobrat. In Syriam, » ait, Cassium misistis, Cascam Tribunatum gerere passi estis. Posteà verò cùm Cæsar, An- » tonio ad Mutinam deuicto, per vim Consulatum extorsisset, & quæstiones contra patris sui percussores instituere inciperet, P. Casca, licet adhuc magistratum gereret, sibi metuens ex vrbe profugit. Quam ob caussam ei magistratus per collegam P. Titium, quòd contra leges vrbe in Tribunatu plebis excessisset, abrogatus est, & absens damnatus est. Vide Dionem, Appianum, Plutarchum, & Tranquillum.

P. Titius . f. . n. Meminit eius Cicero in epistola ad L. Plancum Cos. designatum III. Idus Apr. scripta: Meæque sententiæ, inquit, cùm frequens assentiretur » Senatus, rogatu Seruilij P. Titius intercessit, res in posterum dilata. Omnia ad nutum » Cæsaris Octauiani hic Titius in Tribunatu suo gessit: P. Cascæ collegæ suo magistratum abrogauit, & reum absentem peregit; legem de Triumuiris Reip. constituendæ in quinquennium creandis per vim tulit. Verum is Titius haud multò pòst diem suum obiit, idque, quod antiquitus iam notatum fuerat, rursus suo exemplo firmauit. Animaduersum enim erat, neminem ab initio vrbis ad ea vsque tempora, qui collegam suum magistratu deiecisset, annum superuixisse. Sic L. Brutus cùm Collatino collegæ Consulatum abrogasset, paulo pòst in prælio interfectus est: Ti. Gracchus cum Octauium deposuisset, cæsus est: Heluius Cinna item anno superiore in magistratu occisus, posteaquam Marullum & Flauum collegas magistratu exturbasset: Appianus & Dio lib. XLVI. Sed miror cur Obsequens inter anni insequentis prodigia scribat, quòd P. Titius Prætor propter dissensiones collegæ magistratum abrogauit, cum alij Tribunum plebis hoc fecisse tradant.

Nemo qui collegam magistratu deiecisset, annū superuixit.

Iulij Obsequentis error.

P. Appuleius . f. . n. Meminit eius Cicero Philippica VI. & vltima. Ciceronem apud populum excusauit, & falsum rumorem fuisse ostendit, qui per vrbem ab inimicis sparsus erat, ipsum Consulibus orbata Rep. fasces & imperium quærere. A parte Senatus contra Antonium stetisse constat. Nam Cæsare Octauiano per vim vrbem cum exercitu inuadente, iussus à Senatu fuit plebi nuntiare, Martiam & Quartam legiones aduentare, & expectari è Piceno auxilia; vt auctor Appianus est libro III. Quarto autem libro duos Appuleios inter proscriptos à Triumviris recenset, quorum alter forsan hic fuit.

M. Seruilius . f. . n. Cicero ad Cassium Procos. libro XII. Familiar. epistola VII. quæ principio eius anni scripta, antequā C. Pansa Consul paludatus exiuisset. Productus sum, inquit, in concionem a Trib. Plebis M. Seruilio, dixi de te quæ potui tanta » contentione quantum forum est, tanto clamore consensuque populi, vt nihil simile vide- » rim. Meminit illius item in quarta Philippica ad Quirites Antonio hoste iudicato. Ho- » dierno autem die primum referente viro fortissimo M. hoc Seruilio, collegisque eius » ornatissimis viris, optimis ciuibus, longo interuallo me auctore & principe, ad spem liber- » tatis exarsimus. »

C. Clodius . f. . n. Prima ad M. Brutum epistola, quæ anni superioris exitu scripta est, Cicero Clodium Tribunum plebis designatum commendat, & suspicionibus maleuolentiæ purgat, quòd Antonij potiùs partibus studuisse videretur; & eum valdè commendat. quem à Cæsare item Trib. plebis designatum in hunc annum fuisse verisimile fit, sed non iniisse; nam cum Ciceronis litteris ad M. Brutum abiisse ex Dione colligimus: qui scribit in anni insequentis historia, C. Clodio custodiam C. Antonij à Bruto capti mandatam fuisse, & ab eodem occisum, cum per vim Apolloniæ à quibusdam à fratre III. viro missis eriperetur. Post prælium Philippense cum XIII. nauibus se Cassio Parmensi coniunxit, & deinde simul Statio Murco & Cn. Domitio Ahenobarbo, velut Appianus lib. V. diffusiùs refert.

M. Te-

M. Terentius //. f. //. n. Varro. Hic eamdem cum quodam proscripto gerens appellationem, vno excepto cognométo; cùm alioquin nihil contra III. viros deliquisset, veritus ne idem sibi, quod C. Cinnæ, accideret, edito scripto, periculum & nominis similitudinem declarauit, & hoc ea ratione nactus est, vt tantùm iocis risuque agitaretur: Dion libro XLVII.

//. Saluius //. f. //. n. //. In Magistratu occisus est. Senatusconsulto, quo M. Antonius hostis iudicabatur, intercessit. Sed posteà Ciceronem sequutus, in omnibus eius arbitrio accessit. A Triumviris igitur proscriptus est, & primus omnium, licet sacrosanctum magistratum gereret, è proscriptis occisus in conuiuio, præcisumque à militibus accumbentis ad mensam caput, summo omnium simul discumbentium horrore & metu: Appianus lib. III. & IV.

C. Salonius //. f. //. n. //. Legem tulit ne quis testamento legaret plus quàm vt quarta pars heredibus superesset: Marianus Scotus.

L. Cornificius L. f. //. n. M. Vipsanius L. f. Agrippa //. n. Hos accusatores instituit Cæsar Octauianus Consul factus; M. Bruti videlicet Cornificium, C. Cassij verò M. Agrippam, qui absentes, nemine defendente, reos peregerunt & damnauerunt, quòd ciuem dignitate maximum indicta caussa occidissent, vt auctores sunt Plutarchus in Bruto, & Velleius. Cæsar ipse anno superiore Romam reuersus, vt ante dixi, in locum C. Cinnæ occisi Tribunatum plebis petierat, eam maxime ob caussam, vt percussores patris sui reos cædis ageret. Sed M. Antonio Cos. atque optimatibus, qui coniuratis metuebant, aduersantibus, non obtinuit. Hos igitur tum in simili magistratu fuisse suspicor, cùm Agrippa sexennio tantum, alter octennio pòst ad Consulatum peruenerint.

Quæstores.

Vrbani Quæstores ex S. C. monumentum Ser. Sulpicio faciundum curarunt: Cicero Philip. XIV. fine, & Philipp. IX.

L. Cornelius //. f. //. n. Balbus in Hisp. vlt. Cic. lib. Famil. X. epistola XXXII.

//. Exitius //. f. n. //. M. Antonij ad Mutinam. Sic Cicero Philippica XIII. vbi
» Senatum Antonij recenset: Nec verò Exitius Philadelphi frater Quæstor prætermittendus
» est; ne, si de clarissimo adolescente siluero, inuidisse videar Antonio.

//. //. //. f. //. n. Torquatus. C. Pansæ Consulis. Ante Mutinam castrorum custodiæ præpositus. Consule Pansa ex vulnere mortuo, ex Senatus mandato exercitum accepit, & D. Bruto Imperatori belli cum Antonio conficiendi caussa tradidit: Appianus libro III.

//. Ventidius //. f. //. n. //. Q. Cornificij Procos. in Africa vetere. In prælio occisus est à T. Sestio, quem primùm victor obsederat; verùm eo auxiliis aucto, in conflictu oppetiit: Auctor Appianus libro IV. Dio libro XLVIII. Quæstorem Q. Cornificij dicit.

//. Publius //. //. f. //. n. //. Bruti Procos. in Macedonia. Ab Antonianis de proditione frustrà sæpè sollicitatus, proscriptus cum aliis, sed post Bruti mortem à Cæsare Octauiano in gratiam receptus est: cui aliquando effigies Bruti domi suæ spectandas præbuit, neque improbanti: Auctor Appianus libro IV. qui aliter eum non nominat.

L. Sestius P. f. //. n. Proquæstore M. Bruti Procos. in Macedonia. Idem sopitis bellis ciuilibus anno DCCXXX. Consul suffectus Augusto, velut ibidem latiùs declarabimus.

L. MVNATIVS. L. F. L. N. PLANCVS. PROCOS. AN. DCCX.
EX. GALLIA. IV. K. IAN.

M. AIMILIVS. M. F. Q. N. LEPIDVS. II. III. VIR. R. P. C. ann. DCCX.
PROCOS. EX. HISPANIA. PRIDIE. K. Ian.

Anni eius exitu, in ipso quasi funestissimæ proscriptionis feruore, duos Roma cadaueribus plena triumphos videre, & in summo luctu lætitiam simulare coacta est. Edictum *Triumphi duo Romæ spectatu iniucundi.*
» enim fuit à III. viris, vt apud Appianum legimus; Cùm M. Lepidus ex S. C. triumpha-
» re debeat, Quod felix faustumq; sit, edicitur vniuersis, vt sacris & epulis dent hunc diem;
» qui contrà fecerit, inter proscriptos esto. Itaque triumphali pompa inuectus est Lepidus in Capitolium, multis hilari specie sed infenso animo prosequentibus; multis etiam quòd contra Edictum in luctu permansissent, pereuntibus, vt apud Dionem legimus: dum proscriptorum ædes interim diriperentur, & bona eorum sub hasta venderentur. Ex Philippica Ciceronis XIII. satis manifestum est, M. Lepido Senatum anno superiore statuam in

Rostris cum inscriptione præclara,& triumphum quoque absenti decreuisse, quòd silentio,vt ait,bellum confecisset,Sex. Pompeium occiso Cæsare renouantem motus bellicos in Hispania,sine sanguine bonis conditionibus Senatui Reipublicæque reconciliasset. Atque eo titulo secundum hunc triumphum duxisse verisimile est,& hoc in Triumviratu anni exitu pridie Kal. Ian. veluti fragmentum testatur Capitolinum; in quo item ex Gallia L. Plancum biduo antè triumphasse legimus: quam verò ob caussam, non satis certum mihi est. Vlteriori Galliæ Procos. cum legionibus à Cæsare præfectum fuisse superiùs dixi, velut & M. Lepidus Hispaniæ citeriori, & Narbonensi Galliæ. De rebus autem Planci in Gallia gestis,parum aut nihil memoriæ proditum est ab Historicis, quamuis plures eius adhuc extent epistolæ inter Familiares quas appellant Ciceronis libro x. è prouincia scriptæ post prælium Mutinense, cùm adhuc dubia fide Senatui adhærere videretur. Ex Rhetis tamen triumphasse,& colonias in Gallia deduxisse Lugdunum & Rauricam, declarat titulus rerum gestarum suarum marmori insculptus, qui adhuc legitur in mole rotunda vetustissima,in summo promontorio prope Caietam extante:

L. Planci triumphus.

L. Munatius Plancus.

Iustus Lipsius à Fuluio Vrsino.

L. MVNATIVS. L. F. L. N. L. PRON
PLANCVS. COS. CENSOR. IMP. ITER. VII.VIR.
EPVLON. TRIVMP. EX. RAETIS. AEDEM. SATVRNI
FECIT. DE. MANVBIS. AGROS. DIVISIT. IN. ITALIA
BENEVENTI. IN. GALLIA. COLONIAS. DEDVXIT
LVGDVNVM. ET. RAVRICAM.

Apud Dionem verò legimus, Senatum Antoniò hoste iudicato, cùm is D. Brutum obsideret Mutinæ, M. Lepidum & L. Plancum euocasse è Galliis ad opem D. Bruto ferendam: sed cum dubia fide viderentur esse, vtrumque in prouincia manere iussisse prætextu vrbis condendæ ad confluentes Rhodani & Araris, quæ Lugdunum appellata est. Eò deducti sunt qui anteà ab Allobrogibus Viennâ expulsi erant. Sed quod ad triumphos horum attinet, Velleius vtriusque mentionem quoque facit his verbis: „Nec Planco defuit gratia ad impetrandum, vt frater eius Plancus Plotius proscriberetur. Eoque inter iocos militares, qui currum Lepidi Planciquc sequuti erant, inter execrationem ciuium vsurpabant hunc versum: „

De germanis non de Gallis duo triumphant Consules.

Lepidus enim fratrem L. Paullum proscripserat, qui tamen euasit ad Brutum; Plancus autem Cn. Plotium fratrem, qui in agro Salernitano delitescens, odore vnguentorum percussoribus indagantibus proditus & occisus fuit: vti scribunt Plinius lib. XIII. cap. III. Valerius Max. lib. VI. cap. VIII. Consules autem erant Lepidus & Plancus designati in annum insequentem.

ANNI P. R. C. DCCXI.

Consules.

L. Munatius L. f. L. n. Plancus. M. Æmilius M. f. Q. n. Lepidus. II.

C. Cæsar Dictator, finitis bellis ciuilibus omnibus, expeditionem Parthicam (vt dixi) parans, cùm magistratus in plures annos ordinaret, Consules quoque in hunc annum declarauerat D. Iunium Brutum Albinum & L. Munatium Plancum. Quapropter designati Consules frequenter in epistolis Familiarium lib. x. & XI. & in Philippicis anno superiore scriptis à Cicerone vocantur. Verùm cum D. Brutus, antequam magistratum hunc inire posset, ab Antonio trucidatus esset; placuit occupata Rep. Triumuiris, vt M. Lepidus hoc anno in locum Bruti succederet, & Consulatum Romæ cum L. Planco gereret, & Italiam Triumvir administraret dum Cæsar & Antonius bellum contra Brutum & Cassium in Græcia gererent. Consules igitur nominant in hunc annum Cassiodorus, Marianus & Zonaras M. Lepidum, L. Plancum: Tabulæ Græcæ Lepidum & Plancum. Plinius libro II. cap. XXXI. & Obsequens prodigia eius anni referentes, trinos soles M. Lepido, L. Planco Coss. visos tradunt. Et Suetonius iisdem Consulibus Tiberium Cæsarem natum fuisse post bellum Philippense scribit. Apud Dionem verò

M. Æmi-

M. Æmilium Lepidum II. L. Munatium L. f. Plancum legimus. Romæ in trabe marmorea magnis litteris ita spectatur:

L. PLANCVS. L. F. COS.
IMP. ITER. DE. MANIB.

Templum autem Saturni ex manubiis fecit, Suetonio auctore.

Triumviri in vrbe atque Italia acerbissimas pecuniarum exactiones fecerunt. Cæsari occiso diuinos honores decreuerunt. Magistratus in plures annos ordinarunt. M. Brutus Epiro & Macedonia in potestatem redacta, Bessis victis Imperator appellatus est, Aduli agrum populo Rom. testamento relictum recepit. C. Cassius Syria atque Asia occupata, interfecto Dolabella, Tarsenses per deditionem recepit, Smyrnam in Asiam ad Brutum, ad ordinanda belli contra Triumviros consilia, contendit; rebusque ibidem constitutis, Cassius Rhodios & Ariobarzanem; Brutus Lycios & Pataræos per vim subegit. Deinde in Macedoniam traiectis exercitibus, cum Cæsare & Antonio in campis Philippicis dubio primùm euentu conflixerunt; Cassius Brutum victum & occisum existimans, semetipsum per errorem interfecit. Brutus altero posteà prælio victus, desperatis rebus & ipse vitam gladio à Stratone fugæ comite perfossus finiuit. Quod idem fecerunt principum Romanorum circiter quadraginta. Ob hanc victoriam Romæ in totum quasi annum supplicationes decretæ. Cæsar Hispaniam & Numidiam deinde, M. Antonius Galliam & Africam prouincias sibi sumpserunt. Latissimè omnia Dio lib. XLVII. Appianus, Plutarchus in Bruto & Antonio, Liuius, Velleius, Florus, Eutropius, Orosius, & alij.

Cassius & Brutus in Philippicis campis victi se interemere.

Censs. L. Antonius M. f. M. n. P. Sulpicius //. f. //. n. Lustrum non fecerunt.

Censuræ titulo videntur ciuium bona & facultates in æstimationem & tabulas redegisse Triumviri, cùm grauissimo tributo omnes ordines, vrbem atque Italiam exhaurirent. Nam Consulibus eius anni Censores fragmentum Collotianum subiicit: quos tum quidem Lustrum non condidisse dicit hoc modo:

L. MVNATIVS. L. F. M. AEMILIVS. M. F.
L. ANTONIVS. P. SVLPICIVS. CENSS. LVSTR. N. F.

Qui forsan à Triumviris creati, non vt Lustrum more maiorum conderent, sed vt apud eos vnusquisque bonorum suorum æstimationem profiteri cogeretur; quorum decimas (velut Appianus, Dio, & Zonaras auctores sunt) ita exigebant, vt vix pars decima alicui relinqueretur. Sed expressam Censorum mentionem apud Auctores alios non reperio, quos tamen nobis prodit Collotianum fragmentum, vt vides, Antonium & Sulpicium. In quo licet Antonij prænomen desideretur, Lucium tamen Triumviri fratrem fuisse magis suspicor; quandoquidem Caius iam tum in Macedonia à Bruto captus & occisus erat. Inter Triumviros autem nihil de magistratibus accipiendis pactum fuisse legimus, quàm vt M. Lepidus Consulatum Romæ gereret, & Italiam administraret, dum alij duo bellum cum Bruto & Cassio gererent. Sic M. Antonium Censorem hoc anno fuisse non ausim dicere.

Prætores.

L. Cornelius L. f. //. n. Balbus. Quemadmodum ex eius Consulatu quem biennio pòst gessit, & etiam denario argenteo, anno vt apparet sequenti ab eodem cuso, colligere est, Prætor hoc anno fuit L. Balbus Gaditanus, pro quo Ciceronis extat oratio. Nummus ab altera parte habet Herculis insignia, & titulum, BALBVS. PROPR. Et sanè apud Gades, vbi natus erat Balbus, Hercules celeberrime colebatur. Ab altera, Cæsaris iunioris, cuius partes tum sequebatur, effigiem habet, cum titulo Triumviratus, CÆSAR. III. VIR. R. P. C. Sed de hoc Balbo plura in eius Consulatu.

L. Balbus Gaditanus.

L. Ælius //. f. //. nepos. Lamia. Amicus & familiaris M. Tullio, cuius ob caussam eques adhuc Romanus in exilium abire iussus est, anno DCXCV. ab A. Gabinio Consule. Petisse anno superiore Præturam ostendit Familiarium lib. XI. in duabus epistolis, quibus Lamium Præturæ candidatum commendat D. Bruto Cos. designato. Obtinuisse quidem deinde, ex Valerio Maximo colligimus, lib. I. cap. VI. vbi Prætorium appellat; » L. quoque Lamiæ (inquit) Prætorio viro æquè vocem fuisse super rogum constitit. Sic item Plinius libro VII. cap. LII.

Tribuni plebis.

Tullus Hostilius. //. f. //. nepos. //. Viscius //. f. //. nepos.

Cicero in Philippica XIII. quam anno dixit superiore, Senatum M. Antonij recensens,

quem secum habebat in castris ante Mutinam, post Prætorios, & Septemvirales, Lentonem, Nuculam, & L. Antonium, enumeraturus Tribunitios, duos primum designatos in hunc annum Tribunos plebis nominat, Tullum Hostilium & Viseium. quos ita suis coloribus depingit. Tribunitij: primum duo designati, Tullus Hostilius, qui suo iure in » porta nomen inscripsit; qui cùm prodere imperatorem suum non posset, reliquit. Alter » est designatus Viseius, nescio quis, fortis, vt aiunt, latro; quem tamen temperantem fuisse » ferunt Isauri balneatorem. Alia de his non reperio, sed nisi Mutinensi in prælio perierunt, hoc anno Romæ Tribunos plebis fuisse, credi potest.

Quæstores.

C. Vibius .. f. .. n. Varus. M. Lepidi Cos. II. Denarius argenteus Goltzij.
C. Lænius M. f. .. nepos.

L. Plætorius L. f. .. n. Cæstianus. M. Bruti Procos. in Macedonia. Varios hoc bello ciuili, tam à Triumviris, quàm ab aduersæ partis ducibus, excusos nummos fuisse constat, quorum copia nostro sæculo adhuc reperitur, ab Historiæ & Antiquitatis amatoribus conseruata. E quibus & ego quamplurimos vidi, nonnullos habeo, & inter hos vnum a L. Plætorio Quæstore M. Bruti auspiciis cusum cum eius effigie, & hoc titulo, BRVT. IMP. L. PLAET. CEST. In dorso nummi vides pileum, libertatis insigne, inter duos pugiones, adscripto Eiduum Martiarum die, quo Brutus & Cassius coniurationis capita, Cæsare interfecto libertatem Reip. vindicauerant. Huius nummi mentionem facit Dio libro XLVII. vbi res gestas in Macedonia Bruti enarrat. Hæc Brutus, inquit, » egit, qui etiam numismati, quod faciebat, suam effigiem cum pileo & duobus pugio- » nibus incidit: eo, & inscriptione declarans, patriam à se & Cassio in libertatem esse vin- » dicatam. Vidimus & alios denarios eiusdem L. Plætorij Quæstoris cum Monetæ effigie, » & hoc titulo, L. PLÆTORIVS. L. F. Q. S. C. Hunc filius videtur fuisse L. Plætorij Senatoris, cuius Cicero in oratione pro Cluentio meminit.

M. Barbatius .. f. .. M. Antonij III. viri in Macedonia. Reperiuntur argentei denarij, quos hic Barbatius Quæstor signauit, repræsentantes ab vna parte M. Antonij Imperatoris Auguris & III. viri faciem, & ab altera Cæsaris Iunioris III. viri, qui tum & Pontifex erat. Quæstorem M. Antonij potius fuisse quàm Cæsaris Octauiani, docet Appianus libro quinto; qui scribit ipsum ab offenso & irato Antonio dimissum, anno insequenti in Italiam reuersum, quando L. Antonius Consul bellum contra Cæsarem mouens, fratris Triumviri veteranos è coloniis passim excitauit. E quibus quamplurimos, dissensionem quæ illi cum III. viro erat ignorantes, Cæsari iam studens in eius partes traduxit, quibus persuasit M. Antonium irasci bellum gerentibus contra Cæsarem collegam suum, & communem vtriusque potentiam. Qua ratione factum, vt quotquot dolum Barbatij non senserunt, à L. Antonio signa ad Cæsarem transferrent.

P. VATINIVS. P. F. PROCOS. DE. ILLVRICO. PRID. .. .. a. DCCXI.

P. Vatinium C. Cæsar Dictator post Consulatum cum exercitu in Illyricum miserat, quæ prouincia nondum satis pacata videbatur, quòd tributa & obsides imperatos denegaret. In eadem vltra biennium vario euentu bellum gessisse, ex Appiani Illyrica, & ipsius epistolis Vatinij ad Ciceronem è prouincia scriptis constat, quæ extant Familiarium lib. V. Conqueritur enim sibi a Cæsare supplicationes non decerni, cum tamen iustissimi, vt ait, triumphi res gessisset. Quas tandem se obtinuisse paulò pòst dicit, & post eas decretas, in Dalmatia vi oppugnando sex oppida cepisse, ab vno tamen iam pænè expugnato frigore & imbribus detrusum se scribit. Occiso deinde Cæsare, Vatinium prælio fusum incolæ Dyrrachium fugere compulerunt, auctore eodem Appiano; quem postremo legionibus spoliatum à M. Bruto Procos. Macedoniam, Epirum, & Illyricum occupante, apud Velleium, Dionem, & Ciceronem Philippica decima legimus, vt in anni superioris historia quoque declaraui. Triumphum hoc anno Romam reuersus obtinuit à Triumviris, vti demonstrat Capitolinum fragmentum: forsan, quia per vim exercitu spoliari à Bruto, quàm ad eum vltrò transire maluisset. Ceterùm apud alios Auctores huius Vatiniani triumphi nullam mentionem reperio. Cupere se scribit tamen ad Vatinium Cicero epistolis eius respondens, quod Dionysium seruum suum fugitiuum ad Vardæos, comprehensum in triumpho simul ducat.

ANNI

ANNI P.R.C. DCCXII.

Consules.

L. Antonius M. f. M. n. P. Seruilius P. f. C. n. Vatia Isauricus. II.

CONSVLES reperiuntur hoc anno in Cassiodoro & Mariano P. Seruilius II. & L. Antonius; in Tabulis Græcis, Antonius & Isauricus. In fragmento autem Collotiano extant ANTONIVS. P. SERVILIVS. P. F. vbi nomen L. Antonij erasum antiquitus, velut etiam fratris Triumviri fuisse cognoscis. Ambo enim à Senatu hostes iudicati, & eorum memoria damnata, & e publicis monumentis sublata fuit. De Triumviro constat hoc tam ex Ciceronis Philippicis, quàm ex aliis.

L. Antonius Consul hoc anno bellum mouens, vt apud Florum libro IV. habetur, non priuatis iam, sed totius Senatus suffragiis hostis est iudicatus. A Claudio tamen Cæsare restitutam posteà eorum memoriam legimus: Antoniæ matris, ni fallor, in gratiam; atque adeò nomina in publicis monumentis reposita sunt. Alter Consulum P. Seruilius priorem Consulatum cum Cæsare gessit, cuius patrem P. Isauricum Triumphalem biennio ante mortuum tradunt Dio & Eusebius in Chronico. Opinari quosdam scribit Suetonius hoc anno Tiberium Cæsarem natum, nempe Seruilij Isaurici Antonijque Consulatu. Apud Dionem horum nomina plenius ita habentur: L. Antonius M. f. Pietas, P. Seruilius P. f. Isauricus II. Pietatis verò cognomen sibi assumpsisse L. Antonium scribit Dio, quòd bellum cum Fuluia contra Cæsarem mouens, fratris Triumviri absentis in gratiam id facere præ se ferret.

L. Antonius M. frater hostis a senatu iudicatus. Nomina erasa, reposita. Tiberius Cæsar quando natus.

Imp. Cæsar ex Macedonia Romam reuersus, cùm militibus præmia persoluenda essent, ob diuisionem agrorum cum L. Antonio Consule in dissentionem venit. Vnde nouum ciuile bellum in Italia exortum. L. Antonius Consul fratris legiones & colonias quæ diuidi militibus debebant, ad arma contra Cæsarem exciuit: qui demum Perusiæ obsessus, cùm frustra sæpius per vim erumpere tentasset, fame coactus cum exercitu ad deditionem venit, & militibus venia data est, Perusia diruta. Vide Dionem, Appianum, Liuium, Suetonium, Velleium, & alios.

Prætores.

Ti. Claudius Ap. f. ... n. Nero. Pater Tiberij Augusti. Præturam hoc anno in vrbe gessisse ex Suetonio, Dione, & Velleio colligimus, & L. Antonij partes contra Cæsarem fouisse. Nam Prætura functus post bellum Perusinum Antonio oppresso, retentis vltra iustum tempus magistratus insignibus, in Campania vocatis ad pileum seruis, frustrà bellum renouare conatus est, & inde profugit in Siciliam cum vxore Liuia, quæ Augusta pòst dicta est, & infante filio Tiberio. Vbi cum fascium vsu prohibitus esset, & non statim ad Sex. Pompeium admissus; indignabundus traiecit cum suis in Achaiam ad M. Antonium. Cum quo breui, reconciliata inter omnes pace, Romam rediit, vxoremq; Liuiam tunc iterùm grauidam, petenti sibi eam Cæsari cessit, nec multò pòst diem obiit. Vide Suetonium, & alios iam nominatos.

L. Marcius L. f. C. n. Censorinus. Achaiam obtinuit. Quæ ei vt apparet, debebatur ex Prætura, quamprimùm recuperata foret. Nam M. Antonius bello Philippensi confecto ex Græcia in Asiam cum exercitu contendens, L. Censorinum, vt Plutarchus auctor est, Græciæ præfecit.

M. Cocceius M. f. ... n. Nerua Leg. Proquæstore M. Antonij III. viri. Quod declarat argenteus denarius, repræsentans vtrimque effigies M. & L. Antoniorum fratrum cum his titulis ab vna parte, M. ANT. AVG. III. VIR R. P. C. M. NERVA PROQ. Ab altera, qui declarat in Consulatu L. Antonij cusum fuisse, L. ANTONIVS. COS. Videtur is esse M. Nerua, qui Consul posteà cum L. Gellio fuit, proauus Neruæ Imperatoris vt apud Porphyrionem Horatij commentatorem legimus in Satyram quartam Sermonum primo.

L. ANTONIVS. M. F. M. N. COS. EX. ALPIBVS. K. Ian. a. DCCXII.

De hoc L. Antonij Consulis triumpho solus Dio Capitolinis marmoribus suffragatur, libro XLVIII. his ferè verbis: Ipse L. Antonius cùm de Inalpinis quibusdam gentibus quasi à se victis triumphum peteret, negante Fuluia M. Antonij, nemo decernere ausus fuit.

L. Antonij triumphus, Fuluia permissu.

fuit. Verùm vbi eadem placata postmodum concessisset, ab omnibus aliis facilè triumphum obtinuit, quamuis nihil laude dignum gessisset, & magistratum imperiúmve in iis locis numquam habuisset. Triumphauit igitur ille per Fuluiæ gratiam Kal. Ianuariis, cùm magistratum iniuisset, ac se in ea re C. Mario gloria adæquabat, immò præferebat; se nempe volentem ornamenta triumphalia deposuisse, ac in toga forensi Senatum ex more conuocasse; Marium id inuitum fecisse, cui insuper vna tantum vel nulla corona data est; sibi verò cùm alias, tum etiam tributim à populo (quod antea nemini) coronas oblatas fuisse. Plura de his apud Dionem; alius (quod sciam) nemo veterum huius triumphi meminit.

C. Rubellius //. f. //. n. Cic. Famil. lib. XII. ep. XXVI.

Quæstores.

M. Varisidius //. f. //. nepos. Cn. //. //. //. f. //. n. Saturninus.
Sex. Aufidius //. f. //. nepos. Cn. Anneius //. f. //. nepos.
Q. Considius //. f. //. n. Gallus. L. Seruilius //. f. //. n. Postumus.
L. Oppius M. f. //. n. Cicero libro Familiarium XIII. ep. XLII.
L. Egnatius L. f. //. n. Rufus.

ANNI P. R. C. DCCXIII.

Consules.

Cn. Domitius M. f. M. n. Caluinus II. C. Asinius Cn. f. //. n. Pollio.
Abdicauit. in. e. loc. fact. est Abdicauit. in. eius. loc. f. e.
L. Cornelius L. f. //. n. Balbus P. Canidius P. f. //. n. Crassus

CONSVLES habemus huius anni in Tabulis Græcis Caluinum & Pollionem: in Cassiodoro & Mariano Cn. Domitium, C. Asinium: in Dione autem plenius ita leguntur, Cn. Domitius M. f. Caluinus II. C. Asinius Pollio. Et sanè constat, Cn. Domitij Caluini secundum hunc Consulatum esse: nam priorem gessit anno DCC. stante adhuc Rep. Et posteà bello ciuili Cæsarianas partes amplexus, legatus Cæsaris in Asia contra Pharnacem, & Africa contra Scipionem, ad alterum deinde Consulatum peruenit. Reperiuntur item hi Consules in inscriptione antiqua eius temporis, quæ extat in basi rotunda marmorea in agro Casinate, sub oppido, vt nunc appellant, S. Germani.

M. PAPIVS. M. F. L. MATRIVS. L. F
DVO. VIRI. I. D
SIGNVM. CONCORDIAE. EX. S. C. RESTITVENDVM
COERAVERVNT. EIDEMQ. DEDICARVNT
ET. BASIM. GRADVM. ARAM. SVA. PECVNIA
FACIVNDA. COER. EIDEMQVE. PROBAVER
AD. IIII. EID. OCT. CN. DOMIT. C. ASINIO. COS.

Meminit Consulum etiam Iosephus Antiquitatum lib. XIV. cap. XXIII. scribens Herodem à Senatu Regem appellatum, & regnum cepisse centesima & octogesima quarta Olympiade, Consulibus Cn. Domitio Caluino II. & C. Asinio. Exitu autem anni hos Consules & Prætores abdicasse Triumvirûm iussu, apud Dionem inter alia legimus, & in eorum loca suffectos alios quamuis in paucos dies. Ait Consulem factum L. Cornelium Balbum, qui Gadibus natus, bello Sertoriano sub Q. Metello & Cn. Pompeio militans, ciuitatem Romanam ob virtutes adeptus, C. Cæsaris posteà Præfectus fabrûm fuit in Prætura & in Consulatu, eiusdem amicitia ad maximas dignitates, & amplissimas opes euectus, vt moriens populo Romano in singula capita vicenos quinos denarios legauerit. Pro eodem extat Ciceronis oratio, qua illius ciuitatem defendit. Plura de hoc Balbo M. Cicero ad Atticum, Velleius libro II. & Plinius libro VII. cap. XLIII. docens Consulem fuisse, & eos honores adeptum, quos maiores Latio negauerunt. Collegam eius in Tabulæ tantummodo Collotianæ fragmento reperimus, vbi omnes huius anni Consules ita leguntur:

L. Cornelius Balbus Gaditanus.

Ciceronis pro Balbo oratio.

CN. DOMITIVS M. F. C. ASINIVS. CN. F
SVF. L. CORNELIVS. L. F. SVF. P. CANDIDVS. P. F

P. Canidius Crassus.

Hunc P. Canidium Crassum opinor, qui posteà contra Iberos & Albanos res gessit M. An-

M. Antonij auspiciis, velut apud Dionem Cassium libro XLIX. legimus.

Imp. Cæsar bello Perusino confecto, atq; Italia tota in potestatem redacta, à M. Antonio bellum expectans, Sex. Pompeium sibi conciliare conatus est, Mucia matre ad eum remissa, & Scribonia Libonis (qui socer Sexti erat) vxore ducta. Sed cum illud non succederet, & Pompeius propentior in Antonium videretur, bellum contra eum parauit, cuius curam M. Agrippæ Prætori mandauit. Ipse in Galliam profectus, omnes earum prouinciarum exercitus in potestatem suam redegit. M. Antonius dum in Ægypto Cleopatræ amoribus otiosus vacat, Parthi duce T. Labieno Syriam occuparunt, & quàm plurimas Asiæ vrbes, atque Ciliciam ferè omnem subegerunt. M. Antonius ex Ægypto in Græciam transmisit, ac deinde in Italiam, bellum contra Cæsarem mouens, Sipontem occupauit, & Brundusium obsessum, P. Seruilio Rullo Cæsaris duce pulso, cepit. Interim Fuluia Antonij vxore, quæ bellum hoc conciuerat, Sicyone mortua, statim Cæsar & Antonius armis positis in gratiam simul redierunt, & pacem affinitate firmauerunt, Octauia sorore Cæsaris Antonio in matrimonium data. Inde denuo Romanum imperium inter se partiti sunt hi duo Imperatores, vti transmarinæ prouinciæ omnes ab Illyrico ad Eufratem vsque M. Antonio cederent; Lepido Africa concederetur; Cæsar Gallias, Hispanias, Sardiniam, atque Dalmatiam obtineret, bellumque Sex. Pompeio inferret, veluti Antonius Parthis. Sex. Pompeius interim fœderi exclusus, Menæ liberti ductu Sardiniam, expulso M. Lurio Cæsaris Præfecto, per vim occupauit. Igitur cùm vrbs atque Italia populationibus continuis diuexaretur, & annona ab hostibus interclusa, vehementer fame laboraret; populus Romanus continuis tumultibus excitatis Cæsarem & Antonium coëgerunt pacem cum Sex. Pompeio facere. Hæc latius apud Dionem lib. XLVIII. Appianum lib. V. & Plutarchum in Antonio. Meminit Liuius libro CXXVII. Horatius Satyra quarta Terracinæ conuentionem de pace factam inter Augustum & Antonium indicare videtur, & ibi eius commentatores.

Imp. Augustus bellum in Sex. Pompeium parat, & in M. Antonium. Coniugia Triumvirorum.

Triumviris denuo Romanum partiuntur imperiū.

Cæsar eodem anno Q. Saluidienium Rufum, quem ex infimo loco ad id dignitatis euexerat, vt Consul, cum Senator numquam fuisset, designaretur, cum sibi eum insidias struere comperisset, in Senatu accusatum, hostemque iudicatum necari iussit; vt apud Dionem legimus. Velleius ex equestri ordine Consulem creatum scribit: fortassis in annum insequentem; nam in antiquis fragmētis, Capitolino videlicet vel Collotiano, hunc non reperio, quamuis suffectos non omittant, vt ante hunc annum fuisse Consulem non opiner: nisi forsan, quia hostis iudicatus, in Fastis illis antiquis omissus postmodum fuerit.

Q. Saluidien. Rufus Augusti iussu necatur. Quando Consul.

Prætores.

M. Vipsanius L. f. ... n. Agrippa. iurisdictionem Vrbanam obtinuit. Qui primus inter amicos Cæsaris iam tum erat, Ludos in Prætura magnificētissimos edidit, equestres per biduum, & Troiæ ludum per nobiles pueros, vt Cæsarem populo Romano conciliaret. Huic Cæsar, confecto Perusino bello, in Galliam ad occupandas M. Antonij legiones proficiscens, prouinciam contra Sex. Pompeium commisit. Verum Agrippa ludis Apollinaribus exhibendis occupato, Pompeius mare transmisit, & in Italia prædas egit: Auctor est Dio, lib. XLVIII.

M. Agrippa.

C. Coponius T. f. T. nepos. Ex denario argenteo: Velleius Paterculus Prætorium vocat.

Tribunus plebis.

P. Falcidius ... f. ... nepos. Legem de testamentis tulit, qua defalcat legata, si dodrante excedant; iubetque quartam ad minus bonorum partem heredibus relinquere. eamque legem asserit Dio, tempore etiam suo plurimum auctoritatis habuisse in hereditatibus adeundis. Vide quæ Eusebius in Chronico; & Paullus lege prima ad legem Falcidiam, & Celsus lib. XXII. Digestorum. Item Iustinianum libro Institutionum secundo, Tit. XXII. Celebris & frequens Falcidiæ legis mentio est apud Iurisconsultos, vt pluribus de eadem hic agere superuacaneum esset.

Falcidia lex.

Quæstores.

C. Catinius ... f. ... nepos. Vestinus. Hic fortè Tribunus militum sub M. Antonio fuit: cuius meminit L. Plancus epist. ad Ciceronem XXIII. lib. X. ad Famil. Eiusdem gentis sed antiquioris C. Catinij mentio apud T. Liuium lib. XXVIII. qui Prætor fuit an. V. C. DLXVI. Hispaniamq; vlteriorem sortitus, biennio pòst victis Lusitanis, captaque

Asta opido, ex vulnere periit. Duo item M. & L. Catinij de plebe Romana, coniurationis auctores Bacchicæ comprehensi sunt, vt idem Liuius lib. XXXIX. copiose refert. Meminit & Catinij nequam C. Plinius lib. VII. Natur. historiæ cap. XLIV.

Q. Metellus // .f. //. n. Celer. P. Canidij in Hispania. Est in argenteis denarijs.

IMP. CAESAR. DIVI. F. C. N. III. VIR. R. P. C. OVANS. a. DCCXIII.

QVOD. PACEM. CVM. M. ANTONIO. FECIT

M. ANTONIVS. M. F. M. N. III. VIR. R. P. C. OVANS. a. DCCXIII.

QVOD. PACEM. CVM. IMP. CAESARE. FECIT

Fuluia M. Antonij mortua, & pace inter duces partium Cæsare & Antonio reconciliata, conuiuio se inuicem Imperatores acceperunt; quod Cæsar more militari ac Romano, Antonius Asiatico Ægyptioque instruxit. Prouinciis deinde partitis, ambo triumphali veste in vrbem equis inuecti sunt, magna populi lætitia excepti; nam finem ciuilium armorum ex horum concordia expectabat. Hæc ferè apud Dionem libro XLVIII. Et Suetonius Cæsarem Augustum bis ouantem introisse scribit, semel post bellum Philippense, ob pacem cum Antonio facta, vt volunt Capitolina marmora, & à Dione satis insinuatur; & rursus post Siculum bellum.

ANNI P. R. C. DCCXIV.

Consules.

L. Marcius L. f. C. n. Censorinus. C. Caluisius C. f. //. n. Sabinus.

Hos Consules suggerunt Cassiodorus & Marianus, L. Censorinum, C. Caluisium; Tabulæ Græcæ, Censorinum & Sabinum: Tabulæ Collotianæ fragmentum hic deficit. A Dione autem L. Marcius, C. Sabinus appellantur, libro XLVIII. In argumento tamen eiusdem libri C. Caluisius C. f. Sabinus legendum erit, pro C. Asinius C. f. Sabinus. P. Sestius Consularis (ad quem Oda Horatij IV. Carm. lib. I. & Porphyrio) suffectus hoc ferè tempore.

Senatus omnia quæ III. viri egissent, quæ vectigalia instituissent, rata esse iussit. Ob expeditionem M. Antonij Parthicam, Consules in octennium, vt auctor Dio, aliiq; etiam magistratus in plures annos ordinati sunt. Permulti in Senatum allecti, non modò e sociis, militibus, libertinisve, sed serui etiam, Consules quidem tum ordinatos in primum quadriennium fuisse, neque diu posteà, pace cum Sex. Pompeio facta, in aliud quadriennium sequens, Appianus satis declarat. Cum Sex. Pompeio conditiones pacis transactæ sunt, & ad colloquium venerunt duces in litore maris ad Milenum montem, conuentumque, vti fugitiuis libertas, profugis bona omnia erepta, exulibus & proscriptis honoratus in patriam reditus cum quarta bonorum publicatorum parte redderetur. Sex. Pompeio ex paternis facultatibus redderetur septingenties sestertium, Siciliam, Sardiniam, Achaiam per quinquennium obtineret, maritimas deprædationes prohiberet, atque vrbem annona iuuaret, vtque inter Augures cooptaretur. His conditionibus pace inter duces firmata, Consules denuò in quadriennium alterum designarunt, in primis Antonium & Libonem, vt tamen Antonio liceret alium pro se substituere; deinde Cæsarem & Pompeium; posteà Ænobarbum & C. Sosium: & rursus Cæsarem & Antonium, qui tertiò tum futuri Consules, & vt sperabatur, populo reddituri Rempublicam erant. Hunc ordinem Consulatuum comprobant etiam numismata tam Cæsaris, quàm Antonij paulò pòst excusa, in quibus inter alios titulos se scribunt Consules designatos iterum ac tertiò. Vide Dionem, Appianum, & Plutarchum in Antonio.

Triumviri pacem rursum ineunt.

Qui prouincias administrarunt.

Hactenus eos qui cum imperio in prouincias missi fuerunt vel à populo, vel à Senatu, vel etiam à Cæsare, & ab iis qui Reip. per vim dominabantur, prosequuti sumus: posthac vero, cum iam, declinante ad Monarchiam Rep. in vnius alteriúsve potestate. Imperium, exercitus, prouinciæ deuenire cœpissent, etiam Legatos, Præfectos, & Præsides, qui fiduciaria tantum opera, nullo suo imperio, sed alienis auspiciis, Imperatoris tantum qui præfecisset nomine, res gesserunt, & prouincias administrarunt, referre cogemur. Et ex his quamplures etiam nullo insigni magistratu functos, immò etiam, prò pudor, libertos aliquando. Quandoquidem penes quos rerum erat summa, non legibus amplius seruientes, nullo dignitatis vel ordinis respectu, quos sibi tantummodo fidos ac gratos

Legati, Præfecti, Præsides prouinciarũ.

gratos fore putabant, prouinciarum administrandarum curam committere maluerunt.

Cn. Domitius M. f. M. n. Caluinus. Procos. Hispaniam Imp. Cæsaris auspiciis rexit. Contra Cerretanos, qui rebellauerant, primùm feliciter pugnauit; deinde legati cuiusdam sui ductu (qui in prælio à militibus suis desertus, à Barbaris obsessus & occisus est) cladem accepit. Igitur Domitius, reuocata vetere disciplina, è desertoribus duas centurias decimauit, in centuriones etiam complures animaduertit, & primipili quoque centurionem, nomine Vibullium, fuste percussit; quo facto, hostes denuò adortus, victoriam reportauit: Auctores sunt Dio lib. XLVIII. Velleius libro II. *Cn. Domitius Caluinus.* *Desertores à Domitio decimatione puniti.*

M. Vipsanius L. f. . n. Agrippa. Galliam vlteriorem ex Prætura obtinuit, Imp. Cæsaris auspiciis: in Aquitania res prosperè gessit, & secundus Romanorum ducum belli caussa Rhenum transiit. Anni insequentis exitu à Cæsare reuocatus ad triumphum, & ad Consulatum; cùm ei curam classis ædificandæ commisisset Cæsar, triumphum neglexit, ob Cæsaris damna & naufragia nolens esse in lætitia: Appianus, Dio, Eutropius, & Orosius.

C. Asinius Cn. f. . n. Pollio. Procos. Illyricum obtinuit M. Antonij auspiciis, tumultuantes Parthinos victor aliquot prælis compescuit: Dio libro XLVIII. & Florus Dalmatas Asinium Pollionem gregibus, armis, agris mulctasse tradit. *C. Asinius Pollio.*

P. Ventidius P. f. . n. Bassus. Procos. Legatus M. Antonij III. viri præmissus cum legionibus ad bellum Parthicum, victo ac profligato T. Labieno eorum imperatore, Parthos Syria, Cilicia, & Tauro monte expulit, & Palæstinam recepit. Ob quam victoriam Romæ supplicationes M. Antonio, cuius auspiciis res gestæ erant, decretę sunt. Vide Dionem lib. XLVIII. Appianum in Parthica, Iosephum libro XIV. Plutarchum in Antonio, Eutropium, Zonaram, Florum, Iustinum, & alios.

C. Iulius C. Cæsaris libertus, Demetrius. Cyprum obtinuit, à M. Antonio insulæ præpositus, T. Labienum à P. Ventidio victum, ac profugum cepit: Dio lib. XLVIII. Fuerat autem Demetrius Cæsaris Dictatoris libertus, Zonara teste.

Sex. Pompeius Sex. lib. Menas. Legatus Propr. Sex. Pompeij Magni Procos. Sardiniam obtinuit; quam anno superiore M. Curio Cæsaris legato pulso occupauerat. Anno autem sequenti patronum deserens, insulam cum classe LX. nauium & exercitu Imp. Cæsari prodidit, ob quod factum in equestrem ordinem allectus, & annulis aureis à Cæsare donatus fuit. Vide Dionem libro XLVIII. qui Menam appellat cum Plutarcho, & aliis, non Menodorum, vt Appianus libro V. Anno insequenti sub C. Caluisio Præfecto classis Cæsarianæ legatus, Menecratem classis Pompeianæ Præfectum occidit.

P. Canidius P. f. . n. Crassus. Procos. Legatus M. Antonij III. viri in Armeniam missus, eadem deinde subiugata, Iberos & Albanos ad Caucasum vsque in potestatem redegit, L. Gellio & M. Cocceio Coss. Plutarchus in Antonio, Dio libro XLIX. Bello ciuili Actiaco postea gliscente, iussus est ab Antonio cum sedecim legionibus ad oram maritimam descendere, Cn. Domitio, C. Sosio Coss. Anno sequenti terrestribus Antonij in prælio præfuit: victus, & Cæsaris iussu demum occisus, vt auctores sunt Plutarchus, & Orosius lib. VI. cap. XIX. vbi mendosè P. Caninius.

Quæstor.

. Vibius . f. . n. Maximus. Designatus erat, non iniit. Seruus enim erat fugitiuus, & tamquam ingenuus & ciuis Quæsturam petere ausus fuit. Sed eum agnouit dominus suus, & abduxit: Dio lib. XLVIII. Eusebius in Chronico.

L. MARCIVS. L. F. C. N. CENSORINVS. COS. A. DCCXIV.
EX MACEDONIA K IAN

C. ASINIVS. CN. F. POLLIO. PRO. COS. AN. DCCXIV
EX. PARTHINEIS. VIII. K. NOV

L. Censorinum iam ante ex Plutarcho dixi Achaiam ex Prætura obtinuisse, bello Philippensi confecto, cùm M. Antonius in Asiam transiret. An verò is postea nouos aliquos motus in Macedonia exortos oppresserit, apud rerum Romanarum scriptores nihil certi reperio, nisi quòd Appianus obiter scribat, M. Antonium, pace cum Cæsare & Pompeio facta, partem exercitus, vt lucris, exercitusque assuesceret, in Parthinos gentem Illyricam, inquit, Epidamno vicinam, Bruti quondam studiosissimam; aliam verò partem in Dardanos Macedoniam incursare solitos misisse. Quod sane Censorino & Pollione ducibus factū arbitror, qui iam multò ante partis Antonianæ fuerant, & eius auspiciis

ordines duxerant. Sed quia constat ex marmore Capitolino, L. Censorinum Kal. Ianuarijs, quibus Consulatum init, ex Macedonia, & C. Asinium Pollionem eodem anno de Parthinis triumphasse; anno potius superiore post pacem inter Antonium & Cæsarem reconciliatam Censorinum & Pollionem bella gessisse in Macedonia & Illyrico existimandum erit. Ceterum de Censorini hoc triumpho nihil reperio. verum Pollionis Dalmatico triumpho suffragantur Auctores etiam aliquot, vt Eusebius in Chronico, qui de Dalmatis triumphasse Pollionem scribit; sic item Horatius Ode prima libro II. canens:

Et consulenti Pollio curiæ,
Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.

C. Pollio cur filium Saloninum cognominarit.

Quem locum declarans Porphyrio commentator, dicit Pollionem Salona vrbe Dalmatiæ capta triumphasse. Eiusdem victoriæ ob caussam filio posteà nato Salonini cognomen à capta vrbe indidisse scribit Seruius, Pollionem Virgilianum declarans. Apud Senecam quarto Declamationum Labienus Pollionem Triumphalem senem appellat. Primus Pollio, teste Plinio, Romæ ex manubiis bibliothecam instituit.

Parthini qui populi.

Parthinos Illyrici dicit esse Stephanus ab oppido Partho: Plinius inter Macedoniæ populos recenset, & Liburniæ prius partem tenuisse non procul Salona Dalmatiæ tradit libro III. cap. XXII. & sequenti. Strabo libro VII. supra Dyrrachium & Apolloniam collocat in Epiro. Et Epidaurus Parthinorum vrbs nominatur à Dione, vbi de Pollionis rebus gestis obiter verba facit.

ANNI P.R.C. DCCXV.

Consules.

Ap. Claudius C.f. Ap.n. Pulcher. C. Norbanus C.f. ?.n. Flaccus.

CONSVLES deinde produnt Tabulæ Græcæ Pulchrum & Flaccum; Cassiodorus, Marianus & Zonaras Ap. Claudium & C. Norbanum; Dio, Ap. Claudium C.f. Pulchrum, C. Norbanum C.f. Flaccum. Eodem modo Norbanus item in Capitolinis triumphis descriptus est.

Bini Quæstores quando. Prætores LXVII.

Hi Consules, vt refertur à Dione, primi binos Quæstores singuli habuerunt. Eodem anno sexaginta septem Prætores fuerunt, aliis subinde in aliorum locum subrogatis. Quidam puer item Quæstor factus, postridie virilem togam sumpsit. Prodigia multa euenerunt: olei fons trans Tiberim scaturiens die toto fluxit. Cæsar Liuiam vxorem duxit. Vide Dionem, & Eusebium in Chronico.

Mauritani Hispaniam incursantes depopulati sunt. Bellum rursus inter Cæsarem & Sex. Pompeium exoritur, Mena, vel vt Appianus, Menodoro, Sex. liberto transfugiente, qui Sardiniam cum classe & præsidiis Cæsari prodidit: eodemque anno maritimis aliquot prœliis vario euentu inter partes pugnatum fuit, & Cæsar classem penè totam tempestate conquassatam naufragio perdidit. P. Ventidius Procos. Pacorum Orodis regis filium prœlio maximo deuictum occidit: Dio, Appianus, Plutarchus, & alij.

Ædilis curulis.

P. Rutilius ?.f. ?.n. Lupus. Denarius argenteus Goltzij in anno DCLXX.

M. AEMILIVS. M.f. Q.n. Lepidus. II
M. ANTONIVS. M.F. M.n. II
IMP. CAESAR. DIVI. F. C.n. II
III. viri Reip. constituendæ per quinquennium.

Triumviri in alterum quinquennium.

Ante exactum Triumviratus quinquennium, quod pridie Kal. Ian. Ap Claudio & C. Norbano Coss. exire debebat, vidêtur Lepidus, Antonius, & Cæsar in alterum sequens quinquennium semetipsos iterum III. viros R. C. renuntiasse, forsan vt aduersariis spem Reip. compescendæ abrumperent; néve qui noui motus, cessante Triumvirali potestate, exorirentur. Fragmentum enim Capitolinum, quod eos ab anni insequentis Consulibus Agrippa & Caninio virgula separat, satis ostendit, hoc anno, nempe Claudio & Norbano Coss. qui prioris quinquennij vltimus erat, ante tempus, non expectato quinquennij exitu, semet abdicasse ex insperato, forsan vt aduersariorum consilia fallerent, continuoque se iterum Triumviros declarasse in alias, vt rius, Kal. Ian. sextas, hoc est in alterum quinquen-

quennium, quod proximis Kal. Ianuariis incipere debebat, Agrippa & Gallo Coss. Cuius honoris reiterati titulos in Cæsaris nummo quodá cum diui Iulij templo Venetijs ita legi aliquando: IMP. CÆSAR. DIVI. F. III.VIR. ITER. R. P. C. Sed quando renouarint sibi hunc honorem Triumviri, satis obscurum est, licet apud Dionem & Appianum legamus, Cæsarem & Antonium anni exitu, quo Aggrippa & Gallus Consules fuerunt, cum per Octauiam post varias expostulationes reconciliati essent, Sex. Pompeio Consulatum & Sacerdotium, quæ ei destinata erant, ademisse; principatum sibi in aliud quinquennium (iam enim exierat prius) prorogasse. Sed in hoc à Romanis Fastis discrepant, cum quo ad tempus, cum quòd nullam M. Lepidi mentionem faciant.

Prouinciarum Rectores.

C. Caluisius C. f. Sabinus. Procos. Præfectus classis Cæsarianæ. Habuit sub se legatos T. Statilium Taurum, quem nominat Orosius, & Sex. Pompeium, Sex. Lib. Menam, qui cum classe Sardiniensi transfugerat: Dio, Appianus, Zonaras, & alij.

Sex. Pompeius Sex. Lib. Menecrates. Præfectus classis Pompeianæ, in prælio nauali occisus est à Mena conliberto: Appianus, Dio, & alij.

C. Sosius C. f. T. nepos. Procos. Syriam ac Ciliciam obtinuit. Legatus M. Antonij III. viri Aradios fame domitos subegit, Iudæos item Ierosolymis expugnatis domuit, Antigonum regem captum, cruci alligatum, & flagris cæsum securi percussit, eò quòd præsidium Romanum, quod apud se erat, occidisset: & Herodem Ascalonitam regno Iudæorum præfecit. Vide Dionem lib. XLIX. Iosephum libro XV. Antiquitatum Iudaicarum, Plutarchum in Antonio, Zonaram, Eusebium in Chronico, qui regnum Iudæorum in hoc Antigono defecisse ex Daniele Propheta pulcherrime declarat. Sed corrigendus Eusebij locus ille videtur, nam sic perperam legitur: Antigonus contra Iudæos dimicans tandem occiditur, à quo vsque in præsens tempus regnum Ierosolymitanum destructum est; vbi legendum, contra Romanos, non, contra Iudæos. *Eusebij in Chronico correctus locus.*

P. VENTIDIVS. P. F. PROCOS. EX. TAVRO. AN. DCCXV.
MONTE. ET. PARTHEIS. V. KAL. DECEM

Post Parthos tribus maximis prælijs deuictos & profligatos, P. Ventidius M. Antonij consensu Romam ad triumphum sibi decretum profectus est. Cuius frequens mentio est apud diuersos Auctores, eò quòd magnam & raram in vno hoc homine populus Romanus fortunæ mutationem viderit, vt qui puer cum matre captiua in triumpho ductus fuerat bello sociali a Cn. Pompeio Strabone: vitam deinde inopem sordidissimis exercitijs aluerat, rhedarius nimirum & mulio; is amicitia Cæsaris Dictatoris non solùm ad amplissimum ordinem, magistratus, & Pontificatum euectus esset, sed etiam primus de bellicosissima Parthorum gente iustissimum triumphum magna hominum admiratione duxerit. Hinc Iuuenalis Satyra VII. tam de hac Ventidij fortuna, quàm de Ser. Tullij regis, quæ ex seruitute ipsum prouexit ad regnum: *P. Ventidij triumphus, varia fortuna eius.*

Ventidius quid enim? Quid Tullius? ánne aliud quàm
Sidus & occulti miranda potentia fati?
Seruis regna dabant, captiuis fata triumphos.

Vide Gellium lib. XV. cap. IV. Dionem, Velleium, & Val. Max. lib. VI. cap. X. Plinium lib. VII. cap. XLIII.

ANNI P. R. C. DCCXVI.

Consules.

M. AGRIPPA. L. F. //. n. L. Caninius. L. f. //. n. Gallus.
Abd. in eius locum factus est
T. Statilius T. f. //. n. Taurus.

SEQVVNTVR Consules in Cassiodoro & Mariano, M. Agrippa, L. Caninius: in Tabulis Græcis, Agrippa & Gallus: in Dione autem M. Vipsanius L. f. Agrippa, L. Caninius L. f. Gallus. Cornelius Nepos etiam in Attici vita M. Vipsanium Agrippam appellat. Ex humili & obscuro loco ad summos honores Augusti amicitia prouectum scribunt Tacitus libro I. & Valer. Maximus libro IV. cap. VII. atque ipse Vipsanij gentilitium nomen sustulerat, vt humile, teste Seneca Rhetore in Controuersia

hil certi quo tempore eum gesserit: vt tum ex libito Principum mutabantur indies ferè magistratus. Addit insuper collegam Planco, in locum Neruæ, P. Sulpicium Quirinum Censorem, quem antea habuimus. Ex Tacito enim Consulem circa hæc tempora fuisse colligit.

Romæ hoc anno Ædilitas omnino intermissa fuit, omnibus, quibus hic magistratus debebatur, ob impensas faciundas eum refugientibus. Ideoque munera Ædilium Prætores & Tribuni plebis obiuere. Et C. Mæcenas eques tantum Romanus, nullo licet magistratu præditus, Cæsaris absentis nomine tamquam eius vicarius omnia tam Romæ quam in Italia per plures abhinc annos administrauit. Vide Dionem libro XLIX.

Ædilis curulis.

Q. Catulus *. f. *. n. nepos. Denarius argenteus Goltzij anno DCLXXV.

Aduersus Sex. Pompeium Cæsar vario euentu terrestribus naualibusque prælijs pugnauit. Demum victus Pompeius, cum paucis nauibus in Asiam profugit. Cæsar Siciliæ vrbes in potestatem redegit, & M. Lepidum collegam, quem ex Africa cum exercitu ad societatem belli contra Sextum euocauerat, ab eo dissentire volentem, & xx. legionum fiducia superbum, exercitu & imperio spoliauit, abrogataque Triumviratus potestate, Circeios in exilium misit. *Sex. Põpeius à Cæs. Aug. victus in Asiam fugit.*

M. Antonius cum XIIX. legionibus & XVI. milibus equitum ingressus Armeniam ac deinde Mediam, Parthis bellum illaturus, Phraartem regem habuit obuium, primoque duas legiones cum omnibus impedimentis & tormentis amisit: deinde cum exercitu reuersurus in Syriam, iter infestantibus Parthis, sæpius summum adiit discrimẽ, & ea pericula è quibus ipse seruari se posse desperauerat. Igitur quarta circiter parte exercitus partim prælijs, partim fame, siti & frigore alijsque brumæ incommodis culpa sua amisit, quia hiemare in Armenia nolebat, dum ad Cleopatram suam, cuius ardebat desiderio, festinat. Iberi & Albani à P. Canidio Crasso subacti. Vide Dionem lib. XLIX. Appianum libro v. Plutarchum in Antonio, Liuium, Velleium, Florum, & alios. *M. Antonius in Parthos expeditionem parat.* *Cleopatram deperit.*

Prouinciarum rectores.

M. Agrippa L. f. Procos. Præfectus classis Cæsarianæ. Sex. Pompeium & eius Præfectos Democharem & Apollophanem nauali prælio bis vicit, Mylas & Tyndaridem occupauit. Romam reuersus, a Cæsare corona aurea rostrata donatus est, qui honos nemini ante eum habitus erat: Auctores sunt Dio, Appianus, Liuius lib. CXXIX. Hinc eius nummi, qui adhuc visuntur, cum eius effigie, corona nauali, & Neptuno.

Legati eodem bello fuere Cæsaris & Agrippæ.

C. Carrinas C. f. *. nepos. Procos. tres legiones in Siciliam duxit, ait Appianus libro v.

Ap. Claudius C. f. Ap. n. Pulcher. Procos. cum parte classis Cæsarianæ fecit naufragium: idem Appianus.

T. Statilius T. f. *. n. Taurus. Procos. classem CXXX. nauium ab Antonio Cæsari relictam duxit. Post victoriam profligato Pompeio, Sicilia recuperata, & M. Lepido legionibus & potestate spoliato, à Cæsare missus Taurus in Africam, qui vtramque Lepidi prouinciam citra negotium in potestatem redegit: Appianus, Dio, & Orosius. *T. Statilius Taurus.*

L. Cornificius L. f. *. n. Propr. Cum exercitu in Sicilia à Pompeianis obsessus, prælio decertandi copia non data, cùm fame laboraret, relictis castris, & combustis nauibus, iter ingressus terrestre Mylas versus, per triduum grauissimè ab hostibus infestatus, plurimum damni passus est: donec ab Agrippa missæ tres legiones subsidio venissent: Appianus & Dio. *L. Cornificius L. f.*

M. Valerius M. f. M. n. Messalla Coruinus. M. Agrippæ Præfecti classis vicarius, Menam libertum cum septem nauibus à Pompeio rursus transfugientem recepit, cum duabus deinde legionibus in Siciliam missus. Bello confecto eum Cæsar Romam reuersum inter Augures, quamuis anteà proscriptus fuisset, allegit: Appianus libro v. Dion lib. XLIX. *M. Val. Messalla Coruinus.*

L. Laronius *. f. *. nepos. Cum tribus legionibus à M. Agrippa L. Cornificio missus subsidio: Appianus.

*. *. *. f. *. Tisienus Gallus. Sex. Pompeij in Sicilia. M. Lepido primùm cum exercitu oppositus, demum victo Pompeio, rebusque deploratis, ipse, & Apollophanes libertus cum suis semet Cæsari dediderunt: Dio, & Appianus.

C. Fur-

quem secum habebat in castris ante Mutinam, post Prætorios, & Septemvirales, Lentonem, Nuculam, & L. Antonium, enumeraturus Tribunitios, duos primùm designatos in hunc annum Tribunos plebis nominat, Tullum Hostilium & Viseium. quos ita suis coloribus depingit. Tribunitij: primùm duo designati, Tullus Hostilius, qui suo iure in » porta nomen inscripsit; qui cùm prodere imperatorem suum non posset, reliquit. Alter » est designatus Viseius, nescio quis, fortis, vt aiunt, latro; quem tamen temperantem fuisse » ferunt Isauri balneatorem. Alia de his non reperio, sed nisi Mutinensi in prælio perie- » rint, hoc anno Romæ Tribunos plebis fuisse, credi poterit.

Quæstores.

C. Vibius .. f. .. n. Varus. M. Lepidi Cos. II. Denarius argenteus Goltzij.

C. Lænius M. f. .. nepos.

L. Plætorius L. f. .. n. Cæstianus. M. Bruti Procos. in Macedonia. Varios hoc bello ciuili, tam à Triumviris, quàm ab aduersæ partis ducibus, excusos nummos fuisse constat, quorum copia nostro sæculo adhuc reperitur, ab Historiæ & Antiquitatis amatoribus conseruata. E quibus & ego quamplurimos vidi, nonnullos habeo, & inter hos vnum a L. Plætorio Quæstore M. Bruti auspiciis cusum cum eius effigie, & hoc titulo, BRVT. IMP. L. PLAET. CEST. In dorso nummi vides pileum, libertatis insigne, inter duos pugiones, adscripto Eiduum Martiarum die, quo Brutus & Cassius coniurationis capita, Cæsare interfecto libertatem Reip. vindicauerant. Huius nummi mentionem facit Dio libro XLVII. vbi res gestas in Macedonia Bruti enarrat. Hæc Brutus, inquit, » egit, qui etiam numismati, quod faciebat, suam effigiem cum pileo & duobus pugio- » nibus incidit: eo, & inscriptione declarans, patriam à se & Cassio in libertatem esse vin- » dicatam. Vidimus & alios denarios eiusdem L. Plætorij Quæstoris cum Monetæ effigie, » & hoc titulo, L. PLÆTORIVS. L. F. Q. S. C. Hinc filius videtur fuisse L. Plætorij Senatoris, cuius Cicero in oratione pro Cluentio meminit.

M. Barbatius .. f. .. M. Antonij. III. viri in Macedonia. Reperiuntur argentei denarij, quos hic Barbatius Quæstor signauit, repræsentantes ab vna parte M. Antonij Imperatoris Auguris & III. viri faciem, & ab altera Cæsaris Iunioris III. viri, qui tum & Pontifex erat. Quæstorem M. Antonij potius fuisse quàm Cæsaris Octauiani, docet Appianus libro quinto; qui scribit ipsum ab offenso & irato Antonio dimissum, anno insequenti in Italiam reuersum, quando L. Antonius Consul bellum contra Cæsarem mouens, fratris Triumviri veteranos è coloniis passim excitauit. E quibus quamplurimos, dissensionem quæ illi cum III. viro erat ignorantes, Cæsari iam studens in eius partes traduxit, quibus persuasit M. Antonium irasci bellum gerentibus contra Cæsarem collegam suum, & communem vtriusque potentiam. Qua ratione factum, vt quotquot dolum Barbatij non senserunt, à L. Antonio signa ad Cæsarem transferrent.

P. VATINIVS. P. F. PROCOS. DE. ILLVRICO. PRID. .. .. a. DCCXI.

P. Vatinium C. Cæsar Dictator post Consulatum cum exercitu in Illyricum miserat, quæ prouincia nondum satis pacata videbatur, quòd tributa & obsides imperatos denegaret. In eadem vltra biennium vario euentu bellum gessisse, ex Appiani Illyrica, & ipsius epistolis Vatinij ad Ciceronem è prouincia scriptis constat, quæ extant Familiarium lib. v. Conqueritur enim sibi a Cæsare supplicationes non decerni, cum tamen iustissimi, vt ait, triumphi res gessisset. Quas tandem se obtinuisse paulò pòst dicit, & post eas decretas, in Dalmatia vi oppugnando sex oppida cepisse, ab vno tamen iam pænè expugnato frigore & niuibus detrusum se scribit. Occiso deinde Cæsare, Vatinium prælio fusum incolæ Dyrrachium fugere compulerunt, auctore eodem Appiano; quem postremo legionibus spoliatum à M. Bruto Procos. Macedoniam, Epirum, & Illyricum occupante, apud Velleium, Dionem, & Ciceronem Philippica decima legimus, vt in anni superioris historia quoque declaraui. Triumphum hoc anno Romam reuersus obtinuit à Triumviris, vti demonstrat Capitolinum fragmentum; forsan, quia per vim exercitu spoliari à Bruto, quam ad eum vltrò transire maluisset. Ceterùm apud alios Auctores huius Vatiniani triumphi nullam mentionem reperio. Cupere se scribit tamen ad Vatinium Cicero epistolis eius respondens, quod Dionysium seruum suum fugitiuum ad Vardæos, comprehensum in triumpho simul ducat.

ANNI P.R.C. DCCXII.

Consules.

L. Antonius M. f. M. n. P. Seruilius P. f. C. n. Vatia Isauricus. II.

CONSVLES reperiuntur hoc anno in Cassiodoro & Mariano P. Seruilius II. & L. Antonius; in Tabulis Græcis, Antonius & Isauricus. In fragmento autem Collotiano extant ANTONIVS. P. SERVILIVS. P. F. vbi nomen L. Antonij erasum antiquitus, velut etiam fratris Triumviri fuisse cognoscis. Ambo enim à Senatu hostes iudicati, & eorum memoria damnata, & è publicis monumentis sublata fuit. De Triumviro constat hoc tam ex Ciceronis Philippicis, quàm ex alijs.

L. Antonius Consul hoc anno bellum mouens, vt apud Florum libro IV. habetur, non priuatis iam, sed totius Senatus suffragijs hostis est iudicatus. A Claudio tamen Cæsare restitutam postea eorum memoriam legimus: Antoniæ matris, ni fallor, in gratiam; atque adeò nomina in publicis monumentis reposita sunt. Alter Consulum P. Seruilius priorem Consulatum cum Cæsare gessit, cuius patrem P. Isauricum Triumphalem biennio ante mortuum tradunt Dio & Eusebius in Chronico. Opinari quosdam scribit Suetonius hoc anno Tiberium Cæsarem natum, nempe Seruilij Isaurici Antonijque Consulatu. Apud Dionem horum nomina pleniùs ita habentur: L. Antonius M. f. Pietas, P. Seruilius P. f. Isauricus II. Pietatis verò cognomen sibi assumpsisse L. Antonium scribit Dio, quòd bellum cum Fuluia contra Cæsarem mouens, fratris Triumviri absentis in gratiam id facere præ se ferret.

L. Antonius M. frater hostis a Senatu iudicatus.

Nomina erasa, reposita.

Tiberius Cæsar quando natus.

Imp. Cæsar ex Macedonia Romam reuersus, cùm militibus præmia persoluenda essent, ob diuisionem agrorum cum L. Antonio Consule in dissensionem venit. Vnde nouum ciuile bellum in Italia exortum. L. Antonius Consul fratris legiones & colonias quæ diuidi militibus debebant, ad arma contra Cæsarem exciuit: qui demum Perusiæ obsessus, cùm frustrà sæpius per vim erumpere tentasset, fame coactus cum exercitu ad deditionem venit, & militibus venia data est, Perusia diruta. Vide Dionem, Appianum, Liuium, Suetonium, Velleium, & alios.

Prætores.

Ti. Claudius Ap. f. Ap. n. Nero. Pater Tiberij Augusti. Præturam hoc anno in vrbe gessisse ex Suetonio, Dione, & Velleio colligimus, & L. Antonij partes contra Cæsarem fouisse. Nam Prætura functus post bellum Perusinum Antonio oppresso, retentis vltra iustum tempus magistratus insignibus, in Campania vocatis ad pileum seruis, frustrà bellum renouare conatus est, & inde profugit in Siciliam cum vxore Liuia, quæ Augusta pòst dicta est, & infante filio Tiberio. Vbi cum fascium vsu prohibitus esset, & non statim ad Sex. Pompeium admissus; indignabundus traiecit cum suis in Achaiam ad M. Antonium. Cum quo breui, reconciliata inter omnes pace, Romam rediit, vxoremq; Liuiam tunc iterùm grauidam, petenti sibi eam Cæsari cessit, nec multò pòst diem obiit. Vide Suetonium, & alios iam nominatos.

L. Marcius L. f. C. n. Censorinus. Achaiam obtinuit. Quæ ei vt apparet, debebatur ex Prætura, quamprimùm recuperata foret. Nam M. Antonius bello Philippensi confecto ex Græcia in Asiam cum exercitu contendens, L. Censorinum, vt Plutarchus auctor est, Græciæ præfecit.

M. Cocceius M. f. . n. Nerua Leg. Proquæstore M. Antonij III. viri. Quod declarat argenteus denarius, repræsentans vtrimque effigies M. & L. Antoniorum fratrum cum his titulis ab vna parte, M. ANT. AVG. III. VIR R. P. C. M. NERVA PROQ. Ab altera, qui declarat in Consulatu L. Antonij cusum fuisse, L. ANTONIVS. COS. Videtur is esse M. Nerua, qui Consul posteà cum L. Gellio fuit, proauus Neruæ Imperatoris vt apud Porphyrionem Horatij commentatorem legimus in Satyram quartam Sermonum primo.

L. ANTONIVS. M. F. M. N. COS. EX. ALPIBVS. K. Ian. a. DCCXII.

De hoc L. Antonij Consulis triumpho solus Dio Capitolinis marmoribus suffragatur, libro XLVIII. his ferè verbis: Ipse L. Antonius cùm de Inalpinis quibusdam gentibus quasi à se victis triumphum peteret, negante Fuluia M. Antonij, nemo decernere ausus fuit.

L. Antonij triumphus, Fuluia permissu.

fuit. Verùm vbi eadem placata postmodum concessisset, ab omnibus aliis facilè triumphum obtinuit, quamuis nihil laude dignum gessisset, & magistratum imperiúmve in iis locis numquam habuisset. Triumphauit igitur ille per Fuluiæ gratiam Kal. Ianuariis, cùm magistratum iniuisset, ac se in ea re C. Mario gloria adæquabat, immò præferebat; se nempe volentem ornamenta triumphalia deposuisse, ac in toga forensi Senatum ex more conuocasse; Marium id inuitum fecisse, cui insuper vna tantum vel nulla corona data est; sibi verò cum alias, tum etiam tributim à populo (quod antea nemini) coronas oblatas fuisse. Plura de his apud Dionem; alius (quod sciam) nemo veterum huius triumphi meminit.

C. Rubellius //. f. //. n. Cic. Famil. lib. XII. ep. XXVI.

Quæstores.

M. Varisidius //. f. //. nepos.	Cn. //. //. //. f. //. n. Saturninus.
Sex. Aufidius //. f. //. nepos.	Cn. Anneius //. f. //. nepos.
Q. Considius //. f. //. n. Gallus.	L. Seruilius //. f. //. n. Postumus.

L. Oppius M. f. //. n. Cicero libro Familiarium XIII. ep. XLII.

L. Egnatius L. f. //. n. Rufus.

ANNI P. R. C. DCCXIII.

Consules.

Cn. Domitius M. f. M. n. Caluinus II.	C. Asinius Cn. f. //. n. Pollio.
Abdicauit. in. e. loc. fact. est	Abdicauit. in. eius. loc. f. e.
L. Cornelius L. f. //. n. Balbus	P. Canidius P. f. //. n. Crassus

CONSVLES habemus huius anni in Tabulis Græcis Caluinum & Pollionem: in Cassiodoro & Mariano Cn. Domitium, C. Asinium: in Dione autem plenius ita leguntur, Cn. Domitius M. f. Caluinus II. C. Asinius Pollio. Et sanè constat, Cn. Domitij Caluini secundum hunc Consulatum esse: nam priorem gessit anno DCC. stante adhuc Rep. Et posteà bello ciuili Cæsarianas partes amplexus, legatus Cæsaris in Asia contra Pharnacem, & Africa contra Scipionem, ad alterum deinde Consulatum peruenit. Reperiuntur item hi Consules in inscriptione antiqua eius temporis, quæ extat in basi rotunda marmorea in agro Casinate, sub oppido, vt nunc appellant, S. Germani.

M. PAPIVS. M. F. L. MATRIVS. L. F
DVO. VIRI. I. D
SIGNVM. CONCORDIAE. EX. S. C. RESTITVENDVM
COERAVERVNT. EIDEMQ. DEDICARVNT
ET. BASIM. GRADVM. ARAM. SVA. PECVNIA
FACIVNDA. COER. EIDEMQVE. PROBAVER
AD. IIII. EID. OCT. CN. DOMIT. C. ASINIO. COS.

Meminit Consulum etiam Iosephus Antiquitatum lib. XIV. cap. XXIII. scribens Herodem à Senatu Regem appellatum, & regnum cepisse centesima & octogesima quarta Olympiade, Consulibus Cn. Domitio Caluino II. & C. Asinio. Exitu autem anni hos Consules & Prætores abdicasse Triumvirûm iussu, apud Dionem inter alia legimus, & in eorum loca suffectos alios quamuis in paucos dies. Ait Consulem factum L. Cornelium Balbum, qui Gadibus natus, bello Sertoriano sub Q. Metello & Cn. Pompeio militans, ciuitatem Romanam ob virtutes adeptus, C. Cæsaris posteà Præfectus fabrûm fuit in Prætura & in Consulatu, eiusdem amicitia ad maximas dignitates, & amplissimas opes euectus, vt moriens populo Romano in singula capita vicenos quinos denarios legauerit. Pro eodem extat Ciceronis oratio, qua illius ciuitatem defendit. Plura de hoc Balbo M. Cicero ad Atticum, Velleius libro II. & Plinius libro VII. cap. XLIII. docens Consulem fuisse, & eos honores adeptum, quos maiores Latio negauerunt. Collegam eius in Tabulæ tantummodo Collotianæ fragmento reperimus, vbi omnes huius anni Consules ita leguntur:

L. Cornelius Balbus Gaditanus.

Ciceronis pro Balbo oratio.

CN. DOMITIVS M. F. C. ASINIVS. CN. F
SVF. L. CORNELIVS. L. F. SVF. P. CANDIDVS. P. F

P. Canidius Crassus.

Hunc P. Canidium Crassum opinor, qui posteà contra Iberos & Albanos res gessit

M. An-

M. Antonij auspiciis, velut apud Dionem Cassium libro XLIX. legimus.

Imp. Cæsar bello Perusino confecto, atq; Italia tota in potestatem redacta, à M. Antonio bellum expectans, Sex. Pompeium sibi conciliare conatus est, Mucia matre ad eum remissa, & Scribonia Libonis (qui socer Sexti erat) vxore ducta. Sed cùm illud non succederet, & Pompeius propentior in Antonium videretur, bellum contra eum parauit, cuius curam M. Agrippæ Prætori mandauit. Ipse in Galliam profectus, omnes casum prouinciarum exercitus in potestatem suam redegit. M. Antonius dum in Ægypto Cleopatræ amoribus otiosus vacat, Parthi duce T. Labieno Syriam occuparunt, & quam plurimas Asiæ vrbes, atque Ciliciam ferè omnem subegerunt. M. Antonius ex Ægypto in Græciam transmisit, ac deinde in Italiam, bellum contra Cæsarem mouens, Sipontem occupauit, & Brundusium obsessum, P. Seruilio Rullo Cæsaris duce pulso, cepit. Interim Fuluia Antonij vxore, quæ bellum hoc conciuerat, Sicyone mortua, statim Cæsar & Antonius armis positis in gratiam simul redierunt, & pacem affinitate firmauerunt, Octauia sorore Cæsaris Antonio in matrimonium data. Inde denuo Romanum imperium inter se partiti sunt hi duo Imperatores, vti transmarinæ prouinciæ omnes ab Illyrico ad Eufratem vsque M. Antonio cederent; Lepido Africa concederetur; Cæsar Gallias, Hispanias, Sardiniam, atque Dalmatiam obtineret, bellumque Sex. Pompeio inferret, veluti Antonius Parthis. Sex. Pompeius interim fœderi exclusus, Menæ liberti ductu Sardiniam, expulso M. Lurio Cæsaris Præfecto, per vim occupauit. Igitur cùm vrbs atque Italia populationibus continuis diuexaretur, & annona ab hostibus interclusa, vehementer fame laboraret; populus Romanus continuis tumultibus excitatis Cæsarem & Antonium coëgerunt pacem cum Sex. Pompeio facere. Hæc latius apud Dionem lib. XLVIII. Appianum lib. V. & Plutarchum in Antonio. Meminit Liuius libro CXXVII. Horatius Satyra quarta Terracinæ conuentionem de pace factam inter Augustum & Antonium indicare videtur, & inibi eius commentatores.

Imp. Augustus bellum in Sex. Pompeium parat, & in M. Antonium.
Conugia Triumvirorum.
Triumviris denuò Romanum partiuntur imperiū.

Cæsar eodem anno Q. Saluidienum Rufum, quem ex infimo loco ad id dignitatis euexerat, vt Consul, cum Senator numquam fuisset, designaretur, cum sibi cum insidias struere comperisset, in Senatu accusatum, hostemque iudicatum necari iussit; vt apud Dionem legimus. Velleius ex equestri ordine Consulem creatum scribit: fortassis in annum insequentem; nam in antiquis fragmẽtis, Capitolino videlicet vel Collotiano, hunc non reperio, quamuis suffectos non omittant, vt ante hunc annum fuisse Consulem non opiner: nisi forsan, quia hostis iudicatus, in Fastis illis antiquis omissus postmodum fuerit.

Q. Saluidien. Rufus iussu Augusti necatus. designando Consul.

Prætores.

M. Vipsanius L. f. .. n. Agrippa iurisdictionem Vrbanam obtinuit. Qui primus inter amicos Cæsaris iam tum erat, Ludos in Prætura magnificẽtissimos edidit, equestres per biduum, & Troiæ ludum per nobiles pueros, vt Cæsarem populo Romano conciliaret. Huic Cæsar, confecto Perusino bello, in Galliam ad occupandas M. Antonij legiones proficiscens, prouinciam contra Sex. Pompeium commisit. Verùm Agrippa ludis Apollinaribus exhibendis occupato, Pompeius mare transmisit, & in Italia prædas egit: Auctor est Dio, lib. XLVIII.

M. Agrippa.

C. Coponius T. f. T. nepos. Ex denario argenteo: Velleius Paterculus Prætorium vocat.

Tribunus plebis.

P. Falcidius .. f. .. nepos. Legem de testamentis tulit, qua defalcat legata, si dodrante excedant; iubetque quartam ad minus bonorum partem heredibus relinquere. eamque legem asserit Dio, tempore etiam suo plurimum auctoritatis habuisse in hereditatibus adeundis. Vide quæ Eusebius in Chronico; & Paullus lege prima ad legem Falcidiam, & Celsus lib. XXII. Digestorum. Item Iustinianum libro Institutionum secundo, Tit. XXII. Celebris & frequens Falcidiæ legis mentio est apud Iurisconsultos, vt pluribus de eadem hic agere superuacaneum esset.

Falcidia lex.

Quæstores.

C. Catinius .. f. .. nepos. Vestinus. Hic fortè Tribunus militum sub M. Antonio fuit: cuius meminit L. Plancus epist. ad Ciceronem XXIII. lib. X. ad Famil. Eiusdem gentis sed antiquioris C. Catinij mentio apud T. Liuium lib. XXVIII. qui Prætor fuit an. V. C. DLXVI. Hispaniamq; vlteriorem sortitus, biennio pòst victis Lusitanis, captaque

Asta opido, ex vulnere periit. Duo item M. & L. Catinij de plebe Romana, coniurationis auctores Bacchicæ comprehensi sunt, vt idem Liuius lib. XXXIX. copiose refert. Meminit & Catinij nequam C. Plinius lib. VII. Natur. historiæ cap. XLIV.

Q. Metellus // .f. //.n. Celer. P. Canidij in Hispania. Est in argenteis denarijs.

IMP. CAESAR. DIVI. F. C. N. III. VIR. R. P. C. OVANS. a. DCCXIII.
QVOD. PACEM. CVM. M. ANTONIO. FECIT
M. ANTONIVS. M. F. M. N. III. VIR. R. P. C. OVANS. a. DCCXIII.
QVOD. PACEM. CVM. IMP. CAESARE. FECIT

Fuluia M. Antonij mortua, & pace inter duces partium Cæsare & Antonio reconciliata, conuiuio se inuicem Imperatores acceperunt; quod Cæsar more militari ac Romano, Antonius Asiatico Ægyptioque instruxit. Prouinciis deinde partitis, ambo triumphali veste in vrbem equis inuecti sunt, magna populi lætitia excepti; nam finem ciuilium armorum ex horum concordia expectabat. Hæc ferè apud Dionem libro XLVIII. Et Suetonius Cæsarem Augustum bis ouantem introiisse scribit, semel post bellum Philippense, ob pacem cum Antonio facta, vt volunt Capitolina marmora, & à Dione satis insinuatur; & rursus post Siculum bellum.

ANNI P. R. C. DCCXIV.

Consules.

L. Marcius L. f. C. n. Censorinus. C. Caluisius C. f. //. n. Sabinus.

Hos Consules suggerunt Cassiodorus & Marianus, L. Censorinum, C. Caluisium; Tabulæ Græcæ, Censorinum & Sabinum: Tabulæ Collotianæ fragmentum hic deficit. A Dione autem L. Marcius, C. Sabinus appellantur, libro XLVIII. In argumento tamen eiusdem libri C. Caluisius C. f. Sabinus legendum erit, pro C. Asinius C. f. Sabinus. P. Sestius Consularis (ad quem Oda Horatij IV. Carm. lib. I. & Porphyrio) suffectus hoc ferè tempore.

Senatus omnia quæ III. viri egissent, quæ vectigalia instituissent, rata esse iussit. Ob expeditionem M. Antonij Parthicam, Consules in octennium, vt auctor Dio, aliq; etiam magistratus in plures annos ordinati sunt. Permulti in Senatum allecti, non modò è sociis, militibus, libertinis've, sed serui etiam, Consules quidem tum ordinatos in primum quadriennium fuisse, neque diu postea, pace cum Sex. Pompeio facta, in aliud quadriennium sequens, Appianus satis declarat. Cum Sex. Pompeio conditiones pacis transactæ sunt, & ad colloquium venerunt duces in litore maris ad Milenum montem, conuentumque, vti fugitiuis libertas, profugis bona omnia erepta, exulibus & proscriptis honoratus in patriam reditus cum quarta bonorum publicatorum parte redderetur. Sex. Pompeio ex paternis facultatibus redderetur septingenties sestertium, Siciliam, Sardiniam, Achaiam per quinquennium obtineret, maritimas deprædationes prohiberet, atque vrbem annona iuuaret, vtque inter Augures cooptaretur. His conditionibus pace inter duces firmata, Consules denuò in quadriennium alterum designarunt, in primis Antonium & Libonem, vt tamen Antonio liceret alium pro se substituere; deinde Cæsarem & Pompeium; posteà Ænobarbum & C. Sosium: & rursus Cæsarem & Antonium, qui tertiò tum futuri Consules, & vt sperabatur, populo redditurí Rempublicam erant. Hunc ordinem Consulatuum comprobant etiam numismata tam Cæsaris, quàm Antonij paulò post excusa, in quibus inter alios titulos se scribunt Consules designatos iterum ac tertiò. Vide Dionem, Appianum, & Plutarchum in Antonio.

Triumviri pacem rursum ineunt.

Qui prouincias administrarunt.

Hactenus eos qui cum imperio in prouincias missi fuerunt vel à populo, vel à Senatu, vel etiam à Cæsare, & ab iis qui Reip. per vim dominabantur, prosequuti sumus: posthac verò, cum iam, declinante ad Monarchiam Rep. in vnius alteriúsve potestate. Imperium, exercitus, prouinciæ deuenire cœpissent, etiam Legatos, Præfectos, & Præsides, qui fiduciaria tantum opera, nullo suo imperio, sed alienis auspiciis, Imperatoris tantum qui præfecisset nomine, res gesserunt, & prouincias administrarunt, referre cogemur. Et ex his quamplures etiam nullo insigni magistratu functos, immò etiam, prô pudor, libertos aliquando. Quandoquidem penes quos rerum erat summa, non legibus amplius seruientes, nullo dignitatis vel ordinis respectu, quos sibi tantummodo fidos ac gratos

Legati, Præfecti, Præsides prouinciarū.

gratos fore putabant, prouinciarum administrandarum curam committere maluerunt.

Cn. Domitius M. f. M. n. Caluinus. Procos. Hispaniam Imp. Cæsaris auspiciis rexit. Contra Cerretanos, qui rebellauerant, primùm feliciter pugnauit; deinde legati cuiusdam sui ductu (qui in prælio à militibus suis desertus, à Barbaris obsessus & occisus est) cladem accepit. Igitur Domitius, reuocata vetere disciplina, è desertoribus duas centurias decimauit, in centuriones etiam complures animaduertit, & primipili quoque centurionem, nomine Vibullium, fuste percussit; quo facto, hostes denuò adortus, victoriam reportauit: Auctores sunt Dio lib. XLVIII. Velleius libro II. *Cn Domitius Caluinus.* *Desertores à Domitio decimatione puniti.*

M. Vipsanius L. f. ·. n. Agrippa. Galliam vlteriorem ex Prætura obtinuit, Imp. Cæsaris auspiciis: in Aquitania res prosperè gessit, & secundus Romanorum ducum belli caussa Rhenum transiit. Anni insequentis exitu a Cæsare reuocatus ad triumphum, & ad Consulatum; cùm ei curam classis ædificandæ commisisset Cæsar, triumphum neglexit, ob Cæsaris damna & naufragia nolens esse in lætitia: Appianus, Dio, Eutropius, & Orosius.

C. Asinius Cn. f. ·. n. Pollio. Procos. Illyricum obtinuit M. Antonij auspiciis, tumultuantes Parthinos victor aliquot prælijs compescuit: Dio libro XLVIII. & Florus Dalmatas Asinium Pollionem gregibus, armis, agris mulctasse tradit. *C. Asinius Pollio.*

P. Ventidius P. f. ·. n. Bassus. Procos. Legatus M. Antonij III. viri præmissus cum legionibus ad bellum Parthicum, victo ac profligato T. Labieno eorum imperatore, Parthos Syria, Cilicia, & Tauro monte expulit, & Palæstinam recepit. Ob quam victoriam Romæ supplicationes M. Antonio, cuius auspicijs res gestæ erant, decretę sunt. Vide Dionem lib. XLVIII. Appianum in Parthica, Iosephum libro XIV. Plutarchum in Antonio, Eutropium, Zonaram, Florum, Iustinum, & alios.

C. Iulius C. Cæsaris libertus, Demetrius. Cyprum obtinuit, à M. Antonio insulæ præpositus, T. Labienum à P. Ventidio victum, ac profugum cepit: Dio lib. XLVIII. Fuerat autem Demetrius Cæsaris Dictatoris libertus, Zonara teste.

Sex. Pompeius Sex. lib. Menas. Legatus Propr. Sex. Pompeij Magni Procos. Sardiniam obtinuit, quam anno superiore M. Curio Cæsaris legato pulso occupauerat. Anno autem sequenti patronum deserens, insulam cum classe LX. nauium & exercitu Imp. Cæsari prodidit, ob quod factum in equestrem ordinem allectus, & annulis aureis à Cæsare donatus fuit. Vide Dionem libro XLVIII. qui Menam appellat cum Plutarcho, & alijs, non Menodorum, vt Appianus libro V. Anno insequenti sub C. Caluisio Præfecto classis Cæsarianæ legatus, Menecratem classis Pompeianæ Præfectum occidit.

P. Canidius P. f. ·. n. Crassus. Procos. Legatus M. Antonij III. viri in Armeniam missus, eadem deinde subiugata, Iberos & Albanos ad Caucasum vsque in potestatem redegit, L. Gellio & M. Cocceio Coss. Plutarchus in Antonio, Dio libro XLIX. Bello ciuili Actiaco postea gliscente, iussus est ab Antonio cum sedecim legionibus ad oram maritimam descendere, Cn. Domitio, C. Sosio Coss. Anno sequenti terrestribus Antonij in prælio præfuit: victus, & Cæsaris iussu demum occisus, vt auctores sunt Plutarchus, & Orosius lib. VI. cap. XIX. vbi mendose P. Caninius.

Quæstor.

·. Vibius ·. f. ·. n. Maximus. Designatus erat, non iniit. Seruus enim erat fugitiuus, & tamquam ingenuus & ciuis Quæsturam petere ausus fuit. Sed eum agnouit dominus suus, & abduxit: Dio lib. XLVIII. Eusebius in Chronico.

L. MARCIVS. L. F. C. N. CENSORINVS. COS. A. DCCXIV.
EX MACEDONIA K IAN

C. ASINIVS. CN. F. POLLIO. PRO. COS. AN. DCCXIV
EX. PARTHINEIS. VIII. K. NOV

L. Censorinum iam ante ex Plutarcho dixi Achaiam ex Prætura obtinuisse, bello Philippensi confecto, cùm M. Antonius in Asiam transiret. An verò is posteà nouos aliquos motus in Macedonia exortos oppresserit, apud rerum Romanarum scriptores nihil certi reperio, nisi quòd Appianus obiter scribat, M. Antonium, pace cum Cæsare & Pompeio facta, partem exercitus, vt lucris, exercitiisque assuesceret, in Parthinos gentem Illyricam, inquit, Epidamno vicinam, Bruti quondam studiosissimam; aliam verò partem in Dardanos, Macedoniam incursare solitos misisse. Quod sane Censorino & Pollione ducibus factú arbitror, qui iam multò ante partis Antonianæ fuerant, & eius auspiciis

ordines duxerant. Sed quia constat ex marmore Capitolino, L. Censorinum Kal. Ianuarius, quibus Consulatum iniit, ex Macedonia, & C. Asinium Pollionem eodem anno de Parthinis triumphasse; anno potius superiore post pacem inter Antonium & Cæsarem reconciliatam Censorinum & Pollionem bella gessisse in Macedonia & Illyrico existimandum erit. Ceterùm de Censorini hoc triumpho nihil reperio. verùm Pollionis Dalmatico triumpho suffragantur Auctores etiam aliquot; vt Eusebius in Chronico, qui de Dalmatis triumphasse Pollionem scribit; sic item Horatius Ode prima libro II. canens:

Et consulenti Pollio curia,
Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.

C. Pollio cur filium Saloninum cognominarit. Quem locum declarans Porphyrio commentator, dicit Pollionem Salona vrbe Dalmatiæ capta triumphasse. Eiusdem victoriæ ob caussam filio posteà nato Salonini cognomen à capta vrbe indidisse scribit Seruius, Pollionem Virgilianum declarans. Apud Senecam quarto Declamationum Labienus Pollionem Triumphalem senem appellat. Primus Pollio, teste Plinio, Romæ ex manubiis bibliothecam instituit.

Parthini qui populi. Parthinos Illyrici dicit esse Stephanus ab oppido Partho: Plinius inter Macedoniæ populos recenset, & Liburniæ priùs partem tenuisse non procul Salona Dalmatiæ tradit libro III. cap. XXII. & sequenti. Strabo libro VII. supra Dyrrachium & Apolloniam collocat in Epiro. Et Epidaurus Parthinorum vrbs nominatur à Dione, vbi de Pollionis rebus gestis obiter verba facit.

ANNI P.R.C. DCCXV.

Consules.

Ap. Claudius C.f. Ap. n. Pulcher. C. Norbanus C. f. / . n. Flaccus.

CONSVLES deinde produnt Tabulæ Græcæ Pulchrum & Flaccum; Cassiodorus, Marianus & Zonaras Ap. Claudium & C. Norbanum; Dio, Ap. Claudium C.f. Pulchrum, C. Norbanum C. f. Flaccum. Eodem modo Norbanus item in Capitolinis triumphis descriptus est.

Bini Quæstores quando. Prætores LXVII. Hi Consules, vt refertur à Dione, primi binos Quæstores singuli habuerunt. Eodem anno sexaginta septem Prætores fuerunt, aliis subinde in aliorum locum subrogatis. Quidam puer item Quæstor factus, postridie virilem togam sumpsit. Prodigia multa euenerunt: olei fons trans Tiberim scaturiens die toto fluxit. Cæsar Liuiam vxorem duxit. Vide Dionem, & Eusebium in Chronico.

Mauritani Hispaniam incursantes depopulati sunt. Bellum rursus inter Cæsarem & Sex. Pompeium exoritur, Mena, vel vt Appianus, Menodoro, Sex. liberto transfugiente, qui Sardiniam cum classe & præsidiis Cæsari prodidit: eodemque anno maritimis aliquot præliis vario euentu inter partes pugnatum fuit, & Cæsar classem pænè totam tempestate conquassatam naufragio perdidit. P. Ventidius Procos. Pacorum Orodis regis filium prælio maximo deuictum occidit: Dio, Appianus, Plutarchus, & alij.

Ædilis curulis.

P. Rutilius / . f. / . n. Lupus. Denarius argenteus Goltzij in anno DCLXX.

M. AEMILIVS. M. f. Q. n. Lepidus. II
M. ANTONIVS. M. F. M. n. II
IMP. CAESAR. DIVI. F. C. n. II
III. viri Reip. constituendæ per quinquennium.

Triumviri in alterum quinquennium. Ante exactum Triumviratus quinquennium, quod pridie Kal. Ian. Ap Claudio & C. Norbano Coss. exire debebat, vidétur Lepidus, Antonius, & Cæsar in alterum sequens quinquennium semetipsos iterùm III. viros R. C. renuntiasse, forsan vt aduersariis spem Reip. compessendæ abrumperent; néve qui noui motus, cessante Triumvirali potestate, exorirentur. Fragmentum enim Capitolinum, quod eos ab anni insequentis Consulibus Agrippa & Caninio virgula separat, satis ostendit, hoc anno, nempe Claudio & Norbano Coss. qui prioris quinquennij vltimus erat, ante tempus, non expectato quinquennij exitu, semet abdicasse ex insperato, forsan vt aduersariorum consilia fallerent, continuoque se iterum Triumviros declarasse in alias, vt rius, Kal. Ian. sextas, hoc est in alterum quinquen-

quennium, quod proximis Kal. Ianuariis incipere debebat, Agrippa & Gallo Coss. Cuius honoris reiterati titulos in Cæsaris nummo quodã cum diui Iulij templo Venetijs ita legi aliquando: IMP. CÆSAR. DIVI. F. III. VIR. ITER. R. P. C. Sed quando renouarint sibi hunc honorem Triumuiri, satis obscurum est, licet apud Dionem & Appianum legamus, Cæsarem & Antonium anni exitu, quo Aggrippa & Gallus Consules fuerunt, cum per Octauiam post varias expostulationes reconciliati essent, Sex. Pompeio Consulatum & Sacerdotium, quæ ei destinata erant, ademisse; principatum sibi in aliud quinquennium (iam enim exierat prius) prorogasse. Sed in hoc à Romanis Fastis discrepant, cum quo ad tempus, cum quod nullam M. Lepidi mentionem faciant.

Prouinciarum Rectores.

C. Caluisius C. f. Sabinus. Procos. Præfectus classis Cæsarianæ. Habuit sub se legatos T. Statilium Taurum, quem nominat Orosius, & Sex. Pompeium, Sex. Lib. Menam, qui cum classe Sardiniensi transfugerat: Dio, Appianus, Zonaras, & alij.

Sex. Pompeius Sex. Lib. Menecrates. Præfectus classis Pompeianæ, in prælio nauali occisus est à Mena conliberto: Appianus, Dio, & alij.

C. Sosius C. f. T. nepos. Procos. Syriam ac Ciliciam obtinuit. Legatus M. Antonij III. viri Aradios fame domitos subegit, Iudæos item Ierosolymis expugnatis domuit, Antigonum regem captum, cruci alligatum, & flagris cæsum securi percussit, eò quòd præsidium Romanum, quod apud se erat, occidisset: & Herodem Ascalonitam regno Iudæorum præfecit. Vide Dionem lib. XLIX. Iosephum libro XV. Antiquitatum Iudaicarum, Plutarchum in Antonio, Zonaram, Eusebium in Chronico, qui regnum Iudæorum in hoc Antigono defecisse ex Daniele Propheta pulcherrime declarat. Sed corrigendus Eusebij locus ille videtur, nam sic perperam legitur: Antigonus contra Iudæos dimicans tandem occiditur, à quo vsque in præsens tempus regnum Ierosolymitanum destructum est; vbi legendum, contra Romanos, non, contra Iudæos. *Eusebij in Chronicis correctus locus.*

P. VENTIDIVS. P. F. PROCOS. EX. TAVRO. AN. DCCXV.
MONTE. ET. PARTHEIS. V. KAL. DECEM

Post Parthos tribus maximis prælijs deuictos & profligatos, P. Ventidius M. Antonij consensu Romam ad triumphum sibi decretum profectus est. Cuius frequens mentio est apud diuersos Auctores, eò quod magnam & raram in vno hoc homine populus Romanus fortunæ mutationem viderit, vt qui puer cum matre captiua in triumpho ductus fuerat bello sociali a Cn. Pompeio Strabone: vitam deinde inopem sordidissimis exercitijs aluerat, rhedarius nimirum & mulio; is amicitia Cæsaris Dictatoris non solùm ad amplissimum ordinem, magistratus, & Pontificatum euectus esset, sed etiam primus de bellicosissima Parthorum gente iustissimum triumphum magna hominum admiratione duxerit. Hinc Iuuenalis Satyra VII. tam de hac Ventidij fortuna, quàm de Ser. Tullij regis, quæ ex seruitute ipsum prouexit ad regnum: *P. Ventidij triumphus, varia fortuna.*

Ventidius quid enim? Quid Tullius? ánne aliud quàm
Sidus & occulti miranda potentia fati?
Seruis regna dabant, captiuis fata triumphos.

Vide Gellium lib. XV. cap. IV. Dionem, Velleium, & Val. Max. lib. VI. cap. X. Plinium lib. VII. cap. XLIII.

ANNI P. R. C. DCCXVI.

Consules.

M. AGRIPPA. L. F. //. n.	L. Caninius. L. f. //. n. Gallus.
	Abd. in eius locum factus est
	T. Statilius T. f. //. n. Taurus.

SEQVVNTVR Consules in Cassiodoro & Mariano, M. Agrippa, L. Caninius: in Tabulis Græcis, Agrippa & Gallus: in Dione autem M. Vipsanius L. f. Agrippa, L. Caninius L. f. Gallus. Cornelius Nepos etiam in Attici vita M. Vipsanium Agrippam appellat. Ex humili & obscuro loco ad summos honores Augusti amicitia prouectum scribunt Tacitus libro I. & Valer. Maximus libro IV. cap. VII. atque ipse Vipsanij gentilitium nomen sustulerat, vt humile, teste Seneca Rhetore in Controuersia

sia XII. extrema. Antiqua etiam marmora & nummi satis declarant, M. Agrippam L. f. appellari maluisse. Ex interuallo vacuo quod in fragmento Capitolino videtur, colligere est, suffectum aliquem fuisse Caninio, de quo tamen nihil certi apud Auctores reperio. Suspicantur alij T. Statilium Taurum fuisse, qui triennio post Procos. triumphauit ex Africa, & deinde Consul iterum factus est, vt fragmentum ostendit Capitolinum. Sed priorem Consulatum quando gesserit, obscurum nobis est, nisi hoc anno fuerit suffectus.

T. Statilius Taurus.

Naualis rei bellicæ apparatus ingens contra Sex. Pompeium a Cæsare factus est, cuius cura M. Agrippæ Consuli mandata: qui Lucrinum atque Auernum lacus mari Tyrrheno vicinos in celeberrimum portum conuertit, cuius frequens apud Auctores fit mentio. Dum per omnes Italiæ maritimas oras classis fabricatur, Romæ ad prodigiorum terrorem accessit etiam crebra & insolita magistratuum commutatio, quæ omnium animos variè afficiebat, quando non Consules modo & Prætores, sed Quæstores item alij aliis sæpissime sufficerentur, non destinato priùs tempore, ad quod abdicare deberent, sed pro arbitrio eorum penes quos summa potestas erat. In caussa fuit multitudo omnis generis candidatorum, quorum plurimi magistratus petebant, non vt gererent, sed vt inter eos qui gessissent relati, honorem inde, vel prouinciam aliquam acciperent. Quapropter idem accipiebat magistratum, & deponebat: id quod multi eadem vtrumque die fecerunt, nomine ac honore tantum modò contenti, onera atque impensas aliis relinquentes. Vide Dionem in fine XLVIII. Aradij atque Iudæi a C. Sosio Antonij legato subacti: Dio libro XLIX. Liuius lib. CXXVIII. Iosephus lib. XV. qui nominat item Consules.

Prouinciarum rectores.

Sex. Pompeius Sex. lib. Demochares. Sex. Pompeius Sex. L. Apollophanes. Præfecti classis Pompeianæ contra Cæsarem, suffecti in locum Menæ transfugæ, & Menecratis occisi. Ex his Demochares anno insequenti Sex. Pompeio deuicto captus semet interfecit, Apollophanes semetipsum Cæsari dedidit. Vide Dionem, lib. XLIX. Appianum libro V.

Væ victis.

Ædilis.

Pietatis filij erga parentē singulare exemplum.

M. Oppius. ·/·. f. ·/·. nepos. Hic patrem à III. viris proscriptum senem admodum, & ideò fugere nolentem, sublatum in humeros inuitum quasi ex vrbe extulit, atque inde in Siciliam cum eo, modò manu ducens, modò ceruice baiulans senem, nemine vel molestante peruenit: qualis Æneas patrem gestans pingitur, reuerendus & hostibus. Gratum fuit populo Rom. raræ pietatis exemplum illud, propter quam, pace cum Sex. Pompeio facta, cum aliis proscriptis iuueni reuerso populus vltrò Ædilitatem hoc anno detulit. Quam cùm recusaret ob paupertatem, quia publicatis eius bonis non erat vnde Ludos ederet: plebs illud non sustinuit: sed stipem vltrò contulit, cùm ad Ludorum impensas, tum ad rem familiarem sustentandam, vt inde ditatus Oppius fuerit. Aiunt, plerosque personatos pro histrionibus in Theatrum ingressos pecuniam præbuisse. Quin & scenici artifices de communi sententia gratuitam illi operam præstiterunt. Adeò non modò viuus Oppius pietatis ergô plebi Rom. gratus fuit; nam mortuum quoque honoris caussa in Campo Martio sponte sepeliuit. Sed Senatus Pontificum monitu non diu pòst ossa inde sustulit, tamquam loco sacro non rite posita. Vide Appianum libro Ciuilium IV. & Dionem in fine libri XLVIII.

ANNI P. R. C. DCCXVII.

Consules.

L. Gellius. L. F. L. N. Poplicola.	M. Cocceius M. f. ·/·. n. Nerua
Ab D. IN. eius. loc. factus. est	Abd. in. eius. loc. fact. est
L. Munatius L. f. L. n. Plancus II.	P. Sulpicius P. f. ·/·. n. Quirinus.

Reperimvs deinde Consules in Cassiodoro & Mariano L. Gellium & M. Cocceium: in Tabulis autem Græcis, Poplicolam & Neruam Cocceium: apud Dionem verò L. Gellium L. f. Poplicolam, M. Cocceium Neruam. Abdicasse Gellium, quædam vestigia litterarum, quæ adhuc extant in marmore Capitolino, videntur indicare. Suffectum illi fuisse conijcit Onufrius L. Plancum II. quem Plinius bis Consulem & Censorem fuisse scribit lib. XIII. cap. III. De priore Consulatu eius constat, de altero nihil

L. Munatius Plancus.

hil certi quo tempore eum gesserit: vt tum ex libito Principum mutabantur indies ferè magistratus. Addit insuper collegam Planco, in locum Neruæ, P. Sulpicium Quirinum Censorem, quem antea habuimus. Ex Tacito enim Consulem circa hæc tempora fuisse colligit.

Romæ hoc anno Ædilitas omnino intermissa fuit, omnibus, quibus hic magistratus debebatur, ob impensas faciundas cum refugientibus. Ideoque munera Ædilium Prætores & Tribuni plebis obiuere. Et C. Mæcenas eques tantum Romanus, nullo licet magistratu præditus, Cæsaris absentis nomine tamquam eius vicarius omnia tam Romæ quam in Italia per plures abhinc annos administrauit. Vide Dionem libro XLIX.

Ædilis curulis.

Q. Catulus .. f. .. n. nepos. Denarius argenteus Goltzij anno DCLXXV.

Aduersus Sex. Pompeium Cæsar vario euentu terrestribus naualibusque prælijs pugnauit. Demum victus Pompeius, cum paucis nauibus in Asiam profugit. Cæsar Siciliæ vrbes in potestatem redegit, & M. Lepidum collegam, quem ex Africa cum exercitu ad societatem belli contra Sextum euocauerat, ab eo dissentire volentem, & xx. legionum fiducia superbum, exercitu & imperio spoliauit, abrogataque Triumviratus potestate, Circeios in exilium misit. *Sex. Pōpeius à Cæs. Aug. victus in Asiam fugit.*

M. Antonius cum XIIX. legionibus & XVI. milibus equitum ingressus Armeniam ac deinde Mediam, Parthis bellum illaturus, Phraartem regem habuit obuium, primoque duas legiones cum omnibus impedimentis & tormentis amisit: deinde cum exercitu reuersurus in Syriam, iter infestantibus Parthis, sæpius summum adiit discrimē, & ea pericula e quibus ipse seruari se posse desperauerat. Igitur quarta circiter parte exercitus partim prælijs, partim fame, siti & frigore alijsque brumæ incommodis culpa sua amisit, quia hiemare in Armenia nolebat, dum ad Cleopatram suam, cuius ardebat desiderio, festinat. Iberi & Albani à P. Canidio Crasso subacti. Vide Dionem lib. XLIX. Appianum libro v. Plutarchum in Antonio, Liuium, Velleium, Florum, & alios. *M. Antonius in Parthos expeditionem parat.* *Cleopatram deperit.*

Prouinciarum rectores.

M. Agrippa L. f. Procos. Præfectus classis Cæsarianæ. Sex. Pompeium & eius Præfectos Democharem & Apollophanem nauali prælio bis vicit, Mylas & Tyndaridem occupauit. Romam reuersus, a Cæsare corona aurea rostrata donatus est, qui honos nemini ante eum habitus erat: Auctores sunt Dio, Appianus, Liuius lib. CXXIX. Hinc eius nummi, qui adhuc visuntur, cum eius effigie, corona nauali, & Neptuno.

Legati eodem bello fuere Cæsaris & Agrippæ

C. Carrinas C. f. .. nepos. Procos. tres legiones in Siciliam duxit, ut Appianus libro v.

Ap. Claudius C. f. Ap. n. Pulcher. Procos. cum parte classis Cæsarianæ fecit naufragium: idem Appianus.

T. Statilius T. f. .. n. Taurus. Procos. classem CXXX. nauium ab Antonio Cæsari relictam duxit. Post victoriam profligato Pompeio, Sicilia recuperata, & M. Lepido legionibus & potestate spoliato, à Cæsare missus Taurus in Africam, qui vtramque Lepidi prouinciam citra negotium in potestatem redegit: Appianus, Dio, & Orosius. *T. Statilius Taurus.*

L. Cornificius L. f. .. n. Propr. Cum exercitu in Sicilia a Pompeianis obsessus, prælio decertandi copia non data, cùm fame laboraret, relictis castris, & combustis nauibus, iter ingressus terrestre Mylas versus, per triduum grauissime ab hostibus infestatus, plurimum damni passus est: donec ab Agrippa missæ tres legiones subsidio venissent: Appianus & Dio. *L. Cornificius L. f.*

M. Valerius M. f. M. n. Messalla Coruinus. M. Agrippæ Præfecti classis vicarius, Menam libertum cum septem nauibus à Pompeio rursus transfugientem recepit, cum duabus deinde legionibus in Siciliam missus. Bello confecto cum Cæsar Romam reuersum inter Augures, quamuis anteà proscriptus fuisset, allegit: Appianus libro v. Dion lib. XLIX. *M. Val. Messalla Coruinus.*

L. Laronius .. f. .. nepos. Cum tribus legionibus à M. Agrippa L. Cornificio missus subsidio: Appianus.

.. .. .. f. .. Tisienus Gallus. Sex. Pompeij in Sicilia. M. Lepido primùm cum exercitu oppositus, demum victo Pompeio, rebusque deploratis, ipse, &, Apollophanes libertus cum suis semet Cæsari dediderunt: Dio, & Appianus.

C. Fur-

C.Furnius //.f. //.n.Propr. Asiam obtinuit: M. Titius M f. Rufus Classem. Ambo missi anno sequenti à M. Antonio contra Sex. Pompeium, bellum in Asia molientem; quem tandem à suis desertum & captum, Antonij iussu occiderunt. C.Furnius Legatus L. Planci fuerat anno DCCX. in Gallia,& non diu posteà Praeturam petiisse,colligimus ex Ciceronis ad eum litteris,quae extant Familiar. x. Tribunum quoque plebis suo item loco habuimus. Praeturam non excessisse demonstrat his verbis Eusebius in Chronico: Fornij, inquit,pater & filius clari oratores habentur, quorum filius Consularis ante patrem moritur. C.Furnium C.f. Consulem pòst suo loco recensebimus. M.Titius cum patre proscriptus,cùm sibimet classem parasset peculiaris potentiae caussa, à Pompeianis captus fuerat;cui Pompeius propter patrem,qui proscriptus ad ipsum confugerat, pepercit. Verum is posteà ad Antonium transfugit,& Pompeium in Asia benefactorem suum Antonij iussu cepit,& occidit,vt apud Dionem,Appianum,& Plutarchum legimus. Meminerunt Orosius, Liuius,& alij.

//. Munatius / . f. //. n. Plancus. Suriam obtinuit M. Antonij nomine, vt Appianus auctor est,quem scribit in litteris alicuius momenti maioris solitum adscribere nomen M. Antonij,& vti etiam ipsius annulo signatorio ; & quosdam tradere, Planci tantummodò iussu Sex. Pompeium occisum fuisse. Porrò si L. Plancus Consularis & Triumphalis hic fuit, Consul iterum sanè hoc anno esse non potuit. Appianus Plancum tantùm appellat.

/ . Oppius //. f. //. n. Statianus. Legatus M. Antonij bello Parthico cum duabus legionibus impedimentorum custodiae praefectus , ab hostibus toto exercitu eius oppresso & deleto, occisus: Auctores sunt Appianus, Dio, Plutarchus, & Velleius.

Quaestores.

//. Titius //. f. //. nepos. M. Antonij III.viri in expeditione contra Parthos. Vide Appianum,& Plutarchum in Antonio.

M. Caelius / . f. //. n. Cicero Familiarium lib. XIII. epist. XI. & XII.

CN. DOMITIVS. M. F. M. N. CALVINVS. AN. DCCXVII.
PRO. COS. EX. HISPANIA. XVI. K. SEXTIL.

Augusti Caesaris temporibus Cn. Domitij triumphus.

Cn. Domitium ex Consulatu Imp. Caesaris auspiciis obtinuisse Hispaniam, Censorino & Sabino Consulibus, suo loco diximus,& quae in ea prouincia gesserit. Hoc demum anno Romam rediisse, & ex Caesaris sententia triumphasse, ostendunt Capitolina fragmenta. De quo item sic apud Dionem lib. XLVIII. Cn. Domitio tam ob res bello praeclarè gestas, quàm ob restitutam militarem disciplinam , cùm de ordinum desertoribus supplicium sumpsisset, vt ob eam seueritatem quoque M. Crassus appellatus fuerit, triumphus concessus. Is aurum coronarium , eius rei caussa ab vrbibus dari solitum , à solis Hispanis accepit. Quod partim in triumphi apparatum insumpsit , partim Romae in restitutione Palatij, quod incendio consumptum instaurauit ac dedicauit, cùm alijs operibus splendidè ornatum, tum imaginibus ac statuis, quas à Caesare mutuò acceptas, cùm deinde reposcerentur, non reddidit; tacetè eluso Caesare. Nam reposcenti, seruorum inopiam excusans, respondit, vt mitteret suos, qui domum ex Palatio referant. Caesar autem locum sacrum spoliare veritus, eas reliquit. Apud alios Auctores triumphi huius mentionem non reperio. Vidimus tamen nummos plerosque, Romae capite, & spoliis barbaricis insignes, cum litteris, CN. CALVINVS, qui victoriam eius designant. In alijs item ipse cum sceptro in curru triumphali stans expressus est, adscriptum, CN. DOMITI. CALVIN. Vidimus etiam apud Cardinalem Granuellanum alios cum Pontificalibus instrumentis, & titulo, DOM. COS. ITER. IMP. Ab altera parte legitur nota Oscensis argenti ab Hispania contributi ad eius triumphum , OSCA. Quae potens Baeticae quondam ciuitas, vt ex Plinio, Ptolomaeo, & Plutarchi Sertorio colligimus. Oscensis autem argenti bigatorum DXL. ∞ . transtulisse M. Catonem Censorium in triumpho suo ex Hispania citeriore, Liuius auctor libro XXXIV. Sic Fuluij Flacci, Heluij Blasionis, aliorumque triumphis ex Hispania Oscensis argenti signati mentionem facit, quemadmodum suis locis declaraui.

Aurum coronarium ab Hispanis Cn. Domitio datum.

Oscense argentum in triumphis.

IMP. CAESAR. DIVI. F. II. III. VIR. R. P. C. II. A. DCCXVII
OVANS. EX. SICILIA. IDIBVS. NOMEMBR

Caesaris Augusti praerogatiua.

Rebus in Sicilia à Caesare gestis Romae nuntiatis, vt Sex. Pompeium vicisset & profligasset, Siciliam recuperasset, M. Lepidum in ordinem redegisset, multi atque insoliti

honores

honores redeunti magno consensu sunt decreti, statuæ videlicet, arcus trophæo insignis, & primus in consessu locus, vtque ouans vrbem intraret, & semper lauro coronaretur. E quibus nonnulla tantummodo acceptauit. Reuersus, extra pomœrium ex more de rebus à se gestis ad populum disseruit; tributa ante bellum à Triumviris ex professione census imposita, quæ adhuc debebantur, remisit; vectigalia nonnulla abrogauit. Hinc domus illi ex publico decreta, vt sacrosanctus, non secus ac Tribuni plebis, esset. Cuius etiam meminit Orosius: Cæsari, inquit, Siculo bello confecto, seditione militari seda- ta, ouans vrbem ingressus, vt in perpetuum Tribunitiæ potestatis esset, a Senatu decretum est. Ex omnibus ei decretis honoribus nihil acceptasse præter thensam in Circensibus, statuam auream in Rostris, & annua solemnia diebus adeptæ victoriæ, docet Appianus. Ouantem deinde introisse in vrbem, idem Appianus & Dio satis insinuant, & Fasti Capitolini testantur: Tranquillus item duas ouationes habuisse Cæsarem tradit, alteram post Philippense, alteram post Siculum bellum. De hac autem loqui existimo Eusebium in Chronico, cum dicit: Augustus triumphauit pedestris certaminis triumpho, Olympiade CXXCVII.

ANNI P. R. C. DCCXVIII.

Consules.

L. Cornificius L. f. . nepos. Sex. Pompeius Sex. f. . nepos.

LEGVNTVR Consules deinde in Cassiodoro & Mariano, Sex. Pompeius & L. Cornificius: in Tabulis Græcis, Cornificius & Pompeius: in Dione autem, L. Cornificius L. f. Sex. Pompeius Sex. f. L. Cornificium esse opinor, qui legatus Cæsaris anno superiore exercitum per Siciliam duxit, quem refert Dio tantum sibi ob seruatum exercitum tribuisse, vti Romæ quoties foris deinde cœnaret, elephanto domum reueheretur.

Sex. Pompeius in Asia denuo bellum moliens, ab Antonij legatis C. Furnio & M. Titio in Phrygia captus & occisus est. Eius mortis caussa Cæsar Romæ Ludos equestes exhibuit, & M. Antonio currum apud Rostra, & statuas in templo Concordiæ posuit: Auctores sunt Dio & Appianus.

Cæsar quoque in Iapudes, Dalmatas, & Pannonios expeditionem parauit: Dio, Appianus, & Liuius.

Prouinciarum Rectores.

C. Norbanus C. f. . n. Flaccus Hispaniam Procos. obtinuit. Anno superiore Cn. Domitio successisse videtur; sed apud Auctores nullam eius rei mentionem reperio. Res tamen in prouincia gessisse, colligimus ex ipsius triumpho, quem sequenti anno Romam reuersus gessit.

T. Statilius T. f. . n. Taurus Procos. obtinuit Africam. missus à Cæsare anno superiore, post M. Lepidum in ordinem redactum & imperio spoliatum in Sicilia, vt Africam Lepidi prouinciam occuparet, quam sine pugna facilè inuasisse, atque obtinuisse Taurum refert Dio. Hoc autem anno Cæsaris nomine Africam totam administrasse, nouos motus compressisse constat; & sequenti Romam ad triumphum decessisse, suo loco dicemus.

ANNI P. R. C. DCCXIX.

Consules.

L. Scribonius L. f. . n. Libo. M. Antonius M. f. M. n. II. absens.
K. Ian. abdic. in eius. loc. fact. est
L. Sempronius L. f. L. n. Atratinus.
Ex K. Iul. Paul. Æmilius L. f. M. n. Lepidus
C. Memmius . f. . n.
Ex K. Nou. M. Herennius

SEQVVNTVR Consules in Dione, M. Antonius M. f. II. L. Scribonius L. f. Libo. In Tabulis Græcis, Antonius & Libo. Ceterùm adiicit Dio M. Antonium III. virum

Kal. Ianuariis iniuisse quidem hunc Consulatum, sed statim eodem die abdicasse, L. Sempronio in locum suum suffecto: multosque fuisse, qui propterea in Fastis (cum absens hoc fecerit) non Antonium Liboni, sed L. Sempronium collegam adiunxerint, velut Marianum & Cassiodorum fecisse videmus, & Fastorum Auctorem, quorum aliquod fragmentum mox exhibebimus. Ceterum Appianus libro v. Ciuilium hos Consules cum aliis triennij insequentis docet ordinatos fuisse ante quadriennium, pace inter Cæsarem, Antonium, & Sex. Pompeium confirmata, priusquam Antonius contra Parthos proficisceretur. Consules sequenti die, inquit, designati sunt in quadriennium. Ante » omnes Antonius & Libo, vt tamen Antonio liceret alium pro se substituere; post illos, » Cæsar & Pompeius; tum Ahenobarbus & Sosius; deinde rursum Cæsar & Antonius, » tertium tunc futuri Consules. L. Libo socer erat Sex. Pompeij, cuius sororem Scribo- » niam Cæsar ante duxerat. Romę ante aliquot annos ex libro Inscriptionum antiquarum patroni mei Marcelli Ceruini Cardinalis (qui deinde propter præclaras virtutes & insignem eruditionem euectus ad Pontificatum Maximum fuit, neque diu post bonorum omnium summo dolore est extinctus) exscripti exemplar cuiusdam tabulæ marmoreæ, quod Capuæ in castro vel palatio Ducis Calabriæ seruari solet. Continet autem horum temporum Consules omnes, etiam suffectos, exactissime annotatis etiam quibus inierunt mensibus: bella insuper celebriora non omittit, vt non parum lucis historiæ & argumento huic afferre possit: quod ideo studiosorum in gratiam hic attexere non pigebit, vtq; Colloti anum fragmentum quoque exhibuimus, per suos annos explicare. Subscribuntur autem singulorum annorum Consulibus, Præfecturæ (ni fallor) Capuanæ magistratus; Præfecti nimirum quandocumque mutati fuere, Duouiri, Ædiles, & Quæstores, annotatis etiam mensibus, quibus vel inierunt magistratus, vel deposuerunt. hoc videlicet ordine:

Marcellus Ceruinus Pont. Max.

Capuanæ tabulæ exemplum.

TABELLA. FACTA. A. BELLO. MARSICO

P. PETINIVS P. PVBLILIVS. AED
L. SEMPRONIVS L. SCRIBONIVS
K. IVL. PAVL. AEMILIVS
C. MEMMIVS
K. NOVEM. M. HERENNIVS
BELLVM. ILLVRICVM
EX. K. IVL. AD. K. IVL.
Q. LARTIVS C. RVMEIVS. II. VIR.
C. ANNIVS SEX. VETTIVS. AED
L. SCVTARIVS. M. CALPVRNIVS. Q
IMP. CAESAR. II. L. VOLCATIVS
K. IANVAR. P. AVTRONIVS
K. MAI. L. FLAVIVS
K. IVL. C. FONTEIVS
M. ACILIVS
K. SEPTEMBR. L. VINVCIVS
K. OCT. L. LARONIVS
EX. K. IVL. AD. K. IVL
C. AEMILIVS. Q. PONTIENVS. II. VIR
C. VALERIVS C. TVRPILIVS. AED
L. LIVIVS. LIGVS. L. CORNELIVS. Q
CN. DOMITIVS C. SOSIVS
K. IVL. L. CORNELIVS
K. NOV. N. VALERIVS.
EX. K. IVL. AD. K. SEPT. PRAEFECTI
T. LICINIVS. L. CORNELIVS
EX. K. SEPT. AD. K. FEBR.
C. PLOTIVS. C. ANNAEVS. II. VIR

EX.

EX. K. IVL. AD. K. FEBR
P. SEXTIVS. Q. LVCCIVS. AED
EX. KAL. IVL. AD. K. IAN
L. ANNIVS. T. ANTONIVS. Q
IMP. CAESAR. III. M. VALERIVS. MESSAL
K. MAI. M. TITIVS
K. OCT. CN. POMPEIVS
BELLVM. ACTIAC
EX. K. FEBR. AD. K. IVL
SEX. TITIVS. L. GEMINIVS. II. VIR
M. METILIVS. L. ANNAEVS. AED
HOC. ANNO. QVAESTORES. CREATI
EX. K. IVL. AD. K. IVL
C. SVLPICIVS. C. SALVIVS. BVBVLCVS. Q
IMP. CAESAR. IIII. M. LICINIVS
K. IVL. C. ANTISTIVS
BELLVM. ALEXANDRIN.
EID. SEPT. M. TVLLIVS
K. NOV. L. SAENIVS
EX. K. IAN. AD. K. IAN
L. CORNELIVS. Q. VETTIVS. II. VIR
L. SCVTARIVS. T. SEPTIMIVS. AED
C. CASSIVS. C. GEMINIVS. NIGER. Q
IMP. CAESAR. V. SEX. APPVLEIVS
L. OPPIVS. L. LIVIVS. II. VIR
M. MNARIVS. C. MESTRIVS. AED
Q. PLESTINIVS. SEX. FADIVS. Q
IMP. CAESAR. VI. M. AGRIPPA. II
IDEM. CENSORIA. POTEST. LVSTRVM. FECIT
EX. K. IAN. AD. K. IVL
L. GAVIVS. C. GEMINIVS. NIGER. II. VIR
Q. CETRONIVS. C. CLODIVS. AED

Reliqua desunt.

Et hoc est Tabulæ Capuanæ nostrũ exemplar multo correctius, vt apparet, quàm quod Petrus Appianus inter Antiquitates orbis terrarũ suas retulit. Tituli verò superioris fragmentum, videlicet, TABELLA. FACTA. A. BELLO. MARSICO. satis ostendit, plures vtrimque tabulas adiunctas fuisse, quæ simul Fastos magistratuum tam Romanorum quàm municipalium continuisse videntur, inceptos à bello Marsico, quo tempore Campanis aliisque Italiæ populis ferè omnibus ciuitas Romana data est. Sed vt ad historiam anni huius reuertamur, ex Consulibus suffectis, qui (vt monstrat Tabula Capuana) Kalendis Iuliis inierunt, Paullum Æmilium arbitror, qui postea Censor fuit cum L. Planco, vt auctores habemus Dionem, & fragmenta tam Collotianum quam Capitolinum, quod L. f. M. n. appellat, insinuans L. Paulli (qui Cos. anno DCCIII.) fratrem patruelem fuisse: vt filius enim dici posset, breue temporis interstitium, videlicet sedecim solummodò annorum, inter Consulatum patris & filij, vix admittit. Eiusdem videtur nummus esse argenteus, cuius in triumpho L. Paulli de rege Perse memini, in quo titulus apud effigiem Concordiæ, PAVLLVS. LEPIDVS. Adoptione autem transiisse in Lepidorum familiam, insinuat cognomen vetustum, PAVLLVS. in prænomen mutatum: cùm gentilitio nomine (quod idem vtrique familiæ fuit) nonnihil, vt moris erat, immutato, vti non potuerit. Fortassis igitur hic frater adoptiuus M. Lepidi III. viri ab eodem proscriptus. Nec obstat quin recte L. Paullus etiam suo nomine vocetur ab Historicis: nam & Cicero in Philippicis, & Val. Maximus lib. IX. non minus rectè Q. Metellum Scipionem Pompeij Magni socerum, aliquando aliter, omissis adoptatitiis nominibus, P. Scipionem germano

Paullus Lepidus.

Q. Metellus Scipio, Cn. Pompeij magni socer.

L. Æmilius Paullus adoptione ad Lepidos. mano ac naturali nomine appellent. P. Nasicæ etenim filius fuit, adoptatus à Q. Metello Pio. Sic etiam hic L. Æmilius L. f. M. n. Paullus proprio familiæ nomine vocari antè poterat, &, vt adoptionem ostenderet, qua ad Lepidos transierat, cognomen eorum adsumpsisse, suo priore in prænomen mutato. Plures item fuisse cognoscimus, qui adoptati duarum familiarum iure & sacris se vti, duplici tantùm cognomine declararunt. Meminit autem Paulli Lepidi in partem anni huius Consulis Dio lib. XLIX. fine, his verbis: » Porticum, quæ Paulli dicitur, Æmilius Lepidus Paullus propriis impensis perfecit; & in » Consulatu suo (gerebat enim in parte istius anni) dedicauit.

Augusti expeditiones. Imp. Cæsar exemplo patris Diui Iulij expeditionem contra Britannos parauit. Pannonij, Dalmatæ, & Salassi rebellarunt: Auctor Dio lib. XLIX. fine.

M. Antonius Artauasdem Armeniæ regem, fide data, & amicitiæ specie euocatum in vincula coniecit, filium eius Artaxam prælio vicit, Armeniam partim vi partim deditione subiugauit: ibidem Dio & Liuius.

Prouinciæ.

M. Agrippa L. f. / . n. Procos. contra Dalmatas exercitum duxit: Dio in fine XLIX.

M. Valerius M. f. M. n. Messalla, Legatus Cæsaris Propr. Salassos subegit: Dio ibidem.

/ . Fufius /. f. /. n. Geminus. Legatus Cæsaris Pannoniam, quæ superiore anno pacis conditiones acceperat, obtinuit. Hoc anno rebellantes Pannonij Fufium Siscia eiecerunt; sed ab eodem aliquot præliis superati & recepti sunt: Dio ibidem.

T. STATILIVS. T. F. TAVRVS. PROCOS. ANN. DCCXIX.
EX. AFRICA. PRIDIE. K. IVL.

C. SOSIVS. C. F. T. N. PROCOS. EX. IVDAEA. AN. DCCXIX.
III. NONAS. SEPTEMBR.

C. NORBANVS. C. F. FLACCVS. PROCOS. AN. DCCXIX.
EX. HISPANIA. IIII. IDUS OCTOBR

Triplex Triumphus. C. Norbani Flacci, C. Sosij C. f. T. Statilij Tauri. Eodem anno tres diuersis temporibus triumphos Romæ ductos fuisse, testatur Capitolinum marmor, de quibus exiguam prorsus mentionem apud Auctores reperio. De C. Norbani enim triumpho & rebus gestis in Hispania, nihil. Successisse tamen in ea prouincia post Consulatum Cn. Domitio Procos. cùm his rebus bene gestis ad triumphum Romam rediret, est verisimile.

De C. Sosij rebus gestis suo loco verba fecimus. Rexit is Syriam legatus M. Antonij, Aradios & Iudæos subegit, Antigonum regem securi percussit. Cum Romam hoc anno reuersus esset, triumphum obtinuit, cuius etiam nulla fit mentio apud Iosephum, Plutarchum, Dionem, & Appianum, qui res eius in prouincia gestas describunt. Reperitur tamen argenteus nummus triumphum hunc eius exprimens, cum Romæ capite, & quadriga triumphali, in qua togatus cum sceptro; adiunctæque litteræ, C. SOSIVS. C. F.

T. Statilium Taurum Velleius triumphasse declarat his ferè verbis: M. Agrippæ & » Statilio Tauro nouitas familiæ haud obstitit, quo minùs ad multiplices Consulatus, » triumphosque, & complura ueherentur sacerdotia. Hunc Taurum Cæsar, bello contra Sex. Pompeium confecto, Sicilia recuperata, & M. Lepido cum legionibus suis in potestatem redacto, misit in Africam cum exercitu, ad occupandam Lepidi prouinciam; eamque facile sine prælio obtinuisse scribit Dio. Mox tamen nouos in Africa motus fuisse exortos, ex eodem Auctore colligimus. Ait enim Cæsarem, Pompeio mortuo, cùm res Africæ compositione indigerent, in Siciliam profectum, vt inde transmitteret in Africam. Cumque tempestatibus ibidem aliquamdiu retineretur, quo minùs traijceret, ob Dalmatarum, Iapudum, & Salassorum rebellionem & excursiones, reuocatum fuisse in Italiam. Africanos autem motus feliciter tum oppressisse videtur T. Statilius Procos. qui tum Africam obtinebat, & ideò triumphum meruisse, quem prid. K. Iulias hoc anno duxit. Et sanè eòdem spectare videtur denarius argenteus (quem penes Hubertum Goltzium virum Antiquitatis studiosissimum vidisse memini) à C. Memmio cusus, cum Neptuni capite, & Victoria quæ trophæum coronat, spoliis tam terra quàm mari partis onustum.

ANNI P. R. C. DCCXX.

Consules.

Imp. Cæsar. Diui. f. C. n. II. L. Volcatius L. f. //. n. Tullus
K. Ian. abd. in. eius. loc. fact. est
P. Autronius P. f. L. n. Pætus.
Ex. K. Mai. L. Flauius //. f. //. nepos.
Ex. K. Iul. C. Fonteius C. f. //. n. Capito. M'. Acilius //. f. //. n. Auiola
Ex. K. Sept. L. Vinucius //. f. //. nepos.
Ex. K. Oct. L. Laronius //. f. //. nepos.

A Mariano Consules proferuntur C. Cæsar Octauianus II. & L. Volcatius: à Cassiodoro C. Cæsar II. L. Volcatius; sed deest in exemplaribus reiterati à Cæsare Consulatus nota: nam hic secundus est, quem nono post primum anno gessit, vt auctor est Suetonius, & paucissimis, inquit, horis; nam Kal. Ianuariis, cùm manè pro æde Capitolini Iouis paululùm curuli sella præsedisset, honore abiit, suffecto alio. Hunc Consulatum Cæsar ex fœdere pacis contractæ (sicut anteà dixi) cum Sex. Pompeio gerere debuisset, nisi bello superatus & occisus fuisset. Collegam igitur sibi sumpsit L. Volcatium L. f. Tullum, vt eum appellat Dio, qui Cæsarem Antonij exemplo K. Ianuariis statim abdicasse dicit. Meminit eiusdem rei Appianus in Illyrica, sed perperàm Volcatius, Barbatius Tullus vocatur. Cæsarem enim scribit, vt iniret Consulatum, ex Dalmatia, vbi bellum gerebat, Romam rediisse; quem mensis initio ingressus, (ait) eamet die Antonio administratione præbita, ipse in Dalmatas iterùm procurrit, Triumuiratum adhuc retinens, licet iam secundi quinquennij terminus effluxisset. Eo loco item mendosè appellari Antonium, pro Autronio, suspicor. Tabulæ enim Capuanæ exemplar, in quo omnes eius anni Consules reperimus, P. Autronium Kal. Ianuariis Cæsari suffectum prodit. Is frater fortassis L. Autronij Pæti, qui quadriennio pòst Procos. ex Africa triumphauit: modò non idem sit, vt prænomen in exemplari tabulæ Capuanæ corruptum videri possit. Eadem reliquos eius anni suffectos Consules nobis profert, videlicet L. Flauium ex Kal. Maiis ad Kal. Iulias; qui Pæto (ni fallor) successit, cum is in Africam Tauro successurus mitteretur. Meminit L. Flauij Consulis à M. Antonio facti, & abdicati Dio, libri XLIX. fine, nisi Cluuius sit legendum. Χλαυί@ sanè, quemadmodum in Græco legitur, vitiatum nomen videtur. *Appianus bis correctus.* *P. Autronius Cos.* *Dionis castigatus locus.*

Kalendis Iuliis denuò alij duo Consulatum inierunt, C. Fonteius & M'. Acilius. Ex his Fonteius legatus M. Antonij in Asia fuerat: Capitonem Fonteium enim ante bellum Parthicum Antonius in Ægyptum miserat cum mandatis, vti Cleopatram adduceret in Syriam. Meminit eiusdem Horatius: *C. Fonteius.*

—— Capitoq; simul Fonteius ad vnguem
Factus homo, Antoni quo non magis alter amicus.

Pater videtur fuisse hic Fonteius C. Capitonis, quem habebimus Consulem in fragmentis Capitolinis anno DCCLXIV. De M'. Acilio Auiola legimus Consularem mortuum in rogo reuixisse, & quoniam subueniri non poterat, viuum crematum: Auctores sunt Plinius lib. VII. cap. LII. Val. Max. lib. primo cap. VIII. De L. Vinucio apud Auctores nihil quidquam me legisse memini: huius tamen denarius extat argenteus, excusus dum Triumvir esset monetalis sub Augusto. L. Laronius autem legatus Cæsaris fuit bello Siculo contra Sex. Pompeium, vt antè suo loco declaraui.

Bocho Mauritaniæ rege mortuo, regnum eius Cæsar nemini alij dedit; sed inter prouincias Romanas rettulit. Antonius cum exercitu ad Araxem profectus, quasi Parthis bellum illaturus, satis habuit cum Medorum Rege societatem iunxisse, cui partem Armeniæ nuper occupatæ dono dedit, & auxilia contra Parthos promisit, Medo vicissim aduersus Cæsarem auxilia promittente, si bellum ingruat.

Dalmatæ subacti pacem petierunt obsidibus datis, quibus tributo imperato pax data fuit. Signa item P. Vatinio quondam adempta reddere iussi sunt, quæ Cæsar in Octauia porticu Romę suspendit, cui triumphus ob bellum Illyricum confectum decretus; quem in aliud tempus reiecit. Omnia latiùs apud Dionem, Plutarchum, & Appianum in Illyrico. *Dalmatæ pacem petunt.*

Prætores.

L. Asellius //. f. //. n. * Rufus. Abdicauit, in eius locum factus est //. Asellius L. f. //. nepos. De quibus ita apud Dionem legimus: Et cùm L. quidam » Asellius Prætura propter diuturnum morbum se abdicaret, filium eius ei suffecit Cæsar. » In alterius autem Prætoris locum extrema magistratus die defuncti, alium ad reliquas » horas ordinauit. Mendose in Dionis exemplaribus Asyllius legitur. Asellios autem no- » minat Cicero in oratione pro Cluentio. An verò hic ille Prætorius, qui vt luxuriosus ab Horatio poëta notatur, quòd vsum ciconiarum comedendarum primus Romæ inuenisset, mihi quidem incertum:

Asellij Romæ.

Tutus erat rhombus, tutoq; ciconia nido,
Donec vos auctor docuit Prætorius. ———

Asellius sanè vocatur ille Prætorius ab Acrone, Rufus autem à Porphyrione, additque repulsam in Præturæ petitione passum, & idcircò tale epigramma metuisse:

Ciconiarum Rufus iste conditor,
Hic est duobus elegantior Plancis,
Suffragiorum puncta non tulit septem,
Ciconiarum populus vltus est mortem.

Atqui Cornelius Nepos haud contemnendus Auctor est, qui Diui Augusti principatu obiit, cùm scriberet turdos paulò antè cœptos saginari, addidit ciconias magis placuisse quàm grues: cùm hæc ales posteà Pliniano tempore inter primas expeteretur, illam nemo voluerit attigisse. Sic Plinius lib. x. cap. XXXIII.

Prouinciarum Rectores.

L. Autronius P. f. L. n. Pætus. Procos. Africam obtinuit. T. Statilio Tauro successisse videtur ex Consulatu, si L. Autronius appellandus erit, qui Cæsari K. Ian. suffectus, in Kalendas vsque Maias Consulatum gessit, velut Tabula monstrat Capuana. Nam Taurus deinde Romam ex Africa reuersus pridie Kal. Iulias triumphauit. Quadriennio ferè (si L. Pætus est) prouinciam obtinuit, vt triumphus eiusdem declarat.

T. Statilius. T. f. //. n. Taurus. Procos. Dalmatiam obtinuit. Quem Cæsar ad Consulatum profecturus Romam, ad residua belli Illyrici conficienda reliquit; Dalmatas, excluso vndique commeatu, fame & populationibus vsque adeò domuit & fatigauit, vt reuertenti post Consulatum Cæsari sponte se dediderint: Appianus in Illyrico, Dio libro XLIX.

Ædilis.

M. Agrippa in vrbem quæ contulit.

M. Agrippa L. f. //. nepos. Hic Ædilitatem, licet anteà Consul fuisset, sua sponte acceptauit, vt munificentia & liberalitate pop. Romanum sibi & suo Cæsari conciliaret. Ædificia publica ferè omnia refecit priuato suo sumptu; in primis vias & aquæductus vetustate dilapsos restituit; singulari cura compluribus salientibus aquis vrbem instruxit; cloacas vrbis expurgauit; & inductis vndique septem amnium riuis, quibus sordes deueherentur in Tiberim, per cloacas & meatus subterraneos Romam sub fundamentis suis nauigabilem fecit. Et ipse in hoc magistratu sub terra per cloacas in Tiberim nauigauit. Circum restaurauit. Delphines & oua erexit, quibus cursuum circuitiones ostenderentur. Ludos magnificentissimos edidit, conductis item pretio pueris, qui Troiæ ludum equestrem exhiberent. Denique tesseras in Theatrum proiecit, quibus argentum, vestis & varia munera spectatoribus offerebantur. Res quoque venales multas in medio positas, populo diripiendas dedit. Tonsores conductos ex suo præbuit; ad hæc oleum salemque ad balnea publice omnibus tam viris quam mulieribus gratis per annum. Præterea Mathematicos & Astrologos vrbe eiecit. Hæc latius Dio libro XLIX. Plinius libro XXXVI. cap. XV. & Frontinus de Aquæductibus, vbi corrige nomina Consulum, & adde, quas aquas induxerit.

ANNI P. R. C. DCCXXI.

Consules.

Cn. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus. C. Sosius C. f. T. nepos.
Ex. Kal. Iul. L. Cornelius . . f. . . n.
Ex. Kal. Nou. N. Valerius. . . f. . . n.

KALENDIS Ianuariis anni insequentis inierunt Cn. Domitius Ahenobarbus & C. Sosius, iam ante triennium designati, pace cum Sex. Pompeio reconciliata, velut ante ex Appiano demonstraui. Nominantur a Cassiodoro, Mariano, & Cornelio Nepote in vita T. Pomponij Attici, qui his Coss. mortuus est, Cn. Domitius, C. Sosius: in Tabulis Græcis, Ahenobarbus & Sosius: in argumento libri quinquagesimi Dionis, Cn. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus, C. Sosius C. f. C. nepos. Sed titulum triumphi quem ante de Iudæis duxit, sequi potius visum fuit: nam Titi nepotem appellat. Amicos & legatos M. Antonij fuisse hos constat, & pro anni parte solummodò Consulatum gessisse. Hinc Suetonius in Augustum scribit, M. Antonio hosti iudicato necessitudines remisisse, & amicos omnes, atque inter alios C. Sosium & Cn. Domitium tunc adhuc Consules. Tabula autem Capuana suffectos prodit ex Kalendis Iul. L. Cornelium, ex Kal. Nouemb. N Valerium. De quibus nihil certi apud Auctores alios reperio.

T. Pomponius Atticus quando mortuus.

Cæsaris & Antonij inimicitiæ in apertum bellum his Coss. eruperunt. Cùm enim C. Sosius Cos. Kal. Ian. in Senatu Cæsarem absentem grauiter accusasset, & multa in Antonij laudem dixisset; Cæsar Romam reuersus, territa armatis aduersa factione, habito Senatu in Antonium acerbe inuectus; testamentum eius apud Vestales repertum, de Cleopatræ liberis inter heredes nuncupatis, alienatisque populi Romani prouinciis aperuit, & recitari pro concione curauit. Et tantam Antonio apud populum inuidiam concitauit, vt absenti imperium abrogatum, Consulatus ademptus fuerit, quem anno sequenti gerere debebat. Cleopatræ bellum indictum; impunitas & laudatio decreta, qui Antonium deseruissent. Consules ambo qui partium Antonij erant, permittente Cæsare, Romam reliquerunt, & ad Antonium profecti sunt, quos multi e Senatu sequuti sunt. Vicissim ab Antonio ad Cæsarem non pauci desciuerunt, & in primis L. Plancus Procos. & M. Titius legatus. Hinc vtrimque belli apparatus fieri palàm cœpit: delectus habiti, conflata vndecumque auxilia. Igitur orbis Romanus denuò in partes discessit. Cæsari omnis Italia, Gallia, Hispania, Africa, Sicilia, Sardinia, Illyricum: Antonio Macedonia, Græcia, Thracia, Cyrene, Ægyptus, & Asia, Orientisque dynastæ & Reges omnes accesserunt. Vide Dionem libri quinquagesimi exordio, Plutarchum in Antonio, Liuium, Florum, Velleium, Orosium, & alios.

Dissensio Augusti & Antonij.

Bellum instauratum intestinum.

Trib. plebis.

. . Nonius . . f. . . n. Balbus. Edicto C. Sosij Cos quod Kal. Ianuarijs contra Cæsarem absentem promulgare volebat, intercessit: Auctor est Dio lib. quinquagesimo.

Quæstores.

C. Æmilius C. f. . . n. Flaccus Anianus. L. Brutius. L. f. . . nepos.

ANNI P. R. C. DCCXXII.

Consules.

Imp. Cæsar. Diui. f. C. n. III. M. Valerius. M. f. M. n. Messalla Coruinus.
Ex. K. Mai. M. Titius. . . f. . . n.
Ex K. Oct. Cn. Pompeius. . . f. . . n.

NOMINAT hos ita Dio: Marianus C. Cæsarem Octauianum III. M. Valerium Messallam habet: Cassiodorus omittens primum Cæsaris Consulatum, quem

C. Pansæ suffectus gessit, hoc anno C. Cæsarem II. & M. Messallam prodit: Tabulæ Græcæ Octauianum Augustum & Coruinum suggerunt, licet non suo loco; mendosæ enim eo loco sunt; quemadmodum & antea suo loco dixi. M. Antonius Cæsari collega in hoc tertio Consulatu destinatus erat tunc, cum pace cum Sex. Pompeio conciliata Consules in plures annos designarunt. Verum antequam iniret, Antonio absenti abrogatus à populo Consulatus, & in eius locum factus est M. Valerius Messalla Coruinus, qui ab Antonio proscriptus fuerat, vt apud Dionem legimus. Tertium autem hunc Consulatum anno interiecto post secundum gessit Cæsar, neque anno, vt ait Suetonius, integro. Suffectos igitur legimus in tabula Capuana, ex Kal. Mai. M. Titium, & Cn. Pompeium ex Kal. Octobris. Titius videtur, qui paulo ante cum L. Planco ab Antonio desciuerat ad Cæsarem.

Cæsar Augustus Cons. III.

M. Titius.

Imp. Cæsar cum classe & terrestribus copiis in Epirum transiit, & cum Antonio ad Actium nauali prælio congressus insignem victoriam reportauit, ipsum & Cleopatram in Ægyptum fugere coëgit ad IIII. Nonas Septembres, quo die primùm Cæsari soli vniuersus imperij Romani principatus cessit, quem per annos deinde XLIV. tenuit. Eadem die Cæsar adepta victoria Apollini, qui apud Actium colitur, naues hostium captas consecrauit, & postea templum amplificauit, ludos instituit Actiacos, & eo loco vbi castra habuit, vrbem exstruxit, quam Nicopolim appellauit.

Augusti principatus initium.

Actiaci ludi.

Prouinciarum Rectores & Legati in bello Actiaco.

C. Cilnius Mæcenas.

C. Cilnius //. f. //. n. Mæcenas. Eques Rom. Imp. Cæsaris absentis nomine vrbem atque Italiam administrauit, M. Lepidum, M. Lepidi III. viri filium anno insequenti per coniurationes contra Cæsarem bellum in Italia molientem oppressit & occidit: Dio, Velleius, Liuius, Tacitus lib. V.

C. Albius C. f. . n. Carrinas. Procos. Galliam vlteriorem obtinuit. Morinos, & alios quosdam populos qui vnà rebellauerant, subegit: Sueuos Rhenum magna manu transeuntes reppulit, vt apud Dionem legimus. Subindicat autem eius triumphus, quem posteà cum Cæsare gessit, hoc quasi anno res in Gallia ipsum gessisse.

M. Agrippa L. f. //. n. Procos. Præfectus classis Cæsarianæ. Leucada, Patras, & Corinthum cepit, à Cæsare posteà ob victoriam naualem vexillo cæruleo donatus: Dio, Velleius, Plutarchus, Zonaras, & Orosius lib. VI. cap. IX.

M. Larius //. f. //. nepos. L. Arruntius //. f. //. nepos. Legati classis Cæsarianæ: Velleius. L. Tauresium videtur hunc appellare Dio, sed nescio an rectè.

T. Statilius T. f. //. n. Taurus. Procos. terrestres copias Cæsaris duxit: Plutarchus, Velleius.

C. Sosius C. f. T. n. L. Gellius L. f. L. n. Poplicola. Procoss. Præfecti classis Antonianæ: Dio, Velleius, Plutarchus, & alij.

P. Canidius P. f. //. n. Crassus. Procos. terrestres Antonij copias duxit. Post prælium nauale Actiacum legiones deseruit, & ad Antonium profugit; tandem captus, Cæsaris iussu occisus est: Velleius, Plutarchus, & Orosius, vbi male Caninius.

//. Pinarius //. f. //. n. Scarpus. M. Antonij legatus in Cyrenaica, legiones quatuor exercitum ad defensionem Ægypti obtinuit, quas anno sequenti ad Cæsarem deficiens Cornelio Gallo tradidit: Dio lib. LI. Orosius libro VI. cap. XIX. Eius adhuc reperiuntur denarij argentei cum Hammonis capite, & Victoria.

Q. Didius //. f. //. n. Syriam obtinuit M. Antonij nomine. post cladem Actiacam defecit ad Cæsarem: Dio lib. LI.

Quæstor.

M. Æmilius C. f. //. n. Anianus Flaccus.

ANNI

ANNI P. R. C. DCCXXIII.

Consules.

Imp. Cæsar. Diui. f. C. n. IV. M. Licinius M. f. M. n. Crassus.
Ex. Kal. Iul. C. Antistius //. f. //. n. Vetus.
Ex. Eid. Sept. M. Tullius M. f. M. n. Cicero.
Ex. Kal. Nou. L. Sænius //. f. //. nepos.

CONTINVASSE Cæsarem suos Consulatus, auctor est Tranquillus, à tertio vsque ad vndecimum, & quartum non Romæ, sed in Asia iniuisse, cum iam Imperator sextùm, vt ait Orosius, post victoriam Actiacam appellatus, & Consul quartùm cum M. Licinio Crasso factus esset. Nominant itaque in hunc annum Consules Cassiodorus, Marianus, Tabulæ Græcæ, Eutropius, & Dio, Cæsarem IV. & M. Licinium M. f. Crassum. Et quamuis Tranquillus hunc Cæsaris Consulatum non numeret inter eos quos annuos gessit, Dio tamen anno toto Consulem fuisse Cæsarem affirmat, cuius sententiam sequi etiam videntur Plinius & Plutarchus. Tabula item Capuana suffectos prodit M. Crasso in primis ex Kal. Iulijs C. Antistium Veterem, qui Quæstor in Syria, & post legatus Cæsaris bello Siculo fuerat. Antistio deinde M. Tullium Ciceronem ex Idibus Septembribus; Ciceroni autem ex Kal. Nouemb. L. Sænium successisse. De M. Tullio Ciceronis oratoris filio Plutarchus cum Dione scribit, paulò post debellatum Antonium, Cæsarem Consulem factum, sibique collegam in eo magistratu delegisse Ciceronis filium. Quo Consule Senatus decreto statuas Antonij deiectas, memoriam ornamentaq; eius abolita, statutumq; ne quis imposterum ex gente Antonia Marci prænomine vteretur. Atq; ea ratione factam vltionem extremam mortis Tullij filio Consule. Plinius libro XXII. cap. VI. refert Augustum cum M. Cicerone filio Consulem Idibus Septemb. a Senatu obsidionali corona donatum fuisse: Quæ res, inquit Seneca de Beneficiis libro IV. Ciceronem filium Consulem fecit, nisi pater? Syriam Procos. posteà obtinuit: Seneca Suas. I. fine, Appianus Ciuilium lib. IV. *Augustus quartùm Cos.* *M. Tullius Cicero Oratoris f.*

Cæsar in Ægyptum cum exercitu transiit, Pelusium ac Paretonium occupauit, M. Antonium obsedit, qui in vltima rerum desperatione, cùm in conspectu suo classis atque exercitus sui transirent ad Cæsarem, semet interemit: Cleopatra simul cum gazis & vrbe Alexandria in potestatem Cæsaris redacta, exemplo Antonij & ipsa, ne in triumphum duceretur, voluntaria morte occubuit. Cæsar Ægyptum in prouinciæ formam redegit, & tributariam fecit. Vide Dionem, Plutarchum, Velleium, Orosium, & alios. *Augustus Ægyptum in prouinciæ formam redegit.*

Prætores.

T. Carisius //. f. //. nepos. M. Vinucius P. f. //. nepos

Qui ex lege Augusti quinquennio pòst prouincias ex Prætura administrarunt, vt suo loco demonstrabimus.

Prouinciarum Rectores.

Cn. Cornelius //. f. //. Gallus. eques Romanus Legatus Propr. Ægyptum primus obtinuit. Prouinciam illam vbertate & pecuniarum copia abundantem nulli Senatori committere ausus fuit Cæsar, suspectam habens Ægyptiorum leuitatem, & nouarum rerum studio gentem deditissimam esse non ignorans. Eadem scribit Tacitus libro XVII. prouinciarum statum describens qui erat ante bellum Vitellianum: Ægyptum copiasque (inquit) quibus coërceretur, iam inde a Diuo Augusto eq. Rom. obtinent loco regum. Ita visum expedire, prouinciam aditu difficilem, annonæ fœcundam, superstitione ac lasciuia discordem & mobilẽ, insciam legum, ignaram magistratuum domi retinere. Hæc ibi Tacitus. Dedit igitur iurisdictionem Augustus in prouincia Prætoriam, eorumq; decreta perinde haberi voluit, ac si magistratus Romani cõstituissent, vt idẽ Tacitus lib. XII. ait. Mox & aliis prouinciis equites Rom. præfecti sunt, eodem iure atque exemplo, vt Iudææ, Cappadociæ, Ponto, Bithyniæ; vt postea cõstabit. Claudius pro equitibus aliquãdo libertos etiam præfecit. Procuratores vocat plerumq; Tacitus, quibus Claudium omne ius suum tradidisse dicit: eorumq; edicta vt sua haberi rata voluisse. Fuit autẽ, vt Auctores consentiunt, hic Cornelius Gallus poëta, cuius Ouidius & alij meminerunt, quemque in Bu-

in Bucolicis solatur Virgilius spretum à Cytheride, vel Lycori, vt eam appellat, amica; quæ illo deserto M. Antonium in Galliam cum exercitu tendentem sequuta erat, vt apud Seruium legimus. Exhausisse variis modis prouinciam scribit Ammianus Marcellinus libro XVII. Itaque ab Augusto destitutus, & extra prouincias suas relegatus, cum à diuersis repetundarum accerseretur, metu nobilitatis acriter indignatæ, cui caussam commiserat Cæsar cognoscendam, stricto ferro incubuit. Quod triennio pòst accidisse Dio demonstrat, qui Cornelium Gallum vocat, vt Suetonius & alij. At Eutropius Cn. Cornelium Gallum, cum suo prænomine. Meminitque & Sex. Aurelius Victor.

M. Valerius M. f. M. n. Messalla Coruinus. Procos. Galliam Narbonensem obtinuit, quemadmodum pòst in eius triumpho.

ANNI P. R. C. DCCXXIV.

Consules.

Imp. Cæsar. Diui. f. C. n. v. Sex. Appuleius Sex. f. Sex. nepos.
Ex. Kal. Iul. Potit. Valerius .. f. .. n. Messalla

RECENSENTVR Consules à Dione Cæsar v. Sex. Appuleius Sex. f. Sic etiam in Tabulis Græcis & Capuana, quæ hoc anno Consules suffectos nullos adijcit. Dio tamen auctor est, Potitum Valerium Messallam in parte anni successisse Sex. Appuleio, & propter aduentum Cæsaris sacrificasse pro Senatu & populo Rom. Zonaras bouem immolasse Consulem scribit, ob Cæsaris aduentum, quod nulli prius acciderat. Suetonius autem Capuanis Tabulis conueniens, hunc quintum Cæsaris Consulatum inter eos numerat, quos continua annorum serie continuauit, quem non Romæ, sed in Samo insula inijsse scribit. Dio hunc annum vrbis DCCXXV. appellat, & ita etiam Orosius, qui item Consules nominat, sed perperam L. Appuleius legitur in vulgatis exemplaribus. A Mariano recensentur C. Cæsar Octauianus v. & Sex. Appuleius.

Cæsar confecto Alexandrino bello, rebus in Ægypto constitutis, per Asiam & Græciam reuersus est, cui aduenienti Senatus quamplurimos & insuetatos honores decreuit: vti apud Dionem, & Orosium libro VI. latiùs.

Qui prouincias rexerunt.

T. Statilius T. f. .. n. Taurus Procos. Hispaniam citeriorem obtinuit. Cum Cantabris, Vaccæis, Asturibusque bellum gessit: Dio lib. LI.

.Nonius .. f. .. n. Gallus. Legatus Cæsaris vlteriorem Galliam obtinuit. Treuiros Germanorum auxiliis fretos & rebellantes subegit: Dio ibidem. Is C. Carrinati, qui hoc anno Romam ad triumphum rediit, successisse videtur.

M. Licinius M. f. M. n. Crassus. Procos. Macedoniam obtinuit. Dacos, Basternas, Getas, Thraces, & Mysios subegit: Dio, Liuius lib. CXXXIV. Florus libri quarti fine, Zonaras libro II.

L. Sempronius L. f. L. n. Atratinus Procos. Africam obtinuit. Consul quinquennio antè fuit. L. Autronio ad triumphum hoc anno decedenti successisse videtur. Ipsum deinde anno DCCXXXII. ex eadem prouincia triumphasse docent Capitolina marmora.

Imp. Cæsar Diui. f. C. n. III. Cos. v. an. DCCXXIV.
de Pannonicis, Delmatis, Iapudibus, &
Galleis. VIII. Idus. Sextil.
C. Albius C. f. Carrinas Procos. de Galleis. an. DCCXXIV.
Morineis & Sueueis. VIII. Idus. Sextil.
Imp. Cæsar. Diui. f. C. n. IV. Cos. v. ann. DCCXXIV.
ex. Macedonia. VII. Idus. Sextil.
Imp. Cęsar. Diui. f. C. n. v. Cos. v. an. DCCXXIV.
ex. Ægypto VI. Idus. Sextil.

Honores Augusto decreti. Cæsari Romam ad triumphum redeunti, Senatus, vt dixi, varios decreuit honores, quibus paulatim omne imperium potestatemque Reip. in vnum ipsum transtulit. Decreta est

ta est illi Tribunitia potestas quamdiu viueret,auxiliumque ferre posset implorantibus ipsum intra pomœrium atque extra,vsque ad quingentos passus, quod nemini ante Tribuno plebis concessum fuerat: vtque ad eum prouocationes fierent, non vt ante ad populum: vtique in iudiciis quibuscumque sententiam dicere posset,vtique eius acta omnia Kal. Ianuarijs,ineuntibus nouis Consulibus,quotannis iuramento confirmarentur; vt in votis,non solùm publicis,sed etiam priuatis,pro eius salute libaretur;vota seorsim pro eodem conciperentur;Sacerdotum numerum ex arbitrio suo augeret ; Ianum clauderet. Cuius rei in memoriam extant adhuc temporis nummi eius quamplurimi,cum Iani templo clauso & Prouidentiæ titulo,tamquam pax vbique terrarum sua prouidentia fuisset parta,cùm tamen adhuc in armis essent Treuiri cum Germanis, Vaccæi,& Cantabri.quæ bella tum nullius momenti , ciuilibus maxime oppressis discordijs, reputabantur. Addamus item adulatoria ex multis quædam. Decretum, vt tribus Iulia ab eo denominaretur ; corona & habitu triumphali vt ipse passim in solemnibus vteretur ; currus ipsi statueretur in foro. Basis,cum intereat,marmoreæ pars quædam eo fori loco effossa est,titulumque inscriptum ipse cùm Romæ essem,hunc legi:

SENATVS. POPVLVSQ. ROMANVS
IMP. CAESARI. DIVI. IVLI. F. COS. QVINCT
COS. DESIG. SEX. IMP. SEPT
REPVBLICA. CONSERVATA

Redeunti ad vrbem, virgines Vestales,Senatus,populusque obuiàm prodire voluit,quod tamen non permisit; tres autem deinde curules triumphos, vt ait Suetonius,duxit continuo triduo,Dalmaticum,Actiacum vel Macedonicum,& Alexandrinum. Eodem ordine recensent etiam hos triumphos Liuius & Dio. Seruius Grammaticus hos Maronis versus lib. VIII. declarans:

At Cæsar triplici inuectus Romana triumpho
Mænia,dIs Italis votum immortale sacrabat.

» Tres,inquit,Augustus triumphos egit.Nam primo die triumphauit exercitus qui Anto-
» nium,secundo qui Dalmatas deuicerat , tertio ipse cum Alexandrino ingressus trium-
» pho est. Mense Sextili ipsum triumphasse testatur Macrobius,& idcircò Augusti nomen postea mensem illum fuisse sortitum.Satis item insinuat Dio , æstate huius anni primùm redisse in Italiam,qua Potitus Valerius Consul Sex. Appuleio suffectus,ob Cæsaris aduentum Romæ sacrificauit.Inter alia item,quæ post triumphum egit Cæsar,& hoc recenset, quòd Victoriæ statuam in Senatu reposuerit,& dedicarit. Quam v. Kal. Sept. in Curia dedicatam fuisse, in Fastis Pontificalibus annotatum est,velut Tabulæ Maphæorum antiquæ declarant. Mendosus itaque videtur Orosij codex lib. VI. cap. XX. cùm VIII. Idus Ian. non Sextiles Cæsarem triplici triumpho Romam ingressum prodat. Dio primum triumphum de Pannoniis,Dalmatis,& Iapudibus , nonnullisque Galliæ & Germaniæ populis Cæsarem duxisse refert. Triumphasse simul cum eo C. Carrinatem legatum Procos.etiamsi pater eius à Sulla fuisset proscriptus & occisus , atque ideò lege Cornelia cum aliis proscriptorum filiis à magistratuum administratione & honoribus pelleretur. Cæsar tamen eidem concessit triumphum, quòd Morinos rebellantes subegisset,Sueuos repulisset,& quòd suis auspiciis eam victoriam reportasset. Secundo autem die de nauali Actiaco prælio triumphasse Cæsarem scribit Dio. Tertio deinde,de Ægypto subacta;qui triumphus sumptu & splendore priores duos longo interuallo superauerit. Cleopatra enim,licet mortua, non infima pars pompæ fuit, morsq; eius repræsentata per imagines, ductique ante currum liberi duo,ex ea quos habuerat Antonius,quosque Solem & Lunam appellare consueuerant,vt auctores sunt Eusebius & Dio. Tantam in hoc Alexandrino triumpho gazam aduexisse,tantamq; pecuniæ vim sparsisse, testantur Suetonius & Dio, vt summam rei nummariæ copiam effecerit,vtque fœnore à drachma ad trientem redacto,pretiis agrorum plurimum accesserit. Post triumphum verò Capitolium & templum D. Iulij & Basilicam spoliis Ægyptiis ornauit,& in cellam Capitolini Iouis, vt Suetonius tradit,sedecim milia pondo auri,gemmasque & margaritas quingenties HS. vna donatione contulit . Cleopatræ item statuam auream in Veneris templo posuit . Ludos item in consecratione ædis Iuliæ magnificentissimos , in quibus etiam Q. Vitellius Senator in arena depugnauit. Troiæ item ludum edidit. Vide Dionem, Suetonium, Zonaram, & alios.

Paullus Orosius correctus.

Tertius Augusti magnificentissimus triumphus.

Alexandrino triumpho qua ab Aug. gesta.

L. AVTRONIVS. P. F. L. N. PÆTVS. PRO. A. DCCXXIV
COS. EX. AFRICA. XVII. K. SEPTEMBR

Ex fragmento Capitolino colligere est,hoc item anno XVII. Kal. Septembris L. Autronium

nium ex Africa triumphasse, quem T. Statilio post Consulatum successisse, & per quadriennium fere prouinciam obtinuisse superiùs dixi. Sed de eius rebus in Africa gestis nihil me legisse memini. Ex triumpho saltem constat, non quieuisse per ea tempora prouinciam. Vidimus etiam argenteos denarios huius triumphum repræsentantes cum Romæ capite, & togato in quadriga triumphali, adiuncto titulo: L. AVTRONIVS. PÆTVS. PROCOS. EX. S. C.

ANNI P. R. C. DCCXXV.

Consules.

Imp. Cæsar. Diui. f. C. n. VI. M. Agrippa L. f. n. n. II.

ITA produnt hos Consules Tabula Capuana & Dionis argumentum libri LIII. Orosius & Tabulæ Græcæ Augustum Cæsarem VI. & M. Agrippam II. Marianus C. Cæsarem Octauianum VI. M. Agrippam II. Cassiodorus, vt dixi, primum Cæsaris Consulatum negligens, quintum hunc esse dicit. Quinque medios Consulatus, videlicet ab hoc sexto vsque ad vndecimum, annuos gessit Cæsar, sicut apud Tranquillum legimus.

Cæsar more maiorum fasces cum Agrippa collega suo partitus est, plebem muneribus & Ludis magnificentissimus, frumentoque delinitum sibi conciliauit, Senatores pecunia iuuit, ærarium publicum priuata pecunia sua vel mutuò sumpta sustentauit, instituitque vt administrationi ærarij quotannis duo Prætorij præficerentur. Nomina vetusta ærario debita publicis tabulis incensis deleuit, sponsionesque omnes ante bellum Actiacum Reip. factas sustulit. Cumque multa bellis ciuilibus, Lepido & Antonio maximè dominantibus, inique constituta essent, ea omnia vnico edicto rescidit, sexto Consulatu suo legum earum termino constituto. Quibus omnibus gratiam hominum nactus, ad imperium sibimet ex ciuium voluntate stabiliendum viam aperuit. Vide Dionem lib. LIII. Orosius & Honorius Augustodunensis Cæsarem in sexto Consulatu, Iani, quas anno superiore clauserat, portas rursum aperuisse tradunt, ob bellum Cantabricum.

Imp. Cæsar. Diui. f. C. n. M. Agrippa. L. f. Lustr. sec. LXXII.

Census sub Augusto. Imp. Cæsar censum anno superiore, cùm Romam reuersus triumphasset, inceptum, hoc anno cum M. Agrippa collega peregit, & Lustrum condidit. Censa eo Lustro fuisse ex Eusebio & Mariano colligimus ciuium quadragies semel centena & sexaginta quatuor millia. Auctorem habemus Dionem, cui astipulatur Capuanæ Tabulæ fragmentum, vbi Consulibus his adiungitur de Cæsare ita:

IDEM. CENSORIA. POTEST. LVSTRVM. FECIT

Quapropter in hæc verba Tranquillus in Augusto; Recepit, inquit, & morum legumque regimen æque perpetuum, quo iure, quamquã sine Censuræ honore, censum tamen populi ter egit; primum ac tertium cum collega, medium solus. Igitur de primo eius censu hæc partim ex ipso Suetonio, partim ex Dione & Velleio. Senatum legens, princeps Senatus ipse dictus est. Senatorium in primis censum ampliauit, ac pro octingentorum milium summa, duodecies centies HS. taxauit, suppleuitque non habentibus: cùm tamen anteà eius ordinis numerum superfluum ad modum pristinum redegisset, reiecta *Senatorum Census.* deformi inconditaque turba indignissimorum, qui post mortem Cæsaris per gratiam vel premium in Curiam irrepserãt bellis ciuilibus, quos abortiuos vulgus vocabat. Ex quibus quinquaginta vltrò Senatu cesserunt, quos oratione compulit ad semet excusandi verecundiam, persuadens vt suæ conditionis ac meritorum memores seipsos censerent: quibus tamen seruauit insigne vestimenti Senatorij, locum in theatro, epulandiq; publicè ius. Deinde centùm quadraginta coëgit vt imitarentur priores illos, sed nihil insignioris adiecit notæ, quam quod nomina eorum expunxerit ex publico. Sed Q. Statilium inuitum Tribunatu, cui destinatus erat, prohibuit. C. Cluuium & C. Silanum inter Consulares legit, quamuis amplissimum magistratum ab aliis præuenti nondum gessissent, sed designati tantum fuissent. Requisitus a Senatu, patriciorum numerum bellis ciuilibus exhaustum suppleuit Sænia siue Sentia lege, cuius meminit Tacitus libro XI. in Claudij Censura; Exhaustis, inquit, etiam familiis quas Dictator Cæsar lege Cassia, & princeps Augustus lege Sęnia sublegère. Hanc L. Sænium Tribunũ plebis tulisse arbitror. Aliter Ant. Augustinus lib. de Legibus. Edixit quoque, ne quis Senator iniussu suo extra Italiam abiret: cauens in posterum paci & securitati suæ, ne in prouinciis auctoritate præditus aliquis res nouas moliretur. In equitum turmis recognoscendis aliquanto seuerior *Equitum Census.* fuit.

fuit. Impetratis enim à Senatu decem adiutoribus, vnumquemque equitum rationem vitæ reddere coëgit, atque ex improbatis, alios pœna, alios ignominia notauit. plures admonitione, cuius leuissimum genus fuit traditio coram pugillarium, quos taciti & ibidem statim legerent. Notauitque aliquos, quòd pecunias leuiore vsura mutuati, grauiore fœnore collocassent. Plebis autem censum non more maiorum, sed vicatim, exemplo Diui Iulij egit. Etenim habitum vestitumque pristinum reducere studuit: foro, Circóve per Ædiles arcens non togatos. Leges insuper retractauit, vel sanxit, vt sumptuariam, de maritandis ordinibus, de ambitu, de adulteriis, de pudicitia. Vide Hotomannum libro de legibus, & Horatium lib. IV. Carm. Ode V. Legem autem de matrimoniis aliquanto seueriùs emendauit: quam vt persuaderet, Q. Metelli Censoris, qui prius eam tulerat post bella Punica, vt ciuitati liberis capitibus exhaustæ consuleret, orationem in Senatu recitauit. Præ tumultu tamen recusantium, eam perferre non potuit, nisi adempta vel lenita pœnarum parte, & vacatione triennij data, auctisque præmiis eorum qui plures procreassent liberos. Denique ne tam graue census postmodum agendi munus esset, pluresque partem reip. capesserent, noua excogitauit officia. Triumuiratum Senatus legendi; & alterum recognoscendi turmas equitum, quotiescumque opus esset, curam item operum publicorum, viarum, riparum & aluei Tiberis, & frumenti diuidundi: quæ postmodum in vsu fuerunt. Vrbem quoque inundationibus & incendiis obnoxiam excoluit, adeò pro maiestate imperij ornatam, vt iure postea sit gloriatus, Suetonio & Eutropio testibus, se marmoream relinquere, quam latericiam accepisset. Inter publica quæ fecit opera, præcipua fuere forum cum æde Martis Vltoris, ædes Iouis Tonantis in Capitolio, Apollinis templum in Palatio cum Bibliotheca, quod in hac Censura perfecit, & dedicauit. Reliquasque quamplures ædes sacras vetustate vel incendio absumptas & collapsas refecit. Quò autem faciliùs vndique vrbs adiretur, desumpta sibi Flaminia Ariminotenus munienda, reliquas Triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuit. Eam ob caussam arcus cum statuis illi sunt positi, vt tradit Dio, tam Arimini, quàm ipso ponte Tiberis. Eò spectat argenteus nummus Augusti cum arcu, trophæis & statuis pleno, & inscriptione, *Census plebis.*

QVOD. VIAE. MVNITAE. SVNT

Prouinciarum Rectores.

Sex. Appuleius. Sex. f. Sex. n. Procos. Hispaniam obtinuit. Docent enim Tabulæ Capitolinæ, ipsum mense Ianuario anni DCCXXVII. triumphasse ex Hispania, de cuius tamen rebus gestis nihil apud Auctores reperio. Fortassis Tauro successit hoc anno in Hispania citeriore, & cum Cantabris Vaccæisque bellum gessit, quos in motu tum fuisse satis constat.

ANNI P. R. C. DCCXXVI.

Consules.

Imp. Cæsar Diui. f. C. n. VII. Qui. in. hoc. honore. AVGVSTVS. appellatus. est. M. Agrippa L. f. . n. III.

NOMINAT ita Consules Dio; sed in exemplaribus Græcis corrupta est numeri nota apud Agrippam, vbi Consul quartum perperam proditur in argumento lib. LIII. Cassiodorus more suo sextum hunc Cæsaris Consulatum numerat. Tabulæ Græcæ & Censorinus Cæsarem Octauianum VII. & Agrippam produnt; & recte, si & hic numerum addas. Nam Marianus C. Cæsarem Octauianum VII. & M. Vipsanium Agrippam III. prodit. Cæsar, comparatis sibi Senatorum plurimorum suffragiis, quorum sibi maximè spectata fides erat, Eidibus Ianuariis frequentissimo Senatu orationem simulatam habuit de deponendo imperio, qua Senatui populoque libertatem, leges, vectigalia, reditus, arma, prouincias se reddere declarauit. Itaque effecit hac arte, cum se velle deponere Monarchiam simularet, vt eadem illi à Senatu populoque confirmaretur. Omnes enim intellecta eius oratione, alij quòd fidem verbis non haberent, alij quòd grauiora damna ex populari administratione metuerent, præsentem statum præferentes; alij quòd eius offensionem timerent, si aliter facerent; vno ore precibus contenderunt, vt ipse imperium feliciter cœptum retineret & continuaret. Vtque tutior esset, corporis

ſui cuſtodibus duplex ſtipendium decreuerunt, vt pro eius ſalute diligentiùs vigilarent. Igitur quaſi coactus Imperium ſuſcepit ad tempus, nempe in decennium: hoc enim temporis ſpatio ſe Remp. in tutum & tranquillum ſtatum conſtituere poſſe dixit: addens, ſi citius res compoſuiſſet, citius ſe Imperium redditurum. Decennio tranſacto, cauſſans res nondum compoſitas, quinquennium rurſus popoſcit; deinde alterum quinquennium; pòſt denuò decennium, ac tertiùm poſtremò etiam decennium petiit, & impetrauit. Atque ita decenniorum quinquenniorumque ſucceſſione, Imperium, quod ad tempus videbatur obtinere, quamdiu vixit continuauit. Hinc conſuetudo permanſit, vt reliqui etiam Imperatores, qui ſucceſſère, quamquam non in certum tempus, ſed in omnem vitam Imperium ſuſciperent, tamen decimo quoque anno ſacra facerent, & feſtos agerent dies, quaſi cum Imperium renouarēt: quæ Quinquennalia, Decennalia, Vicennalia, & Tricennalia Cæſarum vocabātur. Vota inſuper Decennalibus feſtis publicè in proxima decennalia pro ſalute Imperatoris concipiebantur. vtpote ſi Iupiter, diiq; deæq; omnes per inſequens quinquennium decenniúmve Imperatorem ſanum, ſaluum ac proſperum ſeruaſſent, iis ſacra ludique publicè fierent. Cuius frequens mentio eſt apud Auctores. In marmoribus autem & nummis antiquis plurima adhuc extant exempla. Hac autem ratione Cæſar Imperium quod armis quæſierat, ex voluntate hominum quaſi legitimum ſibi fecit, & popularem ſe demonſtrans, ſtabiliuit. Nam licet omnem Reip. curam recepiſſet, negauit tamen omnes ſe obtinere velle prouincias, aut quas regendas ſuſcepiſſet, ſemper retinere; ſed eas cum Senatu populoque communicare. Ideoque pacatiores imbelliorésque prouincias, quæ minime exercitibus indigerent, Senatui populoque commiſit, ſibi reſeruans bellicoſiores, & quæ plus periculi oſtenderent, vicinos hoſtes haberent, vel nouos ipſæ motus excitare poſſent: atque ſub ea ſpecie, vt ipſe laboribus & periculis obiectus videretur, populus Rom. tamen tutò bonis Imperij perfrueretur. At vt verè ſe res habet, ſub eo prætextu populum inermem tenuit, & ad ſe ſolum arma legionesque tranſtulit. Senatui populoque igitur Africam, Numidiam, Aſiam cum Epiro, Græciam, Dalmatiam, Macedoniam, Siciliam, Cretam cum Cyrene, Bithyniam cum Ponto finitima, Sardiniam atque Hiſpaniam Bæticam adſcripſit; ſibi vero reſeruauit reliquam Hiſpaniam Tarraconenſem, & Luſitaniam, Gallias Narbonenſem, Lugdunenſem, Aquitaniam, Celticam, & earum colonias: item Cæleſyriam, Phœnicem, Ciliciam, Cyprum, Ægyptum, in quibus prouinciis exercitus & præſidia erant. Ex his tamen poſteà Cæſar Cyprum ac Narbonenſem Galliam populo reddidit, ac Dalmatiam pro iis recepit. Qualis permutatio & poſteà ſæpe facta fuit. Recenſui autem prouincias hoc modo, quoniam nunc earum quæuis ſuum peculiarem habet Præfectum, cùm anteà binis ternisve ſinguli præfuerint. Deinde vtriuſque ſortis prouinciis Senatorios præfecit, Ægypto tantùm equeſtris dignitatis virum ob cauſſas ſuprà memoratas. Annuas autem eorum Præfecturas eſſe iuſſit, qui Senatus nomine mitterentur, gladio & habitu militari non vterentur, velut in pace gubernantes, ideoq; ius plectendi capite in milites non haberent. Proconſules autem eos dici voluit, non modò Conſulares, ſed etiam Prætorios, vel eorum loco qui haberentur. Lictores & inſignia Imperij haberent, velut in vrbe, quæ ſuſciperent ſtatim atque extra pomœrium veniſſent, & vſque in reditum ad vrbem ſeruarent. Qui verò non Conſulares, non Prætorij eſſent, ipſe delegit, ac Legatos pro Prętore nominauit; quibus hoc ampliùs dedit, vt ius plectendi capite militem haberent, gladium & habitum militarem geſtarent, non annuo imperio, ſed quamdiu Imperator ſtatuiſſet, prouincias obtinerent. Quæ extraordinaria imperia vocat Tranquillus in Othone, eò quòd extra ordinem illa Imperator, quibus vellet, daret. Sex vterentur lictoribus omnes qui pro Conſulibus non eſſent, nomenq; inde apud Gręcos habēt ἑξαπέλεκεις, Conſularibus Africam & Aſiam, Prætoriis reliquas prouincias aſſignauit. Omnibus ex æquo interdictum, ne ante quintum annum à geſto in vrbe magiſtratu prouincias ſortirentur; Tiberij autem tempore non ante decennium, vt ad omnes tandem qui vrbanos magiſtratus geſſiſſent, prouinciale imperium perueniret. Legibus autem tenebantur his pariter omnes, Vti Senatus Imperatorisve iniuſſu delectus militum non haberent, Pecuniam extraordinariam non exigerent: Vtique cui ſucceſſor miſſus eſſet, ſtatim prouincia decederet, atque intra tertium menſem Romam rediret. Hæc atque alia plura, quæ latiùs enarrat Dio, tum ex Senatus conſenſu conſtituit Cæſar, eidemque quamplurimi honores ob hæc decreti, veluti qui Remp. in tranquillum priſtinumque ſtatum reſtituiſſet. Tum laurus cum corona ciuica decreta perpetuo ante fores domus ſuæ in palatio: quæ quotannis Kal. Martiis renouabatur, tamquam qui hoſtes viciſſet, & ciues ſeruaſſet. Hinc varij adhuc reperiuntur eius rei in memoriam excuſi nummi a III. viris monetalibus eius temporis cum corona & laureis ramis, & hoc plerumque elogio, OB. CIVEIS. SERVATOS.

Vota decennalia pro Imperatoribus.

Vide Strabonem in fine XVII. libri.

Proconſules qui tum dicti.

Laurea in nummis corona quid.

Addi-

Additum, vt domus eius vbicumque maneret, ſemper Palatium diceretur; quòd in eo monte habitaret, vbi Romulus vrbis conditor ædes ſuas habuiſſet. Atque hinc in conſuetudinem abiit, vt ædes Imperatorum ac Principum Palatia appellentur. Tum denique cùm diu in Senatu de nouo Cæſaris cognomine diſceptatum fuiſſet, an Romulus appellari deberet, velut qui vrbem & imperium denuò condidiſſet: magis placuit ex Munatij Planci ſententia, vt AVGVSTVS appellaretur. quod cognomen ſanctius & reuerentius viſum, vt etiam viuus nomine & titulo conſecraretur. Cuius vim cognominis pulchre explicat Ouidius Faſtorum libro primo, vt ea quæ augurato facta ſunt, Auguſta propriè dicantur, nempe ab auium geſtu, vel guſtu: quod & Ennius teſtatur, Auguſto augurio Romam conditam dicens. Pontificale igitur hoc vocabulum, & in ſacris tantummodo vſurpari ſolitum, hoc anno in cognomen verti cœpit, quod maximum Imperij poſteà fuit, vt qui rerum potiretur, Cæſar & Auguſtus appellaretur. Cæſar tantummodò is, qui ſucceſſor ab eo & heres Imperij declaratus eſſet, vt patet ex Spartiano, Capitolino, Marcellino, & alijs, qui poſt Tranquillum & Tacitum vitas Imperatorum ſcripſêre. Hoc itaque Monarchiæ principium in Imperio Romano fuit, quemadmodum diffusè & pulchre deſcribit Dio libro LIII. obiter autem Suetonius, Velleius, Tacitus, Cenſorinus, Oroſius, Zonaras, & alij plures, quos ſæpe citauimus. Ceterùm de huius M. Agrippæ tertio Conſulatu olim eſſoſſus lapis in cacumine montis Albani, deſcriptuſque à Nicolao Florentio Batauo, anno ſæculi illius CIↃ.IↃ.LXX. & ad me miſſa inſcriptio iſthæc, cùm iam Romam perlatus eſſet ad Fuluium Vrſinum virum doctiſſimum. Apponam autem, ſi cui ſupplere volupe ſit aut legere:

Auguſtus primùm dictus.

Auguſta, quæ.

Ann. V. C. 726.

M. AGRIPPA. III. COS
NON. . . MAI
VALETVDIN. IMPEDITVS. FVIT

727.

T. STATILIO. TAVRO. II. COS
K. MAI
HISPANIA. FVIT

728

M. IVNIO. SILAN. COS
NON. IVN
CAESAR. IN. HISPAN. FVIT

729.

C. NORBANO. FLAC. COS
EID. IVN
CAESAR. VALETVD

730.

CN. CALPVRN. PISONE. COS
. . . . IVL
CAESAR. IN. MONTE. FVIT
CAESAR. COS. ABDICAVIT
K. NOV
CN. CALPVRN. PISONE. COLLEGA
COS

Trib. plebis.

Sex. Pacuuius //. f. //. nepos. Per adulationem, Hiſpanorum more, Cæſari Auguſto ſemet deuouit; multos alios, inuito Cæſare, vt idem facerent, Tribunitia poteſtate adegit: vtque paſſim ab omnibus in eum finem ſacrificaretur, effecit. Idemque pauper lucrum captans nuncupauit Auguſtum ex æquo coheredem filio ſuo; & licet nihil poſſideret, ab Auguſto tamen remuneratus fuit: Dio libro LIII. Idemque legem de menſe Sextili, vt Auguſtus deinceps vocaretur, tulit: Macrobius Saturn. I. XII.

Ædilis plebis.

M. Egnatius //. f. //. n. Rufus. Multa in magiſtratu in vſum publicum rectè adminiſtrauit, ædificiis graui incendio correptis, ſeruorum ſuorum mercedeque conductorum auxilio propria impenſa ſubuenit, ideoque ei à populo ſumptus in eum magiſtratum

refusi,& extra ordinem in annum insequentem Prætor designatus. Displicuit Augusto nimius is fauor plebis in Egnatium: Dio lib. LIII. Velleius.

M. LICINIVS M. F. M. N. CRASSVS. PRO. A. DCCXXVI.
COS. EX. THRAECIA. ET. GETEIS. IV. NON. IVL
M. VALERIVS. M. F. M. N. MESSALLA. A. DCCXXVI.
CORVINVS. PRO. COS. EX. GALLIA. VII. K. OCT

Triumphi duo, Crassi & Coruini.

Duos habuit hoc anno Roma triumphos; primum M. Licinij Crassi ex Thracia & Getis, qui Macedoniam obtinens, Dacos & Basternos Thraciam Denteletarum Romanis confœderatam inuadentes expulit, & fugientes insecutus, Segetica in potestatem redacta, & in Mysiam impetu facto, agros eorum vastauit, oppida cepit, Basternas prælio vincens regem eorum Deldonem manu sua occidit, Ioui Feretrio opima spolia relaturus, si suis, non Cæsaris auspicijs res gessisset. Eodemque impetu belli Getas, Thracas, & Mysios, alios vicinos Barbaros subegit, vt diffuse narrat Dio in fine libri quinquagesimi primi. Idem addit, Crasso ob res fortiter gestas Senatum supplicationes & triumphum decreuisse; nec minùs Augusto, cuius auspicijs bellum gesserat.

Subsequitur eodem anno triumphus M. Messallæ Coruini oratoris ex Gallia, cui quidem triumphum de Gallis concessisse Augustum tradit Appianus libro IV. Celebrat eius res gestas, victoriam, & triumphum de Aquitanis Tibullus poëta, qui sub eo militauerat, Elegiarum lib. o primo his versibus:

Hunc cecinere diem Parcæ fatalia nentes
Stamina, non vlli dissoluenda deo.
Hunc fore Aquitanas posset qui fundere gentes,
Quem tremeret forti milite victus Atax.
Euenere, nouos pubes Romana triumphos
Vidit, & euinctos brachia capta duces.
At te victrices lauros Messalla gerentem
Portabat niueis currus eburnus equis,
Non sine me est tibi partus honos, tua bella Pyrene
Testis, & Oceani littora Sanctonici.
Testis Arar, Rhodanusq; celer, magnusq; Garumna,
Carnoti & flaui, cerula lympha Liger.

Sic item libro secundo Elegia prima:

Gentis Aquitanæ celeber Messalla triumphi
Et magna intonsis gloria victor ades.

Diximus in Censura Augusti ex Suetonio, ipsum vias triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuisse: inter quos & Messallam fuisse, ex supradicta libri primi Elegia septima Tibulli colligimus. Docet enim Messallam ex manubijs Gallicis viam ab vrbe per Albanum Tusculanumque agrum duxisse, his versibus:

Non taceam monumenta viæ, qua Tuscula tellus
Candidaq; antiquo detinet Alba lare.
Namque opibus congesta tuis hic glarea dura
Sternitur, hic apta iungitur arte silex.
Te canit agricola è magna cùm venerit vrbe
Serus, inoffensum rettuleritq; pedem.

Hæc forsan erat via quam Valeriam appellat P. Victor.

FINIS LIBRI XVII.

AV-

AVCTORES CITATI
IN LIBRO XVII.

Plutarchus. Val Maximus. Cicero. Dion Caßius. Hubert. Goltzius. Cæsaris Commentaria. Iustinus. Asconius Pædianus. Paullus Orosius. Appianus Alexandrinus. L. Florus. Caßiodorus. Marianus Scotus. Macrobius. Iulius Obsequens. T. Liuius. Suetonius. Tabulæ Græca. Cornel. Tacitus. A. Hirtius. Suidas. Catullus. Velleius Paterculus. Zonaras. Plinius. A. Gellius. Seruius Grammaticus. M. Fabius Quinctilianus. Iosephus. Eutropius. Frontinus. Seneca. M. Varro. Virgilius. Lucanus. Sex. Rufus. Epitome Liuiana. Augustinus Steuchus. Sebast. Corradus. C. Sallustius. Censorinus. Pomponius Mela. Carulus Sigonius. Tabulæ Cuspiniani. Fasti Capitolini. Nummi antiqui. Ioan. Glandorpius. Fuluius Vrsinus. Solinus. Tabula Collotiana. P. Ouidius. Sosipater Grammaticus. Porphyrio. Acron. Iuuenalis. Tibullus. Auctor Dialogi de Oratt. Horatius. Celsus Iuriscos. Strabo. Paullus Iuriscos. Iustinianus Iuriscos. Onufrius Panuinus. Cornelius Nepos. Tabula Capuana. Sex. Aurelius Victor. Ammianus Marcellinus. Ant. Augustinus. Honorius Augustodunensis. Tabulæ Maphæorum. Spartianus. Nicolaus Florentius Batauus.

EMENDATI AVT ILLVSTRATI,

Plutarchus, pag. 406. 446. 451. 465. *Iulius Obsequens*, pag. 403. 478. *Cicero*, pag. 416. 418. 419. 420. 421. 423. 429. 434. 435. 441. 466. 468. *Plinius*, pag. 410. *Cæsaris Commentaria*, pag. 438. 441. *Epitome Liuiana*, pag. 436. 445. *Lucanus*, pag. 441. *Velleius Paterculus*, pag. 447. *Val. Maximus*, pag. 445. 476. *Dion Caßius*, pag. 445. 463. 467. 468. 486. 497. 498. 505. *M. Fabius Quinctilianus*, pag. 445. *Caßiodorus*, pag. 448. 457. *Marianus Scotus*, pag. 448. 457. *Appianus Alexandrinus*, pag. 459. 466. *L. Florus*, pag. 469. *Suetonius*, pag. 474. *Paullus Orosius*, pag. 487. 500. 502. 503. *Eusebius*, pag. 489. *Tabula Græca*, pag. 500. *Frontinus*, pag. 498.



STEPHANI VINANDI PIGHII
LIBER XIIX.
ANNALIVM ROMANORVM.

ANNI P. R. C. DCCXXVII.

Consules.

Imp. Cæsar Diui f. C. n. Augustus VIII. T. STATILIUS T. f. Taurus. II.

Statilius Taurus Cos. II. *Statilia Messalina Neronis vxor tertia.*



C. Augustum Cæsarem VII. T. Statilium Consules suggerit more suo Cassiodorus: Octauianum Augustum VIII. & Taurum Tabulæ Græcæ: Marianus C. Cæsarem Octauianum VIII. T. Statilium. Dio & fragmenta Capitolina prorsus conueniunt: nam Cæsarem Augustum VIII. Statilium Taurum iterùm Consules faciunt. Et rectè: bis Consulem enim fuisse Taurum Statilium, ex Suetonij Nerone manifestum est, cùm scribat Statiliam Messalinam Tauri bis Consulis ac triumphalis abneptem Neroni vxorem fuisse post Octauiam & Poppæam. Et Horatius idem insinuat Epistolarum primo, Torquatum inuitans his verbis:

Vina bibes iterùm Tauro diffusa, palustres
Inter Minturnas, Sinuessanumque Petrinum.

Quod Porphyrio interpretatur: Tauro iterum Consule lecta vina bibes. Ex his Auctorum locis colligimus, Taurum & anteà Consulem fuisse, quem inter suffectos suo, vt potuimus, loco collocauimus. Ceterùm Augustus hunc octauum suum Consulatum Tarraconæ inijt, vt apud Suetonium legimus.

M. Vipsanius Agrippa. M. Agrippa Romæ Septa in Campo Martio tributis comitiis à se in ampliorem formam restituta, tabulisque & picturis exornata dedicauit, & Septa Iulia ab Augusto appellauit. *Polemo Rex.* Polemo rex Ponti inter fœderatos ac socios populi Rom. adscriptus est, ac prima subsellia per totum eius regnum in Theatris Senatoribus Rom. attributa sunt: Dio libro LIII.

Prætores.

M. Egnatius Rufus. M. Egnatius //. f. //. n. Rufus. Qui anno superiore Ædilis plebis fuerat, & restinguendis propria familia & impensa incendiis fauorem populi sibi collegerat, vt Præturam Ædilitati suæ præter leges coniunxerit. Animo propter hæc sublato Augustum despexit, ac publico scripto promulgauit, sese illæsam integramque successori vrbem sua impensa tradidisse. Ostendit hac arrogantia tam principes ciuitatis quàm Augustum, qui paulò pòst Egnatium docturus, ne quid præter ceteros sibi sumeret, tunc satis habuit edixisse, Ædiles vti cauerent ne qua in vrbe orirentur incendia; aut si forte fierent, ignis restinguendi curam gererent. Quinto post Præturam anno ex lege Augusti prouinciam sortitus est Egnatius, & per annum Propr. obtinuit. Reuersus deinde Romam anno post Præturam septimo, contestim per ambitionem ac vim popularem Consulatum petiit. Sed à C. Sentio, qui tum absente Augusto Consulatum in vrbe gerebat, petere prohibitus, cùm spreto Cos. per seditionem & tumultum nihilominus plebem ad suffragia vocaret, in carcerem coniectus, detecta contra Augustum coniuratione, paulò post supplicio affectus est: Auctores sunt Dio, Suetonius, & Velleius, qui dicit, Egnatium fauore publico florentem voluisse, vt Præturam Ædilitati, ita Consulatum Præturæ iungere. Vrbanam sane Præturam Ædilitati iunxit: sed Consulatum quem septennio post petiit Præturæ prouinciali, vt ita dicam, iungere prohibitus est. Videtur enim Velleius imperium illud, quo Egnatius prouinciam Proprætore administrauerat, Præturam quoque appellare.

Vrba-

Vrbanam namque Præturam Consulatui iungere non tentauit, septennio enim post Præturam Consulatum primùm petiisse constat.

M. Lollius //. f. / . n. Galatiam fecit prouinciam ait Marianus ex Eusebio.

//. Petronius //. f. //. nepos. Ægyptum obtinuit post Cornelium Gallum: Strabo lib. XVII. Geographiæ.

SEX. APPVLEIVS. SEX. F. SEX. N. PROCOS. A. DCCXXVII.
EX. HISPANIA. VII. K. FEBR.

Capitolina fragmenta eodem hoc anno ex Hispania triumphasse ostendunt, de quo tamen nihil ampliùs apud Auctores alios, vt antè dixi, reperio.

ANNI P.R.C. DCCXXVIII.

Consules.

Imp. CAESAR. Diui f. Augustus VIIII. M. IVNIus. //. f. //. n. SILANVS.

SEQVVNTVR ita Consules etiam in Dione, Tabulis Græcis, & Mariano. Cassiodorus suo modo C. Aug. Cæsarem VIII. & M. Silanum suggerit. Hunc Consulatum Augustus etiam Tarraconæ inijt, auctore Suetonio.

Salassi, Cantabri, & Astures rebellantes, perdomiti sunt à legatis Cæsaris, & pace parta Ianus denuò clausus. Ob quas victorias Romæ interim Augusto triumphus decretus: quem cùm recusasset, Imperatoris nomine sumpto, decernunt Patres, vti Kal. Ianuariis corona & veste vteretur triumphali. Trophæum insuper illi erectum est in Alpium iugis: Auctores sunt Dio, Florus, Orosius, & Strabo libro III. *Trophæum in Alpibus Cæsari Aug. erectum.*

Amynta rege mortuo, Gallo-Græcia cum Lycaonia in prouinciæ formam redacta est, atque exinde Romanum habere Præfectum cœpit: Auctores Dio & Rufus. M. Agrippa variis interim vrbem ornauit ædificiis, Neptuni videlicet templo, & Argonautarum porticu, Thermis & Pantheo, vt latiùs Dio; in cuius operis frontispicio adhuc extat titulus litteris cubitalibus,

M. AGRIPPA. L. F. COS. TERTIVM. FECIT.

Prætor.

P. Seruilius //. f. //. nepos. Vrsos trecentos, ac totidem Africanas feras Ludis quibusdam interfecit: Dio lib. LIII.

Tribunus plebis.

C. Toranius //. f. / . nepos. Libertinæ sortis homo. Laudem pietatis meruit, quòd patrem suum, licet libertum alterius, in theatrum introduxisset, ac in subsellio Tribunitio apud se collocasset: Dio lib. LIII.

Qui prouincias administrarunt.

C. Antistius / . f. //. n. Vetus. Ex lege Augusti quinquennio post Consulatum legatus Procos. Hispaniam Tarraconensem obtinuit. Ex ordinatione enim Augusti, in tres diuidi iam cœperat Hispania prouincias, Bæticam, Lusitaniam, & Tarraconensem, quemadmodum à Ptolomæo quoque distinguitur. Bætica Populi Romani est, ad quam (vt auctor est Strabo) Prætor mittitur, qui legatum habet & Quæstorem. Reliquæ Cæsaris sunt, qui duos mittit legatos, Prætorium & Consularem, vt antè ex Dione diximus. *Hispania Prouincia.* Augustus cum bellum Cantabricum hoc anno suscepisset, in ægritudinem prolapsus, ipse Tarraconam secessit, belli Cantabrici cura C. Antistio legato suo relicta: qui multis rebus præclarè gestis, ingenti demum prælio victos hostes domuit, & plura oppida cepit: Auctor est Dio. Narrant item diffusius omnia Florus libri quarti fine, & Orosius lib. VI. cap. XXI. *Cantabricum bellum.*

P. Carisius //. f. //. nepos. Legatus Aug. Propr. Lusitaniam obtinuit. Astures difficili prælio superauit, Lanciam vrbem Asturiæ maximam expugnauit, multaque alia oppida in potestatem redegit: Auctores sunt Dio, Florus, & Orosius. Augustus deinde bello Hispanico confecto, sicut Dio tradit, dimisit veteranos quibus emerita erant stipendia; *Astures.*

dia;agrisque datis in Lusitania vrbi condendæ locum ipsis assignauit, quæ Augusta Emerita est appellata. Huc spectant argentei denarij cum Augusti facie,& titulo, IMP. CÆSAR. AVGVST. quorum in altero latere vrbis ipsius muri, turres & portæ visuntur, cum titulo, EMERITA. & litteris circumscriptis, P. CARISIVS. LEG. PRO. PR. Vidi & alios Carisij cum spoliis, galea, bipenni,& gladio Hispanico: item cum trophæo inter clypeos & spolia. Ceterùm an error in prænomine T. Carisij sit apud Dionem, videat Lector. Prouinciam vltra triennium obtinuisse, & anno DCCXXXI. Astures contra eum rebellasse, Dio refert lib. LIV.

A. Terentius A.f. //.n. Varro. Murena. Ex Licinia gente in Terentiam transiisse videtur, adoptatus ab A. Terentio Varrone. Legatus Aug. Salassos rebellantes subegit. Iuuentutem deinde omnem vndique dimissis militibus comprehensam sub corona vendidit, ea conditione, ne quis eorum ante vigesimum annum liber fieret. Agri eorum pars optima cohortibus Prætorianis data, vbi Augusta Prætoria colonia deducta est, & trophæum erectum deuictis Alpinis gentibus. Vide Plinium lib. III. cap. XX. vbi inscriptionem Cæsari positam integre habet; ac Dionem lib. LIII.

Salassi subacti.

M. Vinucius P. f. //. n. Legatus Aug. Propr. Galliam Celticam obtinuit. Celtarum quosdam rebelles, qui Romanos negotiatores crudeliter vexatos occiderant, subegit;& insigni victoria Cæsari Augusto, cuius auspiciis res gerebat, nomen Imperatoris VIII. peperit: Dio libro LIII. Sed quod ad prouinciæ formam attinet, Gallia ex Augusti ordinatione in quatuor prouincias tum erat partita, Narbonensem, Aquitaniam, Lugdunensem, Celticam cum suis coloniis, velut auctor est Dio. Is addit, Celtas Germanos vocatos, cùm omnem Celticam regionem, quæ ad Rhenum est, occupassent, effecisse vt ea Germania vocaretur; Superior ea, quæ Rheni fontibus propior est; Inferior, quæ ab hac vsque ad Oceanum Britannicum se extendit. Celticam hanc igitur omnem Ptolomæus Belgicæ includit, qui Galliam omnem Celtogalatiam vocat, & in Aquitaniam, Lugdunnensem, Belgicam,& Narbonensem prouincias diuidit. Hic M. Vinucius sexennio pòst Consul factus videtur.

Gallia sub Augusto diuisio. Gallia Celtica quæ.

//. Petronius //. f. //. n. Ægyptum obtinuit. Vide Strabonem lib. XVII. Geogr.

ANNI P.R.C. DCCXXIX.

Consules.

Imp. CAESAR. DIVI. F. C. N. AVGVSTVS. X. C. Norbanus C. f. C. n. FLACCVS.

ITA referunt Consules Dio & Capitolinum fragmentum. Astipulantur item Tabulæ Græcæ, nam Octauianum Augustum X. & Flaccum Consules produnt: Marianus C. Cæsarem Octauianum X. C. Norbanum. Ceterùm Cassiodorus Augusti Consulatum nonum C. Norbano iungit, quem filiū arbitror C. Norbani Flacci Consulis anno DCCXV. cùm reiterati honoris notam nec in Tabulis Capitolinis, nec alibi reperiam.

Senatus Kalendis Ianuariis in acta Augusti iurauit, & ipsum omni legum necessitate liberauit, vt plene sui iuris summaque potestate præditus, quiduis agere vel non agere pro suo arbitrio posset. Hæc absenti ob morbum diutinum Augusto decreta. Cantabri & Astures, ob absentiam Augusti rebellantes perdomiti sunt: Dio & Cassiodorus.

Augustus legibus solutus.

Prouinciarum Rectores.

L. Æmilius //. f. //. nepos. Legatus Augusti Cantabros & Astures, discessu Augusti, occisis Romanorum frumentatoribus rebellantes, subegit: Auctor est Dio lib. LIII. In Cassiodoro autem legimus, Astures & Cantabros his Consulibus à L. Lamia perdomitos. Videndum igitur, ànne potiùs in Dione scribendum sit, L. Ælius, pro Æmilius.

Cantabri & Astures perdomiti.

//. Ælius //. f. //. n. Gallus Leg. Aug. Ægyptum obtinuit. Vide Strabonem libro II. & lib. XVII. sæpiùs. Primus Romanorum in Arabiam Felicem mouit exercitum, sed parum prospere res gessit: nam calore, siti, inedia, & morbo maiore exercitus parte absumpta, reliquias Barbari regione expulerunt: Dio, Zonaras, & Xiphilinus, qui Largum vocat Præfectū Ægypti, nescio an errore. De Galli verò hac expeditione sic Plinius lib. VI. cap. XXVIII. Romana arma solus in eam terram adhuc intulit Ælius Gallus "
ex equestri ordine. Nam C. Cæsar Aug. f. prospexit tantùm Arabiam, Gallus oppida di- "
ruit non nominata ab Auctoribus qui ante scripserunt, Egran, Amnestum, Escam, Ma- "
gusum; & cetera quæ ibi recenset.

M. Lol-

M. Lollius M. f. ..n. Leg. Aug. Propr. primus Gallogræciam obtinuit Quam Augustus hoc fere tempore in prouinciæ formam redegit, cum anteà sub Deiotaro aliisque Regibus fuisset: Auctores Sex. Rufus & Eutropius, Eusebius in Chronico, & Marianus Scotus.

Ædilis curulis.

M. Claudius C. f. C. n. Marcellus. Octauiæ sororis Augusti filius, vt Auctores Liuius, Velleius, Plutarchus in Marcello, & Dio libro LIII. Ante tempus Ædilitatem ex S. C. obtinuit. Cum enim plurimos Augusto honores Senatus hoc anno decerneret, etiam Marcello, vt inter Prætorios in Senatu esset, decennioque maturius quàm leges postulabant Consulatum peteret, concessit; statimque eidem Ædilitas data est. Eius munus Ædilitium Augustus sua impensa admodum splendide adornauit, vt per totam æstatem velis forum adumbrarit, equitem Rom. saltantem, insignemque matronam Rom. in orchestram introduxerit: Dio lib. LIII. Tacitus libro primo scribit, ab Augusto Claudium Marcellum sororis filium admodum adolescentem Pontificatu & curuli Ædilitate ornatum fuisse. Meminit item Plinius libro XIX. cap. I. Et sine ludis Marcellus (ait) Octauia sorore Augusti genitus, in Ædilitate sua, auunculo XI. Consule, Kal. Augusti velis forum inumbrauit, vt salubrius litigantes consisterent. Discrepat itaque Plinius à Dione anno sequenti, quo mortuus, Ædilem fuisse dicens, nisi fortè legendum in exemplari, auunculo X. Consule, qui lapsus in numeris facilis est. *M. Claudius Marcellus, sororis Augusti f.*

Quæstor.

Ti. Claudius Ti. f. Ap. n. Nero. Qui posteà Cæsar Augustus appellatus est. Quæsturam vrbanam ante tempus, vndevigesimum quippe annum agens, ex S. C. administrauit; maximamque difficultatem annonæ, ac rei frumentariæ inopiam in vrbe atque Ostiæ, prudenter moderando subleuauit: Dion, Velleius, Suetonius in Tiberio.

Hoc anno, quia ij qui Quæstores prouinciarum esse debebant, numerum candidati non explebant, sorte ad id delecti sunt omnes, qui citra prouinciale munus Quæstores superioribus vsque ad decimum annis fuissent: Auctor Dio.

ANNI P. R. C. DCCXXX.

Consules.

Imp. CAESAR. DIVI. F. C. N. AVGVSTVS. XI. ABD. IN. EIVS. LOC. FACTVS EST
L. Sestius P. f. VIBI. nepos.
Imp. Cæsar. Diui. f. C. n. Augustus Dict. perp. appelLATVS. E. ABDICAVIT. TRib. pot. accepta.

A. Terentius A. f. Varro. MVRENA. In mag. mortuus EST. IN. E. L. F. E
Cn. Calpurnius CN. F. CN. N. PISO

HOc ordine colligimus Consules ex Capitolino fragmento. Tabulæ Græcæ, Octauianum Augustum XI. & Pisonem hoc anno produnt: Marianus C. Cæsarem Octauianum XI. Cn. Pisonem: Cassiodorus more suo C. Aug. Cæsarem X. Cn. Pisonem: Dionis autem Index Augustum XI. Cn. Calpurnium Cn. f. Pisonem. Igitur A. Terentij Murenæ Consulatum hi Auctores omittunt. Sed Pisonem Murenæ vel in magistratu, vel antequam iniret mortuo suffectum fuisse, Capitolina fragmenta satis declarant. Idem est A. Murena, qui legatus Augusti Salassos ante biennium subegerat. De Pisonis hoc Consulatu Tacitus libro II. vbi de Cn. Pisone eius filio Syriæ Procos. qui postea Germanicum Cæsarem veneno sustulisse accusabatur. Præfeceratque Syriæ Cn. Pisonem Tiberius, ingenio violentum, & obsequij ignarum, insita ferocia à patre Pisone, qui ciuili bello resurgentes in Africa partes acerrimo ministerio aduersus Cæsarem iuuit. Mox Brutum & Cassium sequutus, concesso reditu, petitione honorum abstinuit, donec vltrò ambiretur delatum ab Augusto Consulatum accipere. Suetonius (vt ante etiam dixi) Augustum quinque medios Consulatus, à sexto ad vndecimum, annuos gessisse scribit: ceteros autem sex, aut nouem, aut sex, aut quatuor, aut tribus mensibus: secundum verò paucissimis horis. Igitur vndecimum non annuum gessisse, ostendit etiam Tabulæ Collotianæ fragmentum, anno DCCVIII. à nobis, adductum, quod nunc rursus vsui nobis esse incipit. Ante anni enim insequentis Consules legitur suffectus *Augusti Consulatus.*

fectus L. SESTIVS. P. F. De quo sic etiam Dio in huius anni historia, declarans quo modo Tribunitiam quoq; potestatem in perpetuum Augusto decreuerit Senatus. Verba eius hęc ferè sunt in fine lib. LIII. Augustus rebus in vrbe ordinatis in Albanum exiit, ac Consulatu semet abdicauit. Nam cũ & ipse ex quo Resp. constituta fuit, atq; multi alij annuos magistratus gessissent, inhibere eum morem cupiens vt ad plures Consulatus perueniret, ipse extra vrbem, ne impediretur, magistratu abiit. Laudatum est hoc eius factum, idque etiam, quòd in locum suum suffecit L. Sestium, qui Bruti tamẽ studiosissimus fuerat, omnibus in bellis eius partes sequutus: & tum quoque eius memoriam colens, imagines statuasque seruabat, laudibusq; eum prosequebatur. Itaque amicitiæ obseruantiam, fidemque Sestij non odio, sed honori habebat Augustus. Eiusdem L. Sestij adhuc reperiuntur denarij argentei, quos bello ciuili Proquæstore M. Bruti signasse videtur. Repræsentant effigiem Pietatis obuelatæ, & à tergo sacra instrumenta, tripodem, securim, & haustorium. Habent titulos, L. SESTI. PROQ. & ab altera parte, Q. CÆPIO. BRVTVS. PROCOS.

L. Sestius gratus Augusto.

Ceterum Augusti modestia in subrogando nouo Consule Sestio permotus Senatus, quòd locum amplissimi honoris aliis etiam se relinquere velle declarasset, Tribunitiam potestatem, vt inuiolabilis esset, perpetuam quamdiu viueret ei decreuit, nec minus Proconsulare imperium perpetuum, tam in vrbe quàm extra vrbem, ne eam ingrediens deponere, vel egrediens resumere cogeretur; & vt in prouinciis plus posset, quam earum Præfecti: vtque in Senatu, quotiescumque & quibuscumq; de rebus vellet etiam si Consul non esset, referre posset. Et ex eo tempore Augustus, reliquiq; qui pòst sequuti sunt Imperatores, lege quadam & his & aliis honoribus, tum etiam continua Tribunitia potestate sunt vsi: nomen Tribuni plebis tamen neque ipse Augustus, neque alius quisquam Imperator vsurpauit. Ab huius igitur anni parte, Tribunitiæ potestatis Augusti initium cœpit, vt ex Dione & Tacito colligimus, quam continuasse vsque ad vitæ exitum per annos XXXVII. idem Tacitus auctor est. Capitolina tamen fragmenta satis indicant, XXXVI. Tribunitia potestate fuisse Augustum cum moreretur, vt anno insequenti primum eam incœpisse videatur, cum Dictaturam perpetuam pertinaciter recusasset. De quo sic Dio memorat libri quarti principio: Cùm multa, ait, prodigia hoc anno & insequentis initio terrerent vrbem, Tiberis inundaret, pestis Italiam vastaret, & ingens annonæ esset penuria, caussa malorum credita est, quòd Augustus non Consul, non in aliquo summo magistratu esset. Dictatorem igitur ipsum dicere voluit populus, coëgitque minis Senatum, vt hoc decerneret. Posthæc summo concursu cum XXIV. fascibus ad Augustum plebs veniens, petiit vt Dictatorem se dici pateretur, & procurationem rei frumentariæ, vt quódam Pompeius, susciperet. Quam quidem necessariò suscepit, iussitque vt quotannis Duouiri, qui ante quinquennium Præturam gessissent, frumento distribuendo præficerentur: Dictaturam verò veste rescissa, nudo pectore, genu nixus, constanter deprecatus est. Quod etiam Suetonius & Velleius asserunt. Eoque facto prudenter Dictatoriæ potestatis inuidiam effugit, sibi quidem minimè necessariam; cum Tribunitia potestate id perpetuum recepta, simul cum Procos. imperio, Dictatores honore & dignitate longe antecelleret. Etenim Tribunitia potestas, quàm præclarissimus quisque deinde Imperator Augusti exemplo acceptare solet, efficit, vt intercedere iis, quæ ab aliis contra ipsorum placitum mouentur, possint; vtque iis qui nomen eorum implorassent, tam in vrbe quàm extra pomœrium vsque ad mille passus (quod anteà Tribunorum plebis nemini, quorum potestas pomœrium non exibat, concessum fuerat) contra alios quoscumque magistratus auxilio posset esse. Denique sacrosanctos eos ac inuiolabiles Tribunitia potestas reddit, ita vt si vel verbo se ab aliquo læsò iudicent, indicta eum caussa, tamquam qui se piaculo obstrinxerit, necare queant. Et quia quotannis eam potestatem cum Tribunis plebis eius anni renouant, annorum imperij Cæsarum postea hinc summa concipi solet; velut ex Tabulis Capitolinis, nummis, veterumque monumentis manifestum est. Eamque ab caussam, tum quia ab anno in annum continuentur, in libro hoc Annalium quotannis easdem repetere haud necessarium existimaui.

Tribunitia potestate vsi Imperatores.

Dictaturam recusat Aug.

Tribunitia potestas in nummis annos imperij designat.

Augustus graui difficilique morbo, vt nulla salutis spes adesset, decubuit; & nemine successore constituto, Pisoni Cos. libellum indicem reddituum publicorum, M. Agrippæ annulum suum tradidit. Reuocatus tamen est ad sanitatem, Antonij Musæ liberti, cura & industria; cui Senatus ius annuli aurei dedit. M. Marcellus sororis Augusti f. eodem anno mortuus est, cuius funus ab Augusto & Octauia matre magnis honoribus splendidissimè ductum. Sepultus in Campo Martio. Vide Dionem lib. LIII. Suetonium, Velleium, Plutarchum in Marcello, & alios. Augustus decem tantùm Prætores, quia pluribus opus non erat, constituit, controuersias inter Tiridatem & Phraatem Reges composuit: Dio.

Augusti morbus.

Ant. Musa libertus, Medicus Aug.

M. Marcellus moritur.

Pro-

Prouinciæ rector.

M. Antonius //. f. //. nepos. Primus. leg. Propr. Macedoniam obtinuit. Odrysiis vltrò bellum intulit: quapropter anno sequenti, quòd iniussu Augusti id fecisset, Romæ iudicio damnatus est: Dio libro LIV.

Ædilis plebis.

C. Calpurnius //. f. //. nepos. Suffectus in locum mortui, licet anteà Ædilis curulis fuisset. Quod aliàs accidisse nusquam proditum memoriæ est: Dio in fine libri LIII.

ANNI P. R. C. DCCXXXI.

Consules.

M. Claudius M. f. M. n. Marcellus Æserninus. II. L. ARRUNTIVS. L. F. L. N.

SVGGERVNTVR à Cassiodoro & Mariano M. Claudius Marcellus, L. Arruntius; à Dione M. Claudius M. f. Marcellus Æserninus, L. Arruntius L. f. In fragmento item Collotiano leguntur M. Claudius M. f. L. Arruntius L. f. si suppleamus ea quæ desunt: in Capitolinis L. Arruntius L. f. L. n. tantummodò reperitur. Æsernini ac Arruntij oratorum eius temporis celeberrimorum meminit Tacitus libro XI. atque in hoc Consulatu eosdem collegas fuisse verisimile est. *Oratores huius æui.*

Fannij Cæpionis & Licinij Murenæ coniuratio detecta & punita est. Et absentes reos nonnulli iudices suffragijs suis absoluissent, ni legem Augustus de suffragijs tulisset, Ne quis occultè in iudicijs eorum, qui ad nomen die dicta non respondissent, suffragium ferret; vtque hi omnes indicta caussa ab omnibus palam damnarentur: Dio libro LIV. Velleius. *Augusti lex de suffragijs contra eos qui iudicia subterfugiũt.*

Augustus Cyprum & Narbonensem Galliam, tamquam pacatas iam prouincias, populo reddidit, & Proconsulares fecit. Templum Iouis Tonantis in Capitolio fecit, & dedicauit: Dio & Suetonius.

Censs. L. Munatius L. f. L. n. Plancus. Paul. AEMILIVS. L. F. M. N. LEPIDVS
In. mag. mort. est.

Auctor est Dio, Augustum eodem anno Censuram perpetuam, quam populus obtrudebat, repudiasse, creatis statim Censoribus Paullo Æmilio Lepido & L. Munatio Planco. Quorum hic proscripti frater, ille Consularis & Censorius appellatur à Plinio, & Val. Max. lib. VI. cap. VIII. Paul. Lepidus item Consularis, & ante à fratre III. viro proscriptus, vt in eius Consulatu, quem anno DCCXIX. gessit, demonstraui. Hi vltimi, vt auctor Dio, ex priuatis Censuram obtinuerunt: quod etiam prodigio confirmatum est. Tribunal enim ipsorum ascendentibus ipsis repentè collapsum ac dissipatum est, nec posteà tales Censores ex priuatis creati sunt. Nihil prætereà dignum ab his in Censura gestum est: nam Augustus multa quæ ad eorum munus pertinebant, obiit. Collegiorum quædam prorsus sustulit, quædam correxit: Ludorum curam omnium Prætoribus iniunxit, ita vt eis à populo aliquid daretur, edicto etiam addito, Ne quis plus alijs ex suo in Ludos impenderet. Equites fœminasque illustres, eorumque liberos in Orchestra saltare prohibuit. Néve quis munus gladiatorum iniussu Senatus, aut amplius duabus quotannis vicibus, aut plurium quam centum viginti gladiatorum exhiberet. Paulli Planciq; Censorum meminit Suetonius; item Velleius his verbis: „Planci & Lepidi Censura inter discordiam acta, neque ipsis honori, neque Reip. vsui fuit: cùm alteri vis Censoris, alteri vita deesset.

Qui prouincias administrarunt.

C. Furnius C. f. //. nepos. Leg. Aug. Propr. Cantabros rebellantes ad internecionem quasi deleuit; Astures item, T. Carisio legato subueniens, arma ponere coëgit: Dio lib. LIV. & Marianus in Chronico.

C. Petronius C. f. //. nepos. Leg. Aug. Ægyptum obtinuit. Æthiopes Candace regina duce prouinciam vastantes repressit, prælio victos & fugientes persequutus in Æthiopiam, cùm alias vrbes tum Tanapen regiam occupauit, ac Candacem reginam ad cõditiones pacis accipiendas compulit Ibidem Dio. Meminit Petronij item Iosephus Antiq. *C. Petronius.* *Candace Regina.*

Antiq. libro XV. cap. XI. anno XIII regni Herodis, Iudæa fame & inopia laborante, Herodem a C. Petronio Ægypti Præfecto frumentum habuisse scribens. Plinius lib. VI. cap. XIX. eiusdem meminit, Æthiopiæ confinia describens. sed P. Petronius vocatur in exemplaribus. Intrauere, inquit, & eo arma Romana diui Aug. temporibus, duce P. Petronio, & ipso equestris ordinis præfecto Ægypti. Oppida eorum expugnauit, quę sola inuenerat, quo dicemus ordine, Pselchin, Primin, Aboccin, Phthurin, Cambusin, Attenam, Stadisin, vbi Nilus præcipitans se, fragore auditum accolis aufert. Diripuit & Napata (quam forte Tanapen Dio vocat.) Longissime autem à Syene progressus est DCCCLXX. milia passuum. Hæc Plinius. Vide & Strabonem lib. XVII. Geograph.

Ædilis.

L. Domitij superbia. L. Domitius Cn. f. L. n. Ahenobarbus. Neronis Cæsaris auus, arrogans, profusus, immitis, L. Plancum Censorem via sibi decedere Ædilis iussit. Vide Suetonium in Nerone.

Ædilium sub Aug. cura. Ædilibus curulibus eodem anno incendiorum extinguendorum curam Augustus demandauit, sexaginta seruis, quorum ad hoc vterentur opera, assignatis: Auctor est Dio libro LIV.

ANNI P. R. C. DCCXXXII.

Consules.

Q. Æmilius M'. f. ‖. n. Lepidus. M. Lollius. M. f. ‖. nepos.

IN Collotiano fragmento nominantur, Q. Æmilius Lepidus, M. Lollius: in Tabulis Græcis, Lollius & Lepidus: in Cassiodoro, Mariano, & Dione, M. Lollius, Q. Lepidus. Eorumdem meminit Horatius Epistolarum primo, de se scribens:

Me quater vndenos sciat impleuisse Decembres
Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno.

Leguntur item sic nomina Consulum in ponte Fabricio qui Tiberinam insulam vrbi Romæ coniungit:

L. FABRICIVS. C. F. CVR. VIAR.
FACIVNDVM. COERAVIT
Q. LEPIDVS. M'. F. M. LOLLIVS. M. F. COSS. EX. S. C. PROBAVERVNT.

De his Coss. ita fere Dio refert: Cum alter locus Augusto seruaretur absenti, M. Lollius solus Consulatum iniit. Cæsare autem Consulatum renuente, Q. Lepidus & L. Silanus per ambitionem & largitiones eumdem petiuerunt. Et licet Augustus competitores euocatos in Siciliam verbis obiurgasset, nihilo tamen sedatius habita sunt comitia, sed per factiones & turbas vix tandem Lepidus Consul creatus est.

Augustus in Siciliam profectus, vt eam atque omnes alias ad Syriam vsque prouincias ordinaret, M. Agrippam reuocatum ex Asia vrbi Romæ præfecit, generumque ex Mæcenatis consilio sibi adsciuit, data ei Iulia M. Marcelli vidua in vxorem. Ipse rebus in Sicilia & Græcia compositis, in Samo hibernauit. Vide & Strabonem lib. XVII.

Prouinciarum Rectores.

C. Petronius ‖. f. ‖. nepos. Ægyptum tunc obtinuit.

L. Corn. Balbus P. f. iunior Ciceroni. L. Cornelius P. f. ‖. n. Balbus. Africam Procos. obtinuit. L. Sempronio successisse videtur. Patruum habuit L. Balbum maiorem, virum Consularem, qui præfectus fabrum C. Cæsaris Dictatoris fuerat, vt suo loco latius demonstraui. Quapropter hunc Balbum iuniorem appellat sæpe Cicero ad Atticum. Garamantas subegit, & magnis rebus in Africa gestis, post biennium Romam reuersus triumphauit.

L. SEMPRONIVS. L. F. L. N. ATRATINVS. A. DCCXXXII.
PRO. COS. EX. AFRICA. IV. IDVS. OCT.

Res Africæ per hæc tempora plerumque in motu fuisse docent triumphi in Capitolinis fragmentis extantes, quos diuersi Procos. ex ea prouincia duxerunt. Reperiturque inter alios L. Sempronius Atratinus, quem ex Africa triumphasse tradunt: sed nihil de hoc, rebusue ab eo gestis, apud alios Historicos me legisse memini.

ANNI

ANNI P. R C. DCCXXXIII.

Consules.

M. Appuleius Sex. f. Sex. nepos. P. Silius P. f. //.n. Nerua.

Dio & Tabula Collotiana M. Appuleium Sex. f. P.Silium P. f. Neruam produnt; Tabulæ Græcæ Appuleium & Neruam; Cassiodorus & Marianus M. Appuleium, P.Silium Neruam. Quibus Consulibus Augustum signa Crassiana & aquilas à Parthis recepisse iidem scribunt. Meminit M. Appuleij Cicero Philip. x. & partium Bruti fuisse declarat. *Crassi signa à Parthis qnãdo remissa Aug.*

Augustus Asiam ac Bithyniam prouincias ordinauit; Cyzicenis libertatem ademit, quòd Romanos ciues virgis cæsos occidissent. Sidonij eadem pœna affecti ob intestinas seditiones. Phraates Parthorum rex vim totius Romani imperij iam propemodum pacati metuens, pacem per legatos petiit, signa & aquilas Crassiana clade quondam captas, & Antoniana in fuga relictas, captiuosque omnes & perfugas remisit. Ob quæ Augustus plurimum gloriæ retulit, cui supplicationes decretæ. Hinc Ouidius Tristium secundo:

Nunc petit Armenius pacem, nunc porrigit arcus
Parthus eques, timida captaq; signa manu.

Vide de his plura apud Dionem, Velleium, Liuium, Florum, Suetonium, Orosium, & alios.

Cum Indis amicitia firmata est. Iulia Agrippæ C. Cæsarem peperit. Augustus viarum curam suscepit, Miliarium aureum Romæ fecit, viisq; muniendis Prætorios viros, qui binis vterentur lictoribus, præfecit: Dio libro LIV. *Iulia Agrippa coniux. Miliarium Romæ.*

ANNI P. R. C. DCCXXXIV.

Consules.

C. Sentius C. f. C. n. Saturninus. Q. Lucretius Q. f. //. n. Vespillo.
Ex K. Iul. M. Vinucius. P. f. //. n.
//. Vipsanius //. f. //. n. Agrippa

SATVRNINVM & Lucretium Consules habent Tabulæ Græcæ & Honorius Augustodunensis: Cassiodorus C. Sentium, Q. Lucretium: Marianus C. Sentium Saturninum, Sp. Lucretium Cinnam, nescio an rectè. In Dionis autem Consulum catalogo, & Tabulæ Collotianæ fragmento leguntur C. Sentius C. f. Saturninus, Q. Lucretius Q. f. Vespillo. Sentio Saturnino & Lucretio Cinna Consulibus Virgilius poëta Brundusij moritur, vt Eusebius & Marianus in Chronico; vbi Cinna forsan alterum Lucretij cognomen erit. Sed aliud vitium in Virgilij Vita, quæ Donati extat titulo: vbi perperam legitur Cn. Plancio, Q. Lucretio Coss. Virgilium mortuum. Igitur pro Cn. Plancio, C. Sentius collega Q. Lucretio addendus videtur. Meminit etiam Consulum Frontinus de Aquæductibus, sed corrigendum prænomen Lucretij. Legitur enim sic: Idem Agrippa cum iam tertium Consul fuisset, C. Sentio, Sp. Lucretio Coss post annum XIII. quam Iuliam deduxerat, Virginem in agro quoque Lucullano collectam Romam perduxit. C. Sentius Consulatum solus iniit, cum alter locus Augusto, absenti licet, reseruaretur. Quo refutante, cum collega Sentio dandus esset, ob factiones ambientium comitia haberi non poterant, ita vt Senatus legatos ideo ad Augustum mittere cogeretur. Qui re intellecta, Q. Lucretium vnum ex legatis, licet antea proscriptum, Consulem declarauit. Quæ latius apud Dionem & Val. Max. lib. VI. cap. VII. Appianum libro IV. leguntur. Scribit item multa de hoc C. Sentij Consulatu Velleius libro II. Ipsum absente Cæsare præcipuum ac fortem egisse Consulem; protraxisse publicanorum fraudes; puniisse auaritiam; indignos Quæsturæ candidatos profiteri vetuisse, adiectis etiam minis vindictæ Consularis, si perseuerarent: & ita M. Egnatium Rufum, cum per ambitionem & tumultus Consulatum peteret, retudisse. Sed Egnatius non diu pòst coniurationis contra Augustum conuictus, pœnas dedit. Suffectum C. Sentio Consulem M. Vinucium P. f. prodit Collotianum fragmentum, de quo sic Velleius: Subinde bellum Pannonicum quod inchoatum Agrippa Marcoque Vinucio auo tuo Consulibus magnum, atroxque, & perquam vicinum imminebat Italiæ, per Neronem gestum est. *Virgilius quando mortuus. C. Sentius Cos.*

M. Agrippa Cos. an quartum. An duo Agrippa.

De Agrippa tamen mentio nulla est in fragmento Collotiano. Et licet hunc quartum M. Agrippæ Consulatum nonnulli numerent, mihi tamen alius hic Agrippa videtur fuisse collega Vinucij. M. enim Agrippam tres tantummodò Consulatus gessisse, cum alij, tum Velleius ipse satis insinuat, cum de eodem sic scribat: Quem vsque in tertium » Consulatum, & mox collegium Tribunitiæ potestatis amicitia principis euexerat. »

Augustus ex Syria Romam rediit: ob cuius aduētum, & propter ea quæ absens egisset, multa in eius honorem decreta sunt, quorum ille nihil fere acceptauit, sed noctu vrbem inuectus est. Postridie Tiberium inter Prætorios allegit: Druso, vt quinquennio ante legitimum tempus magistratus petere posset, concessit. Ipsi Augusto præfectura morum cum Censoria potestate à populo oblata est, quam in quinquēnium accepit. Consularem insuper potestatem, quamdiu viueret, haberet, sella curuli medius inter Consules sederet; vtque XII. fasces ei semper præferrentur, decretum. Vide Dionem & Suetonium.

Morum Præfectura cum Censura Augusto concessa.

Prouinciæ.

M. Agrippa L. f. .. n. Leg. Aug. Gallias seditionibus turbatas, & à Germanis infestatas, in tranquillum statum reduxit. In Hispaniam deinde transiens, Cantabros rebellantes domuit, & ex montibus locisque munitis in plana deduxit: Dio libro LIV.

L. CORNELIVS. P. F. BALBVS. PRO. COS. A. DCCXXXIV.

EX. AFRICA .. [illegible] VI. K. APRIL.

L. Cor. Balbi victoria & triumphus.

Balbus hic iunior est, qui Garamantas (vt dixi) subegit, & primus ex hac victoria (quemadmodum Solinus cap. XXXII. scribit) triumphauit. Primus sane de externis, inquit, vtpote qui Gadibus genitus accessit ad gloriam nominis triumphalis. Strabo quoque Triumphalem vocat libro III. Et extant eius nummi argentei cum facie Augusti & curru triumphali, in quo stat togatus cum sceptro, superuolante Victoria cum corona, subscriptumque:

L. BALBVS P. F.

PR. COS

Sed videndum quæ de Balbo dicat Plinius libro V. cap. V. eiusque de victoria & triumpho: Matelgæ oppidum Garamantum: itemque Debris, & Garama caput Garamantum; omnia armis Romanis superata, & a Cornelio Balbo triumphata, vnius omnium » externo curru, & Quiritium iure donato; quippe Gadibus nato ciuitas Rom. cum Balbo » maiore patruo data est. Et hoc mirum, supradicta oppida ab eo capta Auctores nostros » prodidisse. Ipsum in triumpho præter Cydamum & Garamam, omnium aliarum gen- » tium vrbiumq; nomina ac simulachra duxisse, quæ iere hoc ordine: Tabidum oppidum, » Niteris natio, Negligemela oppidū, Bubeium natio, Vel oppidum, Enipi natio, Thuben » oppidum, Mons nomine Niger: Nitibrum, Rapsa, oppida: Discera natio, Debris oppidū, » flumen Nathabur, Tapsagum oppidum, Nannagi natio, Boin oppidum, Pege oppi- » dum, flumen Dasibari. Mox oppida continua, Baracum, Buluba, Alasi, Balsa, Galla, Ma- » xala, Zizama. Mons Gyri, in quo gemmas nasci titulus præcessit.

ANNI P. R. C. DCCXXXV.

Consules.

P. Cornelius P. f. .. n. Lentulus Marcellinus. Cn. Cornelius L. f. .n. Lentulus.

SIC etiam citantur Consules à Dione: à Cassiodoro Cn. Lentulus & P. Lentulus: in Tabulis Græcis Lentulus & Lentulus: in fragmento quidem Collotiano P. Cornelius P. f. Cn. Cornelius L. f. in Mariano Cn. Cornelius Lentulus, P. Cornelius Lentulus.

Προστασία Augusti Cæsaris.

Augustus Imperij defensionem, quam προστασίαν vocat Dio, in quinquennium sibimet prorogauit, finito iam decennio quo prouinciarum administrationem cum exercitibus susceperat. M. Agrippam sibi collegam in Tribunitia potestate in idem tempus adsciuit, vt apud Dionem legimus. Meminit & Velleius, cuius verba paulo ante adduxi: item Tacitus libro III. Agrippam dicens primum fuisse socium Augusto in honore Tribunitiæ potestatis. Augustus Censoria potestate Senatum duabus lectionibus ad sexcentos redegit. Ambitus damnatos a magistratibus per quinquennium arcuit. Cælibes esse mulcta indicta prohibuit, ac præmia proposuit coniugatis, & plures liberos alentibus: ad libertinas etiam sine probro duci posse constituit. Hæc & alia diffuse apud Dionem & Sue-

& Suetonium. Et nos item nonnulla superiùs in prima Augusti Censura annotauimus.

Prouinciæ.

C. Norbanus C. f. C. n. Flaccus. Procos. Asiam obtinuit. Extat apud Iosephum libro XVI. cap. VI. illius epistola ad Sardiensium Remp. pro Iudæorum immunitatibus scripta, quæ declarat, hoc ferè tempore Procos. Asiam administrasse.

M. Lollius //. f. //. nepos. Germanos in arma versos superat. Samiis libertas data. Cypri vrbes terræmotu concidère: Eusebius, & Marianus Scotus in Chronico.

ANNI P. R. C. DCCXXXVI.

Consules.

C. Furnius C. f. //. nepos. C. Iunius C. f. //. n. Silanus.

SVGGERVNT eo modo Consules Dio & Collotiana tabula: Cassiodorus & Iul. Obsequens C. Furnium, C. Silanum: Marianus C. Furnium, C. Iunium Silanum: Tabulæ Græcæ Furnium & Silanum. Nominat hos item Censorinus De die natali, & Ludos sæculares quintùm factos cum Dione affirmat. Extant & in Capitolina Tabula, recensenturque magistri XV. virûm sacris faciundis, qui Ludis præfuerunt, hoc modo: *Ludi sæculares V.*

LVDI. SAECVLARES. QVINCT.
IMP. CAESARE. DIVI. F. AVGVSTO
C. SENTIO. C. F. C. N. SATVRNINO
M. CLAVDIO. M. F. M. N. MARCELLO MAG. XV. VIR
M. FVFIO. M. F. STRIGONE
D. LAELIO. D. F. D. N. BALBO

Vide quæ de his Ludis Horatius & Catullus, eorumque interpretes annotarunt.

M. Agrippæ ex Iulia natus est alter filius, qui L. Cæsar appellatur, & statim cum fratre C. Cæsare ab Augusto adoptatus est. Ambo successores Imperij declarati, licet ætate immatura, vt eò tutior esset Augustus ab insidiis: Dio libro LIV. Suetonius, & Marianus. *M. Agrippæ f.*

ANNI P. R. C. DCCXXXVII.

Consules.

L. Domitius Cn. f. L. n. Ahenobarbus. P. Cornelius P. f. P. n. Scipio
Ex. //. //. L. Tarius //. f. //. n. Rufus

RECENSENTVR hoc modo Consules à Dione. Cassiodorus & Marianus suggerunt L. Domitium Ahenobarbum & P. Scipionem; Tabulæ Græcæ Domitium Ahenobarbum & Cornelium: Fragmentum verò Collotianum, L. Domitium Cn. f. P. Cornelium P. f. Cui suffectum fuisse indicat, si quid ex paucis litteris colligere est, L. Tarium Rufum, quem scribit Plinius infima natalium humilitate, militari industria Consulatum sub Diuo Augusto meruisse lib. XVIII. cap. VI. Et videtur idem quem Seneca scribit filium in parricidio deprehensum, & caussa cognita damnatum exilio puniisse ex Augusti sententia, libro primo de Clementia, cap. XV. *L. Tarius Rufus.*

Augustus antequam in Galliam proficisceretur, templum Quirini renouatum dedicauit. Ludi Quinquennales ex S. C. à M. Agrippa XV. viro ob Augusti imperium editi, & Ludi pro eius reditu voti sunt. Scordisci & Dentheletæ Macedoniam incursarunt: Dio libro LIV.

Prætores.

Ti. Claudius Ti. f. Ap. n. Nero. Munus gladiatorium permissu Senatus cum Druso fratre exhibuit. Cùm Augustus deinde Tiberium in Galliam secum deduceret, eius Præturam in vrbe Drusus frater ex S. C. ad finem vsque gessit: Dio & Suetonius.

Qui prouincias administrarunt.

P. Silius P. f. //. n. Nerua Leg. Aug. Procos. Canninos & Vennonetes Alpinas gentes subegit. Pannonios cum Noricis Istriam incursantes retudit, & ad pacem petendam compulit: Auctor Dio. Velleius scribit, sub P. Silio se fuisse Tribunum militum.

Velleius Paterculus quando floruit.

M. Lollius M. f. //. n. Leg. Aug. Procos. Galliam Celticam obtinuit. A Germanis Galliam Rheno transmisso deprædantibus prælio turpiter victus est. Quod ipsum adeò Augustum vrbe extraxit. Vide Dionem & Suetonium. Hinc etiam Velleius: Accepta, inquit, in Germania clades sub legato M. Lollio homine in omnia pecuniæ quàm recte faciendi cupidiore, & inter summam vitiorum dissimulationem vitiosissimo, amissaque legionis Quintæ aquila, vocauit ab vrbe in Gallias Cæsarem.

//. Claudius / . f. //. n. Marcellus. Perperàm in Dione Μαρκέλλος Λόλλιος. Fortassis is est, qui xv. vir S. F. anno superiore Ludis Sæcularibus adfuit. Macedoniam Propr. obtinuit. Dentheletas & Scordiscos repressit. In Thracia Bessos domuit: Dio.

ANNI P. R. C. DCCXXXVIII.

Consules.

M. Liuius L. f. //. n. Drusus. Libo. L. Calpurnius L. f. L. n. Piso.

LIBONEM & Pisonem Consules adferunt Tabulæ Græcæ: Cassiodorus M. Drusum & L. Pisonem: Marianus M. Drusum Libonem, L. Calpurnium Pisonem. In Tabula Collotiana solus extat M. Drusus L. f. In Dione autem leguntur M. Liuius L. f. Drusus Libo, L. Calpurnius L. f. Piso. Drusus Libo vocatur item à Seneca, Epistolarum lib. x.

Augustus multas in Galliam & Hispaniam colonias deduxit, Cyzicenis libertatem restituit; Paphiis terræ motu afflictis subsidio venit, iussitque vt vrbem suam Augustam nominarent. Nero Claudius Drusus ad Germanicum bellum ab Augusto missus, Rhætos Galliam Italiamque finitimam depopulantes, apud Alpes Tridentinas prælio vicit, & ab Italia reiecit. Eius victoriæ caussa in honore Quæsturæ ex S. C. ornamenta Prætoria adeptus est: Auctores sunt Dio, Velleius, Suetonius, & L. Florus in fine libri quarti.

Qui prouincias administrarunt.

Ti. Claudius Ti. f. Ap. n. Nero. Comatam Galliam rexit, Barbarorum incursionibus, & principum discordia inquietam. Ti. Neronis Quæsturam Marianus etiam nominat. Neroni Druso fratri iussu Augusti contra Rhætos auxilio venit. Et ambo diuersis castris Rhætiam irrumpentes, Barbaros dissipatos multis minutis præliis deleuerunt, populi Rhætici validissimam partem in alia loca traduxerunt: Dio, Velleius, Liuius lib. CXXXVIII. & Suetonius in Tiberio.

ANNI P. R. C. DCCXXXIX.

Consules.

M. Licinius M. f. M. n. Crassus. Cn. Cornelius Cn. f. //. n. Lentulus.

SVBSEQVVNTVR Cn. Lentulus, M. Crassus in Cassiodoro: in Tabulis Græcis Crassus & Lentulus: in Mariano Cn. Lentulus Augur, M. Licinius Crassus: in Collotiana solus remansit M. Licinius M. f. In Dione plenius habentur, M. Licinius M. f. Crassus, Cn. Cornelius, Cn. f. Lentulus.

Basilica Paulli incendio Romæ conflagrata cum Vestæ templo: Pannonij rebellantes subiugati. Vide Dionem libro LIV.

Prouinciæ.

M. Agrippa L. f. / . nepos Qui ante biennium ab Augusto extra ordinē in Syriam missus erat, Asiæ & Ponti res ordinauit, Bosphori regnum, quod falso titulo Scribonius qui-

quidam inuaserat, eodem occiso, Polemoni regi dedit. Quas ob res eidem supplicationes Romæ decretæ sunt: triumphum verò iussu Augusti oblatum recusauit. Nihil etiam ad Senatum de rebus a se gestis scripsit. Quod exemplum pro lege quadam acceptum posteriores eius conditionis duces imitari cœperunt, vt nec amplius ad Senatum litteras de rebus à se gestis scripserint, neque triumpharint: sed solis ornamentis triumphalibus honorati ob res feliciter gestas fuerint: Auctor est Dio libro eodem. Erant autem ornamenta triumphalia, supplicationes, sacrificium, tunica palmata, toga picta, laurea, bullæ, armilli, sceptrum eburneum, statua, & alia triumphantium insignia, de quibus & in Tarquinio Prisco locuti sumus. His ornamentis anteà etiam bello Punico secundo Masinissam Numidiæ regem à P. Scipione Procos. in Africa, Syphace capto, donatum fuisse, apud Liuium libro xxx. legimus: In tribunal, inquit, ascendit, & concionem aduocari iussit. ibi Masinissam primum Regem appellatum, eximijs ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, sella curuli, & scipione eburneo, toga picta, & palmata tunica donat; addit verbis honorem, neque magnificentius quidquam triumpho apud Romanos, neque triumphantibus ampliorem eo ornatu esse, quo vnum omnium externorum dignum Masinissam populus Rom. ducat. Vide Iuuenalem Satyra x. vbi Prætorem ludis Circensibus in ornatu triumphali describit. Qui tandem sub Claudio tam vulgaris esse cœpit, vt legiones legatis suis triumphalia ante bellum petere ausæ fuerint, ne caussam belli quoquo modo quærerent. Et Nero triumphalia Quæstoriæ dignitatis & ex equestri ordine nonnullis tribuit, nec vtique ex caussa militari. Itaque confestim honos ille vulgaris & vilis haberi cœpit, quemadmodum ex sequentibus patebit. Hinc est quòd stomachatur Iuuenalis Satyra prima: *Triumphalia insignia.*

Atque triumphales, inter quos ausus habere
Nescio quis titulos Aegyptius, aut Alabarches.

ANNI P. R. C. DCCXL.

Consules.

Ti. Claudius Ti. f. Ap. n. Nero. P. Quinctilius Sex. f. .. n. Varus.

CASSIODORVS Ti. Neronem & P. Quinctilium: Tabulæ Græcæ Neronem & Varum hos nominant: Marianus autem Ti. Claudium Neronem, P. Quinctilium Varum: sed Dio pleniùs, Ti. Claudium Ti. f. Neronem, P. Quinctilium Sex. f. Varum. In fragmento Collotiano nihil præter Ti. Claudium Ti. f. legimus.

Augustus rebus in Gallia & Hispania constitutis, relicto in Germania Druso, Romam redijt, honores à Senatu decretos non accepit. Marcelli theatrum dedicauit, Ludisque in dedicatione C. Cæsar Aug. f. inter alios patricios pueros Troiam lusit. Senatum denuò legit, & qui ætatem, censum Senatorium habebant, & corpore non erant manco, Senatores esse coëgit. S. C. insuper decretum, quoniam nemo facile Tribunatum plebis petebat, vt sorte ex iis qui Quæstores fuissent, nec dum quadragesimum annum attigissent, ij deligerentur. Ludos votiuos pro reditu Augusti conceptos, cùm in Galliam proficisceretur, fecere eodem anno Consules, in quibus Ti. Neronem & populum obiurgauit Augustus: illum, quòd C. Cæsarem puerum apud se in ludis sedere iussisset; populum vero, quòd plausu & laudibus hoc prosequeretur. Quorum Ludorum memoriam in marmoreæ basis fragmento expressam Romæ vidi, quod cum nonnullis alijs antiquis reliquiis, inter quas erant quatuor marmoreæ laruæ grandes summi artificij, tum effodiebatur in area diui Apollinaris, ad caput Circi Agonalis. Fragmentum verò suppleri ita poterit: *Marcelli theatrum dedicatum.* *Votiui ludi.*

P. Quinctilius. sEX. F. VARVS
Pontifex COS
Ludos. Votiuos. prO. REDITV
Imp. Cæsaris. diui. F. AVGVSTI
Ioui. optimo. mAXIMO. FECIT
Ti. Claudio. Ti. f. NeronE. CONLEGA
Ex. S. C.

Augustus eodem anno demum, mortuo M. Lepido, Pontificatum Maximum suscepit, quem viuo auferri numquam voluit. Vide Dionem, Suetonium, Velleium, Oui- *Augustus Pont. Max.*

dium III. Fastorum, & alios. Igitur eius titulis deinceps Pontificatus Maximus additur, vt ibidem Ouidius:

Cæsaris innumeris, quos maluit ipse mereri,
Accessit titulis Pontificalis honor.

M. Agrippæ ex Syria reuerso Tribunitiam potestatem, & sibimet imperium in aliud quinquennium prorogauit, & Agrippam in Illyricum mittit, instante licet hieme, contra Pannonios rebellantes, quos aduentu suo breui compescuit: Auctor Dio libro LIV. Meminit item Eusebius in Chronico.

Prætor.

Iulus Antonius M. Antony III. viri f.

Iul. Antonius M. f. M. n. Triumviri filius, auctore Suetonio, cui cognomen Africani adiungit Dio. Natalem Augusti Ludis equestribus & venatione celebrauit, & ex S.C. epulum Augusto & Senatoribus in Capitolio dedit: Dio lib. LIV. Ad hunc extat Ode Horatiana encomiastice, eo, vt apparet, anno scripta; cuius commentator Acron tradit etiam M. Antonij Triumviri filium hunc fuisse, & Poëtica clarum, heroico carmine Diomedeas scripsisse XII. egregios libros, & prosa quoque nonnulla. Hinc ad eum ita Horatius:

Concines maiore poëta plectro
Cæsarem, quandoque trahit feroceis
Per sacrum cliuum, merita decorus
Fronde, Sicambros.
Concines latósque dies, & Vrbis
Publicum ludum, super impetrato
Fortis Augusti reditu, forumq́;
Litibus orbum.

Prouincię.

C. Sentius C. f. C. n. Saturninus Procos. Suriam obtinuit. Meminit Iosephus Antiq. lib. XVI cap. IX. & XIII. apud hunc, Herodem Iudæorum regem, Alexandrum & Aristobulum filios accusasse, latissime enarrans.

ANNI P. R. C. DCCXLI.

Consules.

M. Valerius M. f. M. n. Messalla. Barbatus. P. Sulpicius. P. f. P. n. Quirinus.
AEMILIAN. IN. mag. mort. est
In. eius. L. F. E.
C. Valgius. C. F. RVF. ABDIC. IN. E. L. F. E
C. Caninius C. f. C. N. REBIL. IN. MAG. M. E.

SEQVVNTVR Consules in Mariano M. Valerius Messalla, P. Sulpicius Quirinus: in Dione M. Valerius M. f. Messalla Barbatus, P. Sulpicius P. f. Quirinus: in Cassiodoro M. Messalla & P. Sulpicius: in Tabulis Græcis Messalla & Quirinus. Et his subiunguntur ante anni insequentis Consules Rebilus & Saturninus, vt etiam in Cuspiniani Tabulis: quæ profectò dici possunt suffectorum cognomina Consulum C. Valgij & C. Caninij, quemadmodum in fragmento item Collotiano leguntur, & ab Onufrio suppleta in Capitolinis ex fragmento minuto; quod quo loco in Tabulis reponeretur, non liquebat. Forsan Valgij duplex cognomen fuit, Rufus & Saturninus. Porro Rebilus C. Caninij esse manifestum est. Et Rebili Consularis huius pecunias ad Ludos oblatas recusasse Iulium Græcinum, scribit Seneca de Beneficiis libro II. cap. XXI. Messallæ Barbati Messallinæ patris meminit Suetonius in Claudio, & P. Sulpicij Quirini Tacitus libro III. & Iosephus Antiquitatum lib. XVII. & XVIII. vti postea latius declarabo. C. Valgius autem eruditione celebris fuit. Ipse enim vnus illustriú, (vt ait Plinius lib. XXV. cap. II.) post M. Catonem tentauit de herbarum medicina scribere ad D. Augustum. Clarus & poësi, & M. Messallæ oratori familiaris, ad quem ita Tibullus libro IIII.

C. Valgius, poëta. C. Caninius

Est tibi qui possit magnis se accingere rebus
Valgius, æterno propior non alter Homero.

Extat ad eumdem Valgium Ode Horatiana, Carminum libro II. quo loco interpretes Consularem vocant Acron & Porphyrio.

M. Agrip-

M. Agrippa ex Illyrico reuersus, in Campania morbo correptus moritur. Corpus eius multis honoribus prosequutus Augustus, in suum sepulchrum detulit. Præfecturam morum in alium quinquennium accepit. Cumque Tribunatus plebis propter dissolutam eius potestatem à perpaucis peteretur, legem tulit, vt ex equitibus Rom. qui non minùs quam decies sestertium possiderent, deligerentur, ex quibus populus eos qui deficerent, designaret. Sicambri, Vsipetæ, Tencteri & Camaui a Nerone Druso sunt oppugnati, & tumultus, qui ob censum exortus in Gallia erat, ab eodem compositus; ara Cæsari ad confluentes Araris & Rhodani, vbi Lugdunum est, dedicata: Auctores sunt Dio, ac Liuius libro CXXXVIII. Suetonius, Florus, Orosius, & alij. *M. Agrippa moritur.*

Prouinciæ.

Ti. Claudius Ti. f. Ap. n. Nero. Procos. Illyricum obtinuit per triennium extra ordinem. Mortuo enim M. Agrippa, adiutorem in rerum administratione sibi adsumpsit Tiberium priuignum, quem generum sibi ideò fecit, data ei filia Iulia M. Agrippæ vidua, & adempta Vipsania M. f. ex Marcella, licet grauida tum esset, & infantē alium ex Tiberio natum aleret. Nec diu pòst, Tiberium cum exercitu in Illyricum contra Pannonios rebellantes misit, quos ille Scordiscorum auxilio adiutus subegit, arma ademit, & iuuentutem in alias regiones abducendam sub hasta vendidit. Quarum rerum caussa, cùm à Senatu Tiberio triumphus decerneretur, Augustus non sustinuit, sed » triumphalibus ornamentis contentum esse iussit: Dio libro LIV. Suetonius itaque, Tibe- » rius (inquit) primus triumphalibus ornamentis honoratus est, nouo, nec antea cuiquam » tributo genere honoris. *Tiberius Iuliam à M. Agrippa relictam viduam duxit.*

L. Calpurnius L. f. L. n. Piso. Procos. Pamphiliam obtinuit. Thracas Bessos Cherronesum irrumpentes, & Sialetas Macedoniam infestantes, triennio bellum gerens domuit, Bessorum agros vastando, omnes eos partim in deditionem, partim in seruitutem redegit. Ob quas res ei triumphalia ornamenta & supplicationes anno sequenti, bello confecto, sunt decreta. Hic postea Præfectus vrbis fuit, sicut apud Velleium & Tacitum libro v. legimus, artium atque ingeniorum patronus: cui Horatius Artem poëticam nuncupauit. Vide Dionem libro LIV. Suetonium Tiberio, Liuium lib. CXL. Velleium, L. Florum in fine libri quarti, Senecam ad Lucilium ep. LXXXIV. *L. Calpurnius Piso ingeniorum patronus.*

L. Domitius Cn. f. L. n. Ahenobarbus. Neronis Cæs. auus, legatus Augusti in Germania. Cum exercitu flumen Albim transiens, longiùs penetrauit Germaniam, quàm quisquam priorum, easque ob res insignia triumphi adeptus est: Suetonius in Nerone, & Tacitus libro IV. Meminit item illius libro primo.

ANNI P. R. C. DCCXLII.

Consules.

Q. Ælius Q. f. *.* n. Tubero. Paulus Fabius Q. f. *.* n. Maximus.

PROFERT ita Consules Dio: Paullum Fabium, Q. Æmilium Cassiodorus & Obsequens: Maximum & Tuberonem Tabulæ Græcæ: P. Fabium Maximum, Q. Ælium Tuberonem, Marianus. Q. Tuberone & Fabio Maximo Consulibus Augustum theatri Marcelli dedicatione tigrim populo Romano ostendisse, Plinius auctor est libro VIII. cap. XVII. Biennio anteà tamen Marcelli theatrum dedicasse Augustum, ex Dionis sententia dixi. Meminit Consulum Frontinus de aquæductibus: & Senatusconsulti tunc facti exemplum ibidem legere poteris, de eorum officio & insignibus, qui aquis publicis præfuturi essent: scribit namq; Augustum Q. Ælio Tuberone & Paullo Fabio Maximo Coss. familiam omnem aquæductuũ tutelæ destinatam, a M. Agrippa testamento sibi relictam, publicasse, & aquarum ius certum ex S. C. lege lata, edictoque suo promulgato constituisse. Tum creatus Curator aquarũ primus M. Valerius Messalla Coruinus, & quamdiu vixit hoc officij obtinuit. Sed in Frontino Paullus non P. Fabius legendum, quod & in Mariano mendum est. Non insolens enim tum temporis fuisse animaduertimus, veteris familiæ cognomen, notæ caussa, in prænomen illius mutare, qui adoptatus esset. Sic Paullus Fabius ex Æmilia Paullorum in Fabiam gentem transiens adoptatus à Q. Fabio Maximo Consulari, ni fallor, & Triumphali, prius illud suum cognomen mutasse in prænomen videtur. *Marcelli theatrum dedicatum. Castigatur Iulius Frontinus. Cognomen in prænomen aliquando versit.*

Tiberius Dalmatas & Pannonios ob suam absentiam rursus arma mouētes in potesta-

tem redegit. Exindeque Dalmatiam Augustus, quæ populi prouincia fuerat, velut quæ ob vicinitatem Pannoniæ exercitibus indigeret, suam prouinciam fecit. Octauia soror Augusti moritur, quam Augustus pro Rostris laudauit: Dio libri LIV. fine, Liuius lib. CXL. L. Florus in fine libri quarti. Quo loco non Vibium ab Augusto missum ad Pannonias & Dalmatas domandos, sed Tiberium lege. Error librariorum quorumdam ex incuria emanasse videtur, qui VIB. pro TIB. perperam scripserunt; vnde Vibius, non Tiberius legi & scribi ab aliis cœpit.

L. Florus emendatur.

Prætor.

Nero Claudius.

Nero Claudius Ti. f. Ap. n. Drusus. Anni superioris exitu domitis Sicambris eorumque sociis, ac Frisiis ad amicitiam populi Rom. traductis, Romam decessit, vbi Præturam vrbanam (quamquam Prætorios honores antè adeptus esset) iniit. Sed Vere adueniente rursus ad bellum profectus, traiecto Rheno, Vsipetas, Cheruscos & Sicambros rebellantes denuò subegit. Castella ad fluuiorum Lupiæ & Halisonis confluentes in Sicambris, & ad Rheni ostium in Cattis extruxit, præsidiisque firmauit. Ob hæc ei ornamenta triumphalia, & vt ouans vrbem iniret, & peracta Prætura cum Procos. imperio prouinciam obtineret, decreuit Senatus. Hæc eo tempore Drusus gessit, Ludosq; in Prætura faciendos magnificentissime exhibuit. Natalis item Augusti in Circo, & variis aliis vrbis locis, venationibus celebratus est; idque etsi non decretum, tamen quotannis ferè à Prætoribus factum: Dio in fine LIV. Suetonius in Claudio item refert, Neronem Drusum in honore Præturæ ducem Germanici belli Romanorum primum Septemtrionalem Oceanum nauigasse, transque Rhenum fossas noui & immensi operis effecisse, quæ nunc adhuc Drusianæ vocantur. Hostem frequenter cæsum in intimas solitudines abegisse, easque ob res, veluti adiungit, ouandi ius & triumphalia ornamenta percepit.

Augusti natalis celebrari cœptus.

ANNI P. R. C. DCCXLIII.

Consules.

Iulus Antonius M. f. M. n. Africanus. Q. Fabius Q. f. // n. Maximus.

HABENTVR ita Consules in Dione: Africanum & Maximum suggerunt Tabulæ Græcæ: Iulum Antonium & Fabium Africanum Cassiodorus, Marianus, & Suetonius, Claudium Cæsarem his Consulibus natum scribens. Atque hi cognomen Africani Fabio, non Antonio attribuunt.

Claudij Cæsaris natalis annus.

Augustus Flamen Dialis creatus est, primus post L. Merulam bello ciuili Mariano occisum. Hinc Suetonius Dialem Flaminem, veluti nonnulla alia ex antiquis cærimoniis paulatum abolita, Augustum restituisse dicit. Idemque res vrbanas constituit, Quæstoribus Senatusconsulta asseruanda quæcumque fierent, commisit, quando Tribuni plebis & Ædiles quibus ante id negotium datum fuerat, per viatores suos hoc curare cœpissent, atque inde error incidisset.

Daci Istrum frigore concretum transgressi, ex Pannonia prædas egerunt. Dalmatæ item ob tributa acerbiùs exacta rebellarunt. Quos motus Tiberius, è Gallia missus à Cæsare, vbi tum agebat in Lugdunensi Germanicis bellis vicinior, eorumque euentui intentior, compescuit. Cattos interim, aliosque vicinos Germanorum populos Drusus subegit. Sub finem anni rebus vtrimque benè gestis Drusus & Tiberius cum Augusto simul Romam reuersi sunt: Dio extremo libri LIV. Liuius, Suetonius, Velleius, & alij.

ANNI P. R. C. DCCXLIV.

Consules.

Nero Claudius Ti. f. Ap. n. Drusus. In magistratu mortuus est. T. Quinctius T. f. // n. Crispinus.

EX Dione hoc modo Consules ordinauimus, & ex antiquo titulo aræ Volcani ab Augusto, Consulibus Nerone Claudio Druso & T. Quinctio Crispino dedicatæ. In Cassiodoro & Mariano sequuntur Drusus Nero & L. Quinctius, mendosè, ni fallor. Tabulæ Græcæ Drusum & Crispinum habent.

Nero

Nero Drusus inito Consulatu bellum Germanicum repetiit,& cum exercitu omnia subiugando,& ad Albim fluuium vsque procurrendo,trophæa in eius ripis fixit. Ipse non diu post in æstiuis castris, in ipso victoriæ cursu, ex fractura, equo super crus collapso, mortuus est. Corpus à Tiberio fratre,qui accepto malè valetudinis suæ nuntio raptim accurrerat,Romam delatum,& C. Iulij tumulo conditum. Laudatus pro Rostris à fratre & Augusto vitrico,pluresque honores funeri illius additi. Senatus decreuit mortuo filiisque eius nomen Germanici,arcumque triumphalem marmoreum erexit. Prolixè eius res gestas in Consulatu & exitum describit Dio lib. LV. Attingunt etiam Tacitus, Velleius,Suetonius,& Liuius in vltimo. Item Orosius,Eutropius,L. Florus,& alij. Strabo in septimo Drusum inter Salam fluuium & Rhenum periisse scribit. *Nero Drusus equi lapsu extinctus.*

Prætoribus Augustus ius dicendi sententiam in Senatu concessit. Quæstores maritimis Italiæ municipiis,prope vrbem maxime,præfecit: Dio libro LV. & Suetonius. *Prætorib. & Quæstorib. ab Augusto concessa.*

Ti. Claudius Ti. f. Ap. n. Nero. Procos. An. DCCXLIV.
Ouans. de. Dalmateis.&. Pannoniceis

Ti. Claudio Neroni ob Dalmatiam pacatam & Pannonios subactos ouatio à Senatu, quemadmodum Druso ob res in Germania & Gallia benè gestas,decreta erat,quam Tiberius hoc primùm anno,antequã Drusus obiret,duxit,& epulum populo tam in Capitolio quàm aliis vrbis locis dedit. Liuia mater, & vxor Iulia seorsim mulieribus epulum dedere, aliudq; item in ouationem Drusi pararant. Verùm is morte interceptus,omnem apparatum illum fecit irritum. Hæc fere Dio,cui etiam suffragatur Velleius: Dalmaticæ, ,, inquit,& Pannonicæ victoriæ compos Nero,ouans triumphauit. Idem honos Druso pa- ,, rabatur,nisi ante diem decessisset. Meminit huius triumphi item Eusebius in Chronico.

ANNI P. R. C. DCCXLV.

Consules.

C. Marcius L f. L. n. Censorinus. C. Asinius C. f. Cn. n. Gallus.

CONSVLVM nomina sic ex Dione & antiquis marmorum titulis concinnauimus. Censorinum & Gallum produnt Tabulæ Græcæ: C. Asinium, C. Marcium Cassiodorus: C. Asinium Gallum, C. Marcium Censorinum Marianus. Meminit Consulum Plinius lib. XXXIII. cap. X.& item Censorinus De die natali,mensem Sextilem hoc anno Augustum appellari cœpisse affirmans; cui astipulantur, Dio, Macrobius, & Tranquillus. *Augustus mensis vnde dici cœptus.*

Augustus in alios decem annos imperium oblatum accepit; pomœrij terminos ampliauit, vt testatur Dio,& monstrant cippi quadrati duo Tiburtini, quibus pomœrium vrbis olim signatum fuit. Seruantur autem Romæ in vinea Cardinalis Carpensis, & leguntur in iis hi tituli:

C. MARCIVS L. F. L. N.
CENSORINVS. ET. C. ASI
NIVS. C. F. GALLVS. COS
EX. S. C.
FIN. POMER. TERMIN

In altero:

C. MARCIVS. L. F. L. N.
CENSORINVS
C. ASINIVS. C. F. GALLVS
COS
EX. S. C. TERMIN

Augustus exercitum in Galliam duxit: ipse in prouincia manens Tiberium extra ordinem contra Germanos in locum Drusi fratris cum imperio misit, & Consulem in annum insequentem designauit. Vide Dionem libro LIV. Cassiodorus Germanos omnes inter Albim ac Rhenum habitantes Tiberio semet dedidisse tradit.

Prouinciæ.

Sex. Appuleius Sex. f. Sex. nepos. Illyricum obtinuisse & Tiberio successisse ad triumphum decedenti videtur; Pannonios enim hoc anno subegisse, Cassiodorus auctor est. Cassiodorum sequitur Marianus.

P. Quinctilius Sex. f. //. n. Varus Procos. Syriam obtinuit, successor Saturnino datus, auctore Iosepho, apud quem ab Herode Iudæorum rege Antipater filius veneficij accusatus fuit, vt latissime narrat libro Antiquitatum XVII. Iudæos post mortem Herodis rebellantes subegit, præsidiumque sub Sabino præfecto Ierosolymis obsessum liberauit, vt ibidem diffuse Iosephus & Zonaras libro I. Meminit Tacitus libro XXI. Et Dio Quinctilium Varum post administratam Syriam Germa- *P. Quinctilius Varus Syriam exhausit.*

Germaniæ præfectum fuiſſe dicit libro LVI. Velleium quoque auctorem habemus, cuius eſt de Quinctilio Varo teſtimonium; quòd Syriam pauper diuitem ingreſſus, diues pauperem reliquerit.

ANNI P. R. C. DCCXLVI.

Conſules.

Ti. Claudius Ti. f. Ap. n. Nero II. Cn. Calpurnius Cn. f. Cn. n. Piſo.

LEGVNTVR Conſules in Dionis argumento Ti. Claudius Ti. f. II. Calpurnius C. f. Piſo II. mendoſè; quemadmodum item in Mariano Ti. Claudius Nero II. Cn. Calpurnius Piſo: & in Tabulis Græcis Nero II. & Piſo II. Non enim hic Cn. Piſo qui anteà ſemel cum Auguſtó Conſul fuit, ſed eius filius, qui poſteà Procos. Syriæ Germanicum Cæſarem veneno ſuſtuliſſe dicebatur. Quod ſatis declarare Tacitus libro II. videtur, ſcribens à Tiberio Syriæ præfectum fuiſſe Cn. Piſonem ingenio violentum, & obſequij ignarum, inſita ferocia à patre Piſone, qui ciuili bello partes contra Cæſarem acerrimè iuuit: mox Brutum & Caſſium ſecutus, conceſſo reditu, petitione honorum abſtinuit, donec vltrò ambiretur delatum ab Auguſto Conſulatum accipere. Libro autem tertio, vbi huius iudicium & damnationem multis verbis enarrat, legatum Auguſti & collegam Tiberio in Conſulatu fuiſſe inſinuat his verbis, quæ ex Piſonis codicillis pœnam filiorum deprecantis recitat: Per quinque, inquit, & quadraginta annorum obſequium, per » collegium Conſulatus, quondam Diuo Auguſto parenti tuo probatus, & tibi amicus, nec » quidquam poſt hæc rogaturus, ſalutem infelicis filij rogo. Et ante Tiberius in Senatu di- » xerat, Auguſti patris ſui legatum & amicum Piſonem fuiſſe, non addens collegam in Conſulatu: quod profectò non præteriret, ſi ita fuiſſet. Quæ omnia faciunt, vt exiſtimem hunc Cn. Piſonem ante Conſulatum geſſiſſe, ſed Cn. Piſonis collegæ Auguſti in XI. Conſulatu filium fuiſſe, qui adoleſcens patrem bello ciuili Pompeianas partes fouentem ſequutus eſt. In Caſſiodoro igitur numeri ſaltem adijciendi ſunt ad Ti. Neronem, quem cum Cn. Piſone ſuggerit. Meminit Conſulum Dionyſius Halicarnaſſ. in Præfatione Hiſtoriæ ſuæ antiquitatum Italicarum, populum Rom. dicens ſeptingentos iam tum & quadraginta quinque annos bella geſſiſſe, vſque ad Conſules Claudium Neronem II. & Calpurnium Piſonem, qui CXCIII. Olympiade ſunt creati. Quo tempore Dionyſius Romæ hiſtoriam ſuam ſcripſit, velut latiùs ibidem exponit. Vno tantùm anno more ſuo diſcrepat.

Dionyſius Halicarn. quando Hiſtoriam Rom. conſcripſit.

Ludi votiui pro Auguſti reditu.

Tiberius Conſul coortis in Germania motibus ad bellum reuocatus eſt. Ludos igitur votiuos, quos pro reditu Auguſti, vt Conſules facerent, decreuerat Senatus, eius nomine cum Cn. Piſone Conſule, vt auctor eſt Dio, C. Cæſar edidit. Honos tamen eius muneris Tiberio Conſuli adſcriptus, vt monſtrat titulus baſis marmoreæ eodem loco ad caput Agonalis Circi prope S. Apollinarem repertæ, ſimul cum alijs vetuſtis reliquijs, quemadmodum in anno DCCXL. diximus. Eſt autem talis:

TI. CLAVDIVS. TI. F. NERO
PONTIFEX. COS. ITERVM
LVDOS. VOTIVOS. PRO. REDITV
IMP. CAESARIS. DIVI. F. AVGVSTI
PONTIFICIS. MAXIMI
IOVI. OPTIMO. MAXIMO. FECIT

Ludi funebres in M. Agrippæ honorem.

Ludi funebres item facti in honorem M. Agrippæ.

Vicorum magiſtros, quos στενωπάρχας Græci appellant, ex plebe Auguſtus inſtituit, ad arcenda vrbis incendia. Quibus conceſſit habitum Magiſtratus, & lictores binos in vicis quibus præeſſent. Addidit & ſeruitia in vſum reſtinguendorum ignium, quæ antè Ædilibus in eum finem adiunxerat. Vrbſque tota tunc in regiones diuiſa fuit quatuordecim, quibus ſorte diuiſis hi vicorum Magiſtri præeſſent: Auctor Dio libro LV.

Prouinciæ.

C. Sentius C. f. C. n. Saturninus. Leg. Aug Procos. in Gallia poſt Tiberium fuiſſe Velleius inſinuat, & aduerſus Germanos prouinciam per plures annos adminiſtraſſe, quando & ibidem legatus fuerit poſt decennium ſub Tiberio iam adoptato, cui cum Galliam

Galliam prouinciam & bellum Germanicum extra ordinem commisit Augustus. Anno autem DCCLVIII. bello contra Caninefates & Cheruscos ornamenta triumphalia meruit. Vide Velleium, & Dionem libro LV.

Ti. Claudius Ti. f. Nero II. Cos. II. Ann. DCCXLVI.
de. Germanis. Kal. Ian.

Anno superiore (vt dixi) Augustus accepto in aliud decennium Imperio in Galliam exercitum duxit, ipse manens in prouincia, Tiberium contra Germanos misit. Qui traiecto Rheno magnis cladibus, non incruenta tamē victoria eos affecit, & ad deditionem compulit. Quas ob res Augustus cum semet & Tiberium Imperatoris nomine ornasset, Tiberium iterum Consulem designauit, & litteras cum ad Senatum ex more maiorum mittere, & antequam magistratum iniret, de rebus à se gestis in Senatu disserere, ac triumphare voluit. Ipse triumphum oblatū recusauit. Tiberius autem Kal. Ianuariis, quibus cum Cn. Pisone Consulatum iniit, conuocato in Octauiam, quæ extra pomœrium erat, Senatu, de rebus a se gestis disseruit, ac deinde triumphauit. Hæc ferè Dio. Auctor item Velleius, Tiberium in Germania post mortem Drusi fratris re bene gesta, triumphum alterum cum altero Consulatu obtinuisse. Et Suetonius Germanico bello Tiberium XL. milia dedititiorum traiecisse in Galliam, iuxtaq; ripam Rheni sedibus assignatis collocasse. Quas ob res & curru vrbem ingressus est, primus, inquit, nouo genere honoris decoratus. Sed primus (vt intelligo) post triumphalia ornamenta inuenta, quippe cùm ob res alienis auspiciis gestas triumpharet. De hoc triumpho intelligenda sunt, quæ Ouidius de Ponto cecinit, libro III. Elegia IV.

Quid cessas currum, pompamq; parare triumphis
Liuia? dant nullas iam tibi bella moras.
Perfida damnatas Germania proijcit hastas,
Iam pondus dices omen habere meum.
Crede, breuiq; fides aderit, geminabit honorem
Filius, & iunctis, vt priùs, ibit equis.
Prome, quod iniicies humeris victoribus, ostrum:
Ipsa potest solitum nosse corona caput.

Et quæ sequuntur.

ANNI P. R. C. DCCXLVII.

Consules.

D. Lælius D. f. D. n. Balbus. C. Antistius C. f. C. n. Vetus.

In Mariano leguntur D. Lælius Balbus, C. Antistius Vetus. Tabulæ Græcæ Consules subijciunt Balbum & Veterem: D. Lælium & C. Antistium Cassiodorus: Dio quidem, D. Lælium D. f. Balbum, C. Antistium C. f. Veterem. D. Balbum inter XV. virûm magistros Ludorum Sæcularium iam antè habuimus, vbi & D. N. appellatur. Addit Consules suffectos ex antiquis marmorum titulis Onufrius L. Manilium & Q. Torquatum, de quibus ipsum suo loco vide.

Augustus vt C. & L. filiorum audaciam insolentiamque refrænaret, qui in puerili ætate adhuc prætextati ad Consulatum aspirare cœperant, (iam enim Lucius Caium fratrem Consulem renuntiari petebat) Tiberium (vt modestiores fierent) ad summos honores euexit, Tribunitiæ potestatis in quinquennium consortem fecit, atque Armeniæ, quæ iam post Tigranis obitum alienata erat, præfecit. Cuius curam nihilominus Tiberius, ne C. & L. Cæsares offenderet, recusauit, atque Rhodum studiorum titulo secessit: Auctor Dio, cui item suffragatur Velleius: Breui interiecto, inquit, spatio, Ti. Nero duobus Consulatibus, totidemque triumphis actis, Tribunitiæ potestatis consortione æquatus Augusto est. Apud Suetonium quoque legimus, Tiberium tempore interposito Consulem iterùm, etiam Tribunitiam potestatem in quinquennium accepisse. Vide Dionem libro LV. Zonaram II. Velleium, Suetonium, & alios.

ANNI

ANNI P. R. C. DCCXLVIII.

Consules.

Imp. Cæsar. Diui. f. Augustus XII. Abdicauit. in. eius. loc. fact. est. | L. Cornelius P. f. P. n. Sulla.
.. .. .. f. .. n. ..

DVODECIMVM Consulatum suum cum L. Sulla gessisse Augustum, consentiunt Auctores; sed Cassiodorus, vt antè dixi, primum Augusti Consulatum non supputans, hoc anno C. Augustum Cæsarem XI. & L. Sullam Consules prodit. Rectè Dionis argumentum, licet collegam omittat, Augustum XII. Cos. suggerit: vt Marianus C. Cæsarem Octauianum XII. L. Sullam: Tabulæ Græcæ Octauianum Augustum XIII. sed mendosè, & Sullam habent. Sic etiam de his scribit Plinius libro VII. cap. XIII. In actis temporum D. Augusti inuenitur, duodecimo Consulatu eius, quem L. Sulla collega ad III. Idus Apriles gessit, &c. Duodecimum verò Consulatum Augustus, multis, cum deferrentur, post vndecimum recusatis, magno demum temporis interuallo, id est septemdecim annorum, petiit vltrò, & biennio post decimum tertium, vt C. & L. filios amplissimo præditus magistratu, suo quemque tyrocinio deduceret in forum. Quod apud Suetonium legimus, qui addit etiam, nullum ex omnibus annuum Consulatum gessisse, præter medios quinque, à sexto ad vndecimum. Qui autem in hoc XII. suffectus Augusto fuit, non liquet.

Quemadmodum ex Dione refert Zonaras, Augustus sequenti post Tiberij ab vrbe discessum anno, Consul duodecimùm factus, C. filium toga virili data, in Curiam adductum Principem iuuentutis designauit: Sacerdotio eumdem quoque ornasse apud Dionem legimus. Quod titulus item statuæ, ad C. & L. Basilicam repertæ satis declarat, erectæ, vt apparet, triennio pòst, cùm Augustus Consulem eum designasset:

C. CAESARI. AVGVSTI. F
PONTIFICI. COS
DESIGNATO
PRINCIPI. IVVENTVTIS

ANNI P. R. C. CCXXLIX.

Consules.

C. Caluisius C. f. C. n. Sabinus. | L. Passienus .. f. .. n. Rufus.

HISTORIÆ Dionis hic liber contractior, omissis aliquando Consulibus, complurium annorum res gestas connectit. Itaque hi Consules in eodem libro LV. neque in eius Indice referuntur. Verùm Cassiodorus C. Caluisium & L. Passienum memorat: Marianus C. Caluisium Sabinum, L. Passienum Rufum: Cuspiniani autem Tabulæ cognomina, vt solent, Sabinum & Rufum: Tabulæ Græcæ Sabinum & Rufinum, nescio an correctè. C. Caluisius Sabinus, ni fallor, filius est eius, qui bello ciuili partes Cæsaris & Antonij posteà secutus, Consul fuit anno DCCXIV.

Eodem anno ob vrbis aquæductus omnes restauratos titulus Augusto in honorem arcui inscriptus, litteris bipedalibus, qui adhuc extat in formis aquæ Marciæ, supra portam S. Laurentij. Id quod colligere est ex Tribunitiæ potestatis anno XIX. & Consulatu eius XII. Est autem talis:

IMP. CAESAR. DIVI. IVLI. F. AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS. COS. XII
TRIBVNIC. POTESTAT. XIX. IMP. XIIII
RIVOS. AQVARVM. OMNIVM. REFECIT

ANNI P. R. C. DCCL.

Consules.

L. Cornelius L. f. . n. Lentulus. M. Valerius M. f. M. n. Messallinus.

CASSIODORVS C. Lentulum & M. Messallam Consules edit hoc anno: Marianus C. Lentulum Getulicum & M. Messallinum: Suetonius Ser. Galbam Imp. M. Valerio Messalla Cn. Lentulo Coss. natum scribit. In Dionis autem Indice plenius ac correctius leguntur L. Cornelius L. f. Lentulus, M. Valerius M. f. Messalla, vel Messallinus. Vt Dioni magis accedã, facit tabulę cuiusdam marmoreæ fragmentum, in quo L. Lentulus item vocatur: Romæ quondam extitit in ædibus Alfonsi de Anagnia: illud autem ex libro Antiquitatum Marcelli Ceruini Cardinalis S. Crucis patroni mei, qui posteà Pontifex Maximus factus est, exscriptum hoc loco adducere visum est, quandoquidem paria aliquot Consulum, eius temporis exprimat. Est autem hoc: *Ser. Galba Imp. quando natus.* *Marcellus Ceruinus Pont. Max.*

L. LENTV
ZOILVS
HERMES
Θ LIVIVS
Θ EROS
DECVR
NICEROS
IMP. CAESARE. XIII. M
ANOPTES
LVCRIO ANTON
C. IVLIVS HY
C. IVLIVS DIVI AVG. L. DIONYSIVS
COSSO. CORNELIO. L. PISONE. C
AMPHIO PHILOTEC
FLORVS SPINDONT
Θ GAA AMYNT
Θ APOLLONIVS AMYNT
DECVR. EMER
C. IVLIVS HILARIO
C. CAESARE. L. PAVLLO. COS.
EROS ANTONIAN
DAMACRATES AMYNT
PSES VEDIAN
ONESIMVS ISOCHRYSIAN
DECVR. EMERVNT
C. IVLIVS AGAMEMNO
P. VINVCIO. P. VARO. COS
ORESTES
Θ C. IVLIVS PARTHENIO
C. OCTAVIVS CLEMENS
AMIANTHVS. ARCHITECT. NICANORIAN

Velleius auctor est, Messallinum Messallæ Coruini filium fuisse, cui accedit item Plinius lib. x. cap. xxii. Messallinum Cottam Messallæ oratoris filium dicens. Item Tacitus " libro iii. Mox Valerius, inquit, Messallinus, cui parens Messalla, ineratque imago pater- " næ facundiæ, respondit. Sic etiam Tibullus poëta, cuius versus posteà citabo.

His Consulibus, ait Cassiodorus, D. N. IESVS CHRISTVS Dei filius in Bethlehem Iudæ nascitur, anno Imperij Augusti quadragesimo primo. Tertullianus idem asserit. Plures *IESVS CHRISTVS natus orbi redimendo.*

Plures tamen anno sequenti VIII. Kal. Ianuarij, anno Imperij quadragesimo secundo volunt natum. Nonnulli etiam biennio postea, anno Imperij Augusti XLIV. Cæsare & Paullo Coss. Sed has controuersias accurate satis excussit Onuttius, ad quem studiosum Lectorem remitto. Vide Zonaram, insuper Orosium, & Eusebium: quique hoc sæculo libros ea de re nobis reliquerunt, & Tractatum vnum de VII. Ioan. Marianæ, Societ. Iesu.

Prouinciæ.

Census Quirino Procos. sub Augusto, Luc. 1.

P. Sulpicius P. f. P. n. Quirinus. Procos. Syriam obtinuit, Varo succedens. Hoc vel insequenti, vt plures volunt, anno, quo CHRISTVS natus est, censum in Syria & Iudæa ex Augusti edicto egit. Vide Zonaram, Iosephum lib. XVIII. Antiquitatum, & de bello Iudaico lib. II. & Marianum. Eodem fere tempore, Archelao, qui Herodi mortuo successerat in regni parte Iudæorum, in exilium pulso, eius ditio Syriæ prouinciæ Proconsulibus mandata est: quam administrauit sub Quirino legatus eius Coponius eques Romanus, & aliquamdiu post Quirini discessum, vt Iosephus & Zonaras tradunt. In Euangelio Lucæ pro Quirino Cyrinus legitur, ex more scribendi Græco. Tacitus libro tertio hunc Sulpicium Quirinum sub D. Augusto Consulatum, & Homonadensibus in in Cilicia expugnatis mox insignia triumphi adeptum tradit, datumque deinde rectorem C. Cæsari Armeniam obtinenti.

C. Marcius L. f. L. n. Censorinus. Procos. Asiam obtinuit. Meminit illius Iosephus Antiq. lib. XVI. cap. VI. in edicto Augusti de Iudæorum immunitatibus. In prouincia post quinquennium, in comitatu C. Cæsaris Augusti f. Syriam tum obtinentis, mortuus est, auctore Velleio.

ANNI P. R. C. DCCLI.

Consules.

Imp. Cæsar. Diui. f. Augustus. XIII.	M. Plautius. M. f. A. n. Siluanus.
Abdic. in eius locum factus est	Abdic. in eius locum factus est
//. //. //. f. //. n. //.	C. Caninius //. f. //. n. Gallus.

MARIANVS Consules suggerit C. Cæsarem Octauianum XIII. M. Plautium. Hic decimustertius & postremus Augusti Consulatus est, non duodecimus, vt Cassiodorus supputat, qui C. Cæsaris Augusti f. Consulatum biennio post sequentem Augusti XIII. Consulatum esse malè existimat. Et sane constat ex Taciti libro primo, tredecim omnino Consulatus gessisse, cum scribat Augustum in eo honore M. Valerio & C. Mario semet æquasse, quorum hic septies & ille sexies obtinuère Consulatum. Porrò XIII. hunc Consulatum, quem rectè Dio (vt tabula Anagnina à me iam adducta, & aræ item Larum antiquissimæ, quæ Romæ est in horto Cardinalis de Valle, titulus satis declarant) M. Plautio adiungit. Augustum biennio post XII. repetisse scribit Suetonius, vt L. Cæsarem filium in hoc magistratu deduceret in forum, iuuentutisque Principem designaret. Cuius verba superiùs suo loco adduxi. Zonaras autem, vbi de C. Cæsaris honoribus in Consulatu Augusti XII. loquitur, addit, Lucio eius fratri eosdem honores post annum deinde datos quoque fuisse. Hic etiam Consulatus non annuus Augusto fuit, quemadmodum ex Suetonio iam antè satis probaui. Eius autem loco quis nam suffectus fuit, obscurum nobis est. Sed quia Velleius auctor est, Augusto & Caninio Gallo Coss. XXX. annis ante M. Vinicium Consulem, Iuliam ob flagitia relegatam; colligimus hoc anno Caninium Gallum M. Plautio, antequam magistratu abiret Augustus, suffectum fuisse.

Augustus, dedicato Martis templo, inter alia spectacula Naumachiam in Circo Flaminio exhibuit, in qua XXXVI. crocodili occisi sunt. Prætorianorum militum duo præfecti instituti. Iulia Augusti f. Ti. Neronis vxor ob libidines & adulteria in Pandatariam insulam relegata est. Iulus Antonius, T. Quinctius Crispinus, Ap. Claudius, aliiq; qui cum ea rem habuerant, partim morte mulctati, partim in exilium missi. Vide Dionem, Velleium, Suetonium, & Zonaram.

Iulia Augusti filia Tiberij vxor cur relegata in Pandatariam insulam.

Prouinciæ.

Cn. Calpurnius Cn. f. Cn. n. Piso. Leg. Aug. Procos. in Hispania hoc quasi tempore.

tempore. Is qui postea præfectus à Tiberio Syriæ fuit, & ob Germanici mortem, veneficij in Senatu accusatus, sibimet mortem consciuit, vt latè Tacitus libro III. vbi refert Tiberium Cæs. de reo simulatam habuisse orationem: patris sui Augusti legatum & amicum Pisonem fuisse. Obiecisse inter alia crimina Fulcinium accusatorem, ambitiose auareque a Pisone habitam Hispaniam. Virum à multis vitiis integrum quidem vocat Seneca libro I. de ira, cap. XXVI. sed cui placebat pro constantia rigor. Vbi vide quam atrociter imperium exercuerit in milites.

ANNI P. R. C. DCCLII.

Consules.

Cossus. Cornelius Cn. f. Lentulus. Qui posteà Getulicus appell. est. L. Calpurnius Cn. f. Piso.

CITANTVR hoc modo Consules à Dione: Cossum Lentulum & L. Pisonem nominant Cassiodorus & Marianus: Lentulum & Pisonem Tabulæ Græcæ: Tabula autem Anagnina Cossum Cornelium, L. Pisonem. Meminit Cn. Lentuli viri Consularis, qui de Getulis triumphalia meruit, Tacitus libro quarto: vt videatur dici posse item Cn. Cornelius Lentulus Cossus. Plures tamen Cossi prænomen ei asscribunt. Reperiuntur & argentei nummi cum facie Augusti, & statua equestri, in quibus legitur, COSSVS. CN. F. LENTVLVS. Et rursus in alio simili, CN. LENTVLVS. COSSVS. Adeò indifferenter huic vel Cossi vel Cneij prænomen fuisse videtur. Vnde Getulici cognomen habuerit, postmodum in eius prouincia declarabo. *Cossi prænomen, & Cneij, Lentulo.*

Prouinciæ.

M. Vinucius P. f. . nepos. Leg. Aug. Procos. in Gallia Transalpina, sicut ex Velleio colligimus; Germanicum bellum hoc anno exoriens, & deinde in immensum (vt ait) exardescens, vltra triennium quibusdam in locis feliciter vel gessit vel sustentauit: eoque nomine decreta sunt ei triumphalia ornamenta.

ANNI R. P. C. DCCLIII.

Consules.

C. Cæsar Augusti. f. Diui. nepos. L. Æmilius. L. f. //. n. Paullus.

IN Dionis Indice, Consulum nomina sic rectè leguntur: in Tabulis Græcis C. Cæsar & Paullus: in Tabella quidem Anagnina, C. Cæsar & L. Paullus; veluti etiam Neapoli in marmoreæ tabulæ titulo, qui sic habet:

C. CAESARE. AVG. FIL. & L.
PAVLLO . COS
LARES. AVGVSTOS
Q. NVMISIVS. Q. L. LEGIO
L. SAFINIVS. L. L. HILARVS
SADALIS. C. MODI. CIMBRI. SER
AESCHINVS. M. OCTAVI. SER
MAGISTER. DE. SVO. F. C

Perperàm igitur Cassiodorus hunc XIII. Augusti Consulatum existimat, quemadmodum & alios omnes male supputauit. Item Marianus Augusti hunc XIIII. Consulatum putat. Est autem hic C. Cæsar M. Agrippæ ex Iulia filius, quem Augustus cum fratre L. Cæsare adoptauerat, Principesq; iuuentutis appellari curarat, vt supra demonstratum est. Ambos, inquit, Tacitus libro primo, destinare Consules specie recusantis ardentissime cupiuit. Suetonius item, C. & L. adoptatos, tenerosque adhuc ad curam Reip. admonisse dicit: & Consules designatos circum prouincias exercitusque dimisisse. Simul destinatos ab Augusto Consules fuisse, ex Velleio, Dione, aliisque iam nominatis Auctoribus colligere est. Caius vt hoc anno iniret, Lucius vt biennio deinde interposito: qui *C. Cæsar M. Agrippæ ex Iulia filius.*

qui antequam iniret, mortuus est. Et statuarum quoque tituli simul erectarum, vt apparet, ad C. & L. Basilicam, è quibus alterum iam ante citauimus, hoc idem satis indicant. In nummis quoque gemini visuntur cusi, vt apud Ant. Augustinum V. C. paret Antiquitatum Dialogis.

Hoc anno CHRISTVM Seruatorem nostrum fuisse natum, Auctores nonnulli asserunt. Armenia ad Phraatem Parthorum regem desciuit: Dio libro LV.

ANNI P. R. C. DCCLIV.

Consules.

P. Vinucius M. f. P. nepos. P. Alfinius P. f. *n.* n. Varus.

CONSVLES suggerit hoc anno P. Vinucium P. Alfinium Cassiodorus; Marianus Scotus mendosus, qui C. Vinitium, P. Alphenum habet: Tabulæ Græcæ Vinucium & Varum: Tabula Anagnina P. Vinucium, P. Varum: Dionis autem Index P. Vinucium, vel Vinicium M. f. P. Alphenum, vel Alphinium P. f. Varum. Sed in Cassiodori exemplaribus perperàm C. Vinucius habetur. P. autem Vinucius hic, filius M. Vinucij, quem antè Consulem habuimus, fuit: & pater M. Vinucij postmodum sub Tiberio Consulis, ad quem historiam suam scripsit Paterculus. Ait enim ita; Patre tuo P. Vinucio Consule, Ti. Nero reuersus Rhodo, patriam incredibili lætitia repleuerat. Octauo autem post secessum anno Romam rediisse Tiberium, Suetonius auctor est. De P. Alfinio memoratu digna sunt, quæ Horatius Sermonum libro primo Satyra III. describit:

P. Vinucius M. f.

Velleius Paterculus cui Historiam inscripsit.

P. Alfinius Varus.

——— vt Alfinius vafer omni
Abiecto instrumento artis, clausaq; taberna,
Sutor erat. ———

vbi sic Acron: Vrbane satis Alfinium Varum Cremonensem deridet, qui abiecta sutrina, quam in municipio suo exercuerat, Romam venit; magistroque vsus Ser. Sulpicio Iurisconsulto, ad tantam peruenit scientiam; vt & Consulatum gereret, & publico funere efferretur. Idem scribit Porphyrio, & Pompon. de Orig. Iuris.

Eodem anno L. Cæsar Cos. designatus, ad visendos Hispaniarum exercitus ab Augusto missus, Massiliæ repentino morbo moritur, velut ex Suetonio, Dione, Velleio, & aliis colligere est. Titulum statuæ ad C. & L. Basilicam erutum adducere hic visum est:

L. CAESARI. AVGVSTI. F.
AVGVRI. COS
DESIGNATO
PRINCIPI. IVVENTVTIS

Prouinciæ.

C. Cæsar Aug f. Diui. n. Procos. Syriam obtinuit. Ad Armeniam, quæ ad Parthos defecerat, in potestatem redigendam, cum exercitu, M. Lollio comite & rectore, aliisque consiliariis adiunctis, ab Augusto missus, Phraatem Parthorum regem Armenia cedere compulit. Vide Dionem, Velleium, Zonaram, Suetonium, & alios. Meminit Plinius lib. IX. cap. XXXV. item Solinus cap. LVI.

ANNI P. R. C. DCCLV.

Consules.

L. Ælius. L. f. *n.* n. Lamia. M. Seruilius M. f. *n.* nepos.

SIC habentur in Dione: Lamia & Seruilius in Tabulis Græcis: M. Seruilius & L. Lamia in Cassiodoro & Mariano, & item in Valerio Max. lib. I. cap. VIII. vbi inter miracula refert, his Coss. templo Matris deûm conflagrato, positam in huius vestibulo statuam Q. Claudiæ ex eo incendio integram & flammis intactam in sua basi permansisse. Pater alterius Consulis erat L. Lamia, qui Prætor an. DCCXI. Ciceroni ab adolescentia familiarissimus, ob quam caussam ab A. Gabinio Cos. in exilium pulsus fuerat, quemadmodum suo loco dixi.

L. Ælius Lamia Ciceroni familiaris fuerat.

C. Cæsar

C. Cæsar Armeniam ingressus, per insidias in colloquio grauiter vulneratus, Romam deinde rediens, in Lycia moritur; cum ante annum fere L. Cæsar frater eius, Hispanias petens, Massiliæ decessisset. Corpora vtriusque à Tribunis militum, & municipiorum decurionibus Romam delata sunt; parmæque & hastæ, quas aureas ab equestri ordine, cum togam virilem sumerent, acceperant, in Curia suspensæ, velut apud Dionem legimus. Easdem in nummis argenteis Augusti expressas videmus, inter duos togatos positas, adiunctis item Auguratus Pontificatusque insignijs, lituo videlicet & haustorio. Additus titulus, C. L. CÆS. AVGVSTI. F. COS. DES. PRINC. IVVENT. Vide Tacitum libro primo. *C. & L. Cæsarum interitus.*

Augustus Imperium rursus in aliud decennium suscepit, Domini appellationem non tantum recusauit, sed etiam edicto prohibuit: Auctores Dio, Zonaras, & Suetonius. *Domini nomẽ Aug. edicto vetuit.*

Prouinciæ.

L. Passienus . f. . n. Rufus. Africam nouam siue Numidiam obtinuit, in qua ei successit Cossus Lentulus Getulicus. Ita videtur insinuare Velleius, vtrumque ex eadem prouincia habuisse triumphalia dicens his verbis: Triumphalium honorem ante paucos annos Passienus & Cossus in Africa meruerant: sed Cossus victoriæ testimonium etiam in cognomen filij contulit. Si ex lege Augusti anno post Consulatum quinto prouinciam sortitus est, eamdem per biennium obtinuit, Cosso Lentulo, ex eadem lege post Consulatum suum anno quinto succedente.

ANNI P. R. C. DCCLVI.

Consules.

Sex. Ælius Q. f. . n. Catus. C. Sentius C. f. C. n. Saturninus.

EODEM modo Consules citat Dio; Sex. Ælium & C. Sentium Cassiodorus & Marianus. In Tabulis Græcis non habentur. Velleius Ælio Cato & Sentio Consulibus v. Kal. Iulias, Tiberium adoptatum ab Augusto scribit, cum M. Agrippa Postumo, quem post mortem Agrippæ Iulia enixa erat. Idem scribunt Suetonius, Dio, & Zonaras, mortuis C. & L. filijs, & instante belli Germanici Gallicique metu, Augustum Tribunitiam potestatẽ rursus in decennium, cum iam ante eamdem per quinquennium habuisset, Tiberio dedisse. Est igitur hic sextus Tribunitiæ potestatis Tiberij annus, quod fragmentum Capitolinum quoque monstrat. Et satis ex Suetonio & alijs constat, ipsum quinquennio priore finito, vltra quadriennium deinde tam Rhodi, quam Romæ priuatum vixisse, ad hunc annum vsque, quo Tribunitia potestate rursum accepta, ab Augusto adoptatus, Ti. Cæsar Augusti f. Diui n. appellari cœpit. De qua adoptione sic fere Dio & Zonaras: Instante bello Germanico, Tiberium Augustus, Liuiæ impulsu, data in decennium Tribunitia potestate, adoptauit: ne tamen nimio honore elatus ad res nouas consurgeret, Germanicum Neronis Drusi fratris eius filium prius adoptandum ei dedit, vt is simul nepos suus esset, quamquam ipsi Tiberio iam filius superstes esset. Eius rei quoque Iustinianus Imp. Institutionum libro primo de adoptionibus ita meminit: Illud proprium est illius adoptionis, quæ per sacrum oraculum fit, quod is qui in potestate liberos habet, si se adrogandum dederit, non solùm ipse potestati adrogatoris subijcitur; sed etiam liberi eius in eiusdem potestatem fiunt tamquam nepotes. Sic etenim D. Augustus non ante Tiberium adoptauit, quàm is Germanicum adoptasset, vt protinus adoptione facto, inciperet Germanicus Augusti nepos esse. Vide Tacitum libro primo. Tiberium adoptatum Augustus in Galliam ad bellum Germanicum misit, qui Caninefatibus, Cattuarijs, Bructeris, Cheruscis subactis Visurgim traiecit, & ad vlteriora Germaniæ penetrauit: Velleius, Dio, Suetonius, & Ouidius Tristium II. Elegia I. ad Augustum: *Tiberius ab Augusto adoptatus, cùm is priùs Germanicum adoptasset.*

Nunc te prole tua iuuenem Germania sentit,
Bellaq; pro magno Cæsare Cæsar habet.

Augustus Romæ Senatum Censoria potestate legit, Lustrum nullum condidit. Lex Ælia Sentia ab his Consulibus, quibus lata est, nomen habet, qua testamentis ac manumissionibus modum præscripsit Augustus, cuius etiam Dio meminit. Per eam cauta fuisse obseruauimus; Vt vnus heres necessarius fieret; si plures fierent, irritum esset; si duo ex eadem caussa scripti, qui primo loco nominatus, heres esset. Pupillo, ne vel ex tutoris auctoritate, liceret manumittere, nisi caussam manumissionis apud concilium *Lex Ælia Sentia.*

probasset. Néve serui in fraudem creditorum manumitterentur, & hereditatem caperent. Vtique ex donatione facta inter maritum & vxorem, viro re nondum tradita mortuo, mulier rei vendicationem post obitum mariti non haberet, sed tantummodò exceptionem contra petitores. De qua lege multò plura reperiuntur in Vlpiani, Iuliani, & Paulli veterum Iurisconsultorum commentariis, item Institutionum Iustiniani libro primo, Tit. quinto & sexto.

ANNI P. R. C. DCCLVII.

Consules.

Cn. Cornelius L. f. L. n. Cinna Magnus. L. Valerius Potiti f. //. n. Messalla Volusus.

DIONIS Index ita suggerit Consules: Cassiodorus & Marianus Cn. Cinnam & L. Valerium: Tabulæ Græcæ Magnum & Valerium: Cuspiniani autem Magnum & Volusum. Cn. Cinna Pompeij Magni ex filia nepos, auum paternum habuit L. Cinnam quater Consulem. Coniuratione quadam detecta, hunc Cinnam licet Augustus inter præcipuos & sibi inimicissimos repperisset, tamen fecit Consulem, atque ita beneficio victum hostem, sibi amicissimum deinde & fidelissimum reddidit, vt solum Augustum heredem moriens reliquerit. Diffusè rem prosequitur Dio, Liuiæ vxoris ex consilio Augustum clementer coniuratis veniam dedisse, Cinnam verò Consulatu insuper honorasse; atque ea via omnium nobilium animos ita sibi deuinxisse, vt ne vlla insidiarum cogitatio deinde remanserit. Seneca exempli loco hoc idem adfert libro primo de clementia ad Neronem; licet prænomen Cinna paternum ibi habeat, vt alius videri posset.

Cn. Cinnam Augustus sibi deuinxit, solusq́; heres ab eodem instituitur.

Terræ motus magni occurrerunt. Tiberis inundatio vrbem nauigabilem septem dierum spatio fecit, non sine hominum atque ædium strage. Agrippæ Postumo togam virilem dedit Augustus. Lex de Vestalium supplendo collegio lata, vti eo sacerdotio vti etiam libertinis virginibus liceret. Vide Dionem libro LV. Cassiodorum, & Marianum.

Agrippa Postumus.

Prouinciæ.

P. Quinctilius Sex. f. //. n. Varus. Leg. Aug. Procos. in Germania. Dalmatico bello exorto anno sequenti, tribus Legionibus præfectus proficiscente in Illyricum Tiberio, demum per insidias cum omni exercitu à Germanis post triennium occisus est: Auctores sunt Dio libro LVI. Velleius, Suetonius, Florus, in fine libri quarti, & alij.

ANNI P. R. C. DCCLVIII.

Consules.

M. Æmilius L. f. //. n. Lepidus. L. Arruntius L. f. L. nepos.
Ex Kal. Iul. C. Ateius. C. f. //. n. Capito
C. Vibius. C. f. //. Postumus.

IN Indice Dionis leguntur Consules M. Æmilius L. f. Paullus, L. Arruntius L. f. in Cassiodoro autem & Mariano M. Lepidus & L. Arruntius; quorum hic filius videtur L. Arruntij, qui legatus bello Actiaco parti classis Cæsarianæ præfuit, & Consul deinde factus est, anno DCCXXXI. Oratores ambo claros fuisse, insinuat Tacitus libro XI. Consules in parte anni suffectos C. Ateium & C. Vibium Onufrius & Marlianus adiungunt ex antiqua inscriptione, quam & ipse Romæ vidi in fragmento marmoris in æde D. Cæciliæ trans Tiberim, hoc modo:

// // // SPETVS. MAG. D. D.
// // // OMINA, SCRIPTA. SVNT. QVI. IN. HOC
// // // T. C. ATEIO. CAPITONE. C. VIBIO. C. F. POSTVMO. COS

Colligunt autem suffectos hoc anno fuisse, ex Tribunitiæ potestatis Augusti an. XXVIII. cuius

cuius titulum talem adiungunt, quem tamen in eodem tabulæ marmoreæ fragmento non reperi:

IMP. CAESARE. DIVI. F. AVGVSTO
PONT. MAX. TRIB. POTEST. XXVIII.
COS. XIII. P. P. IMP. XV

Vtcumque sit, C. Ateium Capitonem Iurisprudentia celebrem, vel hoc vel alio anno sub Augusto Consulem fuisse, manifestum est ex Tacito, vbi de eius obitu verba facit libro tertio: Capito Ateius, inquit, principem in ciuitate locum studiis ciuilibus assecutus, sed auo Centurione Sullano, patre Prætorio. Consulatum ei accelerauerat Augustus, vt Labeonem Antistium iisdem artibus præcellentem dignatione eius magistratus anteiret. Namque illa ætas, duo pacis decora simul tulit, sed Labeo incorrupta libertate, & ob id fama celebratior: Capitonis obsequium dominantibus magis probabatur. Illi, quòd Præturam intra stetit, commendatio ex iniuria; huic, quòd Consulatum adeptus est, odium ex inuidia oriebatur. Meminit vtriusque Pomponius Iurisconſ. libro primo de origine iuris; referens insuper, C. Ateium Consulem fuisse, Labeonem noluisse cùm ei offerretur ab Augusto Consulatus, quo suffectus fieret. C. Ateius Capito.

Inundationem Tiberis fames dira sequuta est, vt Augustus lanistarum familias, omnesque peregrinos, seruorumq; magnam copiam, exceptis medicis & præceptoribus vrbe expelli iusserit, & ipse maiorem familiæ suæ partem dimiserit. Vide Dionem lib. LV. & Orosium septimi principio, Eusebium in Chronico, qui anno XLIX. imperij Augusti hoc accidisse scribit; sed Orosius anno XLVIII. Dioni suffragatur Eusebius. Legionibus & cohortibus annua & perpetua stipendia sunt ordinata, vigesimaque hereditatium in hoc inuenta, vt ex hac alerentur milites, & ærarium militare institutum ab Augusto, cui Prætura functos tres ad triennium præfecit. Latiùs hæc Dio libro iam dicto.

Tiberius Cæsar Cauchos & Longobardos subegit, Marcomannorum regi Maroboduo bellum intulit. Vide Velleium & Dionem.

Prouinciæ.

In variis prouinciarum Romanarum locis rebelliones vel incursiones factæ sunt, ita vt prouinciarum rectores Procoss. non sorte, vel per annum, vti solebant; sed suffragiis in biennium legerentur: cùm alioquin Cæsaris prouincias iidem per plures annos regerent. Sardiniam equites administrare cœperunt per aliquot annos, quæ Proprætorum prouincia fuerat: Dio. Sardinia Prouincia.

Cossus Cornelius Cn. f. Lentulus Getulicus, Africam nouam vel Numidiam Procos. anno superiore sortitus, Getulos Iubæ regi rebellantes, prouinciamque finitimam vastãtes subegit, vnde Getulici cognomẽ & triumphalia ornamenta obtinuit: Auctores sunt Dio, Velleius, Tacitus lib. IV. Florus in fine quarti, Orosius lib. VI. cap. XXI. Corn. Lentulus Getulicus.

M. Valerius M. f. M. n. Messallinus. Leg. Aug. Procos. Dalmatiam obtinuit. Hoc anno vocatus à Ti. Cæsare ad bellum Germanicum, rebellionem prouincialium grauem Batone quodam duce absens est passus. Accessêre in Dalmatarum auxilium Breuci Pannones, & varia fortuna diuersis locis pugnatũ cum Romanis fuit. Quo nuntio excitus è Germania Tiberius, Messallino præmisso cum exercitu, ipse in ea deinde prouincia non minùs laborauit, vt Augustus anno sequenti Germanicum auxilio rebus diffidens miserit: Dio in fine libri LV. & Velleius libro II. triumphalia anno sequenti meruisse Messallinum scribens, qui cum semiplena legione vigesima circumdatus hostili exercitu amplius viginti hostium milia fudit, fugauitque. Hinc patri Messallæ oratori applaudens, ac filio triumphum optans Tibullus poëta sic cecinit libro II. Eleg. VI. M. Val. Messallinus.

Vt Messallinum celebrem, cùm præmia belli
Ante suos currus oppida victa feret.
Ipse parens lauros, lauro deuinctus agresti
Miles iò, magna voce, triumphe canet.
Tunc Messalla meus pia det spectacula turbæ,
Et plaudat curru prætereunte pater.

A. Cæcina .. f. .. n. Seuerus. Legatus Procos. Mœsiæ. Vicinos Dalmatas, absente Messalino rebellantes, & Sirmij præsidium oppugnantes, reiecit, & ad Drauum flumen consecutus prælio difficili superauit. Reuocatus in Mœsiam prouinciam propter Dacos Sarmatasque eam infestantes, Romytalcem & Rascyporim fratres Thraciæ regulos in auxilium vocatos Dalmatis opposuit. Vide Dionem & Velleium, qui Consularem appellat.

M. //.//. f. // n. Ambibuchus. Coponio successit in Iudæa prouincia, sub quo Salome, Herodis Ascalonitæ soror, vita excessit. Liuiæ Augustæ toparchia quam rexerat, & Phaselidis palmeta testamento relinquens: Iosephus libro Antiq. XVIII. & Zonaras. Iam autem Iudæa in tetrarchias discissa, partim suis Regulis adhuc parebat, partim præsidio Romanorum tenebatur, duce equite Romano plerumque, qui tamen Syriæ Procos. suberat: Præsides appellari solere reperio, ac etiam a Tacito Procuratores, Claudij præsertim tempore, qui libertos etiam Iudææ præfecit.

ANNI P. R. C. DCCLIX.

Consules.

A. Licinius A. f. //. n. Nerua Silianus. Q. Cæcilius . f. / . n. Metellus. Creticus Silanus.

Ex. K. Iul. P. Cornelius. Cn. f. //. n. Lentulus Scipio.
T. Quinctius T. f. //. n. Crispinus Valerianus.

CRETICVM & Neruam Consules suggerunt Tabulæ Græcæ: Q. Cæcilium, A. Licinium Cassiodorus & Marianus: A. Licinium Neruam Silianum, Q. Cæcilium Metellum Creticum Dio libro LV. A. Licinius, auctore Velleio, P. Silij filius fuit, hinc cognomen Nerua Silianus, nam adoptatus ab A. Licinio fuit. Addit Consules suffectos Onufrius ex antiqua inscriptione, quos in hunc annum reijcit ex Tribunitia potestate Augusti trigesima, cuius in titulo talis est mentio:

IMP. CAESAR. DIVI. F. AVGVSTVS
PONT. MAX. TRIB. POT. XXX
IMP. XV. COS. XIII. PATER. PATR.
P. LENTVLVS. CN. F. SCIPIO . COSS.
T. QVINCTIVS. CRISPINVS. VALERIANVS
EX. S. C. FACIVNDVM. COERAVER.
EIDEMQVE. PROBAVER.

Tiberius Cæsar Dalmatas variis præliis perculit, ad quod bellum missus ab Augusto etiam Germanicus Cæsar cum nouo exercitu. A. Cæcina legatus Batones Pannonum duces prælio vicit. Agrippa Postumus, quod Augustum calumniis incesseret, exheredatus in Planasiam insulam relegatur: eius bona ærario militari ascripta sunt. Fames ingens in vrbe fuit, Quinquagesima ex mancipiorum pretio instituta ab Augusto, ad belli necessaria, & nocturnos vigiles alendos. Vide Dionem libri LV. fine.

Agrippa Postumus in Planasiam insulam relegatus.

Quæstor.

Germanicus Cæsar Ti. f. /. n. Augusti nepos. Quinquennio, antequam per leges liceret, Quæsturam obtinuisse, scribit Suetonius in Caligula. Quæstorem hoc anno Augustus cum nouo exercitu ad bellum Dalmaticum misit; Mazæos Dalmatas prælio vicit, agrosque eorum vastauit, vt apud Dionem legimus.

ANNI P. R. C. DCCLX.

Consules.

M. FVRIVS. P. F. P. N. CAMILLVS. SEX. NONIVS. L. F. L. N. QVINCTILIAN

EX. K. IVL. L. APRONIVS. C. F. C. N.
A. VIBIVS. C. F. C. N. HABITVS

ITA nobis repræsentantur eius anni Consules in Tabulæ Capitolinæ fragmento. Accedit Dio, M. Furium M. f. Camillum, Sex. Nonium L. f. Quinctilianum nominans. Tabulæ Græcæ Camillum & Quinctilianum habent: Cassiodorus & Marianus M. Furium, Sex. Nonium. Meminit eorumdem Frontinus de Aquæductibus, sed mendose omnino recitantur ita; Sex. Nonio Celere & Iunio Quinctiliano Coss. Didius Gallus curator aquarum fuit. "

Augustus

Augustus Senatum transtulit Ariminum, vt vicinior esset bello Illurico, quod multomaximum quindecim legionibus totidemq; auxiliaris integro triennio gestum fuit, Tiberio & Germanico ducibus. Hoc demum anno, fame & expugnationibus vrbium fatigati Dalmatæ & Pannonij, pacem petentes deditionem fecerunt. Omnia latè Dio libri LV. fine, Velleius, Orosius, & Appianus in Illyrico.

Prouinciæ.

M. Plautius M. f. A. n. Siluanus. Procos. Dalmatiam obtinuit. Pannonios Breucos rebellantes, agris eorum vastatis, subegit. Dio in fine libri LV. & anno item sequenti Tiberij iussu partem Illyrici subiugasse scribit idem libro LVI. Triumphalia adeptum quoque fuisse, declarat titulus honorum eius, in Plautiorum Mausoleo adhuc extans via Tiburtina ad pontem Anienis, marmoreæ tabulæ litteris pedalibus insculptus, hoc modo:

M. PLAVTIVS. M. F. A. N.
SILVANVS
COS. VII.VIR. EPVLON
HVIC. SENATVS. TRIVMPHALIA
ORNAMENTA. DECREVIT
OB. RES. IN. ILLYRICO
BENE. GESTAS
LARTIA. CN. F. VXOR
A. PLAVTIVS. M. F
VRGVLANIVS
VIXIT. ANN. IX

Astipulatur inscriptioni huic item Dio libro LVI. referens anno sequenti, Dalmatico bello finito, decreta Germanico atque legatis, quorum ductu res gestæ erant, triumphalia ornamenta fuisse.

Quæstor.

P. Velleius . f. C. n. Paterculus. Cuius adhuc exstat historia ad M. Vinucium Consulem. Anno superiore Quæstor designatus, ab Augusto cum parte exercitus ad Tiberium in Dalmatiam missus. Legatus illius deinde in Quæstura factus est, remissa sorte » prouinciæ, vt ipse testatur in historia sua, vbi de bello Dalmatico verba facit: Habuit (in- » quit) in hoc quoque bello mediocritas nostra speciosi ministri locum. Finita equestri mi- » litia designatus Quæstor, necdum Senator æquatus Senatoribus, & iam designatis Tri- » bunis plebis, partem exercitus ab vrbe traditi ab Augusto, perduxi ad filium eius. In Quæstura deinde, remissa sorte prouinciæ, legatus eiusdem ad eumdem missus.

ANNI P. R. C. DCCLXI.

Consules.

C. POPPAEVS. Q. F. Q. N. SABINVS. Q. SVLPICIVS. Q. F. Q. N. CAMERINVS
EX. K. IVL. M. PAPIVS. M. F. N. N. MVTILVS
Q. POPPAEVS. Q. F. Q. N. SECVNDVS

SIC in fragmentis Capitolinis habentur eius anni Consules cum suffectis: Cassiodorus & Marianus Q. Sulpicium, C. Poppæum: Tabulæ Græ Camerinum & Sabinum nominant: Dio Q. Sulpicium Q. f. Camerinum & C. Poppæum Q. f. Sabinum. Et Suetonius Vespasianum natum in Sabinis asserit XV. Kal. Decembris vesperi, Q. Sulpicio Camerino, C. Poppæo Sabino Coss. quinquennio antequam Augustus excederet. Sed ferè in omnibus iam dictis Auctoribus perperam Pompeius pro Poppæus legitur. In Plinio » insuper prænomen corruptum est, libro VII. cap. XLVIII. Galeria Copiola Emboliaria, » inquit, reducta est in scenam, Cn. Pompeio, Q. Sulpicio Consulibus, Ludis pro salute » D. Augusti votiuis, &c. Verum eo loco (quem & ante anno vrbis DCLXXI. adduximus) legi debet C. Poppæo, non Cn. Pompeio.

Lex Papia Poppaa. A Consulibus suffectis nomen habuit lex Papia Poppæa de coniugiis vel maritandis ordinibus,deque mulierum hereditatibus,qua Voconia lex abrogata. Nam per M. Papium Mutilum & Q. Poppæum Secundum, qui parte eius anni (vt testatur Dio) Consules erant,eam promulgauit Augustus:vnde etiam ab Vlpiano aliisque Iurisconsultis lex Iulia de maritandis ordinibus appellatur.eius mentionem quoque faciunt Suetonius & Tacitus libro tertio , Isidorus item Etymologicω̄n libro IV. Concedebat in primis ea lex ingenuis omnibus libertinorum coniugia,exceptis Senatoribus,eorumque liberis.

Germanicus Cæsar. Germanicus Cæsar,postteaquam Tiberius Roma abiuisset,in expugnatione Rhætini cladem passus est, Seretium,& alia loca cepit. Cum tamen bellum hoc præter spem diutiùs traheretur,denuò missus est in Illyricum Tiberius,qui Germanico iunctus,tripartito exercitu Dalmatas Pannoniosque variis præliis & cladibus affectos tandem subiugauit,& Batone hostium principe cum filio ad deditionem compulso , finem bello Dalmatico *Tiberio Imp. nomen ab Senatu datum.* imposuit. Senatus ob victoriam Augusto ac Tiberio Imperatoris nomen triumphumque decreuit,Germanico triumphalia ornamenta,honoresque Prætorios , & vt sententiam primus post Consulares diceret,& Consulatum citius legibus solutus peteret. Druso Tiberij filio locum inter Senatorios,vtque post Quæsturam inter Prætorios sententiam diceret. Triumphum Tiberius distulit in aliud tempus,mœsta ciuitate clade Variana. Eo-*P. Quinctilius Varus in Germania cæsus.* dem enim tempore in Germania cæsus fuit cum tribus legionibus P. Quinctilius Varus legatus ab Arminio Germanorum duce,vt latiùs intelliges ex Dione,Velleio, Suetonio, Tacito,Floro, Orosio,& aliis.

Prouinciæ.

C. Vibius C. F. C. n. Postumus,Legatus Procos. Tiberij Cæsaris in Illyrico. Consul suffectus antè fuit cum Ateio Capitone.Hoc anno partem Illyrici subegisse , atque etiam triumphalia cum Germanico & aliis meruisse, quorum ductu bellum confe-*Dio & Velleius correcti.* ctum fuit , declarat Dio, vbi perperam Postumius appellatur. Et in Velleio non minus mendose pro C. Vibio,Q. Iulius Postumus legitur.Eius hæc sunt verba: Magna in bello „ Dalmatico experimenta virtutis,in multos ac difficiles locos præmissus Germanicus,de- „ dit.Celebris etiam opera diligenti C. Vibius Postumus vir Consularis , Præpositus Dal- „ matiæ,ornamenta meruit triumphalia. „

M.Æmilius L. F. . n.Lepidus,Legatus Procos. Tiberij Cæsaris in Illyrico. Consul triennio antè fuerat.Tiberij Cæsaris auspiciis cum tertia exercitus parte,hostium agros vastando multa oppida in potestatem redegit. Quapropter ornamenta item triumphalia adeptus est: Auctores sunt Dio & Velleius.

ANNI P. R. C. DCCLXII.

Consules.

P. CORNELIVS. P. F. P. N. DOLABELLA. C. IVNIVS. C. F. M. N. SILANVS. FLAMEN. MART

EX. K. IVL. SER. CORNELIVS. CN. F. CN. N LENTVL. MALVGIN. FLAM. DIAL

SIC extant Consulum eius anni nomina in Capitolino fragmento. Ser. Cornelij Flam. Dialis,qui in parte anni suffectus fuit, meminit item Tacitus libro III. & IV. Ordinarij autem appellantur a Cassiodoro & Mariano P. Dolabella, C. Silanus: in Tabulis Græcis Dolabella & Silanus: in Dionis Indice P. Cornelius P. f. Dolabella, C. Iunius Silanus. Leguntur item Romæ in arcu Tiburtino aquæductus Cælij montis,

P. CORNELIVS. P. F. DOLABELLA
C. IVNIVS. C. F. SILANVS. FLAMEN. MARTIAL COSS.
EX. S. C.
FACIVNDVM. CVRAVERVNT. IDEMQVE. PROBAVERVNT.

Variana clade turbatus Augustus. Augustus,Variana clade audita,graui in metu & luctu fuit propter amissum exercitum. Excubias per vrbem indixit,ne quis tumultus existeret,& nouos delectus habuit , & Tiberium cum iis in Germaniam misit. Præsidibus prouinciarum propagauit imperium, vt à peritis & assuetis socij continerentur. Galli, Germanique peregrini Romæ obuersantes,qui inermes, vrbe pulsi;qui armati,in insulas relegati sunt. Vouit & Ludos magnos

Augustus

Augustus Ioui Opt. Max. si Rempublicam in meliorem statum verteret, quod bello Cimbrico Marsicoque factum erat. Ea quoque clades in caussa, vt Imperium, quod in littore Oceani non permanserat, neque vltra Rhenum terminos inuenerat, in ripa Rheni fluminis staret. Vide Dionem, Velleium, Suetonium, Florum, & alios quos suprà citaui.

Prouenciæ.

L. Valerius Potiti f. //. n. Messalla Volusus. Asiam Procos. obtinuit hoc quasi tempore. Repetundarum posteà fuisse damnatum Tacitus his verbis insinuat libro
» tertio, C Silani Procos. Asiæ damnationem describens: Tiberius, inquit, quæ in Sila-
» num parabat, quo excusatiùs sub exemplo acciperentur, libellos D. Augusti de Voluso
» Messalla eiusdem Asiæ Procos. factumque in eum S.C. recitari iubet. Hic igitur auctore Augusto ex S. C. damnatur; C. Silanus deinde, vt suo loco dicemus, auctore Tiberio.

ANNI P. R. C. DCCLXIII.

Consules.

M'. ÆMILIVS. Q. f. M. N. LEPIDVS. T. Statilius T. f. T. n. Taurus.
EX. K. IVL. L. CASSIVS. L. F. //. N. LONGINVS

HOC modo reperiuntur Consules in Capitolinis fragmentis. Suffragatur Dionis Index, M. Æmilium Q. f. Lepidum, T. Statilium T. f. Taurum prodens. Cassiodorus & Marianus habent M. Lepidum, T. Statilium: Tabulæ Græcæ Lepidum & Taurum: quorum hic videtur Tauri Triumphalis filius. M. Lepidum abdicasse prid. Kal. Iulias, & suffectum fuisse L. Cassium datum Tauro collegam, ex Tabula Narbonensi de Augusti ara hoc anno statuta x. Kal. Octob. aperte colligimus. Ait enim, quòd eodem anno, prid. Kal. Iun. T. Statilio Tauro M'. Æmilio Lepido Consulibus Narbonæ iudicia plebis decurionibus coniuncta fuerint.

Tiberius & Germanicus Procoss. Rhenum transgressi, Germaniam intrarunt, & longè lateque populantes non occurrentibus inimicis peruagati sunt, quemadmodum Dio, Velleius, & Suetonius auctores sunt. Prætores sedecim Romæ creati sunt. Tot enim eum magistratum petierant, quorum offendere nullum Augustus in rebus dubiis volebat. Posterioribus autem deinceps multis annis tantùm XII. fuerunt: Dio libro LVI.

Prouinciæ.

C. Poppæus Q. f. Q. n. Sabinus. Procos. Mœsiam vtramque obtinuit. Post triennium anno DCCLXVII. prorogata illi fuit prouincia à Tiberio Augusto, additæque Achaia & Macedonia extra sortem, quæ paulò antè apud Senatum onera deprecantes leuari in præsens Proconsulari imperio petierant: Auctor Tacitus libro primo. Addit insuper id moris Tiberio fuisse, continuare lubenter imperia, ac plerosque ad finem vitæ cum iisdem exercitibus aut iurisdictionibus retinere. Caussas cur hoc fecerit varias deinde refert, vt & Ioseph. Antiq. lib. XVIII. cap. XIII. Anno autem DCCLXXIIX. Poppæo decreta sunt triumphi insignia, contusis & domitis Thracum gentibus, quæ rebellionem tum moliebantur. Post decennium in prouincia eadem demum mortuus, cui per annos XXIV. præfuerat. Sed vide Dionem libri LVII. fine, Tacitum libro IV. & V. Rursum libro XIII. Consularem & Triumphalem appellat; & Poppæam Neronis Cæsaris, eius ex filia neptem fuisse dicit.

Quæstor.

Drusus Cæsar Ti. f. Aug. n. Quæsturam vrbanam hoc anno gessisse Drusum Tib. Cæsaris filium ex Agrippina priore coniuge, testatur Dio lib. LVI.

ANNI

ANNI P. R. C. DCCLXIV.

Consules.

GERMANICVS. Cæsar. TI. F. AVGVSTI. N — C. FONTEIVS. C. F. C. N CAPITO

EX. K. IVLIS

C. VISELLIVS. C. F. C. N. VARRO

Germanicus Cæsar Drusi f. à Tiberio iussu Aug. adoptatus.

Hi leguntur eius anni Consules in Capitolino marmore: in Dionis Indice, Germanicus Ti. Cæsaris f. Cæsar, C. Fonteius C. f. Capito: in Cassiodoro & Mariano Germanicus Cæsar & C. Fonteius. Tabulæ Græcæ perperàm Tiberium Cæsarem Capitoni iungunt. Germanicus Cæsar Neronis Drusi, qui in Germania periit, filius; à Tiberio iussu Augusti adoptatus, sicut ante demonstraui, Suetonio auctore: quinquennio antequam per leges liceret, Quæsturam gessit, & post eam statim Consulatum cum C. Fonteio Capitone, in quo prid. Kal. Septembris illi natus C. Caligula filius, qui post Tiberium imperauit. Germanicum refert etiam Dio, ob res in Illyrico bene gestas ante biennium, ornamenta triumphalia honoresque Prætorios adeptum fuisse, & vt ante tempus, legibus solutus, Consulatum petere posset, quem ante Præturam gessit annuum, non dignitatis caussa, sed quia tum ita in vsu quasi erat. C. Visellius igitur ex Kal. Iulus suffectus C. Capitoni fuit, vt monstrat Capitolinum fragmentum.

Augustus senectute iam grauis Germanicum Senatui & Tiberio Senatum scripto commendauit. Equitibus ius petendi Tribunatum plebis concessit. Famosos libellos edicto prohibuit, eorumque inquisitionem Ædilibus mandauit, & in auctores animaduerti iussit. Legem insuper de exilio tulit, Ne quis cui aqua & igni interdictum erat, in cótinenti, aut insula vlla, nisi quæ quinquaginta milia passuum à continenti distaret, exceptis Co, Rhodo, Sardinia, & Lesbo, vitam degeret. Néve aliquò traijceret, aut naues præter vnam onerariam mille amphoras capientem, & duas actuarias, seruósve aut libertos super viginti haberet. Néve plus quingentis milibus nummum possideret: Dio libro LVI.

Prouinciæ.

Q. Cæcilius //. f. //. n. Metellus Creticus Silanus. Procos. Syriam sortitus, regere prouinciam cœpit, qui triennio pòst Venonem Parthum, quem Armeni vltrò in Regem sibi assumpserát, in Syriam euocatum custodia cinxit, manente luxu & regio nomine. De quo Tacitus lib. II. & Iosephus Antiquit. lib. XVIII. Et obtinuisse prouinciam ad annum vsque DCCLXIX. ibidem satis insinuat, antequam Germanico Orientis prouinciæ decernerentur, à Tiberio Creticum Silanum Syria dimotum fuisse, successore dato Cn. Pisone, eò quòd per affinitatem connexus erat Germanico, filia Silani filio eius Neroni desponsata.

L. Arruntius L. f. L. n. Procos. Hispaniam per Legatum obtinuit per decennium, Tacito auctore.

Ædilis.

L. Turpilius L. f. //. n. Geminus. Ex antiqua inscriptione colligimus, statuam Germanico Cæsari Consuli à L. Turpilio Ædile positam fuisse. Eius titulus talis est:

GERMANICO. CAESARI
TI. F. AVG. N
DIVI. IVLI. PRON.
COS
L. TVRPILIVS. L. F. GEMINVS
AED. D. S. P.

Prouinciæ.

M. Annius //. f. //. n. Rufus. M. Ambibucho succesit in Iudæa prouincia, sub quo Augustus Rom. Imperator mortuus est, successore Tiberio relicto, vt Iosephus & Zonaras auctores sunt.

Ti. Cæ-

Ti. Cæsar. Augusti. f. Diui. n. Ann. DCCLXIV.
III. Procos. ex Illyrico.

» A Germania in vrbem, inquit Tranquillus, post biennium regressus Tiberius, triumphum, quem distulerat, egit; prosequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrauerat. Ac priusquam in Capitolium deflecteret, descendit e curru, seque præsidenti patri ad genua submisit. Batonem Pannonum ducem ingentibus donatum præmiis Rauennam transtulit, gratiam referens, quòd se quondam cum exercitu, iniquitate loci circumclusum, passus est euadere. Prandium dein populo mille mensis, & congiarium tricenos nummos viritim dedit. Dedicauit & Concordiæ ædem: item Pollucis & Castoris suo fratrisque nomine de manubiis. Astipulatur Tranquillo Velleius, Tiberium in vrbem reuersum iam pridem debitum, sed continuatione bellorum dilatum ex Pannoniis Dalmatisque triumphum duxisse, magnificentia Cæsare dignum, hostium duces eminentissimos vinctos ostendisse: sibi fratrique suo Magio Celeri Velleiano inter præcipuos præcipuisque donis adornatos viros comitari triumphantem contigisse. *Tiberij Cæs. triumphus.*

ANNI P. R. C. DCCLXV.

Consules.

C. SILIVS. P. F. P. N. L. MVNATIVS. L. F. L. N. PLANCVS.

Hi fragmentorum Capitolinorum extremi Consules sunt, quos ita etiam enarrat Dionis Index, L. Munatius L. f. Plancus, C. Silius C. f. Cæcina Largus, proculdubiò mendose. Nam illud Cæcina Largus nihil ad hos Consules, nisi & hoc anno suffectus ex aliis forsan Fastis Dionis Indici ab aliquo adiunctus fuerit. Cassiodorus & Marianus L. Plancum, C. Silium suggerunt: Tabulæ Græcæ Plancum & Silium. Sic Frontinus de Aquæductibus scribit, Valerium Messallam curatorem aquarum perpetuum ab Augusto fuisse institutum. Cui deinceps & alij successère. Messallæ Atteius Capito, Silio & Planco Coss. Sed perperàm Plautio legitur, pro Planco. Augustum fecisse testamentum, & apud Vestales deposuisse L. Planco, C. Silio Consulibus, ante annum & quatuor menses quàm decederet, Suetonius auctor est. Vide Tacitum libro primo. *Augusti Testamentum.*

Augustus Imperij gubernacula in decennium aliud inuitus scilicet suscepit. Tiberio Tribunitiam potestatem prorogauit. Druso Ti. f. potestatem facit petendi Consulatum tertio post Quæsturam anno, etiam non gesta Prætura. Lex lata est per Consules, Vti prouincias Tiberius cum Augusto communiter administraret, simulque censum ageret. Factum insuper S. C. vt quæcumque Augustus cum Tiberio filio, nepotibusque suis adoptiuis, ac reliquis quos quoque tempore in consilium vocaret, deliberans statuisset; ea non minus rata essent, quam si in Curia ab Senatu statuta fuissent. Vide Dionem, Suetonium, Velleium.

Imp. Cæsar. Diui f. Augustus Ti. Cæsar. Augusti f. Diui. n.
Lustrum. fecer. LXXIII.

Augustum cum Tiberio filio censum egisse, & anno sequenti Lustrum condidisse, ex Suetonio & Eusebio colligimus: quorum hic inuenta fuisse hominum nonagies ter centena & septuaginta milia scribit in Chronico. Suetonius Tiberium scribit, censu acto, conditoque Lustro, ex lege à Consulibus lata, in Illyricum abiuisse: sed ex itinere reuocatum ob ægritudinem Augusti. Et alibi, recensens omnia quæ Augusti mortem præcesserunt, de eodem sic loquitur: » Cùm Lustrum in Campo Martio magna populi frequentia conderet, aquila eum sæpius circumuolauit, transgressaque in vicinam ædem, super nomen Agrippæ ad primam litteram sedit. Quo animaduerso, vota, quæ in proximum Lustrum suscipi mos est, collegam suum Tiberium nuncupare iussit. Nam se, quamquam conscriptis paratisq; iam tabulis, negauit suscepturum, quæ non esset soluturus. *Censura Augusti, & Tiberij f.*

Prouinciæ.

Germanicus Cæsar. Ti. f. Augusti nepos. Procos. Galliam Transalpinam obtinuit, & octo legionibus præfuit. Post Consulatum ab Augusto missus hoc anno in Galliam ad reliquias belli Germanici conficiendas. Anno dein sequenti, excessu Augusti nuntiato, cùm census per Gallias acciperet, legiones vniuersas Imperatorem Tibe-

Tiberium pertinacissimè recusantes, & sibi summam rerum deferentes, incertum, constantia an pietate maiore compescuit. Proconsulare imperium absenti Tiberius à Senatu petiit, mortuo Augusto; missiq; legati qui deferrent: Tacitus, Dio, Velleius, Suetonius.

C. Iunius ..f...n. Blæsus, Legatus legionum trium in Illyrico post discessum Tiberij. Anno sequenti, mortuo Augusto, à seditioso exercitu stipendia ac missionem flagitante, propemodum occisus fuit. Missus ad compescendam seditionem Drusus Ti. f. qui non sine suo suorumque periculo res tandem composuit. Vide Dionem libro LVII. Tacitum libro I. & Velleium.

A. Cæcina .. f. .. n. Legatus Germanici Cæs. castris æstiuis præfuit in finibus Vbiorum. Marsos prælio vicit, ac rebus in Germania benè gestis, triumphalia biennio pòst adeptus est: Tacitus.

C. Cetronius. ..f...n. Legatus Germanici Cæs. legionis primæ. Iudicium de seditiosis exercuit: Tacitus ibidem.

L. Apronius ..f. ..n. Legatus Germanici Cæs. in Germania. Biennio pòst triumphalia ob res benè gestas huic item decreta sunt: Tacitus libro primo, Velleius lib. II.

ANNI P.R.C. DCCLXVI.

Consules.

Sex. Pompeius Sex. f. .. nepos. Sex. Appuleius Sex. f. .. nepos.

IN Dionis Indice sic habentur Consulum nomina. In Tabulis Græcis Sex. Pompeius Magnus & Sex. Appuleius: in Cassiodoro, Mariano, & Taciti libro primo Sex. Pompeius, Sex. Appuleius. Meminerunt Velleius item & Suetonius, aliique, qui omnes Nolæ in Campania Augustum his Coss. mortuum tradunt. Excessit autem vita XIV. Kal. Septembris, qua die quondam primum Consulatum inierat. Vixit annos LXXV. natus IX. Kal. Octobris, Consule Cicerone. Solus summum imperium gessit post Actiacam victoriam per XLIV. annos, demptis diebus tredecim. Corpus eius Romam delatum, magnificentissima funebri pompa in Campo Martio conflagratum, & reliquiæ in Mausoleo conditæ sunt. Decreti sunt mortuo diuini honores a Senatu, & Flamines Augustales ab eius nomine instituti. Quæ omnia latissime apud Dionem, Suetonium, Tacitum, Velleium, & alios. Extat elegia Ouidij libro IIII. de Ponto, qua Sex. Pompeio hunc Consulatum gratulatur.

Augustus Cæsar moritur. *Aug. natus Consule Cicerone anno DCXC.*

Tiberius Augusti f. à Liuia matre, ob periculosam valetudinem patris ex itinere Illyrico reuocatus, heres Augusti ex testamento institutus, Imperium excepit: primique in eius verba iurarunt Consules, apudque eos mox Senatus, milesque & populus. Agrippa Postumus occisus, & Iulia Augusti filia in exilio mortua est. Vide Dionem, Tacitum, & alios iam nominatos.

Tiberius Imperator post Augustum.

Prouinciæ.

L. Nonius .. f. .. n. Asprenas Africam Procos. obtinuit. Ab eo missos milites, quidam tradiderunt, qui Sempronium Gracchum in Cercina Africi maris insula ob Iuliæ adulterium exulantem auctore Tiberio occiderunt, qui famam cædis posse in Asprenatem verti frustrà sperauerat: Tacitus libro primo.

L. Pomponius L. f. .. n. Flaccus, Leg. Propr. Mœsiæ ac Ponti. sub C. Sabino Procos. ni fallor. Ita enim Ouidius de Ponto lib. IIII. ad Græcinum illius fratrem:

Præfuit his, Græcine, locus modò Flaccus, & illo
Ripa ferox Istri sub duce tuta fuit.
Hic tenuit Mysas gentes in pace fideli,
Hic arcu fisos terruit ense Getas.
Hic raptam Træzen celeri virtute recepit,
Infecitq; fero sanguine Danubium.

Et posteà:

Is quoque quo lenior fuerat sub Præside Pontus,
Audierat frater forsitan ista tuus.

C. Silius P. f. P. n. Nerua. Leg. Germanici Cæs. Procos. in Germania superiore

riore ad Rheni ripam, eò missus hoc anno post Consulatum. Triumphalia ob res benè gestas anno sequenti meruit, vt auctor Tacitus lib. I. Præfuisse per septennium prouinciæ, Germanico decedente, idem libro III. ostendit; vbi refert, ipsius ductu Iulium Sacrouirum & Gallicos tumultus oppressos fuisse, anno DCCLXXIII. Damnatus repetundarum ob Germanici amicitiam, Seiano auctore, cum Sosia Galla vxore reuersus è prouincia, triennio pòst periit; vt libro quarto memorat. Eius filium fuisse C. Silium iuuentutis Rom. formosissimum, qui à Claudio ob Messallinæ adulterium occisus fuit, satis declarat Zonaras, & idem Tacitus libro XI.

ANNI P. R. C. DCCLXVII.

Consules.

Drusus Cæsar Ti. Aug. f. Diui. Aug. n. C. Corbanus C. f. C. n. Flaccus.

CASSIODORVS, Marianus, & Tacitus Consules suggerunt Drusum Cæsarem & C. Norbanum: Tabulæ Græcæ Drusum & Flaccum: Suetonius verò Vitellium Imperatorem Druso Cæsare & Norbano Flacco Consulibus natum scribit. In Dionis autem Indice libri LVII. leguntur Consules Drusus Cæsar Ti. f. C. Norbanus C. f. Flaccus.

Tiberius Cæsar omnia, quæ testamento reliquerat Augustus, populo Rom. persoluit. Tiberis vrbem nauigabilem reddidit, & ideò curatores aquarum & aluei Tiberis quinque Senatorij ordinis instituti, qui sorte quotannis delecti curarent, ne vel æstate deficeret fluuius, vel hieme superflueret: Dio libro LVII. Tacitus libro I.

Germanico Cæsari, manente adhuc bello, triumphus decretus, vt Tacitus auctor est libro primo, qui latissimè eius expeditionem contra Arminium & Inguiomerum Germanorum duces describit, quemadmodum in Teutoburgensi saltu reliquias legionum cum Varo cæsarum sepelierit. Enarrat insuper res vrbanas omnes accuratissimè.

Prætores.

P. Velleius . f. . C. n. Paterculus. . Magius . f. . n. Celer Velleianus. *P. Velleius Paterculus Historicus.*
Qui fratres germani fuere, ambo legati bello Dalmatico Ti. Cæsaris, amplissimis deinde honoribus donati, ipsum triumphantem sequuti sunt. Simul in hunc annum ab Augusto destinatos fuisse Prætores, ipse Velleius scribit, his verbis: » Primum Tiberij principalium operum fuit, ordinatio comitiorum, quam manu sua scriptam D. Augustus reliquerat. Quo tempore mihi fratriq; meo, candidatis Cæsaris, proximè a nobilissimis ac sacerdotibus viris, destinari Prætoribus contigit, consecutis, vt neque post nos quemquam D. Augustus, neque ante nos Cæsar commendaret Tiberius. Duodecim candidatos Præturæ ex voluntate Augusti nominauit anno superiore Tiberius, sicut apud Tacitum legimus libro primo, vbi sic ait: » Candidatos Præturæ duodecim nominauit numerum ab Augusto traditum: & hortante Senatu vt augeret, iureiurando obstrinxit, se non excessurum. Vide quam multa scitè ibidem scribit de eius temporis comitiis.

. Pompeius . f. . n. Macer. De Maiestate iurisdictionem obtinuit. » Sic enim Tacitus libro primo: Mox Tiberius, consultante Pompeio Macro Prætore, an iudicia maiestatis redderentur, exercendas leges esse respondit. Enarrat deinde quàm friuolas ob caussas quidam rei facti sunt. Meminit item Suetonius. Macrum Tacitus libro V. Prætorium appellat, vbi cum patre damnatum anno DCCXXCV. periisse refert.

Prouinciæ.

. Granius . f. . n. Marcellus. Bithyniam obtinuisse satis indicat Tacitus, qui Bithyniæ Prætorem vocat, & eo anno maiestatis à suo Quæstore postulatum scribit, ob sinistros de Tiberio sermones, quodque statuam Marcelli altius quàm Cæsarum posuisset; & in alia, capite Augusti amputato, Tiberij imposuisset. Vide Tacitum libro primo.

L. Ælius L. f. . n. Lamia. Procos. obtinuit Africam, hoc quasi tempore, L. Asprenati, ni fallor, succedens. Meminit illius Tacitus libro IV. scribens Ælium Lamiam, & postea L. Apronium, qui Africam obtinuere, C. Gracchum Sempronij Gracchi exulantis in Cercina insula, & anno superiore Tiberij iussu occisi filium, qui patre cæso, per Africam & Siciliam mercibus sordidis negotiabatur, insontem protexisse; qui alioquin claritudine infausti generis, & paternis aduersis fuisset abstractus. Videtur idem esse

quem Tacitus ait anno DCCXXCV. mortuum, & funere Censorio celebratum, licet eum Tiberius à Syriæ administratione, quam deinde sortitus erat, detinuisset. Vrbi tamen post L. Pisonem præfuisse, ibidem indicat libro v.

Trib. plebis.

D. Haterius Q. f. //. n. Agrippa. Senatusconsulto de iure virgarum in histriones seditiosos Prætoribus dando intercessit: quapropter Asinij Galli oratione increpitus est (vt ait Tacitus) silente Tiberio. Valuit tamen intercessio, quia diuus Augustus immunes verberum histriones quondam responderat, neque fas Tiberio infringere dicta eius. Quincti filium appellat Dio in Consulatu, quem septennio pòst gessit. Patrem igitur habuit Q. Haterium oratorem, cuius idem Tacitus non uno loco meminit: nam offendisse scribit Tiberij animum in Senatu Imperium recusantis, cum dixisset: Quousque patieris, Cæsar, non adesse apud Rempublicam. Igitur in Haterium statim inuectus est Tiberius. Additque cùm deprecandæ eius culpæ caussa palatium ingressus, ambulantis Tiberij genibus aduolueretur, Haterium prope a militibus interfectum; quia Tiberius casu, vel manibus eius impeditus, prociderat. Hinc ex Suetonio Consularem fuisse colligimus; nam de eodem loqui videtur Q. Haterio, cum dicit: Adulationes Tiberius adeò auersatus est, » vt neminem Senatorum officij aut negotij caussa ad lecticam suam admiserit; Consula- » rem verò satisfacientem sibi, ac per genua orare conantem, ita suffugerit, vt caderet supi- » nus. Astipulatur coniecturæ nostræ Tacitus ipse libro II. Ceterum quonam anno hic Q. Haterius sub Augusto Consulatum gesserit, incognitum mihi est.

Q. Haterius Orator an Cos. fuerit?

Quęstor.

//. Cæpio /. f. /. n. Crispinus. Granij Marcelli in Bithynia. Hoc anno Prætorem suum maiestatis & repetundarum postulauit, vt Tacitus libro primo satis diffuse.

ANNI P. R. C. DCCLXVIII.

Consules.

T. Statilius T. f. T. n. Sisenna. Taurus. L. Scribonius L. f. //. n. Libo.
Ex. Kal. Iulis. Iul. Pomponius L. f. //. n. Græcinus.
//. //. //. f. //. n. //.

NOMINANTVR eodem ferè modo in Dionis Indice: In Taciti secundo, Sisenna Statilius Taurus, L. Libo: In Cassiodoro & Mariano legimus Sisennam Statilium & L. Scribonium, quibus Consulibus Mathematicos vrbe pulsos scribit cum Tacito, Dione, & Suetonio. Tabulæ autem Græcæ Taurum & Libonem produnt.

Mathematici vrbe quando pulsi.

Consul suffectus eodem anno fuit Iulius Pomponius Græcinus, eruditione & virtute præclarus Senator; ad quem extant Ouidij exulis aliquot e Ponto scriptæ Elegiæ, & inter alias, libro IV. qua illi gratulatur hunc Consulatum, & etiam quòd successorem fratrem L. Pomponium Flaccum esset habiturus Kal. Ianuariis proximis, quæ omnia ex his versibus eius intelligimus:

Vnde licet, non vnde iuuat, Græcine, salutem
Mittit ab Euxinis hanc tibi Naso vadis.
Missaq; dij faciant auroram occurrat ad illam,
Bis senos fasces quæ tibi prima dabit.
Et quoniam sine me tanges Capitolia Consul,
Et fiam turba pars ego nulla tua.

Et post multa, quibus gaudium suum exprimit, sic prosequitur:

Intereà qua parte licet, ne cuncta queramur,
Hic quoque te festum Consule tempus agam.
Altera lætitia est, nec cedens caussa priori:
Successor tanti frater honoris erit.
Nam tibi finitum summo, Græcine, Decembri
Imperium, Iani suscipit ille die.
Quæq; est in vobis pietas, alterna feretis
Gaudia, tu fratris fascibus, ille tuis.

Sic

Sic tu bis fueris Consul, bis Consul & ille,
Inq; domo binus conspicietur honor.

Et postea:

Iudiciis igitur liceat Flaccóque tibiq;
Talibus Augusti tempus in omne frui.

Meminit eiusdem Græcini Seneca de beneficiis libro II. cap. XXI. occisum ob virtutes à Caligula scribens. Meminit item Tacitus in vita Agricolæ; & historiarum libro XIII. Pomponiæ Græcinæ filiæ, quæ A. Plautio Triumphali fuit nupta.

Germanicus Cæsar Transrhenanam expeditionem suscepit, classe ingenti per Oceanum vectus, ad Visurgim castra locat, Arminium & Inguiomerum duobus prælus vicit, Angriuarios in deditionem accepit. Reuersurus eadem classe in Galliam cum exercitus parte, naufragium passus est. Clemens Agrippæ Postumi seruus se Agrippam esse finxit, & res nouas clam molitur; sed astu Tiberij comprehensus, in secreta Palatij parte interfectus est. Aurei vasis, si non sacrificij caussa, & sericæ vestis vsus omnibus in vrbe interdictus. Vide Tacitum libro II. Annal. Dionem libro LVII.

Prætor.

L. Scribonius L. f. L. n. Libo Drusus. Delatus apud Tiberium quòd res nouas moliretur, imperium ob nobilitatem sibi polliceretur, quodque Chaldæos Mathematicosque eum in finem consultaret. Quem prius Prætura ornatum Tiberius reum fecit in Senatu, licet letali morbo correptum, adeò vt lecticâ ad Curiam portaretur. Iudicio per diem dilato, reus damnationem vltronea morte præuertit. Accusatio tamen postridie apud Patres peracta. Damnati bona inter accusatores diuisa, & Præturæ extra ordinem datæ his, qui Senatorij ordinis erant, velut apud Tacitum libro II. legimus; vt Prætorem hoc anno fuisse, vel saltem destinatum ad Præturas tam vrbanam quam prouincialem ex eius verbis colligamus, sicut etiam L. Scribonij (qui Consul anno DCCXIX. & socer Sex. *L. Scribonius Cos.* Pompeij: ex cuius sorore Augustus Iuliam procreauit) ipsum fuisse filium, vel adoptati- *Iulia qua matre nata.*
» tium ex Drusorum familia, cùm dicit; Dum proauum Pompeium, amitam Scriboniam,
» quæ quondam Augusti coniunx fuerat, consobrinos Cæsares, plenam imaginibus domum *Scribonia Augusti uxor.*
» ostentat.

Prouinciæ.

n. Valerius . f. . n. Gratus Iudæam obtinuit, Annio Rufo successor à Tiberio datus: qui, Pontificatu Annæ abrogato, Ismaëlem Iabi filium, summum sacerdotem designauit; & eodem non diu pòst in ordinem redacto, Eleazarum Annæ filium suffecit; & *Ierosolymis Pontifices.* huic, anno elapso, Simonem Camithi filium; cui post annum quoq; Iosephum Caipham dedit successorem. Valerius Gratus autem cum per annos vndecim Iudææ præfuisset, Romam reuersus est. Successit eidem Pontius Pilatus, anno (vt Eusebius auctor) Tiberij decimo tertio. Igitur hoc anno Iudæam regere cœpisse ex Iosepho lib. Antiq. XVIII. & Zonara sit manifestum, qui per vndecim annos præfuisse tradunt.

. Latinius . f. . n. Pandus. Leg. Propr. Mœsiæ, hoc quasi tempore. C. Sabini Procos. ni fallor, Cotym Thraciæ regulum a patruo Rhescupori per insidias captum iussu Tiberij deinde frustra repetiit: nam Rhescuporis nepotem, cuius regnum occupauerat, in vinculis clanculum occidi iussit; & mortem sponte sumptam ementitur. Vide Tacitum libro II. qui biennio pòst mortuum in prouincia insinuat Latinium.

ANNI P. R. C. DCCLXIX.

Consules.

C. Cæcilius C. f. *n*. Nepos. Rufus. L. Pomponius L. f. *n*. n. Flaccus.

SIC exprimuntur nomina Consulum in Dionis Indice: in Cassiodoro L. Pomponius, C. Cæcilius: in Tacito & Mariano C. Cælius, L. Pomponius: Tabulæ Cuspiniani Falconem & Rufum: Græcæ autem Crassum & Rufum. Ex his Rufus quidem Cæliorum cognomen est, quod alioquin inter Cæcilios nondum inueni: sed nescio an rectè in *Rufus Cæliorum cognomē.* Tacito Cælius, pro Cæcilius, contra Dionem & Cassiodorum legatur. L. Pomponij verò cognomen Flaccus imperitia librariorum in Tabulis iam nominatis videtur degenerasse in Falco & Crassus: nisi fortassis suffectorum eius anni sint hæc cognomina, quæ nonnumquam in Tabulis illis ordinariorum loco recitantur.

 Oui-

Ouidius moritur. Ouidium hisCoss. in exilio obiisse, & iuxta oppidum Tomos sepultum scribit Marianus. *Archelaus Rex à Tiberio neci datus.* Tiberius Archelaum Cappadociæ regem sibi inuisum, quod Rhodi agentem nullo officio coluisset, litteris matris euocatum Romam, in Senatu vt rebellem ac proteruum accusauit, senio & morbo exhaustum, metu & angore animi paulo post ad mortem adegit. Regnum eius in prouinciæ formam redactum, equiti Rom. administrandum dedit. Duodecim Asiæ vrbes terræmotu nocturno collapsæ perierunt. Bellum in Africa suscitatum à Numidis & Musulanis, M. Furius Procos. vno prælio confecit. Vide Dionem libro LVII. Tacitum libro II. Velleium, Suetonium, Eutropium, & alios. Meminit terræmotus item Eusebius in Chronico, & tredecim vrbes nominat, quæ tum corruerunt. Germani discessu Romanorum & Germanici securiores facti, bellum inter se mouerunt, Arminio Maroboduum Sueuorum regem oppugnante. Magno & ambiguo prælio inter eos concursum fuit, fusis vtrimque cornibus; sperabaturque rursus pugna, ni Maroboduus castra in colles subduxisset, & deinde velut perculsus in Marcomannos concessisset. Per legatos autem à Tiberio auxilia petiit. Missus autem Drusus Ti. f. in locum Germanici, ad res Germaniæ constituendas. Vide Tacitum libro II.

Prætores.

. Vipsanius *.* f. *.* n. Gallus. in magistratu mortuus est, in eius locum fact. est D. Haterius Q. f. *.* n. Agrippa. De Prætore autem in locum Vipsanij Galli, quem mors abstulerat, subrogando, certamen fuit. Germanicus atque Drusus Cæsares Haterium Agrippam propinquum Germanici fouebant; contrà plerique nitebantur, vt numerus liberorum in candidatis præpolleret, quod lex iubebat. Controuersia ad Senatum reiecta est, & victa sine dubio lex est, sed neque statim, & paucis suffragiis. Quomodo etiam, cùm valerent, leges vincebantur, Hæc ferè Tacitus libro II.

Prouinciæ.

Cn. Calpurnius Piso. Cn. Calpurnius Cn. f. Cn. Piso Procos. Syriam obtinuit. Q. Cretico Silano successor à Tiberio datus, cui collega in secundo Consulatu fuerat, ingenio violentus, & obsequij ignarus, ideoque ad spes Germanici coërcendas, cum imperio in transmarinas prouincias tum quoque proficiscentis, a Tiberio delectus, non sine occultis contra Germanicum mandatis. *Germanici mors.* Vide Tacitum libro II. vbi latissime, qua via Germanicum variis insidiis vexatum, tandem incantationibus & veneficiis ad mortem adegerit: vtque post biennium Romam reuersus, Senatus iudicio, Tiberio dissimulante, veneficij damnatus, sibimet mortem consciuerit. Eadem scribit Suetonius in Caligula, & Iosephus lib. XVIII.

M. Furius P. f. P. n. Camillus. Procos. Africam obtinuit. Hoc anno Numidas ac Musulanos Tacfarinate duce rebellantes, vno prælio victos subegit, & ob res feliciter gestas ornamenta triumphalia illi sunt decreta: Tacitus libro II.

. Æmilius *.* f. *.* n. Rectus Ægyptum hoc quasi tempore obtinuit. Cui, cùm maiora solito tributa ex prouincia collegisset, & augenda esse suaderet, rescripsit Tiberius, Se tonderi suas oues, non ad viuum radi velle: boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere: Auctores sunt Suetonius, Dio, Zonaras, Orosius. *Tiberij Aug dictum de bono pastore.*

Germanicus Cæsar. Ti. Aug. f. Diui. Aug. n. Ann. DCCLXIX.
Procos. de Cheruscceis. Catteis. Angriuarieisq.
ex Germania. VII. Kal. Iun.

Germanico absenti decretus erat triumphus, Druso Cæsare & C. Norbano Coss. manente licet bello, quem hoc demum anno duxit, velut diserte testatur Tacitus libro secundo, posteaquam res eius gestas in Germania accuratissime descripsisset: C. Cæcilio, „ *Germanicus Cæsar triumphat.* inquit, L. Pomponio Consulibus Germanicus Cæsar ad VII. Kal. Iunias triumphauit de „ Cheruscis, Cattis, & Angriuariis: quæque aliæ nationes vsque ad Albim colunt. Vecta „ spolia, captiui, simulacra montium, fluminum, præliorum; bellumque, quia conficere „ prohibitus erat, pro confecto accipiebatur. Augebat intuentium visus eximia ipsius spe- „ cies, currusque quinque liberis onustus, &c. Adiicit deinde; Ceterùm Tiberius nomine „ Germanici trecenos plebi sestertios viritim dedit, seque collegam Consulatui eius desti- „ nauit. Hæc de triumpho Germanici Tacitus. Multa pulchre Cornelius item Strabo „ Geographiæ libro VII. vbi Germaniæ populos describit, quo loco Quinctilij Vari cum legionibus occisi cladem a Cheruscis eorumque ditioni subiectis acceptam enarrat. Pœnas verò luerunt, inquit, vniuersi, & Germanico iuniori clarissimum præbuerunt trium- „ phum, in quo illustrium virorum ducta sunt corpora, simul & feminarum: Semigun- „ tus (quem Segimundum vocat Tacitus; nomine adhuc apud Germanos vsitato) Segesti „ filius Cheruscorum ductor, & soror eius vxor Arminij, cuius ductu & auspiciis in Che- „ ruscis

» ruscis conflatum est bellum, nomine Thosnelda. Aderat filius trimus Tumelicus, item
» Sesithacus Ægimiri (quem Inguiomerum vocat Tacitus) filius Cheruscorum ductoris,
» eiusq; vxor Ramis Veromiri filia Cattorum principis, Dentorix Bætoritis filius, Melon
» Sugambri filius: Ægestus quoq; (Segestes Tacito vocatur) Arminij socer ab eo dissentiens
» inchoante bello, obseruato tempore transfuga ad Romanos transiuit, traductis in trium-
» pho cognatis aderat, honorifice ipse in ducendo habitus in pompa incedebat. Et Lybis
» Cattorum sacerdos, aliique mortales ex direptis gentibus protrahebantur: Cathilci,
» Ampsani, Bructeri, Nusipetes, Cherusci, Cattuarij, & Catti, Landi, Subattij. Hactenus Strabo, in quo vereor ne pleraque nomina tam in Græcis, quam Latinis exemplaribus mendose legantur. Scripsit elegiam de hoc triumpho ad ipsum Germanicum Cæsarem Ouidius, tum exul apud Tomitanos agens, quæ extat libro II. de Ponto, & lectu digna est. Ouidium verò Eusebius in Chronico mortuum eodem anno insinuat, quo Germanicus, vt ait, de Parthis triumphauit. Sed constat mendosissimum librum Eusebij esse, & de Germanis, non Parthis, legi debere. Mentionem faciunt huius item triumphi Suetonius in Caligula, & Orosius libro VII. Qui cum Eusebio scribit anno Tiberij quarto Germanicum triumphasse de Germanis, vt videantur annum adiicere imperio Tiberij, quo Augustus mortuus est, & in Tiberij verba iuratum fuit. Testantur insuper victoriam & triumphum Germanici, nummi quamplures antiqui, in quibus ipse visitur altus in curru quadriiugo, ascripto titulo, GERMANICVS. CÆSAR. In altero nummi latere stat in habitu militari tenens hastam, ascriptum, SIGNIS. RECEPT. DEVICTIS. GERM. Signa verò Variana clade perdita recuperasse diuersis locis Germanicum, auctores sunt Dio & Tacitus.

ANNI P.R.C. DCCLXX.

Consules.

Ti. Cæsar. Diui. Aug. f. Diui. Iuli. n. Augustus III. Abdic. in eius. loc. factus est	Germanicus. Cæsar. Ti. Aug. f. Diui. Aug. n. II.
L. Seius .. f. .. n. Tubero.	

TIBERIVM & Germanicum Cæsares suggerũt Cassiodorus & Marianus, sed numeri singulis adiiciendi sunt. In Dionis Indice pleniùs recitantur Ti. Cæsar Aug. f. III. Germanicus Cæsar Ti. f. II. Sed in ipsa historia tam Consules quàm eius anni res gestæ omnes desiderantur. Tam mutilus & lacer est in libro LVII. vt vix quidquam copiosiùs, quàm in Xiphilino habetur, de his repercurus sis. Nominat Consules item Tacitus hoc
» modo: Sequens, inquit, annus Tiberium tertiò, Germanicum iterum Consules habuit:
» sed eum honorem Germanicus iniit apud vrbem * Achaiæ Nicopolim, Armeniam
» petiturus scilicet. Et latè ibidem Tacitus iter eius, Cn. Pisonis, (quem Syriæ præfecerat, vt dixi, Tiberius) æmulationem, iniurias, & inimicitias describit. Porrò quod ad Tiberij hunc Consulatum attinet, auctor est Tranquillus, tres ipsum saltem in Imperio Consulatus (nam de duobus sub Augusto prioribus, antè scribit) gessisse, atque ex his primum paucis diebus. Quis verò cum abdicaret illi suffectus fuerit, apud Auctores nondum repperi: vnam tantum habeo antiquam inscriptionem aræ marmoreæ, qua probare possum, Tiberio suffectum L. Seium Tuberonem Germanico in secundo hoc Consulatu collegam fuisse. Eam ipsam studiosorum caussa hîc ascribere non pigebit, quam mihi communicauit optimus meus patronus, idemque vir eruditissimus Marcellus Ceruinus Cardinalis S. Crucis, non diu antequam ad summi Pontificatus apicem proueheretur. Est autem talis, & reperta, si rectè memini, non procul Augubio:

* Acharnania, legit Hieronymus Surita in Itinerario Antonini.

Marcellus Ceruinus Cardin. & Pont.

CERERI. AVGVST
MATRI. AGR
L. BENNIVS. PRIMVS
MAG. PAGI
BENNIA. PRIMIGENIA
MAGISTRA. FECER
GERMANICO. CAESARE. II
L. SEIO. TVBERONE. COSS
DIES. SACRIFICI. XIII. K. MAI

Zz 4 Idem

L. Seius Tubero. Idem Seius Tubero Legatus Germanici fuerat Cæsaris bello superiore in Germania: cuius idem Tacitus meminit libro II. Germanicum verò bis Consulem declarant & statuarum tituli, velut ille qui adhuc extat Brixiæ:

GERMANICO
CAESARI
TI. F. DIVI. AVG. N
PONTIF. AVG.
COS. II.
D. D

Sic ille nuper Romæ in Via lata repertus, cum aliis imaginum titulis familiæ Claudij Imperatoris, in quibus adhuc extant litteræ quædam ab ipso Claudio inuentæ, quarum Tranquillus meminit. Quos titulos ad me misit diligenter exscriptos, vir doctissimus & Antiquitatis studiosus Nicolaus Florentius Harlemensis. Inter eos autem Germanici Cæsaris hic est:

Nic. Florentius Harlemensis.

GERMANICO
CAISARI
TI. AVGVSTI. F.
DIVI. AVGVSTI. N
DIVI. IVLII. PRO. N
AVGVRI. FLAM. AVG
COS. II. IMP. II.

Germanicus Cæsar Procos. regem Armeniis Zenonem Polemonis regis Pontici filium dedit, Cappadociam & Comagenem prouinciarum in formam redegit: Tacitus lib. II.

Prouinciæ.

Q. Verannius . f. . n. Eques Rom. Legatus Proquæstore Cappadociam primus obtinuit. Tacitus libro II. At Cappadoces, inquit, in formam prouiniciæ » redacti, Q. Verannium legatum accepere, & quædam ex regiis tributis deminuta, quo » mitius Rom. imperium speraret. Vide Dionem libro LVII. & Sex. Rufum. De eodem » videntur Catulli extare versus hendecasyllabi Epigr. IX.

Q. Serueius . f. . n. Comagenen Propr. primus obtinuit, à Germanico prouinciæ impositus, quæ tum primùm ad ius Prætoris translata est: Tacitus ibidem, Iosephus Antiq. lib. XVIII. cap. IV. Ambo post mortem Germanici cum Agrippina Romam reuersi Cn. Pisonem veneficij accusarunt, & condemnarunt, & sacerdotio eam ob caussam ornati sunt: Tacitus libro III. Meminit Q. Serueij item libro IV. & Prætura functum dicit, vbi ipsum anno DCCXXCIIII. ob Seiani amicitiam damnatum refert.

P. Suillius . f. . n. Quæstor primùm Germanici, legatus deinde Proquæstore in Asia, Germanico mortuo, conuictus pecuniam accepisse ob rem iudicandam, Italia pulsus fuit; Tiberij deinde sententia in insulam relegatus, eo mortuo tandem reuersus, Claudij principis amicitia diu prospere vsus est. Vide Tacitum lib. IV. & XI. Demum sub Nerone, quòd pro pretio conductus accusasset, & ad mortem adegisset quamplurimos, satagente Seneca lege Cincia damnatus ann. DCCCX. in Baleares relegatus est, vt pulchrè idem Tacitus libro XIII.

P. Suillius in Baleares relegatus.

ANNI P. R. C. DCCLXXI.

Consules.

M. Iunius M. f. M. n. Silanus. L. Norbanus C. f. . n. Flaccus Balbus.

HABENTVR ita in Dionis Indice: in Tacito, Cassiodoro, & Mariano M. Silanus, L. Norbanus: in Tabulis Græcis Silanus & Balbus. In exemplaribus tamen Dionis & Cassiodori, falsum Caius prænomen Norbano attribuitur. Testatur illud marmor antiquum, cùm Romæ manebam, in foro repertum, cui ita insculptum:

EX S. C
M. IVNIO. M. F. L. NORBANO. BALBO. COS.

Plinius item lib. II. cap. LXXXVII. scribit, M. Iunio Silano & L. Balbo Coss. ad VIII. Idus

Iulij

Iulij Thiam insulam ex Cycladibus vnam produxisse. Ab his Consulibus lex Iunia Norbana nomen habet, qua libertorum Latini nominis mortuorum bona patronis manumissoribusve cedebant, cum ipsi nec testamenti faciundi, nec alia ciuium Romanorum plena iura haberent. Ideoque etiam iubebat Latinis impuberibus tutores dari, qui ante manumissionem ex iure Quiritium fuissent, vt Vlpianus in fragmentis tit. XI. de tutelis. Vnde Latini Iuniani sunt appellati. Cuius legis mentio est Institutionum iuris lib I. & III. tit. V. & VIII. Sublata lex posteà D. Traiani edicto, ac demum etiam constitutione Iustiniani Principis: promulgatumque vt omnes libertini pleno iure, sublatis differentiis, ciues Romani essent, vt Institutionum libro III. tit. VIII. idem Iustinianus prodit.

Lex Iunia Norbana.

Prodigia eius anni recenset Dio. Germanicus in Ægyptum proficiscitur, cognoscendæ antiquitatis caussa: narratque pulcherrime Tacitus, quomodo Nili ostia, Memnonis effigiem, Alexandriam, Thebas, Pyramides, aliaque eius regionis miracula perlustrarit. Drusus interim inter Germanos discordiam fouens, vires eorum fregit, pulso in exilium Maroboduo rege, qui in Italiam veniens, permissu Tiberij Rauennæ consenescit. Decretum igitur à Senatu, vt Drusus & Germanicus ob res vtrobique bene gestas, vrbem ouantes inirent. Res Thraciæ compositæ sunt, Rhescuporide, qui regni heredem Cotym fratris filium vinculis oneratum occiderat, capto, damnato, & in exilium pulso. Germanicus ex Ægypto in Syriam reuersus, dolo Cn. Pisonis & Plancinæ per veneficia interemptus est. Liuia soror Germanici Druso Ti. f. nupta, gemellos peperit. Libido fœminarum grauibus decretis coërcita est. Actum & de sacris Ægyptiis Iudaicisque pellendis. Quatuor milia libertini generis ea superstitione infecta, ex S.C. in Sardiniam transporta sunt, ceteri Italia pulsi. Arminius Germanicæ libertatis assertor, popularium petitus [armis], dolo suorum tandem cecidit. Vide Tacitum libro II. Dionem lib. LVII. Iosephum lib. XVIII. Antiquitatum cap. V. Suetonium in Tiberio & Caligula.

Germanicus interemptus veneno. *Liuia Germanici soror Druso nupsit.*

Prætor.

Cn. Domitius L. f. Cn. n. Ahenobarbus. Pater Neronis Imperatoris, vrbanam iurisdictionem hoc quasi tempore obtinuit, & Circenses edidit. Eum tantæ perfidiæ fuisse Tranquillus scribit, vt non modò argentarios pretiis rerum coëmptarum, sed & in Prætura, inquit, mercede palmarum aurigarios fraudarit: notatus ob hæc & sororis ioco. Querentibus dominis factionum, repræsentanda præmia in posterum sanxit.

Prouinciæ.

C. Sentius C. f. C. n. Saturninus, Legatus Germanici Cæsaris Procos. Syriam obtinuit. Insidiis enim Cn. Pisonis detectis, Germanicus æger ipsi amicitiam renuntiauit, & prouincia decedere iussit. Consultatum deinde mortuo Germanico inter Legatos, quis nam Syriæ præficeretur. Prælatus vt senior C. Sentius; qui confestim infamem veneficiis in ea prouincia, & Plancinæ percharam nomine Martinam, velut necis Germanici ream, misit in vrbem. Cn. Pisonem vero armis prouinciam occupare conantem, & inter legiones tumultus & seditiones molientem, Syria decedere, & ad vrbem nauigare coëgit. Vide Tacitum libro II.

C. Sentius Syriæ præficitur. *Martina venefica.*

L. Pomponius L. f. [.] n. Flaccus leg. Procos. Mœsiam obtinuit. Latinio Pando mortuo successor datus, vti Rhescuporim Thraciæ regem, (qui fratris filium per insidias captum, & eius regno per vim occupato, demum occiderat) Romam mitteret.
» Quod Tacitus his verbis declarat: Pomponium Flaccum veterem stipendiis, & arcta
» cum Rege amicitia, eoque accommodatiorem ad fallendum, ob id maximè Mœsiæ præ-
» fecit. Flaccus in Thraciam transgressus, per ingentia promissa, quamuis ambiguum &
» scelera sua reputantem, perpulit, vt præsidia Romana intraret. Tum custodia cinctum Re-
» gem gnarum necessitatis ad vrbem misit. Accusatus in Senatu Rhescuporis ab vxore Co-
» tyis, damnatus, & procul regno in exiliũ missus. Thracia in Rhæmetalcem filium, quem
» paternis consiliis aduersatum constabat, inque liberos Cotyis diuiditur. Hęc ferè Tacitus.
Sed Pomponium Flaccum veterem stipendiis & arcta cum Rege amicitia accommodatum dicit. Velleius Consularem vocat: ideoque eumdem puto, qui & ante legatus Propr. in eadem prouincia fuit; Consul deinde, ac demum Syriæ Procos. vt suo loco dicemus. Videtur ob caussas suprà dictas extra ordinem præfecisse Mœsiæ Flaccum Tiberius: constat enim C. Sabinum Procos. vtramque Mœsiam cum Achaia & Macedonia per eos annos obtinuisse.

A. Vibius C. f. C. n. Habitus. Procos. Galliam Narbonensem obtinuit.

Plinius

Plinius libro XXXIV. cap. VII. vbi de colossis: Zenodotus statuam Aruernorum cùm faceret, prouinciæ Vibio Habito præsidente, duo pocula Calamidis manu cælata, quæ Cassio Silano auunculo eius præceptori suo Germanicus Cæsar adamata donauerat, æmulatus est; vt vix vlla differentia esset artis. Idem est qui Consul suffectus fuit sub Augusto anno DCCLX. Igitur perperàm Vibius Auitus legitur in Plinio, pro Habitus. »

* Sex. Pompeius Sex. f. //. n. Procos. Asiam obtinuit. Docet hoc Valerius Maximus Exemplorum libro II. cap. I. comitem se familiaremque Sex. Pompeij cum eodem abiuisse in prouinciam scribens.

ANNI P. R. C. DCCLXXII.

Consules.

M. Valerius M. f. M. n. Messalla. M. Aurelius M. f. //. n. Cotta.

M. Aurelius Messalla. Corn. Taciti error. Germanici cineres vbi conditi. Plancina liberata vinculis.

Ex Indice Dionis Consulum nomina concinnauimus: in ipsa historia tamen desiderantur, cum magna actorum eius anni & superioris etiam parte, vt Xiphilinus vix possit esse concisior. Messallam & Cottam suggerunt Tabulæ Græcæ, non sine menda tamen, cùm Γοϱτᾶ pro Κοττᾶ legatur: Marianus, Cassiodorus, & Tacitus M. Valerium, M. Aurelium produnt. Ex his Messallam Tacitus Messallæ oratoris nepotem vult fuisse: sed perperàm in exemplaribus collega C. Aurelius appellatur.

Cineres Germanici vxor Agrippa Romam detulit, & per Italiam ambitiosa pompa vecti, Mausoleo Augusti conditi sunt. Cn. Piso cum vxore Plancina in Senatu veneni accusatus, ante iudicij diem semetipsum occidit. Plancina propter Liuiæ Augustæ preces liberatur: filij à Tiberio absoluuntur. Tacfarinas nuper à Camillo pulsus, denuò bellum in Africa renouauit, sed eius copiæ à L. Apronio Procos. fusæ sunt. Legem maiestatis, quam tantum in Augusti violatores exerceri iusserat Tiberius, etiã contra suos & matris Liuiæ calumniatores acerbissime cœpit exequi. Vide Tacitum lib. III. Dionem lib. LVII.

Prouinciæ.

L. Apronius C. f. C. n. Procos. Africam M. Camillo succedens obtinuit. Hoc anno Tacfarinatem denuò per latrocinia bellum mouentem, prælio vicit, & ad deserta compulit. Cohortem Romanam, quæ ducem in acie deseruerat, more maiorum decimauit, & ex ea sorte ductos fuste necauit: Tacitus lib. III. & libro IV. Is idem qui legatus Consularis in Germania triumphalia obtinuit.

/. Cæsius /. f. //. n. Cordus. Procos. Cretam obtin[u]it hoc quasi tempore. Nam anno sequenti è prouincia reuersus, ab Anchario Pris[c]o repetundarum, addito maiestatis crimine (quod tum omnium accusationũ comple[m]entum erat) postulatus est; sicut apud Tacitum lib. III. legimus. Damnatus deinde C. Haterio, C. Galba Coss.

C. Iunius C. f. M. n. Silanus Flamen Martialis, Asiam Procos. obtinuit. Auarè prouinciam administrasse Tacitus demonstrat: nam è prouincia Romam reuersus, Agrippa & Galba Consulibus, biennio post à sociis repetundarum postulatus, damnatusque in insulam Cytheram relegatus fuit, vt libro III. idem Corn. Tacitus latius.

Quæstor.

L. Gellius L. f. L. n. Poplicola. C. Silani Procos. in Asia. Hunc Tacitus libro III. inter accusatores Silani nominat.

Drusus. Cæsar. Ti. Aug. f. Diui Aug. n. Ann. DCCLXXII.
ouans. ex. Germania.

Druso & Germanico, sicut ante dixi, ouationes à Senatu decretæ erant. Germanico, ob res Orientis compositas, & regem Armenijs datum: Druso autem, ob Maroboduum receptum, & res priore æstate in Germania gestas. Quæ diffuse Tacitus libro II. Mortuo autem Germanico, cum cineres eius ipse & frater Claudius Romam deduxissent, Drusus ad Illyricos exercitus profectus est. Atque inde non diu post reuersus, dum Romæ accusabatur Cn. Piso, quamquam Patres censuissent, vt ouans iniret, prolato honore, vt iudicio Consul designatus interesset, vrbem intrauit. Damnato deinde Pisone, & vltione de Germanici morte sumpta, rursum egressus vrbe repetendis auspiciis, mox ouans introijt: Tacitus libro III.

ANNI P. R C. DCCLXXIII.

Consules.

Ti. Cæsar. Diui. Aug.f. Diui.Iuli. n. Drusus.Cæsar. Ti.Aug.f.Diui.Aug.n.II.
Augustus IV. ad K. Apr.
Abdic. in. eius. loc. factus. est
.. . .. f. .. n. ..

ADDVCVNT deinde Consules Cassiodorus & Marianus Ti. Cæsarem & Drusum Cæsarem: Tabulæ Græcæ, Tiberium Cæsarem IV. & Drusum. Numerorum notæ, quæ desunt, in tabulis apud Drusum, & in Cassiodoro vtrobique sunt restituendi. Plenius & rectius Dio Ti. Cæsarem Aug. f. IV. Drusum Cæsarem Ti. f. II. Sic etiam Tacitus: Sequitur, inquit, Tiberij quartus, Drusi secundus Consulatus, patris atque filij collegio insignis. Nam biennio ante Germanici cum Tiberio idem honor neque patruo lætus, neque natura tam connexus fuerat. Porrò nec admodum auspicatus Druso hic honor fuit; refert enim Dio, quamplurimos mortem Druso violentam non falsò ominatos fuisse, quod nemo eorum, qui cum Tiberio Consulatum gessere, infelicissima morte non obiisset. Siquidem Quinctilius Varus in Germania, Cn. Piso Senatus iudicio Romæ, atque adeò Germanicus ipse, vt diximus, in Syria misere perierunt. Neque melior fortuna Drusi, postea & Seiani fuit; quorum ille veneno deinde sublatus; hic deposito magistratu, Senatus iudicio, Tiberio auctore damnatus & occisus est. *Collegæ Tiberij Cæsaris omnes infelices.*

Principio anni in Campaniam concessisse Tiberium Tacitus auctor est, quasi firmandæ valetudinis caussa; siue vt Drusus, amoto patre, solus obiret Consulatus munia. Igitur hunc secundum in Imperio Consulatum, tribus tantùm mensibus gessit Tiberius, vt ex Suetonio constat. Eum verò extra vrbem in peregrinatione Campana deposuisse, Dio satis insinuat. Sed quisnam in eius locum suffectus fuerit, nemo, quod sciam, memoriæ prodidit. *Tiberius Consulatu se abdicat.*

Noui motus in Africa, Tacfarinate duce: in Thracia per Cœlaletas & Odrysios; in Galliis apud Treuiros Iulio Floro, & Æduos Iulio Sacrouiro ducibus exorti, qui tamen omnes à Legatis feliciter oppressi sunt. Factum Romæ S. C. de differendis suppliciis. Ne decreta Patrum ante decimum diem ad ærarium deferrentur, idque vitæ spatium damnatis prorogaretur. Sed non Senatui libertas ad reuocandam sententiam erat, neque Tiberius, in cuius arbitrio hoc erat, interea temporis mitigabatur. Vide Tacitum libro III. Dionem LVII. *Motus in Thracia & in Galliis compositi.*

Prætores.

.. Magius .. f. .. n. Cæcilianus. Maiestatis criminibus fictis accusatus à Considio Equo & Cælio Cursore equitibus Rom. Ipse absolutus, & accusatores, auctore principe, ac decreto Senatus puniti sunt: Tacitus libro III.

Ser. Sulpicius Ser. f. Ser. n. Galba. Qui posteà Imp. Cæsar Aug. appellatus est, hoc quasi tempore Prætor vrbanam iurisdictionem obtinuit. Ludorum Floralium commissione nouum spectaculi genus elephantos funambulos edidit, sicut Suetonius auctor. Atqui paullo pòst vulgare fuisse elephantos funibus incedere, scribit Plinius lib. VIII. cap. II. & III. *Ser. Galba qui post Imp.*

Prouinciæ.

C. Iunius .. f. .. n. Blæsus, Africam Procos. obtinuit. L. Apronio successor datus à Senatu, Tiberio auctore, qui motam rursus Africam incursu Tacfarinatis docuit, iudicioque Patrum deligendum Procos. gnarum militiæ, corpore validum, & bello suffecturum. Anno sequenti Blæsus in Africa Tacfarinatem, fratre eius capto, diuersis prælus contusum & fractum profligauit. Cui Tiberius, ob res bene gestas, nomen Imperatoris, & ornamenta triumphalia concessit. Vide Tacitum libro III. Velleium lib. II.

M. Æmilius .. f. .. n. Lepidus, Asiam sortitus Procos. obtinuit, & C. Silano successit. Quem Sex. Pompeius in Senatu vt socordem, inopem, & maioribus suis dedeco-

dedecorum, ideoque etiam Asiæ sorte depellendum incusauit, aduerso Senatu, qui Lepidum mitem magis quàm ignauum, paternas ei angustias & nobilitatem sine probro actam honori potiùs quàm ignominiæ habendum ducebat. Igitur missus in Asiam est: Tacitus libro III. Meminit illius deinde libro IV. vt anno DCCLXXIIX. prouinciam adhuc obtinuisse videatur.

C. Visellius C. f. C. n. Varro. Leg. Procos. inferioris Germaniæ. Seditiones ob magnitudinem æris alieni per Iulios Florum & Sacrouirum excitatas apud Treuiros & Æduos oppressit. Videtur idem qui ante octennium Cos. fuit sub Augusto. Nam Tacitus senecta inualidum dicit, atque ideò bellum illud Gallicum C. Silio legato cessisse.

.. Acilius .. f. .. n. Auiola. Legatus Galliæ Lugdunensis. Andecauos rebellantes subegit: Tacitus libro III.

P. Velleius . f. C. n. Paterculus, cuius extat historia, Legatus Propr. in Thracia, Cœlaletas Odrysiosque populabundos compescuit, & Rhœmetalcem regem Philippopoli à suis obsessum liberauit: Tacitus libro III.

P. Velleius Paterculus Historicus.

ANNI P. R. C. DCCLXXIV.

Consules.

D. Haterius Q. f. .. n. Agrippa. C. Sulpicius Ser. f. Ser. n. Galba.
Ex K. Iuliis. M. Cocceius M. f. M. n. Nerua.
C. Vibius C. f. .. n. Rufinus.

ANNO sequenti Consules eduntur à Tacito, Cassiodoro & Mariano D. Haterius, C. Sulpicius: in Tabulis Græcis Agrippa & Galba: in Dionis Indice D. Haterius Q. f. Agrippa, C. Sulpicius Galba. Ex his D. Haterium anteà Tribunum plebis & Prætorem habuimus. C. Galba, quantum ex Suetonio & Taciti lib. quinto colligere possumus, frater Imperatoris Galbæ fuit: qui ob denegatam à Tiberio prouinciæ sortitionem semet interfecit anno DCCXXCVIII. Suffectos autem Consules adiunxit Onufrius ex antiqua inscriptione, & colligit huius anni esse ob XXIV. Tiberij Tribunitiam potestatem, quæ in eadem extat:

TI. CAESAR. DIVI. AVGVSTI. F. AVGVSTVS
PONTIF. MAXIM. IMP. VIII. TRIB. POT. XXIIII
DEDIT
C. VIBIO. RVFINO. M. COCCEIO. NERVA. COS

Leguntur etiam Romæ, in æde S. Petri in carcere:

C. VIBIVS. C. F. RVFINVS. M. COCCEIVS. M. F. NERVA. COS. EX. S. C.

M. Coccei) Neruæ meminit Frontinus de Aquæductibus, & Diui Neruæ Imperatoris auum, & iuris scientia illustrem dicit fuisse.

Tribunitia potestas Druso f. à Tiberio petita.

Ti. Cæsar Druso filio per litteras à Senatu Tribunitiam potestatem petiuit; neque tantùm hoc ex S. C. datum, verùm etiam effigies principum, deûm aras, templa & arcus mera cum adulatione decreuerunt Patres, quæ tamen non recepta. De Drusi verò hac Tribunitia potestate intelligendus Eusebij locus in Chronicis, vbi dicit: "Tiberius octauo anno imperij sui Drusum filium consortem regni fecit, & is sequenti anno veneno periit." Laborauit eodem anno Liuia Augusta aduersa valetudine, propter quam Tiberius ad vrbem festinauit. Supplicationes & Ludi magni pro salute eius decreti, equitesque Romani donum equestri Fortunæ detulerunt Antium: Tacitus libro III.

Prætor.

Iunius Otho ex ludimagistro Senator ac Prætor.

.. Iunius .. f. .. n. Otho. C. Silanum Asiæ Procos. repetundarum accusauit. Ludimagistrum fuisse, & Seiani potentia ad Senatorium ordinem & Præturam prouectum, dicit Tacitus lib. III.

Prouinciæ.

Flamen Dialis Vrbe abesse non poterat.

Ser. Cornelius Cn. f. Cn. n. Lentulus Maluginensis Asiam Procos. in hunc annum sortitus erat; sed quia Flamen Dialis more maiorum vrbe & sacris abesse non poterat,

poterat; censente Tiberio, prouinciam non obtinuit. Itaque sors Asiæ in eum qui Consularium Maluginensi proximus erat, collata est. Vide Tacitum libro III.

Q. Vibius .. f. .. n. Serenus. Hispaniam vlteriorem vel Lusitaniam Procos. obtinuit. Anno sequenti de vi publica damnatus, Tiberio auctore, ob atrocitatem temporum in insulam Amorgum deportatur, à filio proprio accusatus: Tacitus libro IIII.

L. Aruntius L. f. L. n. Legatus Ti. Aug. Procos. Hispaniam Tarraconensem vel citeriorem absens obtinuit. Auctor Tacitus libro V. in actis anni DCCXXCIV. vbi ait Tiberium per litteras conquestum, se cogi ad preces, per quas Consulares adigerentur ad capessendas prouincias: quasi oblitus esset, Aruntium, ne in Hispaniam pergeret, decimum annum attineri. Rursum libro XVIII. Tiberium in comitatu suo L. Aruntium retinuisse, Hispaniam tamen prouinciam ei reliquisse refert.

Ædiles.

C. Poblicius .. f. .. n. Bibulus. Qui cum collegis de sumptuariis legibus in vsum reuocandis Patres consuluit: grauiter inuectus aduersus profusos sumptus & luxum ciuitatis, vt apud Tacitum libro III. legimus. Sed videant studiosi num ipsa fuerit, cuius adhuc extat monumentum sub Capitolio, non procul a foro, cum hac inscriptione: *Sumptuaria leges.*

C. POBLICIO. L. F. BIBVLO. AED. PL. HONORIS
VIRTVTISQVE. CAVSSA. SENATVS
CONSVLTO. POPVLIQVE. IVSSV. LOCVS
MONVMENTO. QVO. IPSE. POSTEREIQVE
EIVS. INFERRENTVR. PVBLICE. DATVS. EST

.. Brutidius .. f. .. n. Niger. C. Silanum Procos. Asiæ repetundarum accusauit. Artibus honestis copiosum fuisse dicit Tacitus libro III. sed ambitione, dum ceteros etiam superiores anteire parat, à recto discessisse. Meminit eius Iuuenalis Satyra X. vbi multa de Seiani damnatione & supplicio: ob cuius amicitiam paulò post damnatum fuisse insinuat, cùm dicit: *Iuuenalis locus explicatus.*

—— Perituros audio multos
Nil dubium, magna est fornacula: pallidulus mî
Brutidius meus ad Martis fuit obuius aram.
Quam timeo, victus ne pœnas exigat Aiax
Vt male defensus. ——

Hoc est, quàm metuo, ne damnatus semet interficiat Aiacis exemplo, qui sibimet mortem consciuit, superatus in iudicio armorum ab Vlysse.

ANNI P. R. C. DCCLXXV.

Consules.

C. Asinius C. f. C. n. Pollio. C. Antistius C. f. C. n. Vetus.

POLLIONEM & Veterem nominant Tabulæ Græcæ: Cassiodorus & Marianus C. Asinium, C. Antistium: Dionis autem Index, C. Asinium C. f. Pollionem, C. Antistium C. f. Iustum, sed mendose. Plinius quidem recte libro XXXIII. cap. II. de iudicum » decuriis, & equestris ordinis nominibus scribens; Tiberij demum, ait, principatus nono » anno in vnitatem venit equester ordo, annulorumque auctoritati forma constituta est, » C. Asinio Pollione, C. Antistio Vetere Coss. anno vrbis conditæ DCCLXXV. Porrò Fron- » tinus de Aquæductibus scribit, Ateio Capitoni (quem anno superiore mortuum tradit » Tacitus) successisse curatorem aquarum Satrium Rufum, L. Marcio, inquit, C. Antistio » Vetere Coss. Quo loco nimirum vel error debet esse, vel C. Asinio L. Marcius suffectus hoc anno fuit.

Drusus Germanici filius togam virilem sumpsit, quæque fratri eius Neroni decreuerat Senatus, repetita. *Drusus togâ virilem induit.*

Drusus Cæsar Ti. Aug. f. L. Seiani insidiis veneno sublatus est. Honores mortuo, qui ante Germanico, decreti sunt; funusque celeberrima imaginum domus Iuliæ & Clau-

diæ gentis pompa celebratum. Neronem & Drusum Germanici filios Senatui commendauit deinde Tiberius. Histriones eodem anno vrbe atque Italia pulsi sunt, quòd seditiones inter plebem excitarent. Vide Tacitum libro IIII. Dionem libro LVII. Orosium lib. VII. cap. IV.

Histriones Italia pulsi.

ANNI P. R. C. DCCLXXVI.

Consules.

Ser. Cornelius Ser. f. //. n. Cethegus. L. Visellius L. f. / .n. Varro.

ITA habentur hi Consules in Dionis Indice, in quo Visellius L. f. dicitur, alioquin idem existimari posset, qui inter quinque curatores aluei & riparum Tiberis ante decennium à Tiberio instituti. Romæ in Tiburtino termino, L. VISELLIVS C. F. VARRO. Cassiodorus & Marianus autem suggerunt Ser. Cornelium, L. Vitellium: Tabulæ Græcæ Cethegum & Varronem: Tacitus Cornelium Cethegum, Vitellium Varronem: denique Frontinus de Aquæductibus M. Cocceium Neruam Diui Neruæ auum, Iuris scientia illustrem, in locum Satrij Rufi curatorem aquarum factum, Ser. Cornelio Cethego, L. Visellio Varrone Consulibus.

Variæ accusationes, & principum virorum damnationes narrantur à Tacito in eius anni actis: & vt Q. Vibium Serenum patrem filius ipse catenis onustum in Senatu produxit reum, & quasi insidias Tiberio, rebellionemque in Gallia tentasset, accusauit. Vide Tacitum libro IV. Decennalia Imperij Cæsaris Tiberij sunt celebrata, non tamen S.C. Imperium illi est prorogatum, vt Augusto fieri solebat, eò quòd non ad certum tempus illud accepisset: Dio lib. LVII. fine.

Decennalia Tiberij Cæsaris.

Prætor.

//. Plautius //. f. //. n. Siluanus. Damnatus paricidij, quòd Aproniam coniugem in præceps iecisset, venas exoluendas præbuit, cùm priùs Vrgulania auia nepoti reo pugionem, vt semet interficeret, misisset: Tacitus lib. IV.

Prouinciæ.

P. Cornelius P. f. P. n. Dolabella Procos. Africam sortitus, C. Iunio Blæso successit. Hoc anno bellum Numidicum confecit, Tacfarinate duce hostium cum suis omnibus vno prælio extinctis. Dolabellæ petenti triumphalia negata a Tiberio, Seiani tantummodò in gratiam, ne Blæsi auunculi eius laus obsolesceret. Vide Tacitum libro IV.

C. Fonteius C. f. C. n. Capito. Procos. Asiam obtinuit. Anno sequenti è prouincia reuersus, cùm Vibius Serenus reum fictis criminibus fecisset, absoluitur: Tacitus ibidem. Dio in exilium missum scribit.

/. Atidius /. f. /. n. Geminus Propr. Achaiam obtinuit. Ius templi Dianæ Limenetidis, inter Lacedæmonios & Messenios controuersum, Messeniis adiudicauit.

Quæstor.

//. Curtius /. f. /. n. Lupus. Cales prouinciam in Campania obtinuit. Seruilis belli semina, T. Curtisio duce mota, classiariorum manu contracta disiecit: Tacitus libro IV.

ANNI P. R. C. DCCLXXVII.

Consules.

M. Asinius M. f. Agrippa. Cossus Cornelius Cossi f. Cn. n. Lentulus.

IN Dionis Indice sic leguntur Consules: in Mariano M. Asinius Agrippa, Cossus Cornelius: in Cassiodoro M. Asinius & Cossus Cornelius: in Tabulis Græcis Agrippa & Lentulus. Ceterùm Tacitus Cornelio Casso, Asinio Agrippa Consulibus Cremu-

tium Cordum maiestatis postulatum scribit, nouo ac tum primùm audito crimine, quòd editis Annalibus, laudatoque M. Bruto, C. Cassium Romanorum vltimum dixisset. *Maiestatis crimen in Historico Cremutio Cordo.*

Cyzicenis libertas est ablata, quam bello Mithridatico circumsessi, fide & constantia meruerant. Obiecta illis incuria cærimoniarum Diui Augusti, additis violentiæ criminibus aduersum ciues Romanos. Thraces rebellionem molientes C. Poppæus Sabinus Procos. subegit. Vide Tacitum lib. IV. Dionem in fine LVII.

Prætor.

Cn. Domitius . f. . n. Afer, eloquentia insignis. Quem recèns Prætura functum dicit Tacitus, cùm anno sequenti Claudiam Pulchram Agrippinæ sobrinam accusaret, atque idcirco primoribus oratorum additus fuit. Vide Tacitum libro IV. Consul postea sub C. Caligula fuit. *Cn. Domitius Afer eloquentia insignis.*

Prouinciæ.

L. Calpurnius . f. . n. Piso Propr. in Hispania citeriore. A Termestinis per insidias occisus est, eò quòd pecunias è publico interceptas acriùs, quàm tolerarent Barbari, cogebat: Tacitus libro IV.

. Pomponius . f. . n. Labeo Mœsiam Propr. obtinuit. cum legione & Regis Rhæmetalcis auxiliis Poppæo Sabino Procos. contra Thracas subsidio venit, vt apud Tacitum legimus. Per annos octo Mœsiam rexisse Dio tradit. Repetundarum deinde, cum Romam e prouincia reuerteretur, L. Vitellio & Fabio Persico Consulibus, ann. vrbis DCCXXCVI. accusatus, voluntaria morte cum vxore Paccia periit. Idem asserit Tacitus lib. V.

ANNI P. R. C. DCCLXXIIX.

Consules.

C. Caluisius C. f. C. n. Sabinus. Cn. Cornelius Cossi f. Cn. n. Lentulus Getulicus.

Ex K. Iulis. Q. Marcius . f. . n. Barea.
T. Rustius T. f. . n. Nummius Gallus.

C. Caluisium & Cn. Getulicum Consules suggerit Cassiodorus: Getulicū & Sabinum Tabulæ Græcæ: C. Caluitium Sabinum, Cn. Lentulum Getulicū Marianus. Dionis Index deficit. Getulicus Cossi Triumphalis filius est, Sabinus C. Caluisij, anno DCCXLIX. Consulis. Suffectos autem ex antiquis inscriptionibus concinnauit Onufrius, quas apud eumdem studiosus legere poterit.

Tiberius vrbe profectus, modico comitatu in Campaniam abiuit, nec deinceps Romam reuersus est. Vide Tacitum, Suetonium, & Dionem libro LVIII.

Prouinciæ.

. Valerius . f. . n. Naso. Leg. Propr. in Asiam sorte missus est, vt templi apud Smyrnæos extruendi curam gereret: Tacitus libro IV.

ANNI P. R. C. DCCLXXIX.

Consules.

M. Licinius M. f. M. n. Crassus L. Calpurnius Cn. f. Cn. n. Piso.

CONSVLARIVM filios dicit Onufrius, quos M. Crassum L. Pisonem appellant Cassiodorus & Marianus: in Tabulis Græcis, Crassum & Pisonem. L. Pisonem Cn. Calpurnij & Plancinæ filium vocat Dio lib. LIX. de eius prouincia Africa, quam anno suo obtinuit vrbis DCCXCI. verba faciens. Patris prænomen ante habuerat, sed eo ob mortem Germanici damnato, M. Cotta Consule censente, prænomen mutare coactus fuit, vti pulchrè Tacitus libro III. explicat. L. Pisonem deinde, pro Cneio appellatum fuisse,

ſatis Dio declarat. Tacitus autem; M. Licinio, inquit, L. Calpurnio Conſulibus ingentium bellorum cladem æquauit malum improuiſum. Deſcribit inde, vt amphitheatrum Fidenatium medijs Ludis cum ingenti hominum ſtrage conlapſum fuit: cuius & Suetonius meminit. Oroſius anno ſuperiore eum caſum ponit. Tacitus quinquaginta hominum milia eo lapſu vel obtrita vel debilitata fuiſſe tradit.

Incendium Romæ fuit ingens, quo Cœlij montis ædificia penitus exuſta ſunt. Tiberius dedicatis in Campania templis, ex continenti in Capream Inſulam ſeceſſit. Vide Tacitum libro IV. Suetonium, & Dionem.

Prætor.

P. Vitellius Imp. Vitellij patruus mortem ſibi conſciuit.

P. Vitellius P. f. ·. nepos. Patruus Imperatoris Vitellij, multa eloquentia inſignis, auctore Tacito, comes ante Germanici Cæſaris in Oriente, eodem mortuo, cum Agrippina Romam reuerſus, Cn. Piſonem eius interfectorem accuſauit condemnauitque. Propter hoc ſacerdotio, auctore Tiberio, fuit ornatus. Poſt Præturæ honorem deinde (quam hoc quaſi tempore videtur geſſiſſe) inter Seiani conſcios anno DCCXXCIII. arreptus, & fratri in cuſtodiam datus, ſcalpro librario venas ſibimet incidit, & non diu pòſt mortuus eſt. Vide Suetonium, & Tacitum libro III. & V.

Prouinciæ.

L. Pomponius Flaccus inſignis helluo cũ Tiberio Imp.

L. Pomponius L. f. Flaccus Syriam hoc quaſi tempore Procos. obtinuit. Quam prouinciam (vt Suetonius auctor eſt) a Tiberio meruit, quòd noctem totam continuumque biduum epulando potandoque cum ipſo & L. Piſone tranſegiſſet. Quos ideò iucundiſſimos & omnium horarum amicos appellare ſolet Tiberius. Mortuum in prouincia an. DCCXXCIV. Tacitus auctor eſt lib. V. ſed mendoſe Propr. vocatur in exemplaribus. Meminit illius Ioſephus Antiq. lib. XVIII. cap. XII.

Pontius Pilatus, ſub quo CHRISTVS Saluator paſſus.

··. Pontius ·. f. ·. n. Pilatus. Iudæam regere cœpit anno imperij XIII. Tiberij, quemadmodum Euſebius auctor eſt. Sub quo D. N. IESVS CHRISTVS in terris ſalutarem cunctis prædicans viam, pro redemptione generis humani crucis ſupplicium Ieroſolymæ pertulit. Vide Ioſephum libro XVIII. de Pilati in Iudæa rebus geſtis, quos tumultus ob imagines Cæſaris Ieroſolymam importatas, & ſacras pecunias erogatas ſuſtinuerit, quæ omnia latius perſequitur. Prouinciam decennio fere obtinuiſſe, idem auctor eſt. Meminit Pontij Pilati item Tacitus libro XV. CHRISTVM ſub eo paſſum fuiſſe etiam ſcribens.

ANNI. P. R. C. DCCLXXX.

Conſules.

Ap. Iunius ··. f. ··. n. Silanus. P. Silius P. f. P. n. Nerua.

Canis in dominum fides.

SILANVM & Neruam Conſules nominant Tabulæ Græcæ: Caſſiodorus & Marianus Ap. Silanum, P. Silium: Solinus cap. XIX. & Plinius libro VIII. cap. XL. Ap. Iunium, P. Silium produnt, inſigne fidei exemplum canis ergà dominum referentes, quod ipſum Tacitus non omiſit. Ait enim, Iunio Silano, Silio Nerua Conſulibus, fœdum anni principium, tracto in carcerem illuſtri equite Romano Titio Sabino ob amicitiam Germanici. Narratque dein latiſſime, vt delatores circumuenerint miſerum, vt Kal. Ianuarijs in carcerem truſus fuerit obducta veſte, aſtrictis faucibus, quantum niti poterat clamitans; Sic inchoari annum, has Seiano victimas cadere. vtque confeſtim damnatus, occiſus, in Gemonias tractus; & quantum auxerit hominis miſeriam & calamitatem canis ſui fides, neque carcerem, neque cadauer in flumen licet proiectum relinquentis, apud Dionem & alios iam nominatos legere eſt.

Iulia Auguſti neptis.

Iulia Auguſti neptis in exilio moritur. Agrippinam Germanici filiam Tiberius Cn. Domitio dedit vxorem.

Friſij Romanis rebelles.

Friſij rebellarunt ob exactionis acerbitatem. Prælia contra hos non ſine damno Romani exercitus latius deſcribit Tacitus libri IV. extremo.

Prouinciæ.

L. Apronius C. f. C. n. Legatus II. Procos. Ti. Aug. in Germania inferiore.

Friſio-

Frisiorum hoc anno rebellionem passus est, & cladem non contemnendam accepit, sicut Tacitus libro quarto satis latè. Meminit item libro XI. Libro autem quinto cùm soecerum dicat Cn. Lentuli, monstrat eum fuisse, qui triumphalia priùs ex Germania obtinuerat.

Cn. Cornelius Cossi. f. Cn. n. Lentulus Getulicus, Legatus Ti. Aug. Procos. in Germania superiore. De quo Tacitus libro V. accusatum Romæ scribens anno DCCXXCVI. quòd Seiani filium generum sibi destinasset; seipsum tamen animosa satis epistola apud Tiberium excusasse, & effecisse, vt delator vrbe exigeretur: Getulicus, inquit, ea tempestate superioris Germaniæ legiones curabat, mirumq; amorem assecutus erat effusæ clementiæ; modicus seueritate, & proximo quoque exercitui, per L. Apronium socerum non ingratus. Vnde fama constans ausum mittere ad Cæsarem litteras, adfinitatem sibi cum Seiano haud sponte, sed consilio Tiberij cœptam, perinde se quàm Tiberium falli potuisse, &c. Per decennium scribit Dio rectas ab ipso legiones, & à Caligula tandem occisum, quòd militum beneuolentiam sibi comparasset.

ANNI P. R. C. DCCXXCI.

Consules.

C. Rubellius //. f. . n. Geminus. C. Fusius //. f. / . n. Geminus.
Ex Kal. Iul. Q. Pomponius //. f. //. n. Secundus.
M. Sanquinius. Q. f. //. n. Maximus.

ADDVCVNT Consules Cassiodorus & Marianus C. Rubellium, C. Fusium: Tabulę Græcæ Geminum & Geminum. Sic etiam Cuspiniani Tabulæ, adduntque iisdem Consulibus CHRISTVM passum esse die Solis, luna decimaquarta. Tertullianus contra Iudæos in eadem est sententia, vbi tamen Consulum nomina Rutellius Geminus & Rufus Geminus mendosè leguntur. Diuus item Augustinus libro XVIII. de Ciuitate Dei, cap. vltimo; Mortuus est, inquit, ergo CHRISTVS duobus Geminis Consulibus, octauo Kalendas Aprilis. Quibus suffragatur quoque Lactantius de vera sapientia libro quarto; CHRISTVM cruci affixum tradens anno XV. Tiberij, id est, duobus Geminis Consulibus. Eusebius tamen, Eutropius, Cassiodorus, & alij, ex Lucæ Euangelio triennio tardiùs CHRISTVM passum fuisse colligunt, & aliorum alia est sententia. Ceterùm diligentissimè hæc excussit Onufrius, & ante eum Paullus Middelburgensis, qui magnum volumen de tempore resurrectionis Dominicæ, & recta Paschę celebratione composuit. Quapropter hæc obiter tantùm attingere in alieno argumento satis erit: nostra enim memoria diligenter Ioannes Mariana Societatis Iesu in Tractatibus, & Ioannes Georgius Hervvart, Michaël Beuter, cap. XII. Historicar. Animaduersionum, aliique propè innumerabiles.

CHRISTVS quando passus varia sententia.
Tertullianus lib. cont. Iudæos correctus.

Rubellio & Fusio Coss. (inquit Tacitus libri V. principio) quorum vtrique Geminus cognomentum erat, Liuia Augusta mortem obiit, ætate extrema; octoginta nempe sex annorum, vt apud Dionem libro LVIII. legimus.

Liuia Augusta obijt.

Hoc anno Consules suffectos fuisse, ex eodem Dione lib. LIX. colligimus. Ait enim, Q. Pomponium Secundum, qui septem totos annos à Consulatu suo miserè afflictus in carcere iacuerat, mortuo Tiberio, confestim cum aliis, qui ob læsam maiestatem vincti erant, à Caligula successore dimissum fuisse. Et Tacitus in fragmento libri V. vbi eius damnationem attingit, Tiberio superstitem fuisse scribit. Idem posteà Consul iterùm factus est, vt suo loco demonstrabo. Hoc autem anno adiungit Pomponio Sanquinium Maximum Onufrius. Atqui idem videtur, cuius adhuc extant nummi ærei ab ipso triumuiro monetali sub Augusto cusi, cum corona ciuica, & hoc titulo, M. SANQVINIVS, Q. F. III. VIR. A. A. A. F. F. Consularem vocat Tacitus libro iam dicto, Sanquinium Maximum scribens orasse Senatum, ne ob Reguli & Trionis discordias, quas collegæ in Consulatu, dum Seianam factionem persequerentur, exercuerant, curas Imperatoris conquisitis insuper acerbitatibus augerent.

Prouinciæ.

Cn. Domitius L. f. Cn. n. Ahenobarbus. Pater Neronis Imperatoris, Propr. Bæticam obtinuit hoc quasi tempore; Cordubam potentissimam vrbem, quæ desciuerat, recepit.

Cn. Domitius Neronis Imp. pater.

L. Annæus Seneca cum fratribus Romam commigrarunt.

recepit. Eius tum hortatu L. Annæus Seneca, cum fratribus Gallione, & Mela patre Lucani poëtæ, Romam se contulerunt, vbi mox ingenio atque eruditione prouecti ad summam claritudinem peruenerunt. Ex vita Senecæ incerti Auctoris, quam & Martinus Delrio & Iustus Lipsius descripsere cum Nicolao Fabro, eruditiss. I. C.

ANNI P.R.C. DCCXXCII.

Consules.

M. Vinucius P. f. M. nepos. C. Cassius. *n.* f. *n.* n. Longinus.

IN Tacito & Dione desiderantur hi Consules: in Cassiodoro & Mariano subsequuntur hoc anno M. Vinucius, L. Cassius; in Tabulis Græcis Vinucius & Longinus. Ceterùm in Cassiodoro & Mariano corrigendum est prænomen, Caium enim appellant, Tacitus, Dio, & Suetonius: atque idem Iurisconsultus est, quem Pomponius de origine iuris Consulem cum Quartino (quod Vinucij cognomen quidam autumant) fuisse scribit Tiberij temporibus. Tacitus etiam lib. XII. Iurisperitum dicit fuisse, & genus duxisse a C. Cassio Cæsaris percussore. Obtinuit deinde Asiam sub Caligula, & Syriam sub Claudio, vt posteà dicendum erit. M. Vinucius (Tacito & Velleio auctoribus) patre atque auo Consularibus natus, Iuliam Germanici filiam Tiberio auctore duxerat. Ad eumdem Consulem Velleius historiam suam scripsit, ad cuius Consulatum numerat annos ab vrbe condita DCCXXCII. libro primo. Ceterum hi Consules etiam nominantur in Catalogo vetustissimo Pontificum Romanorum, quem ex Treuirensi habui bibliotheca: Imperante, inquit, Tiberio Cæsare, passus est Dominus noster IESVS „ CHRISTVS duobus Geminis Coss. VIII. Kal. Apr. & post ascensum eius Beatiss. Petrus „ Episcopatum suscepit. Ex quo tempore per successionem dispositum, quis Episcopus „ quot annis præfuit, vel quo imperante. Petrus annis XXV. mens. vno, dieb. IX. Fuit tem- „ poribus Tiberij Cæs. & Caij, & Ti. Claudij & Neronis, a Consulatu Vinucij & Longini, „ vsque Nerone & Vetere. Passus autem cum Paullo die III. Kal. Iulias Coss. suprascriptis, „ imperante Nerone. Hæc ex ipso illo Catalogo descripsi, quem & Cuspinianum vidisse „ non dubito.

Velleius Paterculus cui & quando Historiam conscripsit.

Huius anni acta in Taciti libro V desiderantur. Damnationes & supplicia Asinij Galli & illustrium virorum plurimas Seiani culpa & insidiis accidisse, ex Dionis libro LVIII. colligimus. Quem summis tamen honoribus affectum, statuis infinitis decoratum Senatus populusq. Rom. metu perculsus Tiberio Augusto adæquauit. Consulatus in quinquennium, statuas, thensas, sacrificia coniunctim decernendo. Quæ omnia vt Seianum tutius euerteret, Tiberius dissimulauit, & nequid suspicaretur, Consulem statim designauit: curarum suarum participem dicens, ad Senatum populumque Rom. scribens. Vide Dionem & Suetonium.

Seianus Tiberio a Senatu adæquatus.

ANNI P. R. C. DCCXXCIII.

Ti. Cæsar. Diui. Aug. f. Diui n. Augustus. V. L. Ælius. L. f. *n.* n. Seianus.
Ex. Idib. Maîs. C. Memmius *n.* f. *n.* n. Regulus
n. Fulcinius. *n.* f. *n.* n. Trio

ABSENS Tiberius hunc Consulatum gessit, vt auctor est Tranquillus, vbi de eius honoribus agit, quos in Imperio spreuit, vel acceptauit: Nec amplius, inquit, quam omnino tres Consulatus, vnum paucis diebus, alterum tribus mensibus, tertium absens vsque in Eidus Maias gessit. Porrò postremum hunc (sicut alibi idem tradit) longo post quartum interuallo absens suscepit, nullam aliam ob caussam, quam vt L. Seianum res nouas molientem subuerteret. Quem collegam sibi in hoc Consulatu assumpsit, vt per speciem honoris a se dimitteret. Deinde spe affinitatis & Tribunitiæ potestatis, & variè blandiendo deceptum, cum magistratu abiuisset, scripta ad Senatum epistola, inopinantem longa pudendaque oratione criminatum oppressit, confestimque e Curia in carcerem abreptum occidi curauit. Corpus in Tiberim per scalas Gemonias vnco tractum. statuæ adhuc viuentis conflatæ & deiectæ passim sunt, quas plurimas populus Rom. in honorem eius posuerat; & cadauer per triduum ludibrio habitum, & deinde in Tiberim proiectum. Quæ omnia graphice describit in Satyra decima Iuuenalis, quæ Dioni, Tacito,

Seianus in Consulatu à Tiberio occidi iussus.

Iuuenalis de Seiano Satyra X.

cito,& Suetonio conferenda sunt. Ex quibus omnibus satis constat, collegam Tiberio Seianum in hoc quinto Consulatu fuisse: idque Marianus etiam testatur, quamuis Cassiodorus aliique Fastorum Consularium collectores Tiberium hoc anno solum sine collega Consulem ponant: nimirum ob nomen Seiani e Fastis publicis erasum, memoriamque eius abolitam; quandoquidem ex S.C. non in ipsum modo, sed etiam in liberos, omnemque eius sanguinem, Tiberij in gratiam fuerit animaduersum, & acerba inquisitio contra eius familiares & amicos instituta; quemadmodum late satis Dio lib. LVIII. & Tacitus libro v. Verum is liber mancus & mutilus est, alioquin historiam suo more, hoc est, copiose & accurate ob eo descriptam haberemus.

Ex Idibus Maijs Tiberio & Seiano Memmium & Fulcinium successisse in reliquum anni ex Taciti fragmento & Dione colligimus: Memmio Regulo etenim Consule referente damnatum Seianum, & e Curia in carcerem ductum scribit, & Fulcinium Trionem collegam Seiano fuisse; quapropter à Memmio ad disquisitionem Senatus posteà tractum testatur Tacitus: Exitu, inquit, anni diu aucta discordia Consulum erupit. Nam Trio facilis capessendis inimicitiis, & foro exercitus, vt segnem Regulum ad opprimendos Seiani ministros oblique perstrinxerat. Ille non modo retudit collegam, sed vt noxium coniurationis ad disquisitionem trahebat. Et anno insequenti hanc Consulum discordiam ab Haterio Agrippa denuò in Senatu exagitatam fuisse scribit. Interque hæc, inquit, Haterius Agrippa Consules anni prioris inuasit, cur mutua accusatione intenta nunc silerent? metum prorsus & noxam conscientiæ pro fœdere haberi. Regulus manere tempus vltionis, seque coram Principe executurum: Trio æmulationem inter collegas meliùs obliterari respondit.

Propter punitum Seianum varij honores Tiberio decreti sunt, Patris patriæ cognomen: Circenses & epulum quotannis in eius natali; quos honores non admisit. Et veluti publicus hostis tyrannusve sublatus esset, prohibitus omnis de Seiano luctus, decretumque vt is dies, quo morte pœnas dedit, publice festus esset, & quotannis sacrificio Ludis Circensibus & venatione per quatuor Pontificum collegia & Flamines Augustales celebrar[e]tur: vtq; Libertatis effigies in foro dedicaretur. Itaque quem immodicis paulò ante honoribus adornauerant, ob eumdem mox subuersum diis nouos etiam cultus instituerunt. Hinc Satyricus pulchrè loco iam supra indicato: *Festa ob Seianum à Tiberio interemptum.* *Quam incerta hominum iudicia, in Seiano paret.*

Pone domi lauros, duc in Capitolia magnum
Cretatumq; bouem, Seianus ducitur vnco.

Sed omnia in Tiberij adulationem, qui omnes ordines summo terrore perculerat. Hinc sacra facta, statuæ, & aræ passim à priuatis etiam tam Romæ quàm per Italiam erectæ, ab iis præsertim qui Seiano florenti priùs studuerant, ipsique statuas anteà erexerant, vt Tiberij, non Seiani in gratiam ea fecisse viderentur. Talis ille est titulus adulatorius anno sequenti, Domitio & Camillo Consulibus, ob Seianum sublatum, Saluti perpetuæ, Libertati publicæ, & Prouidentiæ Tiberij Cæsaris positus: qui adhuc legitur Interamnæ ante summum templum, tabulæ marmoreæ insculptus:

SALVTI. PERPETVAE. AVGVSTAE
LIBERTATIQVE. PVBLICAE
POPVLI. ROMANI

GENIO. MVNICIPI. ANNO. POST
INTERAMNAM. CONDITAM
DCCIIII. AD. CN. DOMITIVM
AHENOBARBVM [illegible] COS
[illegible]

PROVIDENTIAE. TI. CAESARIS. AVGVSTI. NATI. AD. AETERNITATEM
ROMANI. NOMINIS. SVBLATO. HOSTE. PERNICIOSISSIMO. P. R
FAVSTVS. TITIVS. LIBERALIS. VI. VIR. AVG. ITER.
P. S. F. C

Tiberius Neronem & Drusum Germanici filios hostes iudicatos fame necauit: Neronem in Pontia insula, Drusum Romæ postmodum in secreta parte Palatij. Interim apud Cyclades insulas fallus Drusus exortus, tamquam lapsus e custodia, nouos motus in Achaiæ & Asiæ finibus excitauit. Sed à Poppæo Sabino Macedoniæ & Achaiæ Procos. confestim oppressus fuit. Vide Tacitum, Suetonium, & Dionem libro LVIII. sed triennio posteà Drusum falsum per Græciam visum scribit. *Pseudo-Drusus exortus motus concitat.*

Prouincia.

Ser. Sulpicius Ser. f. Ser. n. Galba qui posteà Imp. Cæsar Augustus appellatus est. Legatus Propr. Ti. Aug. Aquitaniam obtinuit. Ita enim Suetonius, postquam

quam de Prætura eius verba fecisset: Exinde, inquit, prouinciæ Aquitaniæ anno ferè "
præfuit: mox Consulatum per sex menses ordinarium gessit. "

ANNI P. R. C. DCCXXCIV.

Consules.

Cn. Domitius L. f. Cn. n. Ahenobarbus. A. Vitellius P. f. //. n. In Mag. mortuus est. in .eius loc. fact. est M. Furius M. f. P. n. Camillus Scribonianus.

In Cassiodoro desunt hi Consules, quos Cuspinianus ex Tacito restituit, à quo in hunc annum nominantur Cn. Domitius & Camillus Scribonianus, veluti in Dione: Suetonius autem Othonem Imperatorem natum scribit Camillo Aruntio, Domitio Ahenobarbo Consulibus, III. Kal. Maias. Tabulæ igitur Græcæ Arruntium & Ahenobarbum produnt: Marianus Furium Camillum, Cn. Domitium. Habentur item in Tabula Interamnati, quam paullò ante adduxi; sed ibidem Camilli nomen erasum est antiquitus; nam hostis postea sub Claudio iudicatus fuit, & occisus, vt suo loco dicemus. Cn. Domitius pater Neronis Imperatoris fuit, cui Tiberius ante triennium Agrippinam Germanici filiam vxorem dederat. Qua de caussa, vti Dio refert, Domitius toto anno in Consulatu permansit; in locum alterius, prout Tiberio placebat, alij alijs sunt suffecti. Igitur ex Dione constat, plures eo anno suffectos fuisse, quamuis ab eodem non nominentur. Ex Suetonio autem perspicuum est, A. Vitellium P. f. Vitellij principis patruum in Consulatu obiisse, quem cum Domitio Neronis patre inierat. Suffectum continuò colligimus M. Camillum Scribonianum, eò quòd in Annalibus Domitio velut ordinarius iungatur. Sed quisnam huic successerit, incertum; nisi quis Arruntius fuerit: quod nomen per errorem forsan Camillo Scriboniano quis adiecit.

Kal. Ianuarijs in acta Tiberij contra morem viritim Senatus vltrò iurauit, suspicionem omnem malæ voluntatis diluere cupiens. Annonæ penuria ad seditionem vrbanam pæne ventum fuit; multa, & plures per dies in theatra a plebe licentius contra Imperatorem iactata. Quibus motus Tiberius, magistratus, Patresque incusauit, quòd non publica auctoritate populum coërcuissent. Vide Dionem libro LVIII. Tacitum lib. V.

Prætor.

Florales Ludi *Tiberius Cæs. caluus.* L. //. //. f. //. n. //. Seianus, Vrbanam iurisdictionem obtinuit. Florales Ludos, cum Tiberij, qui caluus erat, ludibrio, toto die per caluos exhibuit: lumen insuper discedentibus nocte a theatro per quinque puerorum, qui rati erant, milia præbuit. Ex quo calui omnes Seiani vulgari prouerbio dici cœperunt. Tiberius contumeliam dissimulauit: Dio libro LVIII.

Prouinciæ.

//. Vitrasius //. f. //. n. Pollio. Ægyptum obtinuit, eo anno in prouincia mortuus. Successor ei ad tempus à Tiberio datus, ex Cæsarianis libertis.

Ti. Claudius Aug. L. Iberus. Dio libro LVIII. Græcum exemplar Iberum Cæsarium appellat.

Ædilis.

//. Abudius // f. //. n. Rufo. Insinuat Tacitus libro V. Nam biennio pòst Ædilitate functum dicit, cùm Cn. Getulicum accusaret, sub quo legioni præfuerat, quòd is Seiani filium generum destinasset: ob quam calumniam Abudius tum damnatus, & vrbe pulsus fuit.

Trib. plebis.

Sex. Nonius //. f. //. n. Quinctilianus. De Sibullinis libris augendis ad Senatum rettulit, eaque de re S. C. per discessionem fieri curauit. Quod tamen Tiberij absentis sententia dein improbatum fuit: Tacitus lib. V. Sex. Nonium Quinctilianum Consulem facit Onufrius anno DCCXCII. ex Frontino de Aquæductibus.

ANNI

ANNI P. R. C. DCCXXCV.

Consules.

Ser. Sulpicius Ser. f. Ser. n. Galba. L. Cornelius L. f. P. n. Sulla
Qui postea Imp. Cæsar. Aug. appel. est.
Ex. Kal. Iuliis. L. Saluius M. f. //. n. Otho
//. //. //. f. //. n. //.

ANNO sequenti Consules eduntur à Tacito Ser. Galba & L. Sulla: à Cassiodoro & Mariano Sulpicius & Sulla: in Tabulis Græcis Galba & Sulla. Eius autem anni
» acta sic incipit Dio: Sequenti, inquit, anno, quo Consulum nomen receperunt Ser. Galba,
» qui postea Imperator fuit, & L. Cornelius Sulla, Prætores quindecim creati sunt; idque *Prætores XV.*
» multis annis accidit, vt nonnumquam sedecim, nonnumquam vno aut duobus plures
» pauciores'ue fierent. Dioni astipulatur Suetonius, Ser. Galbam per sex tantummodò menses hunc Consulatum gessisse scribens, eidemque surrogatum L. Saluium Othonem patrem Imperatoris; verum quis Saluio collega fuerit, nondum reperi. Vibium Marsum eo tempore Consulem fuisse colligo, quod decennio pòst, anno suo Syriam sortitus Pro-
» cos. obtinuerit. Suetonij autem verba hæc sunt, cap. VI. vbi de eius honoribus agit: Mox
» Consulatum per sex menses ordinarium gessit: euenitque vt in eo ipse Cn. Domitio pa-
» tri Neronis, ipsi, Saluius Otho pater Othonis succederet, velut præsagium insequentis
» casus, quo medius inter vtriusque filios extitit Imperator. Qui locus Suetonij etiam comprobat, Cn. Domitium prioris anni Consulem, Neronis patrem fuisse: quamuis in vulgatis Tranquilli codicibus L. Domitius legatur. Ser. Galba patrem Consularem habuit, auctore Tranquillo, sed quo tempore Consulatum gesserit, nobis incognitum est. Non enim C. Galbam puto, qui ante decennium cum Haterio Agrippa Consul fuit, & ob denegatam prouinciam obiit voluntaria morte. Fratrem enim Imperatoris fuisse testatur Tranquillus: patrem verò atque auum a proauo Ser. Galba prænominibus non distinguit; quod alioquin, veluti in fratre fecisset, si diuersa fuissent. Hinc visum fuit, Ser. f. Ser. n. vocare, donec quid certius constiterit. Nam & auum, qui historiam scripsit, Ser. Sulpicium Plinius appellat.

Tiberius filiabus Germanici, Iuliæ M. Vinucium, Drusillæ L. Cassium maritos dedit. Vsuram ac debita populi subleuauit, & millies sestertiûm in publicum contulit; quam pecuniam Senatorij ordinis viri mutuò darent indigentibus sine vsura ad triennium, si debitor populo in duplum prædiis cauisset. *Iulia Vinucio, Drusilla Cassio nupsere.*

Sex Marius Hispaniarum ditissimus, cum formosam filiam, Tiberij vim & libidinem metuens, in secretum ablegasset, incesti cum ea commissi accusatus & damnatus, saxo Tarpeio Tiberij iussu deijcitur. Bonis publicatis, aurarias eius sibimet Tiberius seposuit, vti constaret, diuitias insuper Mario calamitati fuisse. Irritatus deinde accusationibus, cunctos, qui in carcere attinebantur rei societatis cum Seiano, necari simul iubet. Iacuit immensa strages omnis sexus, omnis ætatis, illustres, ignobiles. Quod fœdum & miserabile visu, dum corpora semiputrefacta in Tiberim traherentur, vbi fluitantia & ripis appulsa non illacrymari, non cremare quisquam, non contingere vi metus ausus fuit. M. Asinius Gallus egestate & carcere consumptus obiit. Drusus deinde in Palatio custoditus, inedia extinguitur, cum se miserandis alimentis, mandendo e cubili tomento, nonum ad diem sustinuisset. Non minus indigno exitu & Agrippina mater Germanici eodem anno decessit. Corpora clanculum sepeliri Tiberius iussit, nec vllo honore funebri dignatus est. Vide Tacitum lib. v. Dionem lib. LVIII. & Suetonium. *Sex. Marius Hispanus. Diuitiæ illi noxa. M. Asinius Gallus sub Tiberio in carcere obijt. Inedia enecatus Drusus. Agrippina Germanici mater moritur.*

Prętor.

C. Sempronius //. f. //. n. Gracchus, de pecuniis creditis iurisdictionem habuit. Seditionem fere passus, multitudine periclitantium propter vsuras creditorum, qui fœnora augebant aduersum legem Dictatoris Cæsaris, de modo credendi possidendique intra Italiam. Rettulit de ea re ad Senatum Prætor, Senatus ad Imperatorem. Vide Tacitum libro v.

Quæ-

Quæstores.

C. Cæsar Germanici f.

C. Cæsar. Germanici f. Ti. Aug. n. Qui postea Augustus Germanicus appellatus est. Hoc anno Quæstorem ipsum Tiberius fecit, licet non inter primos; attamen ad reliquos magistratus, quinquennio quàm leges ferrent maturiùs, se eum euecturum pollicitus est; & ad spem Imperij, neglecto Tiberio nepote ex Druso filio, erexit: Dio libro LVIII. Tacitus eodem anno Iuniæ Claudillæ M. Silani f. matrimonio iunctum fuisse C. Cæsarem tradit: Quæsturæ tamen nullam mentionem facit, vt neque Tranquillus in eius vita.

Q. Curtius .. f. .. n. Rufus. Gladiatore genitus, sectator antè Quæstoris in Africa, Adrumeti omine in spem dignitatis sublatus, hoc quasi anno Romam reuersus, largitione amicorum & acri ingenio Quæsturam, & mox Præturam obtinuit. Vide Tacitum lib. XI.

ANNI P. R. C. DCCXXCVI.

Consules.

L. Vitellius P. f. .. nepos. Paull. Fabius Paulli f. Q. n. Persicus.

TACITVS ait: Paullo Fabio, L. Vitellio Consulibus post longum sæculorum ambitum auis Phœnix in Ægyptum venit. Frontinus autem, Fabio Persico, ait, & L. Vitellio Coss. M. Cocceio Neruæ in cura aquarum successit C. Octauius Lænas. Sic A. Persium Flaccum poëtam natum legimus Fabio Persico, L. Vitellio Coss. in eius vita, quam Valerij Probi esse plures opinantur. Cassiodorus anno sequenti vult natum. Eodem modo eos nominat Dio, & Tabulæ Græcæ, Persicum & Vitellium. Verùm in Cassiodoro & Mariano perperam Priscus legitur, quem Persicum omnes alij appellant, veluti etiam in Tabulæ antiquæ fragmento, quod Neapoli apud humanissimum virum Adrianum Guilhermum vidi, & exscripsi; quod continet vota & sacrificia in Ti. Claudij Cæsaris gratiam concepta & facta, præsentibus aliquot Consularibus eorum temporum, inter quos habentur item L. Vitellius & Paullus Fabius Persicus. L. Vitellius pater A. Vitellij Imperatoris fuit, qui duos alios deinde sub Claudio principe Consulatus gessit, vt posteà patebit. Paullum Fabium Paulli Fabij Maximi filium putant, qui Consul sub Augusto fuit, anno DCCXLII.

A. Persius poeta quando natus.

L. Vitellius A. Vitellij Imperatoris parens.

Decennalia altera Imperij Tiberij Romæ celebrata sunt, absente licet eo, & moram trahente in Albano & Tusculano, & vota Consules pro eodem in tertium decennium nuncuparunt, veluti si Imperium illi (vt antea Augusto solet) prorogaretur. Damnationes & supplicia plurium illustrium virorum narrant deinde Tacitus & Dio.

Quæstor.

T. Flauius. T. f. T. n. Vespasianus, qui posteà Cæsar Augustus appellatus est, hoc quasi tempore Cretam & Cyrenas sortitus obtinuit: Suetonius.

ANNI P. R. C. DCCXXCVII.

Consules.

C. Cestius .. f. .. n. Gallus Camerinus. M. Seruilius M. f. .. n. Geminus Nonianus

C. Cestium & M. Seruilium Coss. produnt Tacitus & Plinius libro X. cap. XLIII. corui exequias à populo Romano celebratas his Coss. scribens, qui Tiberium, Germanicum, & Drusum, populumq. Rom. nominatim in foro salutare nouerat. In Dione C. Gallum, M. Seruilium legimus: in Tabulis Græcis & Cassiodoro Gallum & Nonianum: in Tabulis autem, quas Cuspinianus citat, Camerinum & Nonianum: quæ tamen eorumdem Consulum sunt nomina. M. Seruilij Noniani Consulis meminit item Plinius libro XXXVII. cap. VI. & Nonium Strumam Catulli iambis proscissum, proauum fuisse dicit: Nonium autem Senatorem, qui propter opalem gemmam ab Antonio proscri-

Nonius Struma à Catullo proscissus.

proscriptus erat, auum Seruilij Noniani, quem Consulem viderat. Adoptatus videtur à M.Seruilio Gemino, qui Cos. an. DCCLV. Eloquentia celebrem dicit Tacitus lib. XIV. Catulli autem versus, quem Plinius respexit, est Epigram. LIII.

Quid est, Catulle, quòd moraris emori?
Sella in curuli Struma Nonius sedet.

Vbi quid Strumæ sit vitium, explicat doctiss. Turnebus lib. XXI. Aduersariorum cap. I. & Medicorum filij, Græci χοιράδας nominant, differitque de hoc vitio Hieron. Mercurialis lib. VI. Variar. lect. cap. X. contra Theodorum Gazam in Arist.

Tiberius Antij nuptias C. Caligulæ celebrauit, neque earum caussa Romam venire voluit. Parthorum in Oriente rebellio Artabano rege duce excitatur, qui Armeniam inuasit, de qua re multa Tacitus libro V. Dio libri LVIII. fine, Iosephus libro XVIII. cap. VIII. Antiq. Iudaic.

Prætor.

Q. Curtius //. f. //. n. Rufus, gladiatore genitus, hoc quasi tempore Præturam inter nobiles candidatos principis suffragio assecutus gessit, cùm his verbis Tiberius dedecus natalium eius velauisset; Curtius Rufus videtur mihi ex se natus. Legatus posteà in Germania obtinuit triumphalia anno DCCXCIX. vt tum dicemus. Vide Tacitum libro XI.

Prouinciæ.

C. Memmius / .f. / .n. Regulus Mœsiam vtramque cum Macedonia & Achaia Procos. obtinuit, C. Poppæo Sabino successor datus, qui ad hunc annum vsq; cùm tot prouinciis quàm diutissime præfuisset, charius habuit vitam vltrò exuere, quàm Romam reuersus Tiberij sæuitiæ, & delatorum calumniis subiici: Dio & Tacitus. Meminit C. Memmij Consularis, & exercitus regentis Tranquillus in Caio, cuius vxorem Lolliam Paullinam euocatã e prouincia, vbi cum marito agebat, sibi duxit, anno DCCXC. Item Iosephus Antiq. lib. XIX. principio.

L. Vitellius P. f. //. n. pater Imperatoris Procos. Syriam obtinuit. Ob motus Parthorum hoc anno exortos, ex Consulatu (inquit Tranquillus) Syriæ præpositus, Artabanum Parthorum regem summis artibus, Iberis, Scythis & Albanis commissum, Armenia cedere compulit, & Tiridatem regno imposuit. Iudæis Pontificalem stolam, quæ post Herodem & Archelaum Reges in Romanorum præsidum, cum candelabro aureo & reliquis templi ornamentis custodia fuerat, reddidit. Iosepho Caiphæ Ionatham filium Annæ in Pontificatu subrogauit. Cum Artabano rege pacem fecit, quem non solum ad colloquium, sed etiam ad legionum signa, Cæsarumque imagines adorandas pellexit. Prouinciæ in Caligulæ principatum vsque præfuisse ad annum DCCXCI. constat ex Taciti libro V. Tranquilli Caligula & Vitellio, Iosephi Antiquitatum lib. XV. & XVIII. Zonara, & Dionis LIX. Ex quibus res eius in prouincia gestas diffusius intelligere poteris, & qua ratione à Caio reuocatus, & morti destinatus, periculum arte adulatoria euaserit.

ANNI P. R. C. DCCXXCVIII.

Consules.

Sex. Papinius Q. f. //. n. Gallienus. Q. Plautius //. f. //. nepos.

Dio, Plinius, & Solinus, Sex Papinio & Q. Plautio Coss. Phœnicem in Ægypto visum tradunt, tardiùs biennio quàm scribit Tacitus. Porrò Lælianum corruptè & Plautium suggerunt hoc anno Tabulæ Græcæ; Cassiodorus Gallienum & Plautianum; Marianus Sex. Gallienum, L. Plautianum, mendose pro Q. Plautio. Rectius Cuspiniani Tabulæ Gallienum & Plautium. Sex. Papinij Gallieni hoc anno Consulis extat adhuc titulus Patauij, statuæ basi inscriptus hoc modo: *Phœnix in Ægypto visa anno, visa.*

SEX. PAPINIO. Q. F. GALLIENO
TR. MIL. LEG. TI. CAESARIS
AVGVRI. TR. PL. PR. LEG
TI. CAESARIS. AVG. PRO. PR
COS. XV. VIRO. S. F. D. D

Tiberis

Tiberis inundatio, & incendium Romæ. Tiberis inundatio, & incendium in vrbe multa vastauit. M. Tremellius L. Vitellij Procos. Syriæ Legatus Cappadoces ob censum rebellantes subegit. Bellum Tiridatis contra Artabanum Parthum late Tacitus explicat; vide & Dionem extremo libro LVIII.

Prouinciæ.

C. Caluisius. C. f. C. n. Sabinus Leg. Ti. Aug. Procos. Pannoniam obtinuit hoc quasi tempore. Reuersus Romam, Caligulæ secundo Consulatu ex Pannoniæ administratione, reus factus per calumniam, cum vxore Cornelia (cui obiiciebatur quòd excubias & militaria exercitia perlustrasset) morte spontanea iudicium anteuertit: Dio libro LIX Tacitus libro XVII. T. Vinium Rufinum, qui collega Galbæ in secundo Consulatu cum eodem occisus est, vxoré legati inter principia stuprasse, & eius criminis reum à C. Cæsare catenis onustum, mox mutatione temporum euasisse cursu honorum inoffenso, legioni post Præturam præpositum, probatumq; sub Claudio, & Galliam Narbonensem rexisse scribit.

M. Iunius M. f. M. n. Silanus. Procos. obtinuit Africam. Socer Caligulæ, de quo Tacitus libro XX. Legio in Africa, inquit, auxiliaque tutandis Imperij finibus sub » D. Augusto Tiberioq; principibus Proconsuli parebant. Mox C. Cæsar turbidus animi, » ac M. Silanum obtinentem Africam metuens, ablatam Procos. legionem misso in » eam rem Legato tradidit. Æquatus inter duos beneficiorum numerus, & mixtis vtrius- » que mandatis, discordia quæsita auctaque. Prauo certamine Legatorum ius adoleuit, » diuturnitate officij, vel quia minoribus maior æmulandi cura. Proconsulum splendidissi- » mus quisque securitati magis quàm potentiæ consulebat. Hæc Tacitus. Ex quo colligi- » mus, ab hinc ad Vespasiani tempora vsque, præter ordinarium Procos. in Africa fuisse & Legatum Augusti non Consularem, legioni & auxiliis præfectum, qui ex arbitrio tantùm Principis mutabatur. Sed quod ad M. Silanum attinet, is anno sequenti Romam reuersus, variis generi sui iniuriis ac ludibriis ad mortem voluntariam adactus est.

ANNI P. R. C. DCCXXCIX.

Consules.

Cn. Acerronius //. f. //. n. Proculus. C. Pontius //. f. //. n. Nigrinus.

LEGVNTVR eo modo Consules in antiqua inscriptione aræ Iouis Conseruatoris: in Dione Cn. Proculus & Pontius Nigrinus: in Tacito Cn. Acerronius, C. Pontius: in Mariano Cn. Proculus, C. Nigrinus: Proculum & Nigrinum nominant Cassiodorus & Tabulæ Græcæ. Tranquillus denique Tiberium in villa Lucullana octauo & septuagesimo ætatis anno, tertio & vigesimo Imperij, XVII. Kal. Apriles, Cn. Acerronio Proculo, C. Pontio Nigrino (ita enim legendum, non Porcio Nigro) Coss. mortuum scribit. Cui consentiunt Tacitus, Dio, & alij omnes. Imperium confestim suscepit C. Cæsar Germanici f. vulgò Caligula, annum ætatis agens XXV. auctore Dione, & annis tribus, mensibus decem, diebusque nouem retinuit.

Caligula Germanici f. Imperator fit. Tiberij exitus. Damnationes & mortes variorum ante Tiberij exitum, & qua ratione in morbo suffocatus, & quæ populi, audita eius morte, lætitia; latissimè ijdem Auctores iam nominati prosequuntur. Adiungenda quæ Zonaras, Orosius, & alij etiam prodidere.

Caij Caligulæ Aug. principia Imperij qualia. C. Cæsar funus aui Tiberij e Campania Romam prosequutus, statim consensu Senatus ac totius populi, contra Tiberij testamentum, qui alterum nepotem suum ex Druso filio adhuc prætextatum, Tiberium nomine, cohæredem Caio dederat, ius arbitriumque omnium rerum accepit. Auum publico funere extulit amplissime, & pro Rostris laudauit. Testamento legata ab auo Tiberio Vestalibus, militibus, plebique Romanæ soluit, tamquam ex suo, liberalitatis famam captans. Similiter & proauiæ Liuiæ Augustæ legata à Tiberio eatenus suppressa exoluit. Cùm igitur se initio valde popularem & splendidum ostendere cuperet, prodigalis subitò factus est; ac vicies ter millies sestertiùm intra biennium dilapidauit. Honores ac titulos quos Augustus toto Principatus sui tempore singulatim ac successiuè susceperit, ex quibus Tiberius nonnullos refutauit, præter Imperatoris prænomen, & Patris patriæ cognomen ad breue tempus dilatum, omnes vno die acceptauit. Igitur confestim Augustus, Pontifex Max. Tribunitiæ potestatis appellatus est, quemadmodum in nummis cum facie sua, nulla adhuc laurea insigni, &

Vestæ

Vestæ simulacro, habentur eius tituli, C. CAESAR. AVG. GERMANICVS. PONT. M. TR. POT.

Peractis Tiberij exequiis, C. Cæsar se omnia ex arbitrio Senatus (cuius se filium & alumnum dicebat) administraturum professus est. Omnes maiestatis actiones sustulit, libellosque à Tiberio de iis relictos exussit, damnatos, & nexos omnes maiestatis læsæ ob causam liberauit, inter quos & Q. Pomponius fuit, septem totos annos à Consulatu suo in carcere male habitus. Magistratibus liberam iurisdictionem, & sine sui appellatione concessit. Ob hæc omnia maximè laudatus, omnium suffragio Consul statim designatus est. Vide Dionem, Suetonium, & alios.

Eodem anno igitur ex Kal. Iulis Consules facti sunt

C. Cæsar Germanici f. Ti. Aug. n. Augustus. Germanicus	Ti. Claudius Drusi f. Ti. n. Drusus Germanicus. Qui posteà Aug. appell. est.
Ex Idib. Sept. .. .. .. f. .. n. ..	.. .. .. f. .. n. ..

Hi Consules, quia non ordinarij sunt, in Cassiodoro & Tabulis Græcis omittuntur. Refert autem Dio libro LIX. Caligula ad Imperium assumpto, voluisse Senatum, vti Proculus & Nigrinus magistratu confestim ante tempus abirent, & Caligula Consul, cum quo vellet, in reliquum anni fieret. Hoc tamen ipsum recusasse: sed postquam illi sex mensibus (per quod designati fuerant tempus) magistratum gessissent, Consulatum & ipse acceptauit, Tiberiumque Claudium patruum, equitem adhuc Romanum, collegam sibi in hoc honore delegit; qui tum simul Senator & Consul primùm factus est, licet iam annos haberet quadraginta sex, à Tiberio tam diu neglectus. Dioni suffragatur Suetonius: Patruum, inquit, Claudium equitem Rom. ad id tempus collegam sibi in Consulatu assumpsit, Tiberium fratrem die virilis togæ adoptauit, appellauitque Principem iuuentutis. Sic in Claudij vita: Sub Caio demum, inquit, fratris filio secundam existimationem lenociniis colligente, honores auspicatus Consulatum gessit vnà per duos menses, euenitq; vt primitus ingredienti cum fascibus forum, præteruolans aquila dexteriore humero consideret. Sortitus est & de altero Consulatu in quartum annum. *Caius Caligula cum patruo Cos.*

Addit Dio duobus mensibus duodecim dies, quibus vnà Consules fuerunt: ex Kalendis nimirum Iuliis ad Eidus Septembres, & ex iis in anni reliquum alios successisse, qui à Tiberio iam ante designati fuerant, ibidem refert, sed eorum nomina subticuit. Fuerunt forsan Ti. Vinidius Quadratus, qui deinde suo anno Syriam sortitus Procos. obtinuit, & Q. Curtius Rufus, qui Africam, vt suo loco dicemus. Licet igitur exemplaria reclament, error tamen librariorum culpa inductus videtur in Suetonio, vbi Caligulam quatuor Consulatus gessisse scribit, & primum ex Kalendis Ianuariis per duos menses, quando ex Kalendis Iuliis, non Ianuariis, eodem anno quo Tiberius mortuus est, primum per duos mẽses gessisse Consulatũ Dio satis apertè testetur: qui cuncta etiam in bimestri Consulatu à C. Cæsare gesta particulatiùs prosequitur, vt templũ Augusti dedicarit, Ludos scenicos, Circenses, & Troiæ magnificẽtissimè exhibuerit; Circenses per biduum, priore die viginti missionibus, postridie viginti quatuor, ob natalem suum, qui erat pridie Kal. Septembres. *Quoties Consul.* *Natalis Caligulæ.*

C. Cæsar Tiberium fratrem, quem paullò antè adoptauerat, & Principem iuuentutis appellauerat, occidi iussit, eò quòd mortem ipsius ægroti optasse sperasseque diceretur. M. Silanum socerum ad voluntariam mortem ludibriis iniuriisq; adegit, filiaq; vxore sua Iunia Claudilla dimissa, Liuiam, vt Tranquillus vocat; vel Corneliam Orestillam, vt Dio, C. Pisoni sponso ereptam ex ipsis nuptiis abduxit, & ante bimestre repudiauit, bienniòque pòst in exilium misit, quod repetiisse vsum prioris mariti diceretur. Vide Dionem & Suetonium. Taciti enim liber sextus cum aliis ad vndecimum vsque desideratur. *Caligulæ vxores.*

Prouinciæ.

. .. .. f. .. n. Marcellus, Iudæam obtinuit. A L. Vitellio Procos. Syriæ successor Pontio Pilato datus, ob Samaritanorum & Iudæorum de Pilati crudelitate querelas. Quem Vitellius Romam abire iussit ad caussam apud Tiberium Augustum dicendam. Sed ante eius aduentum Tiberius iam mortuus erat. Vide Iosephum libro XVIII. & Zonaram. *Marcellus Pontij Pilati in Syria successor.*

Trib. plebis.

. Iunius .. f. .. n. Otho. De quo Tacitus in actis eius anni ante Tiberij obitum. Interim Romæ futuris etiam post Tiberium cædibus semina iaciebantur. Lælius Balbus Acutiam P. Vitellij quondam vxorem maiestatis postulauerat. Qua damnata cùm præ-

præmium accusatori decerneretur, Iunius Otho Tribunus plebis intercessit. Vnde illis odia, mox Othoni exilium: Libro v.

ANNI P. R. C. DCCXC.

Consules.

M. Aquillius C. f. . n. Iulianus. P. Nonius M. f. . n. Asprenas.

Exprimvntvr hoc modo Consules ordinarij in Dionis Indice: in Mariano M. Iulianus, L. Asprenas: Cassiodorus, Tabulæ Cuspiniani & Græcæ, Iulianum & Asprenatem Proculo & Nigrino suggerunt. Meminit item Frontinus de Aquæductibus, his verbis: C. Cæsar qui Tiberio successit, cum parum & publicis vsibus, & priuatis voluptatibus septem ductus aquarum sufficere viderentur, altero Imperij sui anno, M. Aquilio Iuliano, P. Nonio Asprenate Coss. anno vrbis conditæ DCCXC. duos ductus inchoauit, quod opus Claudius magnificentissime consummauit. Rursus libro secundo eosdem nominat, vbi curatores aquarum recenset, sed mendose leguntur hoc modo: Lænati, Iuniano & Nonio Aspernate Consulibus, Aquilæ huic successit M. Porcius Cato. Anno altero sui Imperij Caium inchoasse ductus, si post XVII. Kal. Apriles inchoauit, recte dicit. Hos autem Consules iam prius a Tiberio designatos fuisse Dio tradit.

Caius tyrannide inchoat. C. Cæsar centesimam abrogauit, equestrem ordinem suppleuit, plebi comitia magistratuum restituit, atque mox in tyrannidem lapsus, optimatum cædem maximam fecit, & inter alios Macronem Præfectum Prætorio, cui imperium debebat, cum vxore Ennia ad voluntariam mortem coëgit. Ituræis & Armeniæ minori Reges imposuit, & Lolliam Paulinam vxorem duxit. Vide Dionem & Tranquillum. *Lollia Paulina vxor Caij.*

Prouincia.

Flaccus Iudaeos oppressit. . Auidius . f. . n. Flaccus, Ægyptum obtinuit. Iudæos Alexandriæ habitantes, cötra Græcos & Alexandrinum populum tumultuantes, oppressit & afflixit, Synagogas eorum imaginibus, statuis, aris & victimis polluit. Ob quæ Legati ab vtraque factione missi Romam ad Caium Cæsarem, Philo Iudæus vir eloquens & Philosophiæ peritissimus, cuius extant adhuc opera; & Apio Alexandrinus. Sed ob imagines Cæsaris non admissas, legationem Iudæorum Caius repPulit: Iosephus libro Antiq. XVIII. cap. XV. Zonaras, & Eusebius in Chronico, Orosius lib. VII. cap. V. *Philonis Iudæi ad Caium Imp. legatio. Cur infructuosa.*

Ædilis.

T. Vespasianus. T. Flauius T. f. T. n. Vespasianus. Qui posteà Cæsar Augustus appellatus est. Quem C. Cæsar, cum forte plurimum cœni in plateis repperisset, luto iussit oppleri, congesto per milites in prætextæ sinum, iratus propter curam verrendis viis non adhibitam. Nec defuerunt qui in omen hoc trahentes interpretarentur, quandoque proculcatam desertamque Remp. ciuili aliqua perturbatione in tutelam eius, ac velut in gremium deuenturam. Vide Dionem lib. LIX. & Tranquillum in Vespasiano. *Hunc C. Cæsar cœno cur oppleri iusserit. Ædilium cura verrendarum viarum.*

ANNI P. R. C. DCCXCI.

Consules.

C. Cæsar Germanici f. Ti. Aug. n. Augustus. L. Apronius L. f. C. n. Cæsianus
Germanicus II. Pridie Kal. Feb. abdicauit.
In eius locum factus est
. Sabinus . f. . n. Maximus
Ex Kal. Iulis Cn. Domitius . f. . n. Corbulo.
. . . f. . n. .
Ex Nonis. Sept. Cn. Domitius . f. . n. Afer.

Ordinarii Consules subsequuntur in Dionis Indice C. Cæsar Germanicus II. L. Apronius L. f. Cæsianus, licet perperàm in exemplaribus Græcis Α πρώνιος Κελσιανὸς vel Κεσιανὸς legatur. L. Apronij Consularis & Triumphalis filium fuisse, Tacitus libro

libro tertio ostendit. Cassiodorus & Marianus non habent hos Consules. Tabulæ Græcæ & Cuspiniani C. Cæsarem II. & Cætianum nominant. Porrò Lucanum poëtam C. Cæsare Aug. Germanico II. & L. Primo Cæsiano Consulibus natum, in eius vita legimus: sed restituendum est Apronio pro Primo. Hic secundus Caligulæ Consulatus est, quem anno interposito post primum gessisse, & non vltra triginta dies retinuisse testatur Tranquillus his verbis: Consulatus (inquit) quatuor gessit, primum ex Kal. Iulis (ita enim, vt ante dixi, legendum esse suspicor, non Ianuariis) per duos menses. Secundum ex Kal. Ianuariis per triginta dies. Tertium vsque in Idus Ianuarij. Quartum vsque in septimum Idus easdem. Ex omnibus duos nouissimos coniunxit. Eadem de hoc secundo Consulatu scribit Dio, per triginta tantùm dies eum tenuisse Caligulam, post trigesimum abdicasse, suffectumque ipsi Sabinium Maximum vrbis Præfectum; collegam L. Apronium tamen sex menses in magistratu reliquisse. Apparet autem ex Dionis verbis, successisse Kal. Iulis iterùm alios suffectos Consules; è quibus Cn. Domitium Corbulonem nominat, quem eo anno factum Consulem scribit, quòd viarum muniendarum curam sibi delumpsisset, nouamque rationem pecuniæ cogendæ eo prætextu repperisset. Ex Nonis circiter Septembribus denuò Consules alios suffectos fuisse, atque tum accidisse quod Tranquillus cap. XXVI. refert, abrogasse Caium Consulibus magistratum, oblitis de natali suo edicere, fuisseque per triduum sine summo magistratu Rempublicam. Illud autem postridie Kal. Septemb. quo die ob victoriam Actiacam Ludi fiebant, quum pridie Kal. easdem Caligulæ fuisset natalis, accidisse, Dio monstrat apertius, quo loco Cn. Domitij Afri casum narrat, qui Caligulam grauiter offenderat epigrammate statuæ eius subscripto in eius laudem, quod nondum XXVI. annorum bis Consul fuisset. Hoc autem sibi in vituperium traxit Caligula, quasi iuuentus exprobraretur, & leges violasse diceretur. Quapropter ex scripto Domitium in Senatu prolixa oratione accusauit, eloquentia insuper ipsum superare cupiens. Sed summa dexteritate & astu principis iram, periculumque subitum declinauit reus. Se namque nihil excusauit, sed summis laudibus eam principis orationem, quasi admirabundus in cælum euexit, raram eius eloquentiam extollendo. Denique cum obiectis respondere & se purgare iuberetur, culpam agnoscendo ad deprecationem & lachrymas versus ad pedes Caligulæ semet prostrauit, veniamque precatus est, quasi oratorem magis eum, quàm Imperatorem metuens. Qua adulatione delinitus Caius, orationis apparatu eloquentem oratorem proculcasse satis existimans, iram non solummodo remisit; sed Domitio insuper Consulatum obtulit, depositis Consulibus, qui tum in magistratu erant, quòd die natali suo ferias non edixissent, licet Prætores etiam Circenses & venationem ex more dedissent. Obiecit etiam quòd diem solemnem victoriæ Actiacæ Augusti contra Antonium celebrassent, in suum hoc vituperium fieri dicens; maluitque ob id Antonio quàm Augusto prognatus videri. Et aperuit familiaribus calumniam, peccaturos omnino asserens, siue sacra facerent propter cladem Antonij, siue victori am Augusti non celebrando ea omitterent. Has ob caussas igitur eo die Consules, fractis eorum fascibus, honore priuauit, cuius rei indignitate motus alter eorum, semet occidit. Ita de Consulibus eius anni Dio memoriæ prodidit. Ceterùm de Afro Domitio locus ille nobis scrupulum mouet, vbi Auctor dicit: Τὸν δὲ δὴ Δομίτιον τὸν συνάρχοντα αὐτῷ λόγῳ μὲν ὁ δῆμος, ἔργῳ δ' αὐτὸς εἵλετο. *Domitium collegam ipsius verbo quidem populus, re autem vera ipse elegit.* Vt non Septembribus Nonis suffectus, sed in annum insequentem collega Caligulæ designatus fuisse videatur, qui antequam iniret, sub Kalendarum Ianuariarum diem est mortuus, Dione & Tranquillo auctoribus. Quod de Domitio Afro dici non potest, quem posteà sub Claudio curatorem aquarum fuisse, & anno demum DCCCXI. sub Nerone mortuum, ex Frontino de Aquæductibus, & Taciti XIV. constat. Deesse igitur copula videtur in exemplari Dionis, & legendum esse, Δομίτιον καὶ τὸν συνάρχοντα αὐτοῦ. Vt de Domitio & eius collega loqui Dionem intelligamus, cuius nomen non exprimit; forsan A. Plautius Siluanus fuit, qui Consularis quinquennio pòst, à Claudio legatus in Britanniam missus fuit.

C. Caligula Cos. iterùm. *Caligulæ natalis.* *Cn. Domitius Afer Caium epigrammate offendit.* *Calumnia malum.* *Arte principē Cn. Domitius elusit.* *Consules cur magistratu Caius mouit.*

C. Cæsar multorum illustrium cædes admisit, populo Romano, sibi liberiùs in theatro obstrepenti, vnam ceruicem optauit. Maiestatis leges in vsum reuocauit, & denuò tabulis æneis incidi iussit. Populi rursus comitia sustulit. Maximis sumptibus Misenum ac Baias temperario ponte iungens, super mare triumphum duxit. In Galliam deinde, belli Germanici prætextu exhausta omni Italia, profectus, eam quoque miris modis expilauit. Duas sorores in Pontias relegauit; repudiataque Lollia Paullina, Cæsoniam duxit. Vide Dionem & Tranquillum.

Caij dictum. Vtinam pop. Rom. vnam ceruicem haberet. *Caius Cos. Galliam expilat.* *Cæsonia, Caij coniux.*

Prætor.

//. Iunius //. f. //. n. Priscus. Prætextu aliorum criminum, propter diuitias damnatus, semet interfecit. Caius Cæsar cùm intellexisset fortunas eius fama minores esse, & cædem non mereri; se deceptum à Iunio dixit, frustraque eum obiisse, qui potuisset viuere: Dio & Zonaras.

Prouinciæ.

L. Calpurnius Cn. f. Cn. n. Piso Procos. obtinuit Africam. Idem qui Consul fuit anno DCCLXXIX. Cn. Pisonis ob Germanici mortem damnati filius, qui tum, vt dixi, prænomen mutare coactus fuit, quod idem cum patre habebat, cuius memoriam M. Cotta Consul Fastis insuper eradendam censuit; quod Tiberius tamen prohibuit. De prouincia L. Pisonis hæc fere Dio: Quia L. Piso Cn. Pisonis & Plancinæ filius Africam sortitus obtinere debebat, validas legiones & auxilia recturus, homo animi plenus, in duas partes prouincia diuisa, exercitus & Numidiam alteri mandauit C. Cæsar: quod ad nostra etiam tempora vsque fieri consueuit. Antea hoc institutum fuisse, in M. Silani Proconsulatu superiùs ex Tacito diximus.

Ser. Galba, post Imperator. Ser. Sulpicius Ser. f. Ser. n. Galba. Qui posteà Imp. Cæsar Aug. appellatus est. Legatus Procos. C. Cæsaris Aug. Germanici in superiore Germania, Cn. Getulico, qui hoc anno C. Cæsaris iussu ob legionum beneuolentiam sibi paratam interfectus est, successor datus. Postridie quam ad legiones venit, sollenni forte spectaculo plaudentes inhibuit, data tessera, vt manus penulis continerent; & statim per castra vulgò iactari cœpit:

Disce miles militare, Galba est, non Getulicus.

Pari seueritate commeatus peti interdixit, milites opere assiduo corroborauit, matureq; Barbaris, qui in Galliam vsque proruperant, cohibitis, præsenti quoque Caio & se & exercitum approbauit talem, vt inter innumeras, quas ex omnibus prouinciis contraxerat copias neq; testimonium neque præmia ampliora vlli perciperent. Ipse maximè insignis, quòd campestrè decursionè scuto moderatus, etiam ad essedum Imperatoris per XX. milia passuum cucurrit. Post cædem Caligulæ, cum multi ad res nouas & occasionem extimularent, quietem prætulit: quapropter gratissimus Claudio fuit. Vide Tranquillum, Plutarchum, & Dionem lib. LIX. qui & Cattos ab ipso domitos anno Caij vltimo refert lib. LX. Meminit Tacitus libro XVII. exitum eius describens.

Petronius in Iudaos. P. Petronius //. f. //. n. Turpilianus, Syriam Procos. obtinuit, L. Vitellio successor datus à Caligula. Anno sequenti bellum contra Iudæos C. Caligulæ iussu parauit, eò quòd arma potiùs sumere, quàm C. Cæsaris effigiem in templo admittere deliberassent. Resque ad prælia & cædes peruenisset, nisi Agrippæ Iudæorum Regis apud Caium intercessione prolata, & demum morte ipsius Caij dirempta fuisset. Vide Ioseph. lib. XVIII. fine, item libro XIX. & Zonaram: ex quibus quinquennio circiter prouinciæ præfuisse cognoscimus. Meminit seditionis propter imagines C. Cæsaris exortæ Tacitus libro XXI. Sic Eusebius in Chronico. Sub Nerone curator aquarum factus est anno DCCCXV. auctore Frontino, qui Turpilianum vocat, vt & Tacitus lib. XVII. vbi à Galba occisum scribit. *Agrippa Iudæorum Rex. Iudai tumultuati ob C. Cæsaris imagines.*

ANNI P. R. C. DCCXCII.

Consules.

C. Cæsar Germanici f. Ti. Aug. n. Augustus. //. //. //. f. //. n. //.
Germanicus III. sine conlega — Designatus erat, sed antequá iniret
Prid. Idus Ian. abd. in eius loc. facti sunt — mort. est
L. Gellius L. f. L. n. Poblicola. — M. Cocceius M. f. M. n. Nerua.
Ex Kal. Iulîs. Sex. Iunius //. f. //. n. Celer.
Sex. Nonius Sex. f. L. n. Quinctilianus.

SVETONIVS auctor, Caligulam Lugduni tertium Consulatum iniuisse solum, eò quòd defunctum sub Kalendarum diem collegam rescisse absens non potuerat. Gessit au-

tem in Idus vsque Ianuarias. Refert eadem Dio, atque hoc amplius, quòd Romæ cùm nullus esset Consul, nemo Tribunorum vel Prætorum cogere Senatum Kal. Ianuariis fuerit ausus; quamuis hoc officij Prætorum erat absentibus Consulibus. Senatus tamen sua sponte in Capitolium collectus venit sacrificatum, sellamque Caligulæ in templo depositam adorauit, strenasque (vt Augusti tempore moris erat) etiam absenti contulit, vota pro reditu & salute eius concepit. Neque quidquam præterea in Senatu tractatum, donec intelligeretur, quòd duodecimo tandem die Caius se Consulatu abdicasset, aliosque designasset Consules magistratum suscepturos. Tum primum consulta Senatus fieri cœpere, decretumque inter alia est, vt natales Tiberij atque Drusillæ eadem qua Augusti solemnitate celebrarentur quotannis. Quæ omnia latissime & pulchre describit Dio: attamen non exprimit Caligulæ collegam designatum, qui antequam iniret mortuus est; neque etiam quos sibi suffecit, cum pridie Idus Ianuarij abdicaret. Reticet eorum quoque nomina Tranquillus. Quia verò Cassiodorus & Marianus tertio Caligulæ anno Publicolam & Neruam Consules suggerunt, suffectos Idibus Ianuariis hos fuisse colligit Onufrius, additque insuper alios ex Kal. Iulijs Sextos Iulium Celerem & Nonium Quinctilianum, eo quòd hos nominet Frontinus de Aquæductibus inter annos vrbis DCCXC. & DCCCI. Et Valerium Asiaticum Consularem appellat Dio in anni insequentis historia, qui Prætorianos ob Caligulæ cædem tumultuantes vnico verbo repressit, cum diceret: Vtinam ego occidissem. Sic & alios eius temporis Consulares reperio Didium Gallum in Frontino, Curtium Rufum in Tacito. Meminit tertij huius Consulatus Caligulæ idem Tacitus, Iunium Agricolam C. Cæsare tertiùm Cos. Idibus Iunijs natum scribens. Eumdem cum quarta Tribunitia potestate, alijsque eius titulis, nummi ita exprimunt, C. CÆSAR. DIVI. AVG. PRON. AVG. PON. M. TR. P. IV. P. P. COS. TERT. *Prætorum officium, absentib. Coss.*

C. Cæsar Ptolemæum regem Iubæ f. in Galliam euocauit, & propter diuitias occidit: tamquam bellum in Britanniam ex Germania, quam vix attigit, translaturus, expeditionem contra Oceanum mouit, & militem maris conchylia, tamquam spolia, legere iussit. Vide Aurelium Victorem, & ibi And. Schotti amici nostri Notas, itemq; lib. III. Humanar. Obseruationum. Quæ denique Caius partim atrocia partim stolida hoc anno commisit, apud Dionem & Tranquillum legere est. Ob Ptolemæi Regis cædem à Caligula perpetratam, Mauri Ædæmone liberto regio duce rebellarunt. Vide Plinium libro V. *Ptolemæum C. Caligula necat.*

Prætor.

T. Flauius T. f. T. n. Vespasianus. Qui posteà Cæsar Augustus appellatus est. Ex Tranquillo intelligere est, post Ædilitatem mox Præturam, non sine repulsa tamen, anno superiore obtinuisse. Prætorē hoc anno ob victoriam Germanicam C. Cæsari
» Ludos poposcisse. Verba eius hęc sunt: Ædilitatis, ac mox Præturæ candidatus etiā non
» sine repulsa, sextoq; loco vix adeptus est. Ac prima statim petitione, & in primis Prætor
» infensus Senatui, Caium ne quo non genere demereretur, Ludos extraordinarios pro
» victoria eius Germanica depoposcit, pœnæq; coniuratorum addendum censuit, vt inse-
» pulti proijcerentur. Variè mendosum eum Tranquilli locum esse, cùm primùm edita *Suetonius correctus.*
» exemplaria, tum ipsa historia monstrat; legendumq; probant esse potius hoc modo: Ædi-
» lis, ac mox Præturæ candidatus, eam non sine repulsa, sextoque loco vix adeptus est. Ac
» prima statim petitione, & in primis Prætor, infensum Senatui Caium, ne quo non gene-
» re demereretur, &c. Infensum Senatui Caium Cæsarem tunc temporis fuisse, idem Suetonius declarat in eius vita, cùm scribat, absentem Senatum populumq; grauissimo obiurgasse edicto, quòd Cæsare prœliante, & tantis discriminibus obiecto, intēpestiua conuiuia, Circum, & theatra, & amœnos secessus celebrarent. Cùm Romam deinde reuerteretur, conquerens se iusto fraudatum triumpho, parum abfuit, quin Senatum omnem trucidaret, quòd diuinos honores illi ob expeditionē Germanicam non decreuisset, veluti a Dione etiam refertur. Lepidum & Getulicum cōiuratos intelligit Tranquillus, quos eo titulo Caius in Gallia occiderat: quod ex eius Claudio intelligimus, & Dione.

Prouinciæ.

C. Cassius .. f. .. n. Longinus Asiam Procos. obtinuit. Anno insequenti ipsum Caligula vinctum Romam deduci iussit, eò quòd sortes Antiatinæ monuissent, vt a Cassio caueret, Cheream innuentes. Verùm hunc suspicatus est Caligula, quòd genus à Cassio Cæsaris percussore duceret. Quem proculdubiò occidisset, nisi ipse præuentus à Cherea ante periisset: quod huic C. Cassio Iurisconsulto saluti fuit. Vide Dionem & Tranquillum. *C. Cassius Cæsaris percussor.*

P. Gabinius .. f. .. n. Secundus, Legatus C. Cæsaris Aug. in Germania inferiore. Marsos & Cauchos anno sequenti superauit, aquilam legionarem, quæ sola ex Variana clade adhuc remanserat, recuperauit. Vnde Claudio Cæsari nomen Imperatoris partum, ipsi concessum vt Cauchici cognomine vteretur. Vide Dionem & Tranquillum.

C. Cæsar Germanici f. Ti. Aug. n. Augustus An. DCCXCII.

Germanicus Procos. ouans ex Germania. prid. Kal. Sept.

C. Cæsar triumphum decedens ex prouincia apparari sibi iussit, sepositis ad eum principibus Galliarum, ac selectis passim procerissimis quibusque ἀξιοθριαμβεύτους quos appellabat, & comam rutilare submittereque, & sermonem Germanicum addiscere, nomina Barbara ferre cogebat. Triremes terrestri itinere, quibus Oceanum nauigarat, & conchylia maris exuuias Romam misit. Legatos amplissimi ordinis, cui maximè infensus erat, & inter eos Ti. Claudium patruum redeunti obuiàm missos, cum atroci responso remisit, vetuitque quemquam Senatorum sibi occurrere. atque omisso, vel dilato triumpho ouans vrbem natali suo ingressus est, intraque quartum mensem periit, ingentia facinora ausus, & aliquanto maiora moliens. Hæc fere Tranquillus. Describitur item eius reditus à Dione, qui addit, ipsum populo magnam argenti aurique vim ex altiore loco profudisse, intermixtis ferreis spiculis, quibus multi inter coactam turbam periere.

ANNI P. R. C. DCCXCIII.

Consules.

C. Cæsar. Germanici. f. Ti. n. Aug. Germ. IV. Cn Sentius. Cn. f. .. n. Saturninus

Ad VII. Idus Ian. abdicauit. in eius loc. f. est

Q. Pomponius .. f. .. n. Secundus. II.

Ex Kal. Iulis. .. .. .. f. .. n. Venustus.

In Dionis Indice Consules ordinarij sic nominantur: in Tabulis Græcis, C. Cæsar IV. & Saturninus; in Cassiodoro & Mariano nihil sani est, adeò vt hac annorum serie parum vel nihil adiumenti adferant. Taciti reliquos libros adhuc desideramus. Quartum hunc Consulatum Caius (vti Tranquillus auctor est) ex Kal. Ian. vsque in VII. Idus easdem gessit. Meminit & Plinius libro XI. cap. XXXVII. Caio principi (inquit) » Kalend. Ianuariis cùm Consulatum iniret sacrificanti defuit iecur, quo anno inter- » fectus est. Suffectum verò illi fuisse Q. Pomponium Secundum, quem & anteà Con- » sulem habuimus, ex Dione colligimus. Ait enim, Q. Pomponium tunc Consulem discubuisse cum Caligula in conuiuio, & eius pedes crebrò osculatum fuisse, quo die à Cassio & Sabino coniuratis occisus paulò post fuit. Meminit illius item Iosephus lib. XIX. Antiquitatum: sed mendose Q. Pompeius appellatur. Rectius de bello Iudaico lib. II. cap. X. Sentio Saturnino & Pomponio Secundo Coss. Caium occisum declarat. Venustum quoque suffectum ex Kal. Iuliis adiicit Onufrius ex Cassiodoro, qui Secundum & Venustum nominat. Lusium Varium quoque Consularem eius temporis reperimus in Taciti XIII. qui Claudij auaritiæ criminibus perculsus Senatu decidit, à Nerone demum redditus ordini.

Caius Cæsar à Cherea occisus.

C. Cæsar cum diuinos honores sibi sumeret, Deusq. videri vellet, & ad extremum insaniæ euaderet, indies atrociora atque immaniora scelera committeret, à Cassio Cherea coniuratisque aliis in palatio occisus est nono Kal. Februarias, cùm annis tribus, mensibus nouem, diebus XXVIII. Imperium tenuisset. Ex eius cæde Prætorianorum militum tumultus exortus, à Valerio Asiatico breui atque animoso responso sedatus est, cùm diceret: Vtinam ego occidissem. Milites tamen Ti. Claudium patruum Caij Cæsaris ex latebris, vbi præ metu confugerat, protractum, in castra Prætoriana delatum, Imperatorem salutarunt. Quo cognito, Senatus consentire coactus omnia ad Imperium pertinentia illi decreuit, eaque ipse acceptauit præter Imperatoris prænomen, & Patris patriæ cognomen, quod tamen & postea recepit. Matri, patri, atque auiæ summos decreuit honores, sibi tamen præter Imperij titulos nihil recepit, qui ita leguntur in eius nummo, cum Antoniæ matris facie, TI. CLAVDIVS. CÆSAR. AVG. P. M. TR. P. IMP.

Ti. Claudius Caij patruus Imp. creatur à Prætorianis.

Claudius Cæsar initio quæ gessit.

Claudius Cæsar maiestatis legem & actiones aboleuit, quamplurimos immeritò in exilium

exilium à Caligula missos, simulque sorores eius Agrippinam & Iuliam reuocauit. Caligulæ acta iniqua antiquauit, statuas sustulit. Propter Cattos & Maurusios in Germania à Legatis subactos, hortatu Messallinę vxoris & libertorum, nomen Imperatoris, & propter res in Mauritania bene gestas triumphales honores recepit. Quo die Consul designatus in annum insequentem fuit, Prætorianis viritim viginti quinque drachmas diuisit. Vide Dionem libro LX. Tranquillum, Iosephum lib. Antiq. XIX. Orosium libro VII. cap. VI.

Prouinciæ.

C. Suetonius . f. //. n. Paullinus, Leg. Propr. C. Cæsaris, Numidiam obtinuit. Mauros Atlantem vsque perdomuit: Dio lib. LX. De quo etiam Plinius
„ libro V. cap I. his verbis vbi de Atlante: Suetonius Paullinus quem Consulem vidimus,
„ primus Romanorum ducum transgressus quoque Atlantem aliquot milium spatio.

Ap. Iunius . f. //. n. Silanus Procos. Hispaniam obtinuit. Vir summæ nobilitatis, Dione auctore, quem accitum è prouincia anno sequenti Claudius, matri Messallinæ suæ coniunxit matrimonio; neque diu postea dolo Messallinæ, cuius concubitum recusarat, & Narcissi calumniis circumuentus, periit. Finxit enim Narcissus, Messallinæ in gratiam, se vidisse in somniis Claudium manu Ap. Silani occisum, idque ei adhuc in lecto cubanti tremebundus narrauit, tantumque pauoris Messallina somnium exaggerante Claudio incussit, vti extemplò Silanum occidi iuberet. Atque eo modo insomnium
„ illud misero mortem attulit. Vide Dionem lib. LX. Hinc Tacitus item lib. XI. Appianæ,
„ inquit, cædis molitor Narcissus. Meminit etiam Tranquillus, & Appium Claudij consocerum appellat, multoque apertiùs historiam narrat.

M. Furius M. f. P. n. Camillus Scribonianus, Leg. Procos. Dalmatiam obtinuit. Anno sequenti defectionem à Claudij imperio Anneij Viniciani hortatu tentauit, & legiones in suum nomen iurare fecit. Verùm intra quintum diem oppressus est legionibus, quæ sacramentum mutauerant pœnitentia ductis & religione perculsis, quòd denuntiato ad nouum Imperatorem itinere, signa conuelli non poterant. Igitur desertus à suis, in Issam insulam profugiens Camillus, voluntaria ibidem morte oppetiit. Vide Dionem, Tranquillum, Orosium libro VII. cap. VI.

Tribuni plebis.

Q. Verannius Q. f. //. n. & //. //. //. f. //. n. Brochus. Senatus, occiso Caio, cohortium vrbanarum præsidio firmatus, in Capitolio cum Consulibus de libertate publica asserenda, Cæsarumque memoria abolenda, diutissimè consultauit; dum interim à militibus è Palatio Claudius in castra delatus, Imperator salutatur. Quo cognito Senatus Tribunos plebis ad ipsum misit, qui in Curiam accerserent, ad suadenda quæ viderentur, & ne se Senatus auctoritati opponeret, rogarent. Quibus Claudius, non in sua hoc potestate esse, vi se & necessitate teneri respondit. Vide Suetonium, & Ioseph. libro Antiq. XIX. cap. II. vbi Verannium & Brochum Tribunos nominat. Verannium habebimus posteà Consulem. Brochus Anniorum familiare cognomen est.

ANNI P. R. C. DCCXCIV.

Consules.

Ti. Claudius Drusi. f. Cæsar. Aug.	C. Cæcina //. f. //. n. Largus
Pridie Kal. Mart.	Germanicus II.
Abdic. in eius loc. factus est.	
//. //. //. f. //. n. //.	

In Cassiodoro leguntur Consules Tiberius & Gallus, mendosè procul dubio: in Tabulis Græcis Claudius Cæsar II. & Largus. Dio autem particulatiùs de hoc Claudij Consulatu secundo, postquam à Legatis in Africa principio eius anni res gestas narrasset,
„ loquitur hoc modo: Consulatum gerebat tum Claudius, collegam habens C. Largum,
„ cui magistratum prorogauit in annum totum, ipse tantummodò per duos menses cum
„ gerens. Cæcinam Consulem posteà C. Largum appellat. In inscriptionis etiam Neapo-
' litanæ fragmento, cuius anteà mentionem feci, inter alios eius temporis Consulares & hic C. CÆCINA. LARGVS. nominatur. Pæti cognomen insuper attribuit Martialis.

Claudius Cæsar IV. Consul.

Quod ad Claudij hunc Consulatum attinet, per duos menses eum gessisse Tranquillus item auctor est, vbi de Consulatibus quatuor, quos principatus tempore sibi sumpsit, verba facit: Consulatus, inquit, super pristinum quatuor gessit. Ex quibus duos primos iunctim, sequentes per interuallum quarto quemque anno, semestrem nouissimum, bimestres ceteros. Verùm non constat, quisnam Claudio suffectus Kalendis Martiis fuit; nisi forsan Didius Gallus, quem nominare Cassiodorus videtur: & Consularem, curatoremque aquarum eo deinde tempore fuisse Frontinus docet.

Eius anni est titulus portæ Rauennati (quam Auream, ob structuræ fortassis elegantiam, nunc vulgo appellant) inscriptus:

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CAISAR. AVG. GERMANICVS
PONT. MAX. TR. POT. II. COS. II. DESIG. III. IMP. III. P. P. DEDIT

Patris patriæ cognomen igitur hoc anno videtur acceptasse, & Imperator tertiùm ob res in Germania & Africa feliciter gestas appellatus est.

Kal. Ianuariis in acta tantummodò Augusti iurauit Senatus, & inter alios etiam Claudius ipse, cum se Consulatu abdicasset. Fames in vrbe fuit ingens, sed huic malo tam diligenter occurrit Claudius, vt non solùm in præsens, sed etiam in posterum ad multos annos annonæ prouisum fuerit. Hinc eius nummi cum Cereris effigie sedentis, & spicas facemque tenentis, & solito Claudij titulo. Cumque difficilius aduehi frumenta ex prouinciis posse videret, portum Ostiensem extruere incepit. Legem de prouinciis tulit, Vt magistratus ante Kal. Apriles, in quas sortiti essent, abirent. Bellum ciuile in Dalmatia à M. Furio motum sua sponte cessauit, & Numidia pacata est. Alexandrinorum seditiones contra Iudæos edicto Claudij pacatæ sunt. Vide Dionem lib. LX. Tranquillum, & Orosium libro VII. Iosephum lib. XIX.

Prouinciæ.

Cn. Hosidius C. f. C. n. Geta, Leg. Propr. Ti. Claudij Cæs. Aug. Numidiam obtinuit, Suetonio Paullino succedens. Salabum Maurorum ducem vltra Libyæ arenosa persecutus, Mauritaniam omnem subegit, incantamento copiosam pluuiam in summa expeditionis siccitate, laborante siti exercitu, elicuit. Claudius Mauritaniam subditam in duas partes diuisit, Tingitanam & Cæsariensem, duobus equitibus iis præpositis. Vide Dionem libro LX. C. Hosidij C. f. Getæ Triumviri monetalis sub Augusto reperiuntur adhuc denarij argentei, cuius pater C. Hosidius Geta proscriptus à Triumviris, à filio sub funeris specie seruatus est, vt apud Dionem lib. XLVII. sed perperam Hosiacus ibidem legitur.

Cn. Hosidij III. viri monetalis nummus.

M. Sanquinius Q. f. Q. n. Maximus, Leg. Ti. Claudij Cæsaris Aug. Procos. in Germania inferiore. P. Gabinio successisse videtur, & durante bello Britannico prouinciam administrasse. Nam in eadem mortuum Tacitus libro XI. insinuat, & anno DCCXCIX. illi successisse Cn. Domitium Corbulonem, vt suo loco dicemus.

L. Saluius M. f. M. n. Otho. Pater Imperatoris Leg. Ti. Claudij Aug. Procos. Dalmatiam obtinuit, Scriboniano, ni fallor, succedens. De quo Suetonius hæc: Vrbanos honores, Proconsulatum Africæ, & extraordinaria imperia seuerissime administrauit. Ausus est etiam in Illyrico milites quosdam, quòd motu Camilli ex pœnitentia, præpositos suos, quasi defectionis aduersus Claudium auctores occiderant, capite punire, & quidem ante principia se coram: quamuis ob idipsum promotos in ampliorem gradum à Claudio sciret.

ANNI P. R. C. DCCXCV.

Consules.

T. Claudius. Drusi. f. Cæsar. Augustus. Germanicus. III. Pridie Kal. Mart. abd. in eius loc. fact. est
// // // f. // n. //
L. Vitellius P. f. //. n. II.
Ex Kal. Iuliis. // // // f. // n. //
// // // f. // n. //

IN Tabulis Græcis & Cuspiniani Claudius Cæsar III. & Vitellius leguntur, quem alterum in Principatu Consulatum priori iunxisse, & per duos item menses gessisse Claudium, testatur Suetonius. Idem alibi scribit, L. Vitellium patrem Imperatoris cum Claudio principe duos insuper ordinarios Consulatus & Censuram gessisse; curam quoque Imperij sustinuisse absente Claudio in expeditione Britannica. Eadem scribit Dio, familiam, vrbem, præsidia Vitellio collegæ commisisse Claudium, cui in sex menses Consulatum secum initum prorogarat. Ex quo manifestum est, ex Kalendis Iuliis denuò nouos fuisse Consules, quorum nomina non reperio, nisi forsan fuerint Q. Curtius Rufus & Vipsanius Lænas, quorum hic Sardiniam, ille Hispaniam anno suo sortiti obtinuerunt.

„ Primus interrogatur sententiam Ianus pater, is designatus erat in Kal. Iulias post meri-„ dianus Cos. homo, quantum via sua fert, qui semper videt ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω. Lu-„ dus Senecæ notat Senatorem aliquem tacito nomine, qui Cos. sub Claudio, an allusio „ nominis Iani notat eius eloquentiam & linguam expeditam? Sic postea & alium Senato-„ rem ficto nomine adducit: Proximus interrogatur sententiam Diespiter Nicepotæ filius, „ & ipse Cos. designatus nummularius; hoc quæstu se sustinebat, vendere ciuitatulas sole-„ bat. Saturnius Luscus, Pompeius Pedo, Asinius Celer & Lupus Consulares à Claudio „ occisi, ait ibidem Seneca.

Lyciis ob cædes ciuium Romanorum libertas adempta est, ipsi Pamphiliæ prouinciæ adiuncti. Bellum contra Britannos Claudius mouit, iusti triumphi decus quærens, primum per Legatos insulam inuadens, demum ipse eò profectus, vno prælio Barbaris profligatis, Camuloduno capto, & in deditionem insulæ parte recepta, Romam anno sequenti rediit. Vide Dionem & Tranquillum. *Claudius Cæsar Britannos per Legatos superat.*

Prouinciæ.

//. Vibius //. f. //. n. Marsus Procos. Syriam sortitus obtinuit, P. Petronio succedens. Cum Agrippa Iudæorum rege simultates gessit, & Ierosolymæ munitionem à Rege cœptam impediit. Prouinciæ vltra quadriennium præfuisse declarat Tacitus libro XI. in actis anni DCCXCIX. Vibium Marsum scribens Bardani Armeniam tentanti obstitisse. Licet Iosephus libri XX. principio referat, quòd non diu post Agrippæ regis mortem successor à Claudio datus ei fuerit: quapropter à Tacito in Orientis rebus nonnihil tempore discordat, velut & ij qui Iosephum sequuntur, Eusebius & Orosius. *Iosephus à Tacito discordat.*

A. Plautius M. f. A. n. Siluanus, Legatus Ti. Claudij Aug. Procos. Britanniam obtinuit. Consularem legatum vocat Tranquillus: quare miror cur Prætorem Dionis interpres dicat. Legiones è Gallia difficulter traucere potuit, extra terrarum orbem gerere bellum nolentes, & Narcissum libertum à Claudio ad sedandas eas missum suggillarũt, Iò Saturnalia clamantes, cùm ascendere suggestum, & alloqui Imperatorum more exercitum velle viderent. Plautio tamen obtemperantes, in insulam tribus locis simul transmissæ, omnia late populantes occuparunt. Plautius Procos. prouinciam Britanniam vltra triennium post Claudij quoque discessum cum imperio & præsidiis obtinuit: rebusque tandem bene gestis, ouatione sibi decreta, Romam rediit: Dio, & Tranquillus in Claudio, Tacitus in vita Agricolæ.

T. Flauius T. f. T. n. Vespasianus, Qui posteà Cæsar Augustus appellatus est. Legatus Ti. Claudij Aug. in Britannia legionem Germanicam cum fratre T. Flauio Sabino duxit, tricies cum hoste conflixit, duas validissimas gentes, superque viginti oppida, & insulam Vectem Britanniæ proximam in deditionem redegit. Quare triumphalia ornamenta, *Vectis insul. Britanniæ proxima.*

namenta, & in spatio breui duplex sacerdotium accepit: Tranquillus, & Dio lib. LX. Tacitus libro XVIII.

C. Hosidius C. f. C. n. Geta, Legatus Propr. Ti. Claudij Aug. & A. Plautij, Procos. in Britannia. Cùm ferè in hostium potestatem venisset, ita tamen eos vicit, vt ei propterea honores triumphales, quamquam Consul non fuisset, decreti sint: Dio libro LX.

ANNI P. R. C. DCCXCVI.

Consules.

C. Vibius .. f. .. n. Crispus II. T. Statilius T. f. T. n. Taurus.

CRISPINVM & Taurum nominant Consules Cassiodorus & Marianus: sed Dionis auctoritatem sequi malim, praesertim cùm ei suffragentur Tabulae Graecae, & quas Cuspinianus adducit, Crispum II. & Taurum suggerentes. Sic Dio: Posthaec, inquit, » C. Crispo iterùm & T. Statilio Consulibus Romam rediit Claudius. Vibij Crispi orato- » ris & magnae auctoritatis sub Nerone meminit Tacitus lib. XIV. & XVII. & de Oratore, de cuius priori Consulatu nihil certi reperio, in parte anni suffectum antè fuisse verisimile est. Porrò ex suffectis huius anni fortè Q. Sulpicius Camerinus fuit, qui deinde anno suo Procos. Africae fuit.

Praetores aerary à Claudio abrogati. Quaestorum munus. Achaiam & Macedoniam prouincias Claudius extra sortem iam inde à Tiberij principatu à Legatis administrari solitas, sorti reddidit. Praetores aerarios, qui pecuniae publicae curandae praefuissent, abrogauit, Quaestoribus eo munere, vt antiquitus institutum fuerat, mandato: qui non annui (vt antè solent) essent, sed vt duo ad triennium administrarent, atque hi statim Praetores deinde crearentur. Praefecturas Italiae extra Romam omnes aboleuit, ac Quaestoribus mandauit. Praetoribus quaedam iudicia à Consulibus olim cognosci solita commisit. Militibus, quia ex lege vxorem ducere non poterant, ius matrimonij concessit. M. Iulio Cottio ad Alpes sui nominis principatum adauxit, & Regem appellauit. Rhodiis libertatem ademit, quòd Romanos ciues in crucem sustulissent. Vide Dionem, Suetonium, & Tacitum libro XIII. *Rhodi ciues Romani in crucem affixi.*

Prouinciae.

.. Vmbonius . f. .. n. Silo Propr. Baeticam obtinuit. A Claudio Romam accitus, ac Senatu motus, quòd in Mauritania militantibus parum frumenti misisset. Hoc ei crimen obtentum, cùm ob id plecteretur, quia libertos quosdam offendisset. Atque is quidem Silo supellectilem omnem proscripsit, copiosam & elegantem, quasi venditurus: nihil tamen vendidit praeter vestem Senatoriam, ostendens se priuatum bene viuere posse: Dio libro LX. *Vita priuata, grata.*

. Cuspius .. f. . n. Fadus, Iudaeam obtinuit. Mortuo Agrippa rege à Claudio prouinciae impositus, latrociniis & seditionibus eam repurgauit, vt latè Iosephus libro XX. Antiq. Belli verò Iudaici II. Cestius Festus vocatur ab eodem. Sed Zonaras Cuspium Fadum appellat. Tacitus libro XXI. Romanum equitem fuisse insinuat.

Ti. Claudius Drusi. f. Caesar. Aug. ann. DCCXCVI.
Germanicus. Procos. ex Britannia.

Triumphus ex Britannia. Britannia prope à Claudio subiugata. Imperator appellari quoties solet. Claudius his Consulibus (vt dixi) Praefecto Britanniae A. Plautio, Romam rediit, cùm sex mensibus abfuisset, atque ex his dies sedecim in Britannia transegisset, quo temporis spatio Camulodunum regiam Cynnobellini expugnauit, Barbaros praelio vicit, & magnam insulae partem subiugauit. Ob quas res gestas Imperator appellatus est saepius, contra morem: hoc enim nomen vno in bello nisi semel dari solebat. Absenti Senatus triumphum, Britannici cognomen, triumphalem arcum in vrbe, & alterum in Gallia decreuit. Messallinae autem vxori carpentum, & honores Liuiae Augustae quondam decretos concessit. Duxit autem triumphum amplissimum, Ludos & spectacula omnis generis maximo sumptu edidit; plurimisque Senatorum, qui in expeditione & comitatu suo fuerant, vt Rubrio Pollioni, Cornelio Laconi, M. Crasso Frugi, L. Silano genero, licet nondum puberi, honores & ornamenta triumphalia dedit. Quae omnia latissimè eodem loco narrat Dio. Ceterùm cap. XVII. Suetonius, vbi expeditionem Claudij Britannicam describit, hunc triumphum non omisit: Ac sine vllo praelio, inquit, aut sanguine, » intra paucissimos dies parte insulae in deditionem recepta, sexto quàm profectus erat, »

mense

„ mense Romam rediit, triumphauitque maximo apparatu. Ad cuius spectaculum commeare in vrbem non solùm Præsidibus prouinciarum permisit, verùm etiam exulibus quibusdam. Atque inter hostilia spolia naualem coronam fastigio Palatinæ domus iuxta ciuicam fixit, traiecti, ac quasi domiti Oceani insigne. Currum eius Messallina vxor carpento sequuta est. Sequuti & qui triumphalia ornamenta eodem bello adepti: sed ceteri pedibus & in prætexta, Crassus Frugi equo phalerato & in veste palmata, quòd eum honorem iterauerat. Hæc Suetonius. Meminit huius triumphi item Plinius libro III. cap XVI. Vatreni per portum (ait) Claudius Cæsar e Britannia triumphans prægrandi illa domo verius quam naui intrauit Adriam. Lubet & alterum eius Auctoris locum adducere, ex libr. XXXIII. cap. III. Claudius (inquit) Caij successor cum ex Britannia triumpharet, inter coronas aureas vnam VII. pondo habuit, quam contulisset Hispania citerior, alteram nouem, quam Gallia comata, sicut titulus indicauit. Tacitus autem libro XIX. Carthimanduam reginam scribit, quæ Brigantibus imperabat, capto per dolum rege Cataraco, instruxisse triumphum Claudij Cæsaris. Vide item Orosium libro VII. Eutropium, Eusebium, & Cassiodorum, apud quos inuenies Romano Imperio per hanc victoriam Orcades insulas fuisse adiectas. Extant etiam nummi, spolia, arcus, victoriam & triumphum de Britannis exprimentes. *Orcades insula.*

ANNI P. R. C. DCCXCVII.

Consules.

M. Vinucius P. f. M. nepos. II. M. Statilius M. f. //. n. Coruinus.
Ex Kal. Iulîs. M. Cluuius //. f. //. n. Rufus.
//. Pompeius //. f. //. Siluanus.

M. Vinucium II. & Statilium Coruinum Consules eius anni prodit Dio: Vinucium & Coruinum Tabulæ Græcæ, Cassiodorus & Marianus; quamuis mendosè Cornelius in his legatur pro Coruino. M. Vinucius & antè Consul sub Tiberio fuit, ad quem extat Vellej Paterculi Historia. M. Statilij meminit Tacitus non semel. Messallæ Coruini oratoris nepotem dicit Suetonius in Claudio. Suffectos Onufrius ex Iosephi XX. libro adiunxit, vbi nominantur Consules in epistola Claudij ad Ierosolymitanos Rufus & Pompeius Siluanus. M. Cluuij Rufi meminit Tacitus lib. XIX. & XX. Suetonius & Xiphilinus Consularem vocant in Nerone. Quem Hispaniam citeriorem rexisse, & Pompeium Siluanum Africam, posteà dicemus. *Vellej Paterculi Historia.*

Claudius Kal. Ianuar. solemne iuramentum præstitit, reliquumque Senatum non viritim, sed simul iurare fecit. Statuarum ponendarum modum præscripsit. Populo congiarium dedit, ac Ludos votiuos pro eius reditu conceptos exsoluit. Vide Dionem & Suetonium. *Modus statuarum à Claudio præscriptus.*

Prouincia.

Ser. Sulpicius Ser. f. Ser. n. Galba. Qui posteà Imp. Cæsar Augustus appellatus: II. Procos. Africam obtinuit per biennium. Extra sortem electus ad ordinandam prouinciam, intestina dissensione & Barbarorum tumultu inquietam; ordinauitq; magna seueritatis & iustitiæ cura, vt pulchre Suetonius enarrat. Ob res denique tunc in Africa, & olim in Germania gestas, ornamenta triumphalia accepit, & sacerdotium triplex, inter XV. viros, sodalesque Titios, item Augustales cooptatus. Meminere item Plutarchus in Galbæ vita, & Tacitus libro XVII. eius exitum enarrans.

ANNI P. R. C. DCCXCVIII.

Consules.

//. Valerius //. f. //. n. Asiaticus II. M. Iunius M. f. M. n. Silanus.
Ex Kal. Iulîs. P. Suillius //. f. //. n. Rufus.
//. Ostorius //. f. //. n. Scapula.

TABVLÆ Græcæ, & quas Cuspinianus adducit, Asiaticum & Silanum Consules hoc anno nominant: Cassiodorus & Marianus Asiaticum & Cornelium, nescio quàm

quàm correctè. Sed Dio de his ita scribit: Circumacto, inquit, anno, Valerius Asiaticus » iterùm, M. Silanus Consulatum acceperunt. Silanus magistratui suo præscriptum tem- » pus exegit, Asiaticus per annum designatus, vltrò ante abdicauit, multorũ quidẽ exemplo, qui ob paupertatem coacti, Ludorum impensas eo tempore grauissimas fugere cogebantur. Asiaticum verò cùm magnæ diuitiæ, tum reiteratus hic Consularis honor, grauabant inuidia; quam seipsum ante tempus abdicando cùm declinare vellet, in maiorem incidit, quòd nullus paupertatis ei prætextus esset: & propter diuitias non diu pòst periit. Hunc Valerium Asiaticum (cuius prænomen apud Auctores non inuenio) bis Consulem appellat Tacitus lib. XI. vbi eius exitum describit. Priorem verò Consulatum Tiberij vel Caligulæ tempore gessisse oportet. Consularis enim erat, Dione & Iosepho auctoribus, cum Prætorianos ob Caligulæ cædem in palatio tumultuantes (vt ante diximus) verbi vnius, Vtinam ego occidissem, auctoritate reprimeret. Hic alter eius Consulatus fuit, cuius etiam Seneca meminit, sua memoria, Valerio Asiatico Consule iterùm, insulas ardentes fumum & saxa eiecisse scribens, Quæstionum naturalium libro II. Ab eodem alibi Consularis appellatur, vbi Caligulam dicit in conuiuio ipsi enarrasse, quibus quotque modis cum vxore illius concubuisset, libro De iniuria ad sapientem non pertinente cap. XVIII. M. Silanus inter Consulares eius temporis reperitur, etiam in Neapolitana tabula, cuius ante mentionem fecimus. Fratrem L. Silani fuisse, & initio principatus Neronis, Agrippinæ dolo periisse, Tacitus lib. XIII. ostendit. Adiungit suffectos Onufrius ex Digestorum libro XXXIIX. cap. V. Velleium Rufum & Ostorium Scapulam. Reperiuntur & Institutionum lib. III. tit. IX. Sed ibidem Suillius Rufus non Velleius legitur, etiam in antiquo exemplari. Vide Plinium lib. VII. cap. V. qui Suillium Rufum Consularem dicit.

M. Vinucij interitus. M. Vinucium bis Consulem, Iuliæ Germanici Cæsaris filiæ maritum, Messallina veneno sustulit, indignata ob stupri consuetudinem recusatam. Asinium Gallum Drusi fratrem vterinum Claudius in exilium misit, quòd ad res nouas conspirasset. Vide Dionem, Suetonium, & Zonaram.

Prouincia.

Tiberius Alexander, Iudæam obtinuit. Peregrinæ conditionis fuit, quos Claudius vetuit vsurpare Romana nomina gentilitia. Hinc Tiberius solummodò Alexander appellatur, prænomine & cognomine: vt apparet ex Iosepho lib. XX. & Zonara, qui Alabarcham Alexandrinum dicunt. Ditissimus & is Iacobum atque Simonem Iudæ seditiosi hominis filios cruci affixit. *Ingens per Syriam fames.* Huius tempore fames illa grauissima per Syriam fuit à Prophetis prænuntiata, cui conuectis ex Ægypto frumentis Helena Adiabenorum regina recèns ad Christi fidem conuersa succurrit, vt Eusebius, Iosephus, & Orosius. Meminit & Lucas in Actis Apostolorum cap. XI.

ANNI P. R. C. DCCXCIX.

Consules.

n. n. n. f. n. n. n. L. Vitellius P. f. n. n. III.
In. Mag. mort. est. in eius loc. factus est
Ti. Claudius. Drusi. f. Cæsar. Aug.
Germanicus IV.
Ex. Kal. Mart. Ti. Plautius. M. f. M. n. Siluanus Ælianus.

QVARTVM hunc Consulatum Claudius, nouo circa Principem exemplo, in demortui locum suffectus, bimestrem gessit, veluti apud Tranquillum legimus. suffectum illi fuisse coniectat Onufrius Ti. Plautium Siluanum ex antiqua inscriptione Mausolei quod extat eius familiæ in Via Tiburtina. Sed cuinam ipse Claudius semet suffecerit, incognitum nobis est. Ordinarium cum Vitellio fuisse, & non diu ante vel post initum magistratum decessisse, apparet ex Dione, qui ordinario eius anni Consuli Vitellio Claudium collegam dare, & alterum omittere voluit. Ait enim ita: Anno se- » quenti, vrbis nempe octingentesimo, Claudius quartùm, & L. Vitellius tertiùm Consu- » les fuerunt. Discrepat autem anno vno à Tabularum Capitolinarum supputatione, vti » etiam Tacitus & Censorinus, qui Ludos sæculares his Consulibus, annoque vrbis octingente-

gentesimo editos à Claudio tradunt, quemadmodum paulò pòst declarabo.

Auctor est Dio, Censuram hoc anno Claudium incepisse, multos Senatu mouisse, allectis aliis in eorum locum. Hinc Surdinium Gallum Carthaginem migrare volentem vt retineret, in Senatum legit, aureis compedibus ligandum esse dicens. Tacitus item refert libro XI. Claudium hoc anno munia Censoria vsurpantem, theatralem populi licentiam seueris edictis increpuisse. Cassiodorus cum Eusebio Censuram hanc anno superiori adscribunt. Sed Tacitum sequemur, qui anno sequenti censum peractum, & Lustrum conditum tradit. Valerium Asiaticum bis Consulem, Messallinæ calumniis circumuentum, Claudius ad mortem voluntariam adegit. Eodem anno insulam enatam scribit Dio prope Theram: Cassiodorus inter Theram & Therasiam stadiorum octo magnitudine; sed Eusebij Chronicon secutus, biennio ante prodisse scribit. Meminit & Orosius libro VII. cap. VI. Motus Orientis inter Parthos, Armenios, & Hircanos, Mithridate, Gotarze & Bardane ducibus hoc anno exortos, latius describit Tacitus libro XI. & vt Cheruscis petentibus Rex a Claudio datus sit. Vespasianum patrem in Britannia legatum ab hostibus obsessum, filij Titi Tribuni militum virtute & singulari audacia liberatum refert Dio, subita irruptione perculso, disiecto, ac fere deleto hostium exercitu. Gladiatorium Romæ spectaculum quotannis celebrandum instituit Claudius pecunia eorum qui Quæsturam adipiscerentur. Vide Tacitum & Dionem.

Claudij Cæs. Censura. *Insula enata ad Theram.* *Gladiatorium spectaculum.*

Ludi Sæculares sextùm.

Ti. Claudio Drusi. f. Aug. Germanico. IV.		Coss.
L. Vitellio P. f. III.		
Ti. Claudio Drusi. f. Aug. Germanico		Mag. XV. vir.
L. Vitellio P. f.		
Ser. Papinio Q. f. Gallieno		
P. Thrasea Pæto		

Anno P. R. C. DCCXCIX

Ex. S. C. facti sunt.

» Isdem Consulibus, inquit Tacitus, octingentesimo post Romam conditam anno, » quarto & sexagesimo quam Augustus ediderat, spectati sunt. Vtriusque Principis ratio» nes prætermitto, satis narratas libris quibus res Imp. Domitiani composui. nam is quo» que edidit Ludos Sæculares, iisque intentiùs adfui sacerdotio XV. virali præditus, ac tum » Prætor: quod non iactantia refero; sed quia collegio XV. virûm antiquitus ea cura, & ma» gistratus potissimùm exequebantur officia cærimoniarum. Verum Taciti liber ille nunc non extat. Plinius autem lib. VII. cap. XLVIII. vbi de lõgissimis vitæ spatiis agit, sexaginta tres non ampliùs annos inter vtrosque Sæculares Ludos fuisse refert, quod Capitolinis Tabulis rectius conuenit. Ait autem vtrisque Sæcularibus Ludis saltasse Stephanionem, qui primus Togatas saltare instituit, & D. Augusti, & quos Claudius Cæsar Consulatu suo quarto fecit. Quare non immeritò his Claudij Ludis (vt auctor est Tranquillus) irrisa passim vox præconis, more solemni populum inuitantis ad Ludos, quos nec spectasset quisquam, nec spectaturus esset; cùm superessent adhuc qui spectauerant; & quidam histrionum producti olim, tunc quoque producerentur.

Sæculares Ludi spectati sub Claudio Imp. *Præconis in Ludis Sæcularib. publicandis vox.*

Prouinciæ.

Cn. Domitius .. f. .. n. Corbulo, Leg. Ti. Claudij Cæs. Aug. Germanici, Procos. in Germania inferiore. Chaucos, prouinciam morte Sanquinij Maximi desertam duce Gannasco incursantes, feliciter repressit. Disciplinam militarem apud legiones ad ignauiam prolapsas, & populationibus solummodò gaudentes, ad veterem morem reduxit. Frisios acceptis obsidibus in alios à se descriptos agros transmigrare coëgit. Iisdem leges, magistratus, Senatum imposuit, Gannascum Chaucorum ducem nouos motus tentantem sustulit. Ob quæ triumphalia ornamenta Corbuloni concessit Claudius, & non vlteriùs arma promouere, sed legiones cis Rhenum in præsidiis sistere iussit, hominis peritiam militarem ac virtutes metuens. Et redit Corbulo dictis parens; tantummodò conquestus, feliciores quondam duces Romanos fuisse. Ne tamen otio corrumperetur miles, inter Mosam & Rhenum fossam duxit ad XXIII. milia passuum, qua incertæ Oceani restagnationes prohiberentur. Vide Tacitum lib. XI. Dionem extremo libro LX.

Fossa inter Mosam & Rhenum ducta sub Claudio Cæsare.

Q. Curtius Rufus. Q. Curtius //. f. //. n. Rufus, Leg. Ti. Claudij Cæs. Aug. Procos. in Germania. Obscura origine, gladiatore patre natus, Quæsturam & mox Præturam Tiberij suffragio assecutus, demum sub Claudio Consulare imperium, & hoc anno triumphi quoque insignia non diu post Corbulonem adeptus est, eò quòd in agro Mattiaco trans Rhenum recluserat specus quærendis venis argenti, vnde tenuis fructus, nec diuturnus fuit, sed legionibus cum damno labor. Atque ita subactus miles componit clanculum litteras exercituum nomine precantium Imperatorem, vt quibus permissurus esset exercitus, triumphalia ante tribueret. Hæc fere Tacitus libro XI. Item Suetonius scribit, epistolam communi legionum nomine extitisse ad Claudium, petentium vt legatis Consularibus simul cum exercitu & triumphalia darentur, ne caussam belli quoquo modo quærerent.

L. Saluius M. f. //. n. Otho, pater Imperatoris, Africam Procos. obtinuit, Ser. Galbæ succedens, quàm seuerissimè administrasse Suetonius auctor est, vt suprà in Illyrica legatione demonstraui.

A. Plautius M. f. A. n. Siluanus. ann. DCCXCIX.

Procos. ouans. ex. Britannia //. //. //.

Britannicum bellum. Bellum Britannicum à Claudio Cæsare excitatum, ipso absente, in hunc annum vsque varia fortuna gestum fuit, quemadmodum ex Dione possumus colligere, qui bellum illud Vespasianorum in primis virtute, patris atque filij (qui ambo postea ad Imperium peruenere) confectum fuisse narrat. Plautium e prouincia reuersum, ob res bene gestas laudatum ac triumpho decoratum. Sed ouatione hoc intelligendum esse docet Tranquillus: A. Plautio, inquit, etiam ouationem decreuit, ingressoque vrbem obuiam pro- » gressus, & in Capitolium eunti, & inde rursus reuertenti latus texit. Ouationem appellat » item Tacitus de eodem Plautio scribens libro XIII. Pomponia (inquit) Græcina insi- » gnis fœmina Plautio, qui ouans se de Britannis retulit, nupta, ac superstitionis externæ » *A. Plautij ouatio.* rea, mariti iudicio permissa est. Ceterum Eutropius & Paulus Diaconus ouationem a » triumpho non discernentes, Plautio triumphanti læuam texisse Claudium scribunt.

ANNI P. R. C. DCCC.

Consules.

A. Vitellius L. f. P. n. Qui posteà L. Vipsanius. //. f. // n. Poplicola Augustus appellatus est.

Ex Kal. Iulîs. L. Vitellius L. f. P. nepos.

C. Silius C. f. P. n. Nerua. in annum insequentem designatus erat, non iniit.

IN Dione & Tabulis Græcis Consules eius anni non habentur. Tacitus autem prodit A. Vitellium, L. Vipsanium: Cassiodorus & Marianus Vitellium & Poplicolam, quod Vipsanij cognomen videtur esse. Eodem anno L. Vitellius P. f. post tertium Consula- *A. & L. Vitellij.* tum Censor, duos filios Consules vidit, auctore Tranquillo, cuius hæc verba sunt; Deces- » sit paralysi, altero die quàm correptus est, duobus filiis superstitibus, quos Consules vidit, » & quidem eodem ambos totoque anno, cùm maiori minor in sex menses successisset. » Quemadmodum & in Africa prouincia alter alteri successit Imperatori frater, substi- » titque fratri Imperator Legatus. Fratrem verò Imperatoris Lucium vocat Tacitus li- » bro XVII. & inter Consulares recenset, quos secum Otho duxit in expeditionem Bebriacensem contra Vitellium. Quin & lib. XIX. breuiter & succinctè dicit, Vespasianum, qui iam cum Plautio è Britannia reuersus erat, Vitellij Consulis hoc anno clientê fuisse, cùm Vitellius pater collega Claudio foret in Censura. Paucissimis verbis insinuans summos eodem tempore patris & filij magistratus: quos multo clariùs exprimit Suetonius.

C. Silius C. f. P. n. Nerua. Messallinæ amasius, in annum insequentem, ipsa satagente, Consul designatus iamdiu ante fuerat, sed antequam iniret, cum Messallina, stupris adulterijsque vtriusque detectis, pœnas morte pependit: quemadmodum pulcherrimè in actis huius anni narrat Tacitus. Meminere Tranquillus & Dio. Pater eius fuit C. Silius, qui Germanici Legatus triumphalia meruit ex Germania, & postea a Tiberio damnatus repetundarum periit Tacito & Zonara auctoribus: item Seneca in Claudij Ludo, vbi locum mutilum auxilio manuscripti vetusti exemplaris bibliothecæ S. Aman-

„ S. Amandi in Belgica sic emendo: Hic erat C. Silius Cos. design. Iunius Prætorius, &c
„ Forte legendum; Cos. desig. vnus: Prætorij sex, Trallus, M. Heluius, Trogus, Cotta,
„ Tectus, Valens, Fabius eq. Rom. quos Narcissus duci iusserat. Messallina clancularijs stupris & adulterijs non contenta, C. Silio, quem anno superiore Consulem in secundum annum designari curarat, nupsit, dote inter Auspices consignata, & Claudio ab vrbe Ostiam sacrificij caussa profecto, palàm nuptiarum solemnia Romæ celebrat. Res à Narcisso liberto ad Claudium delata est. Quo confestim Romam reuerso, rapti ad supplicium C. Silius aliique plures equites Rom. illustres, Messallinæ adulteri, ac nouarum nuptiarum conscij; & paullò pòst Messallina in hortis Lucullianis Narcisso iubente occiditur. Palans libertus non diu posteà Claudio nouum matrimonium cum Germanici fratris filia Agrippina, quæ ex Cn. Domitio Neronem genuerat, conciliauit, statimque Octauia Claudij filia, vt duplicaretur incestus, Neroni iuncta; L. Silano, cui multò antè eam desponderat Claudius, reiecto. Vide Tacitum, Suetonium, & Dionem. *Messallina mors.* *Agrippina Claudij uxor.*

Censs. Ti Claudius. Drusi. F. Cæsar Aug. Germanicus. L. Vitellius. P. F.
Lustr. fec. LXXIIII.

Gessit & Censuram Claudius cum L. Vitellio intermissam diu post Paullum Plancumque Censores: sed hanc quoque inæqualiter varioque & animo & euentu; multa nimirum frigidè & stolidè aliquoties ex iudicij inopia. Cum de supplendo Senatu ageretur, Galliæ Comatæ, quæ iam dudum ciuitatem Rom. erat assecuta, ius adipiscendorum in vrbe honorum indulsit, habita super ea re in Senatu ornatissima oratione, quam Tacitus libro XI. recenset. primique Senatorum in vrbe ius adepti sunt Hedui, quod datum fœderi antiquo, quo soli Gallorum, fratres pop. Romani sunt appellati. Vetustissimum quemque Senatorum deinde in numerum patriciorum asciuit: famosos probris Senatu depulit exemplo Augusti, monitos ante vt vltrò cederent. Ob quæ Vipsanius Consul Claudium Patrem Senatus appellandum censuit, sed assentationem reiecit Claudius. At in recognitione equitum, iuuenem plenum probri, sed quem pater probatissimum sibi affirmabat, sine ignominia dimisit, habere dicens censorem suum. Alium adulterijs famosum nihil amplius quàm monuit, vt parcius vel cautiùs ætatulæ indulgeret, addiditque: Cur enim mihi sciendum quam amicam habeas? Cùm orantibus familiaribus notam demptisset cuidam, Litura tamen, inquit, extet. Græcum, principem virum, ac ciuem Romanum, ob Latinæ linguæ ignorantiam in peregrinitatem redegit, ciuiumque numero expunxit. Notauit multos, & quosdam inopinantes, & plures sine dedecore innoxios, vt, quibus cælibatum, orbitatem, aut egestatem cum obiecisset, maritos, patres, atque opulentos se probarent. Legimus apud Plinium lib. XXXIII. in hac Censura Flauium Proculum eq. Rom. trecentos fecisse reos, quos seruitute primum liberatos sciebat, & ad annulorum aureorum iura nihilominùs transiliissent. Fuerunt & hæc in Censura eius notanda; in primis T. Fullonius Fononensis, annorum CL. à Claudio census, quod verum apparuit, ex censibus quos ante detulerat collatis. Deinde quòd essedum argenteum sumptuosè fabricatum ac venale, ad sigillaria redimi, concidique coram imperauit. Quodque vno die XX. edicta proposuit, inter quæ duo, quorum altero admonebat, vt vberi vinearum prouentu bene dolia picarentur, altero nihil æquè facere ad viperæ morsum, quam taxi arboris succum. L. Vitellij collegæ perniciosior ea nota fuit, cùm Censoris nomine seruiles fallacias obtegens, Agrippinæ in gratiam filio Neroni Octauiam ambientis, L. Silanum cui desponsata multo prius erat, lecto iam Senatu, Lustroque condito, Senatu mouit, amores sororis Iuniæ falsò eidem obijciens. Lustrum ex more condidit Claudius, quo censa sunt ciuium LXIX. centena, XLIV. milia. Cuius cum Tacito etiam Eusebius & Cassiodorus meminere, quod tamen non anno suo in eorum Chronicis annotatum est: nam biennio ante eam descriptionem factam vult Cassiodorus; & triennio Eusebius. Tacito quidem congruit Plinius libro X. cap. II. scribens ex Corn. Valeriano Phœnicem in vrbem allatum, Claudij principis Censura, anno vrbis DCCC. & in comitio propositum: qui Sex. Papinio & Q. Plautio Coss. Ægyptum Tiberij tempore inuolauerat. Quod ita gestum præter Censuræ, etiam vrbis actis annotatum fuit. Idem scribit Solinus cap. XXXVI. de Arabia. Hæc ferè ex Suetonio, Tacito, Plinio, alijsque iam nominatis. Atque deinceps Lustrum nullum conditum ante Vespasianum & Titum Censores, quos LXXV. condidisse ab vrbe condita, & a primo
„ Lustro Ser. Tullij regis Censorinus tradit, cuius verba sunt hæc: Cùm inter primum à
„ Seruio Rege conditum Lustrum, & id quod ab Imp. Vespasiano V. & Cæsare III.
„ Coss. factum est, anni interfuerint paulò minus sexcentis quinquaginta, Lustra tamen per ea tempora non plura quam septuaginta sunt facta: & postea planè fieri desierunt.

Claudij Censura Cæsura. *Hedui, fratres Rom. dicti.* *In peregrinitatem redegere.* *Taxi arboris succus cui bono.* *Phœnix in vrbem allatus sub Claudio.*

Prætores.

L.Iunius M.f.M.n.Silanus.Coact.abdic.IIII.Kal.Ian.in eius loc. factus est ... Eprius ... f. ... n. Marcellus. Quem inter oratores eius sæculi enumerat Tacitus. L. Silano Claudius iam multò antè filiam alteram, quæ post Octauia appellata est, desponderat, iuuenemque generum sibi, & alias clarum, bello Britannico triumphalium insigni, atque inde gladiatorij muneris magnificentia protulerat ad studia vulgi. Ob hæc Agrippinæ inuisum, Vitellius ingruentium dominationum prouisor, tum Censoris nomine seruiles fallacias obtegens, repente per edictum ordine Senatorio mouit, Iuniæ Caluinæ sororis amores obiiciens; quamquam lecto pridem Senatu, & Lustro condito. Simul affinitatē Claudius diremit, adactusque Silanus eiurare magistratum, & reliquus Præturæ dies in Eprium Marcellum collatus est. Silanus infelix, desponsata abducta, die nuptiarum Claudij & Agrippinæ insequenti anno mortem sibi consciuit. Vide Tacitum libro XII. Suetonius ait, Silanum abdicare se Prætura ante quartum Kal. Ianuar. morique initio anni coactum, die ipso Claudij & Agrippinæ nuptiarum.

Prouinciæ.

C.Cassius ... f. ... n. Longinus, Syriam obtinuit, Vibio Marso successor datus. Iurisconsultus fuit qui anteà Procos. Asiæ, propemodum à Caligula ob nomen ac genus fuit occisus, quemadmodum ante suo loco dixi. Ante triennium Syriæ præfectum à Claudio fuisse, Iosephus auctor est libro XV. & XX. item Zonaras: sed aliter Tacitus libro XII. qui anno sequenti a C.Cassio Syriæ Procos. Parthis Mehardatem, ab ipsis Roma per Legatos accitum, Regem Claudij iussu datum fuisse tradit.

... Cadius ... f. ... n. Rufus, Proquæstore Bithyniam cum Ponto obtinuit. Anno sequenti Romam reuersus, accusantibus Bithynis, repetundarum damnatus, in exilium mittitur: Tacitus libro XII. Idem XVII. scribit ab Othone rerum potiente reuocatum postea & Senatui restitutum.

... Ventidius ... f. ... n. Cumanus, Iudæam obtinuit. Alexandri successor anno octauo monarchiæ Claudij, quo ingens Ierosolymis seditio efferbuit Azymorum diebus, ex militari petulantia, qua viginti circiter milia Iudæorum periere. Hinc populationes agrorum ac latrocinia exorta, per aliquot tempus durarunt. Vide Iosephum libro XX. cap. V. De bello Iudaico libro II. cap. XI. & Zonaram.

C. Iulius Sex. f. Cor. Postumus, Ægyptum obtinuit. Quod docet titulus aræ votiuæ antiquus, adhuc extans Romæ ad Forum Neruæ, marmoreæ basi insculptus. Adfuisse videtur & statua Claudij aurea pondo quindecim. Refert autem inter alios eius titulos Consulatum quartum, Censuram, & septimam eius Tribunitiam potestatem; ex quibus colligimus, hoc anno dedicatam fuisse. Est autem inscriptio hæc:

PRO. SALVTE
TI. CLAVDI. CAESARIS. AVG. GERMANICI. PONT. MAX. TRIB. POT. VII. COS. IIII
IMP. XV. P. P. CENSORIS ////////////// LIBERORVMQVE //////////
EX. VOTO. SVSCEPTO. C. IVLIVS. SEX. F. COR. POSTVMVS. PRAEF. AEGYPTI
TI. CLAVDI. CAESARIS. AVG. GERMANICI EX. AVRI. P. XV.

Nomina Messallinæ, Britannici, ac Octauiæ erasa fuisse Neronis tempore suspicor.

ANNI P. R. C. DCCCI.

Consules.

C. Pompeius ... f. ... n. Longinus Gallus. Q. Verannius. Q. f. ... nepos.
Ex ... Mai. L. Memmius ... f. ... n. Pollio.
Q. Allius ... f. ... n. Maximus.

DIO & Tabulæ Græcæ parum aut nihil succurrunt in reddendis Consulum nominibus. In Tacito habemus C. Pompeium, Q. Verannium: in Cassiodoro & Marino Verannium & Gallum. Frontinus ait, Q. Veranmio, Pompeio Longino Coss. Cn. Domitius Afer in cura aquarum Didio Gallo successit. Recenset item Consules cum

cum anno vrbis conditæ Solinus cap. II. breuiter ex actis publicis colligens & probans,
» vrbem Romam fuisse conditam Olympiadis VII. anno primo. Eius verba hæc sunt: Huic
» argumento id accedit, quod cum C. Pompeius Gallus & Q. Verannius, anno vrbis
» conditæ octingentesimo primo fuere Consules, Consulatu eorum Olympias septima &
» ducentesima actis publicis annotata est. Q. Verannium Trib. plebis ante habuimus. Fortassis ad hunc extat Onosandri libellus de optimo Imperatore. Tacitus autem, vbi Agrippinæ cum Claudio matrimonium describit, huius anni principio Consulem designatum appellat Memmium Pollionem, & magnis promissis inductum scribit, vt sententiam expromeret, qua hortaretur Claudius despondere Octauiam Domitio. Quem Consulem cùm anno sequenti non habeamus, verisimile est, in partem huius anni designatum fuisse. Suffragatur inscriptio antiqua ad Fanum Fortunæ reperta, in qua ipse & collega leguntur, & ante Kal. Iunias iniisse discimus:

Onosander de optimo Imperatore.

L. RASIVS. L. L
POLYBIVS
PORTICVM. DEDIC
.X. KAL. IVN.
L. MEMMIO. POLLIONE
Q. ALLIO. MAXIMO COS.

Claudius Cæsar Agrippinam fratris Germanici filiam vxorem duxit, & eius in gratiam Senatus tale coniugiorum genus, quod ad id tempus habebatur incestum, decreto legitimum censuit. Mox Octauiam filiam L. Silano prius desponsatam, vxoris Agrippinæ filio L. Domitio despondit.

Parthi per Legatos ab vrbe Regem Mehardatem petierunt, iussusq; à Claudio C. Cassius Procos. Syriæ ipsum ad Euphratis ripam ducere. Verùm mox in regnum veniens Mehardates, à suis qui acciuerant desertus, a Gotarze aduersario superatus & captus est. Mithridates Bosphoranus Regem Dandaridarum exturbat, regis Soracorum Zorsinis auxilio. Ambo, expugnatis vrbibus à Iulio Aquila eq. Rom. qui cum cohortibus paucis in præsidio vicino manebat, & Eunone Adorsorum rege amico, in potestatem redacti, semet dediderunt. Zorsini venia data, Mithridates vinctus Romam ad Claudium missus est. Ituræi & Iudæi, defunctis Regibus, Syriæ additi, vt Tacitus, sed discrepat (vt antè dixi) Iosephus. Pomœrium vrbis auxit eodem anno Cæsar Claudius more prisco, quo iis, qui protulere Imperium, etiam terminos vrbis propagare datur, veluti L. Sulla & Diuus Augustus fecerant. Extat adhuc Romæ rei illius memoria, marmorea in basi titulus sculptus, quem eo lubentius hic adfero, quòd etiam à Claudio inuentas litteras quasdam, vsu tum temporis ipso dominante receptas, contineat. Est autem talis:

TI. CLAVDIVS
DRVSI. F. CAISAR
AVG. GERMANICVS
PONT. MAX. TRIB. POT
VIIII. IMP. XVI. COS. IIII.
CENSOR. P. P
AVCTIS. POPVLI. ROMANI
FINIBVS. POMERIVM
AMPLIAꟲIT. TERMINAꟲITQVE

Vide Tacitum libro XII. Suetonium & Dionem.

Prætor.

T. Vinius //. f. //. Rufinus. Qui posteà cum Imperatore Galba in Consulatu occisus est, hoc quasi tempore Prætor fuit, & post Præturam legioni præpositus, probatusque: sed Romam deinde reuersus, probro seruili respersus est, tamquam scyphum aureum in conuiuio Claudij furatus. Et Claudius in posterum diem reuocato soli omnium fictilibus ministrari iussit: Auctores Tacitus lib. XVII. & Suetonius.

Furtum aurei scyphi quomodo punitum à Cæsare Claudio.

Prouinciæ.

T. Flauius T. f. T. n. Sabinus, frater Vesp. Imp. Leg. Ti. Claudij Cæsaris Aug. Mœsiam per septennium obtinuit, hoc quasi tempore impositus prouinciæ, quem-

admodum ex Taciti verbis elicere est, libro XIX. Quo loco eius exitum describit à Vitellianis in Capitolio capti & occisi: Hic exitus, inquit, viri, haud sane spernendi; quinque » & XXX. stipendia in Rep. fecerat, domi militiæque clarus. Innocentiam iustitiamque » eius non argueres; sermonis nimius erat. Id vnum septem annis quibus Mœsiam, duo- » decim quibus Præfecturam vrbis obtinuit, calumniatus est rumor. Hæc Tacitus. Occi- » sus autem Sabinus in vrbis Præfectura DCCCXXI. anno, capto à Vitellianis & incenso Capitolio. Aufer septem, ac vno intermedio, dein duodecim annos; & hoc ferè tempore Mœsiam regere cœpisse intelliges.

..Iunius ..t. ..n. Cilo Proquæstore Bithyniam cum Ponto obtinuit, Cadio Rufo succedens. Mithridatem regem deditum Romam vexit: quapropter Consularia insignia ei sunt decreta; sed Procuratorem Ponti appellat, deinde missum in damnati Cadij Rufi locum ex Dione colligimus, & vltra quadriennium prouinciam exhausisse. Quo ferè tempore à Bithynis Romæ apud Claudium accusatus repetundarum, fauente Narcisso seruatus est. Cùm enim multis clamoribus accusarent Bithyni, & Claudius præ turba non intelligens quid vellent, assistentes rogaret, quid dicerent Bithyni: Narcissum mentitum respondisse aiunt, Agere eos gratias Iunio. Claudium simplicem & credulum statim subdidisse: Præsit ergo eis adhuc biennium. In Tacito perperam Iunius Colo legitur. Rectiùs in Dione Cilo, à forma capitis cognomen tractum. Velius

Cilones vnde Romæ dicti.

enim Longus de Orthographia, Cilones, longi & angusti capitis homines appellari scribit.

Ti. Claudius Aug. Libertus Felix, Iudæam obtinuit. Frater Palantis liberti, qui summæ apud Claudium tunc auctoritatis erat. Eo anno in Iudæam missus ob seditiones sub Cumano exortas. Nam tum Iudæi, vt antè dictum, speciem motus præbuerant, qui magis intestino in ipsos odio tum excruduit, Samaritanis & Galilæis per latrocinia ac cædes inuicem infestantibus. Cui malo cùm Ventidius Cumanus non satis occurreret, Samaritæ Felici attributi sunt, Ventidio Galilæi; vti diuisis Prætoribus, dissidiorum caussæ fugerentur. Felix autem cuncta malefacta sibi impunè ratus tanta potentia fratris subnixo, ad deterrima Ventidio, ob diminutam prouinciam infenso, fuit æmulus. Igitur partes dissidio & contemptu regentium minùs coërcitæ, raptare inter se, immittere latronum globos, & aliquando prælijs congredi iustis, spoliaque & prædas ad Procuratores referre. Qui primò conniuere ac lætari, mox gliscente pernicie cùm

Quadratus Syriæ Procos.

arma militum interiecissent, cæsi item milites, ni Quadratus Syriæ tum Procos. à Claudio iussus anno post hunc tertio subuenisset. Cui caussas seditionis cognoscenti, Iudæos plectere non fuit difficile, qui in necem militum proruperant: sed Cumanus & Felix cunctationem adferebant; quia Claudius caussis rebellionis auditis, ius statuendi etiam de Procuratoribus dederat. Sed Quadratus Felicem, qui gratia Romæ per fratrẽ pollebat, offendere veritus, inter iudices ostentauit receptum in tribunal, quò studia accusantium deterrerentur. Damnatusque flagitiorum, quæ duo commiserant, solus Cumanus in exilium pulsus est, & quies Iudææ reddita, quę ab anno quo hæc accidêre DCCCIV.

S. Paullus caussam dixit apud Felicem. Act. XXIV.

Felici tota deinde commissa est, apud quem Paullus Apostolus Ierosolymis caussam dixit, vt in Actis, & Eusebij Chronico legimus. Vide omnia latiùs apud Iosephum libro XX. Zonaram, & Tacitum libro XII. quem in ea historia mutilatum & mancum intelliges. Prouinciam seditionibus & latrocinijs inquietem semper habuit vsque ad annum DCCCVII. quo successor ei datus est. Repetundarum deinde a Iudæis accusatus, Palantis fratris gratia euasit. Suetonius trium reginarũ maritum dicit. Vide præter iam no-

Antonius Felix. Libertus Antoniæ de quo Lucas Act. 24. & Tacitus.

minatos & Eusebium in Chronico, & Apostolorum Acta. Antonium Felicem appellat Tacitus, nec male, Palas enim, & frater eius hic Felix, Antoniæ matris Claudij Aug. fuerant serui, sed in libertatem asserti, Claudiæ domui ex testamento accesserunt. De hoc Tacitus lib. XX. Iudæam prouinciam equitibus Rom. aut libertis permisit Claudius: è quibus Antonius Felix per omnem sæuitatem ac libidinem ius regium seruili ingenio exercuit, Drusilla Cleopatræ & Antonij nepte in matrimonium accepta, vt eiusdem Antonij, Felix progener, Claudius nepos esset.

ANNI

ANNI P. R. C. DCCCII.

Conſules.

C. Antiſtius C. f. C. n. Vetus. M. Suillius *n.* f. *n.* n. Rufus.

ANNVS inſequens Conſules habuit C. Antiſtium, M. Suillium, velut eos nominat Tacitus; vt autem Caſſiodorus, Veterem & Neruilianum, quod aliqui in Seruilianum mutarunt, adoptatitium Suillium facientes: Tacitus Nerulinum P. Suillij filium libro XIII. nominat. Ego rem dubiam ſub iudice relinquo donec quid certius reperiatur. Suillium Rufum vocat Plin. libro VII. capite V. & Conſulem fuiſſe ſcribit.

Adoptio in L. Domitium Agrippinæ f. auctoritate Palantis feſtinatur. Qui obſtrictus Agrippinæ, vt conciliator nuptiarum ac mox ſtupro eius illigatus, ſtimulabat Claudium, conſuleret Reip. Britannici pueritiam robore circumdaret. A quo euictus, biennio maiorem natu Domitium filio Britannico anteponit, habita apud Senatum oratione in eumdem, quem à liberto acceperat, modum. Actæ Principi grates exquiſitiore in Domitium adulatione, rogataque lex, qua in familiam Claudiam & nomen Neronis tranſiret, augetur & Agrippina cognomento Auguſtæ. Hinc titulus ille plurimum lucis accipit, qui eodem mox tempore ſignis argenteis votiuis adſcriptus adhuc extat, in quo Nero Cæſaris filius, & Agrippina Auguſta vocatur. Eſt autem iſte:

PRO. SALVTE
TI. CLAVDI. CAES. AVG. GERMANICI. PONT. MAX
TRIB. POTEST. X. IMP. XIIX. COS. IIII. DESIG. V
SIGN. ARGENTI. P. X. ET. PRO. SALVTE
NERONIS. CAESARIS. F. ET. AGRIPPINAE. AVG.
SIGN. ARG. P. V. VOTO. SVSCEPT
VIATORES. ET. SCRIBAE. LIBR. ET. PRAEF
PRINCEPS. LATINVS. ET. FELIX. DED

Eodem quoque anno in Agrippinæ gratiam Vbiorum in oppidum colonia deducta eſt, in quo nata erat, cui nomen inditum ex ipſius vocabulo. Et fortè acciderat, vt eam gentem Rheno tranſgreſſam auus Agrippa in fidem acciperet.

Catti populabundi a legionibus Rom. circumuenti & cæſi ſunt. Vannius Sueuorum rex à ſororis filiis regno pulſus, in Pannonia iuſſu Claudij agros accepit. Britanni rebellantes variis prælııs tracti, & capto Caractaco duce denuò ſubiugati ſunt. Vide Tacitum libro XII. & Suetonium, Dionem, & Zonaram. *Vannius Rex Sueuorum.* *Britanni rebellans.*

Prætor.

L. Annæus M. f. *n.* n. Seneca, orator. Anno ſuperiore Agrippina veniam exilij pro Seneca, ſimul Præturam impetrarat, ob claritudinem ſtudiorum, vt Neronis pueritia tali magiſtro adoleſceret, & conſiliis eiuſdem ad ſpem dominationis vteretur. Senecam verò Claudius initio principatus, Meſſallinæ inſtinctu, adulterij cum Iulia Agrippinæ ſorore inſimulatum in Corſicam relegauerat. Ex quo ſuperiore, vt dixi, anno Agrippina intercedente reuocatum, & Prætura inſuper ornatum fuiſſe, Tacitus libro XII. auctor eſt. Tranquillus iam tunc Senatorem dicit. Quæſturam ante exilium ipſum geſſiſſe indicat Conſolatio eius ad Albinam matrem. *L. Annæus Seneca Prætor, & Neronis præceptor.*

Prouinciæ.

T. Vinidius *n.* f. *n.* n. Quadratus, Procos. Syriam obtinuit, C. Caſſio ſuccedens. Anno ſequenti Iberos, Armenios ac Parthos inter ſe bellantes fruſtrà compeſcere auctoritate conatus eſt, quemadmodum diffuſè narrat Tacitus libro XII. in actis eius anni. Diſſenſiones ac latrocinia Iudæorum deinde ſedauit, amoto atque Romam miſſo Cumano, vt paullò ante declaraui. Prouinciam rexiſſe ad decennium, in eademque mortuum, ex Taciti libro XIII. & XIV. cognoſcere eſt. In Ioſepho incorrectè Numidius Quadatus legitur.

Q. Pomponius. *n.* f. *n.* n. Secundus, Leg. Procos. Ti. Claudij Cæſ. Aug. in Germania ſuperiore. Cattorum incurſiones vltus eſt, vno prælio exercitu hoſtium *Q. Pomponius poeta.*

conciso. Qui mox maioris periculi metu, Legatos in vrbem & obsides misêre. Decretusque (vt ait Tacitus) Pomponio triumphalis honos, modica pars famæ eius apud posteros, in queis carminum gloria præcellit. His verbis apertè satis ostendit Q. Pomponium poëtam hunc esse, cuius & dialogo de Oratore (nisi hic Quinctiliani potius fetus est:) & in historia non semel mentionem facit, summa semper illius cum laude. Bis antè Consulem habuimus; sub Tiberio primum, & continuò post Consulatum ob linguæ libertatem in carcere per septennium afflictus; a Caio Cæsare liberatus, & Consul deinde iterùm factus, quo anno Caius occisus est. Sed variatio prænominis errore distrahit Lectorem: libro enim XII. L. Pomponius appellatur, & præcedenti Publius, vtrobique mendose. Plinius vatem ciuemque clarissimum vocat libro XIII. cap XII.

P. Ostorius . f. . n. Scapula, Leg. Ti. Claudij Cæs. Aug. Propr. Britanniam obtinuit. Hostium in primis populationes compescuit, Icenos rebellantes ingenti prælio vicit, in quo M. Ostorius eius filius seruati ciuis decus meruit. Syluras Ordouicasque bellicosissimas gentes prælio item fudit; Caractaco eorum duce cum vxore, filia, ac fratribus capto. Quibus Romam missis, decernuntur P. Ostorio triumphalia insignia. Non tamen quies confestim Britanniæ reddita, sed exortæ variis rursùm locis rebelliones, ac crebra deinde prælia latrocinij in modum per saltus, per paludes facta; interceptæ etiam cohortes incautius populantes, adeò vt fessus tædio curarum Ostorius in prouincia tandem sit mortuus. Cui per aliquot annos præfuisse testatur Tacitus libro XII. vbi latiùs eius res gestas describit. Meminit etiam in vita Agricolæ.

P. Atilius . f. . n. Hister. Pannoniam obtinuit. Vannium Sueuorum regem profugum excepit, & Claudij iussu agros ipsi clientibusque suis assignauit: Tacitus libro XII.

ANNI P. R. C. DCCCIII.

Consules.

Ti. Claudius Drusi f. Cæsar. Aug. Germanicus V. — Ser. Cornelius . f. . n. Scipio Orfitus.

Ex Kal. Iul. — C. Mincius. . f. . n. Fundanus.
C. Vettennius . f. . n. Seuerus.

Ex Kal. Nou. — T. Flauius T. f. T. n. Vespasianus, Qui posteà Cæsar Augustus appell. est.
. . . f. . n. .

SVBIICIVNTVR inde Consules à Cassiodoro & Mariano Claudius & Orfitus: in tabulis Cuspiniani, Ti. Claudius V. & Orfitus: item in Tacito Ti. Claudius V. Ser. Cornelius Orfitus. Scipionis cognomen attribuit etiam libro XI. & item XII. Porrò Claudius hunc solum nouissimum Consulatum per sex menses gessit, vt Tranquillus testatur loco iam ante memorato. Adiungit ex Kal. Iuliis igitur Onufrius C. Mincium Fundanum & C. Vettennium Seuerum, idq; ex antiquo titulo Claudij quintum hunc Consulatum, & Tribunitiam potestatem vndecimam referente. Eodem anno Ex Kal. Nouembribus Vespasianum Imperatorem iniuisse primum suum Consulatum, quem sub Claudio gessit, ex Suetonij Domitiano cognoscimus, qui natus est IX. Kal. Nouembris, patre, inquit, Consule designato, & ituro mense sequenti honorem. Et rursus in Vespasiano, ipsum Claudio Principe scribit ob res in Britannia benè gestas, præter triumphalia & duplex sacerdotium, accepisse insuper Consulatum, quem gessit per duos nouissimos anni menses. Hinc Tacitus libro XVII. de eodem: Primo triumphalia, inquit, & Consulatus, & Iudaicæ victoriæ decus implesse fidem ominis videbantur. Apud Philostratum denique, in vita Apollonij, libro V. cap. X. Vespasianus ipse verba de Nerone faciens, ait se submisisse illi propter Claudium: Qui, inquit, me Consulem, & arcanorum consiliarium fecerat. Igitur quando Domitianum anno vrbis DCCCXLVIII. fuisse occisum constat, vixisseque annos XLIIII. menses X. dies sex & XX. ex Dione & Tranquillo: facile quilibet ipsum hoc anno natum intelliget, quo pater Consulatum gessit. Collegam vero eius non reperio, nisi forsan Hordeonius Flaccus fuerit, quem senem, & Consularem Legatum in superiore Germania fuisse initio Principatus Galbæ constat ex Tacito & Plutarcho. Sed hæc tantùm ex coniectura.

Domitianus quando natus.

Neroni,

Neroni, inquit Tacitus, virilis toga maturata est, quò capessendæ Reip. habilis videretur. Et Cæsar adulationibus Senatus cessit, vt vigesimo ætatis anno Consulatum Nero iniret, atque interim designatus Proconsulare imperium extra vrbem haberet, ac Princeps iuuentutis appellaretur. Additum nomine eius donatiuum militi, congiarium plebi. Claudio autem arcus marmoreus in honorem, titulis & imaginibus domus suæ insignis, erectus; veluti ex fragmentis, nuper Romæ in Via lata erutis, colligere est: inter quæ reperitur vndecima huius anni Tribunitia potestas. Titulos autem Antoniæ matris, Germanici fratris, Agrippinæ vxoris, Neronis & Octauiæ filiorum ad me misit Nicolaus Florentius, vir vti doctus & perhumanus, ita mihi non parum amicus. Ex quibus hoc loco Neronis titulum ascribere satis erit, in quo item honores hoc anno ipsi (vt Tacitus auctor est) decreti leguntur: verum litteras vetustate erosas vel contractas hoc modo suppleui: *Antonia Claudij Cæsaris mater: & Agrippina eius uxor Neronis mater.*

NERONI
CLAVDIO. AVG. F. CAISAII
DRVSO. GERMANICO
PONTIF. AVGVRI. XVEIR. S. F
VIIEIR. EPVLON
COS. design. Procos
PRINCIPI. IVVENTVTIS

Consul itaque designatus, Procos. ac Princeps iuuentutis deinceps appellatus ad Imperij vsque initium, quo primum cepit Consulatum, licet needum viginti annorum esset. Reperiuntur adhuc aurei argenteique nummi, congiario donatiuoque, ni fallor, tum distributi, in quibus etiam Consul designatus, Princepsq; iuuentutis appellatur. Verum hæc Laurino Goltzioque nostris excutienda reliquimus; quorum opus De numismatibus antiquis in lucem prodit.

Prodigia quæ hoc anno interuenere, Tacitus recenset diffusè: bellum item Armeniorum cum Iberis; vtque occuparit Armeniam Vologeses Parthorum Rex, fratremq; Tiridatem regno illi imposuerit, vt bis insuper famem, & ex hac seditionem plebis contra Claudium, qui in foro fragminibus panis a plebeia multitudine ita infestatus fuit, vt ægre, nec nisi postico euadere in palatium potuerit. Quemadmodum Suetonius & item Orosius scribunt. Meminit Eusebius in Chronico, tres quoque soles tum visos referens, de quo Plinius ita libro II. cap. XXXVII. Et nostra vidit ætas, Diuo Claudio Principe, Consulatu eius quinto, Cornelio Orfito collega, trés soles. *Prodigia sub Cæsare Claudio.*

Prouinciæ.

... Iulius .. f. .. n. Pelignus, Cappadociam Proquæstore obtinuit. Ignaui animi, & deridiculo corporis habitu iuxtà despiciendus, sed Claudio perquàm familiaris. Is auxiliis prouincialium contractis, tamquam recuperaturus pop. Rom. nomine Armeniam, donis Rhadamisti Iberi, qui eam occupauerat, & suamet necessitate compulsus, vltrò regium insigne ipsum sumere hortatur, sumentique adest auctor & satelles: Tacitus lib. XII.

ANNI P. R. C. DCCCIV.

Consules.

Faustus Cornelius .. f. .. n. Sulla. L. Saluius L. f. M. n. Otho Titianus.
Ex .. .. .. Seruilius .. f. .. n. Barea Soranus.

SEQVVNTVR Consules in Cassiodoro & Mariano, si correctè legas, Sulla & Saluius; non Siluanus & Silunus: in Tabulis Cuspiniani Sulla & Otho: in Tacito autem Faustus Sulla, & Saluius Otho. Frontinus Sullam & Titianum hos appellat: quod facit vt fratrem Imperatoris Othonis fuisse putem L. Titianum, qui Procos. Asiam anno suo sortitus est, quando Saluium Othonem appellet Tacitus, qui eiusdem anni principio Consulem designatum insuper nominat Bareams Soranum, vbi de Palantis honoribus agit, cui Prætoria insignia, & centies quinquagies sestertium censuisse dicit. Cum ergo Consulem anno insequenti Baream non reperiamus, in parte huius anni suffectum arbitror, *L. Saluius Otho.*

Faustus Sulla gener Claudij Imp. tror, quem Asiæ Procos. deinde suo anno fuisse constabit. Faustus Sulla (Suetonio, Tacito, ac Zonara ex Dione auctoribus) gener erat Claudij per nuptias Antoniæ filię, quam illi, Cn. Pompeio occiso, collocauerat. Cuius nobilitas Neroni deinde suspecta, exilij ac mortis occasio fuit.

Mathematici denuò Italia pulsi. Iudæorum seditiones composita. Mathematici S. C. Italia denuò pulsi. Statutum insuper, Vti fæmina ignaro domino commixta seruo, in sui seruitutem consensisse diceretur, & qui nati essent, pro libertis haberentur. Iudæorum seditiones & discordiæ inter Galilæos & Samaritas Cumano Ventidio ac Felice liberto auctoribus, per Vmidium Quadratum Syriæ Procos. compositæ sunt, Cumano Romam, atque inde in exilium misso. Prouinciam solus postea Felix rexit. Nec multò pòst agrestium Cilicum motus Troloboro duce excitati, per Antiochum regem sedati sunt. Interim in Italia Claudius Fucinum emisit, & Naumachiam in ipso lacu magnificentissimè exhibuit, quam pulchre describunt Tacitus, Dio, Suetonius, & Eusebius de Temporibus.

Eodem anno duos Aquæductus à Caligula primùm inchoatos, magnificentissimè consummatos dedicauit, vt & titulus indicat formis ipsis insculptus litteris cubitalibus, quo loco vrbi simul inferuntur, ad portam Esquilinam. Is talis est:

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CÆSAR. AVGVSTVS. GERMANICVS. PONT. MAXIM
TRIBVNICIA. POTESTATE. XII. COS. V. IMPERATOR. XXVII. PATER. PATRIÆ
AQVAS. CLAVDIAM. EX. FONTIBVS QVI. VOCABANTVR. CERVLEVS. ET. CVRTIVS. A. MILLIARIO. XXXXV
ITEM. ANIENEM. NOVAM. A. MILLIARIO. LXII. SVA. IMPENSA. IN. VRBEM. DEDVCENDAS. CVRAVIT

Eadem scribit Frontinus qui congruit potestati Tribunitiæ XII. Claudij, nominatque Consules eius anni ordinarios; sed numerus annorum vrbis aliquantulùm incorrectus est.

Prouinciæ.

T. Statilius T. f. T. n. Taurus. Procos. Africam obtinuit. Ex prouincia anno sequenti reuersus, Agrippina hortis eius inhiante, reus factus est à Legato suo Tarquinio Prisco, qui pauca repetundarum crimina, magicas insuper superstitiones obiectabat. Nec ille diutius falsum accusatorem indigna sorte perpessus, vim vitæ suæ attulit ante sententiam Senatus. Tarquinius tamen Curia exactus est: quod Patres odio delatorum contra ambitum Agrippinæ peruicerunt: Tacitus XII. lib. Meminit & libro XIV.

ANNI P. R. C. DCCCV.

Consules.

D. Iunius //. f. //. n. Silanus. Q. Haterius D. f. Q. n. Antoninus.

TACITVS D. Iunium, Q. Haterium suggerit: Tabulæ Cuspiniani Silanum & Antoninum: Cassiodorus, si correctus esset, Silanum & Haterium Antoninum. Quos Consulari familia natos, nemini dubium: sed ad quosnam parentes certo referendi sint, nobis incertum.

Nero Octauiam duxit. Iliensib. data immunitas. Nero Octauiam Cæsaris filiam vxorem duxit. Iliensibus immunitatem, Rhodiis libertatem diserta oratione in Senatu habita impetrauit. Apamiensibus & Byzantiis tributa in quinquennium sunt remissa. Vide Tacitum libro XII. Suetonium in Nerone.

Prouincia.

A. Didius //. f. //. n. Gallus, Legatus Aug. Propr. Britanniam obtinuit. P. Ostorio Scapulæ hoc quasi tempore in prouincia mortuo successor à Claudio missus. In prouinciam veniens, morte Legati res turbidas inuenit, aduersa interim legionis pugna aduersum Siluras. Igitur Didius vtcumque motus componere, & arcere hostem satis habuit. Vide apud Tacitum latiùs libro XII. eius res in prouincia gestas. Meminit in vita Agricolæ: Mox Didius Gallus, inquit, parta à prioribus continuit, paucis admodum castellis in vlteriora promotis, per quæ fama aucti officij quæreretur. Et rursus libro XIV. vbi mendosè Auitus appellatur: In Britannia, inquit, neque A. Didius Legatus, vt memoraui, nisi parta retinuerat.

Quęstor.

//. Heluidius //. f. //. n. Priscus. hoc quasi tempore. Ingenio illustri altioribus

studiis

studiis addictus: qui Quæstorius adhuc à Pæto Thrasea gener delectus, à moribus soceri nihil æque ac libertatem hausit, ob cuius amicitiam à Nerone in exilium actus, post à Galba Senatui restitutus est, vt Tacitus libro xx.

ANNI P. R. C. DCCCVI.

Consules.

M. Asinius //. f. //. n. Marcellus. M'. Acilius //. f. //. n. Auiola.

SVBSEQVVNTVR Consules in Tacito M. Asinius, M'. Acilius: in Cassiodoro, Mariano, & Cuspiniani Tabulis Marcellus & Auiola. Suetonius & Seneca in Claudij Ludo, Asinium Marcellum & Acilium Auiolam nominant. Asinium Marcellum Pollioni proauo clarum dicit Tacitus libro xiv.

Principio anni, rerum mutationem in deterius portendi, crebris prodigiis cognitum fuisse scribunt Tacitus, Dio, & Tranquillus: numeratumque inter ostenta, diminutus omnium magistratuum numerus, Quæstore, Ædili, Tribuno, ac Prætore, & Consule, paucos intra menses defunctis. Porro quinam illi fuerint, difficile nobis esset statuere. Refert item Tranquillus, Claudium neminem hoc anno Consulem designasse vltra mensem quo mortuus est, quasi quodam præsagio mortis suæ. Quare dubio procul hoc anno suffecti fuerunt, cum III. Idus Octobris veneno perierit, Suetonio, Dione ac Tacito auctoribus. Ex quibus late satis intelligere est, quemadmodum mors illi ab Agrippina vxore procurata fuit. vixit annos LXIII. imperauit XIII. menses VIII. dies XX. Diuini honores mortuo decreti, ac funus solemne perinde ac Diuo Augusto celebratum. *Prodigia mortis Claudij Imp.* *Claudius Cæsar moritur.*

Mortuo Claudio, comitante Afranio Burro Præfecto prætorij, Nero ex palatio castris lectica illatus, promisso donatiuo, confestim ab exercitu Imperator salutatur. Sententiam militum secuta sunt Patrum consulta; nec dubitatum est apud prouincias. Decernuntur ei omnia Principum insignia ac tituli, sed Patris patriæ cognomen propter ætatem (non enim excedebat annum XVII.) recusauit, non tamen diu distulit. *Nero fit Imperator.*

Prouinciæ.

M. Iunius M. f. M. n. Silanus, Asiam Procos. obtinuit. Agrippinæ dolo, noui Principatus Neronis initio, in prouincia veneno extinctus. Diui Augusti abnepos fuit, vt Tacitus libro XIII. Item Plinius libro VII. cap. XIII. „ Diuus Augustus, inquit, in reliqua exemplorum raritate, neptis suæ nepotem vidit genitum quo excessit anno M. Silanum: qui cùm Asiam obtineret post Consulatum, Neronis Principis successione, veneno eius interemptus est.

Cn. Domitius //. f. //. n. Corbulo, Leg. Neronis Claudij Cæs. Aug. Germanici Procos. in Armenia. Vologesem Parthorum regem prouincia decedere coëgit, & ad obsides dandos induxit ipse & Vinidius Quadratus Syriæ procos. Prouinciam in annum vsque DCCCXII. obtinuit, quo Syriam insuper morte Vinidij Procos. vacuam adeptus est, cùm biennio ante bellum cum Parthis renouasset, & Artaxata vrbem regiam Armeniæ cepisset: Tacitus libro XIII. Meminit sæpè Plinius, eius auctoritatem adducens in Orientalium regionum situ & conditione describenda, de quibus accuratissima Commentaria reliquisse videtur. Sic libro II. cap. LXX. docet Corbulonem annotasse solis defectum anno DCCCX. contigisse in Armenia pridie Kal. Maij inter horam diei decimam & vndecimam; qui in Campania eodem die contigerat inter horam diei septimam & octauam. Anno DCCCXIV. cùm Parthi simul Armeniam & Syriam inuasissent, missus ad Armeniam obtinendam Legatus Procos. C. Cæsonius: qui cùm ob imperitiam male res gessisset, Armenia rursus anno sequenti commissa est Corbuloni, & simul omnes Orientis copiæ: mandatumque vicinis Regibus, Prætoribus, Præfectis, Procuratoribus, Corbulonis iussa facerent; in tantum ferè modum aucta eius potestate, quem populus Rom. Cn. Pompeio bellum piraticum gesturo dederat. Exinde Parthos ad pacem petendam, Tiridatemque, vt Romæ a Nerone regnum Armeniæ ac diadema acciperet, compulit. Neroni tandem ob virtutes metuendus, cùm honorum specie in Achaia ab eodem euocaretur, missis obuiam percussoribus, eius iussu ad mortem in itinere adactus est anno DCCCXIX. Ziphilinus ex Dione. *Domitius Corbulo de rebus Orient.* *Solis eclipsis.* *Cn. Corbulonis sub Nerone interitus.*

ANNI

ANNI P. R. C. DCCCVII.

Consules.

Nero Claudius Cæsar. Diui Claudi. f. Augustus Germanicus. Prid. Kal. Mart. abdicauit. In eius locum fact. est
// . // . // . f. // . n. //.

L. Antistius C. f. C. n. Vetus.

TACITVS Consules nominat Claudium Neronem, L. Antistium: Cassiodorus & Pontificum Catalogus antiquus, cuius antè mentioné feci, Neronem ac Veterem. De Consulatu hoc Antistij loquitur etiam Tacitus libro XVI. vbi de eius exitu, & filia pro patre Neronem deprecante, ne Consulatus sui quondam collegam dederet liberto. Primum verò hunc Consulatum Nero bimestrem gessit, auctore Tranquillo, cuius verba sunt hæc: Consulatus, inquit, quatuor gessit, primum bimestrem, secundum & nouissimum semestres, tertium quadrimestrem. Medios duos continuauit, reliquos intra annua spatia variauit. Ex his facilè colligimus, anni insequentis Consules in Cassiodoro deesse, qui Neronis priores Consulatus coniungit. Quis autem Kal. Martiis Neroni successit, nobis ignotum. Nec etiam constat qui suffecti ex Kal. Iuliis, quandoquidem in sex plerumque menses Consulatus dedisse Neronem Tranquillus testetur. Sed quis reperiat omnes suffectos? cùm tam negligenter eos annotarint Historici, parum referre putantes eos nescire, qui nihil cognitione dignum perpetrarunt, sed quorum prouinciales magistratus occurrunt, vrbanos item erui in lucem posse optarem. Reperio Pompeium Paullinum & L. Veterem Germanias rexisse legatos Procoss. biennio posteà, vt videatur hoc eodem anno suffectus Consulatum quoque gessisse Pompeius, quo Antistius. Sed de his nihil certi. Constat nihilominus Consulem fuisse; nam Consularem non semel appellat Tacitus, vti Licinium Mucianum Plinius & idem Tacitus: qui anno deinde suo Syriam Procos rexit.

Consules suffecti ab Historicis ferè omissi.

Kal. Ianuariis cùm in acta Principis iurarent magistratus, in sua acta iurare collegam Antistium prohibuit Nero, laudante vehementer Senatu, vt iuuenilis animus leuium quoque rerum gloria sublatus, maiores continuaret. In dissentionem paullò post cum Agrippina venit, ob Actes libertæ amorem. Britannicum fratrem in conuiuio palàm veneno sustulit. De matris nece cogitare cœpit. Vide Tacitum libro XIII. Tranquillum, Xiphilinum, & Zonaram ex Dione.

Agrippina Neronis mater.

Prętor.

A. Fabricius //. f. //. n. Veiento, Ludos Circenses daturus, canes subiugatos pro equis introduxit in Circum. Vide Xiphilinum in Nerone. Meminit Fabricij Veientonis Tacitus lib. XIV. Italia à Nerone pulsum referens partim ob suos libros Codicillorum titulo, in quibus probrosa in Patres & Sacerdotes multa scripserat, partim ob venditata ab eo munera Principis, & adipiscendorum honorum ius.

A. Veiento cur à Nerone Italia pulsus.

Prouinciæ.

Q. Curtius //. f. //. n. Rufus, Africam Procos. obtinuit, hoc quasi tempore. Quem patre gladiatore natum triumphalia sub Claudio adeptum dixi. In prouincia mortuus, fatale præsagium impleuit, quod multos ante annos, cum sectator Quæstoris in Africa degeret, Adrumeti obuenerat, oblata ei specie muliebri vltra modum humanum, & audita voce; Tu es Rufe, qui in hanc prouinciam Procos. venies. Vide Tacitum libro XI. Plin. epist. lib. VII. ad Suram.

Q. Curtio Rufo visum obiectum rò verum fuit.

. Vispanius //. f. . n. Lænas, Procos. Sardiniam obtinuit. Anno sequenti repetundarum Romæ damnatus est, ob prouinciam auarè habitam: Tacitus lib. XIII.

ANNI

ANNI P. R. C. DCCCVIII.

Consules.

Q. Volusius L. f. //. Saturninus. P. Cornelius P. f. //. n. Scipio.
Ex Kal. Iuliis. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

IN Cassiodoro & Mariano non habentur hi Consules. Tacitus Q. Volusium, P. Cæpionem nominat; sed mendosa sunt exemplaria. Rectiùs Tabulæ Cuspiniani Saturninum & Scipionem, quemadmodum & in Catalogo nostro Pontificum Romanorum leguntur sic: Linus annis XI. mens. IV. d. XII. Fuit temporibus Neronis, à Consulatu Saturnini & Scipionis, vsque Capitone & Rufo. Extat etiam Neapoli inscriptio antiqua in ædibus quondam Iouiani Pontani, in qua sic item habentur:

Q. VOLVSIO. SATVRNINO
P. CORNELIO. SCIP. COS
AVGVSTALES
QVI // // // // // // CLAVDIO
CAESARI. AVGVST. ET
// // // // // // // // AVGVSTAE
I. O. M. ET. GENIO. COLONIAE
LVDOS. FECER. XIII. XII. K. MART

L. Volusio Saturnino Præfecto vrbis, Volusium Saturninum, qui Cos. fuit, genitum, anno ætatis suæ LXII. scribit Plinius libro VII. cap. XIV. Suffecti fortassis ex Kal. Iulijs Curtilius Mancia & Dubius Auitus, qui biennio pòst simul in vtraque Germania Legati Procoss. L. Veteri & Pompeio Paulino successerunt.

Otium foris fuit, auctore Tacito, domi fœda lasciuia, qua Nero seruili veste lupanaria pererrabat, perque vrbem grassabatur passim obuiis infestus. Histriones denuò ob popularem seditionem & discordiam Italia pulsi sunt. S. C. de reuocandis in seruitutem ingratis libertis Claudio factum Principe, fuit moderatum. Tribunorum plebis & Ædilium potestas S. C. cohibita est arctiùs, statutumque, quantum curules, quantum plebeij pignoris caperent, vel pœnæ irrogarent. Vide Tacitum libro XIII. Suetonium, & Xiphilinum. *Senatusconsultum de ingratis libertis.*

Prætor.

//. Vibullius //. f. //. nepos. In Senatu de Antistio Tribuno plebis conquestus est, quòd immodestos fautores histrionum, & à Prætore in vincula ductos, omitti iussisset. Comprobauere Patres, incusata Antistij licentia: Tacitus libro XIII.

Trib. plebis.

//. Antistius //. f. //. n. Sosianus. A Vibullio Prætore in carcerem ductos liberauit, quapropter increpitus à Senatu fuit. Simul prohibiti Tribuni ius Prętorum & Consulum præripere, aut vocare ex Italia cum quibus lege agi posset. Addidit L. Piso Cos. designatus, nequid intra domum pro potestate animaduerterent, neve mulctam ab iis dictam Quæstores ærarij in publicas tabulas ante quatuor menses referrent: medio temporis contradicere liceret, deque eo Consules statuerent: Tacitus lib. XIII.

//. Heluidius //. f. //. n. Priscus. Quæstorem ærarij Obultronium Sabinum accusauit, tamquam ius hastæ aduersus inopes inclementer augeret. Heluidius hoc anno igitur Tribunus plebis, qui Quæstorius adhuc gener à Pæto Thrasea delectus fuerat: Tacitus ibidem ex libro XX.

Quæstor.

//. Obultronius //. f. //. n. Sabinus. Ærarij curam obtinuit, ab Heluidio Prisco, vt dixi, accusatus: ideoque Princeps curam tabularum Publicarum à Quæstoribus ad Præfectos transtulit, exemplo Augusti, qui permisit Senatui deligere Præfectos. Dein

Quæstores & Prætores.

ambitu suffragiorum suspecto, sorte ducebantur ex numero Prætorum qui præessent. Neque id diu mansit, quia sors deerrabat ad parum idoneos. Tunc Claudius, vt suo loco dixi, Quæstores anno vrbis DCCXCVI. rursum imposuit, isque ne metu offensionem segnius consulerent, extra ordinem honores permisit. Dio, vt ad triennium administrarent, & deinde Prætores crearentur, statuisse, auctor est. Sed deerat robur ætatis eum primum magistratum capessentibus; igitur Nero Prætura functos & experientia probatos delegit: Tacitus lib. XIII. Rursum libro XVII. Obultronium Sabinum in Hispania occisum a Galba scribit.

Prouinciæ.

Q. Sulpicius Q. f. Q. n. Camerinus Pythicus, Procos. Africam obtinuit. Prouincia anno sequenti decedens, à priuatis & paucis sæuitiæ magis quàm captarum pecuniarum reus factus, a Nerone demum absoluitur: Tacitus lib. XIII. Patrem sub Augusto Consulem anno DCCLXI. habuisse videtur. Occisus tandem Romæ cum filio ob Pythici cognomen ab Helio Neronis Liberto, vt Xiphilinus ex Dione.

C. //. //. f. //. n. Balbillus, Ægyptum obtinuit, Agrippinæ Augustæ gratia: Tacitus libro XIII. Meminit item Seneca Nat. Quæstionum libro IV. Balbillus, inquit, virorum optimus, præfectusque in omni litterarum genere rarissimus, auctor est, cum ipse Præfectus obtineret Ægyptum, Heraclitio ostio Nili, quod est maximum, spectaculo sibi fuisse delphinorum a mari occurrentium, & crocodilorum à flumine aduersum agmen agentium, velut pro partibus prælium. Crocodilos ab animalibus placidis morsuque innoxiis victos. Vide apud Auctorem, qua ratione victi fuerint.

//. Porcius //. f. //. n. Festus, Iudæam obtinuit. Felici Claudio successor hoc anno datus, Paulum Apostolum vinctum Romam misit, vt in Eusebio legimus, obtinuitque quinquennio prouinciam assiduè seditionibus turbidam, & in eadem mortuus est, quemadmodum latiùs enarrant Iosephus libro Antiq. xx. de bello Iudaico libro II. & Zonaras libro I.

//. //. //. f. //. n. Cossutianus Capito, Ciliciam obtinuit. Maculosum ac fœdum appellat, & anno sequēti à prouincialibus accusatum & repetundarum lege damnatum dicit Tacitus libro XIII. Meminit item libro XIV. Tigillini soceri precibus Senatorium ordinem posteà recepisse dicens. Et rursus libro XVI. Pæti Thraseæ auctoritate concidisse scribit.

//. Eprius //. f. //. n. Marcellus, Propr. Pamphiliam obtinuit. A Lyciis anno sequenti repetundarum accusatus, sed absolutus est: Tacitus ibidem. Porrò Lycios à Claudio libertate spoliatos & Pamphiliæ adiunctos, suo loco dixi.

ANNI P. R. C. DCCCIX.

Consules.

Nero Claudius Cæsar. Diui Claudi f. Aug. Germanicus II. | L. Calpurnius L. f. L. n. Piso.

Ex. Kal. Iuliis. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

HABENT eius anni Consules Cassiodorus & Marianus Neronem II. & Pisonem: sic item Tacitus, Nerone secundum, inquit, L. Pisone Consulibus pauca memoria digna euenerunt. L. Piso Præfecti vrbis sub Tiberio filius videtur. Neronis verò semestrem hunc Consulatum fuisse, ex Tranquillo constat; cuius verba superius adduxi. Suffectos tamen ex Kal. Iuliis non statuere certè possem, vt neque annis sequentibus. Onufrius hoc anno Ducennium Geminum ac Pompeium Paullinum suffecit, adductus Taciti verbis, qui Consulares vocat, & simul cum L. Pisone huius anni ordinario Consule quinquennio pòst a Nerone vectigalibus publicis præpositos scribit. Sed Paullinum hoc anno Legatum obtinuisse Germaniam inferiorem constat ex Tacito. Forsan Fonteius Agrippa ex suffectis fuit, qui Asiam, & deinde Mœsiam Procos. belli Vitelliani tempore tenuit, auctore Tacito lib. XIX.

Coloniæ firmatæ. Leges à Nerone latæ.

Coloniæ Capua atque Nuceria colonis additis firmatæ sunt, plebi congiarium quadrigeni nummi viritim dati. Edixit Cæsar, Ne quis magistratus, aut Procurator,

curator, qui prouinciam obtineret, gladiatoria, venationes, aut quod aliud ludicrũ ederet. S.C de seruis dominorum interfectoribus factum, pari cum iis pœna plectendos etiam testamento manumissos, qui sub eodem tecto mansissent. Vide Tacitum lib. XIII.

Prouinciæ.

Q. Verannius Q. f. . n. Leg. Neronis Claudij Cæs. Aug. Procos. in Britannia, A. Didio successit; de quo Tacitus lib. XIV. his verbis: In Britannia neque A. Didius Legatus, vt memoraui, nisi parta retinuerat, & successor Verannius modicis excursibus siluas populatus, quin vltra bellum proferret, morte prohibitus est, magna, dum vixit, seueritatis fama. Idem in vita Agricolæ: Didium (inquit) Verannius excepit, isque intra annum extinctus est.

. Ælius . f. . n. Gracilis, Leg. Neronis Cæs. Aug. Propr. Galliam Belgicam obtinuit. Inuidens operi a L. Vetere Procos. incepto, deterruit ipsum ne legiones alienæ prouinciæ inferret, neque studia Galliarum affectaret, formidolosum hoc Imperatori dictitans, quomodo plerumque conatus prohibentur honesti, vt Tacitus libro XIII.

. Pompeius . f. . n. Siluanus, Africam Procos. obtinuit. Anno insequenti Romam reuersus, repetundarum postulatus est: sed valuit pecunia, ne damnaretur: Tacitus libro XIII.

L. Antistius C. f. C. n. Vetus, Leg. Neronis Cæs. Aug. Procos. in Germania superiore. Quietis in prouincia rebus, ne segnem militem attineret, Mosellam atque Ararim, facta inter vtrumque fossa, connectere parabat, vt copiæ per mare ex Italia, dein Rhodano & Arare subuectæ, per eam fossam, mox fluuio Mosella in Rhenum, ex indeque in Oceanum decurrerent; sublatisq; itinerum difficultatibus, nauigabilia inter se Occidentis Septemtrionisque littora fierent. Sed opus aliorum consiliis deterritus intermisit: Tacitus lib. XIII.

. Pompeius . f. . n. Paulinus, Leg. Neronis Cæs. Aug Procos. in Germania inferiore. Vt militem exerceret, inchoatum à Druso ante tres & sexaginta annos aggerem coërcendo Rheno absoluit: Tacitus ibidem.

ANNI P. R. C. DCCCX.

Consules.

Nero. Claudius Cæsar Diui Claudi. f. Aug. Germanicus III. prid. Kal. Mai. Abd. in eius loc. factus est — M. Valerius M. f. M. n. Messalla.

. . . f. . n. .
C. Suetonius . f. . n. Paullinus.

NERONEM tertium & Messallam Consules suggerunt Cassiodorus & Marianus, de quibus ita Tacitus libro XIII. Nerone tertium, inquit, Consule, simul inijt Consulatum Valerius Messalla, cuius proauum oratorem Coruinum Diuo Augusto abauo Neronis collegam in eo magistratu fuisse pauci iam senum meminerant. Neronis autem tertium Consulatum quadrimestrem fuisse, Tranquillus auctor est, vt suprà monstrauimus; sed suffecti sunt quærendi.

Bellum cum Parthis, Tiridate & Vologese regibus, ob Armeniam duce Corbulone renouatum: excisa sunt aliquot castella, & Artaxata vrbs regia a Romanis capta est. Ob hæc consalutatus Imperator Nero, supplicationes habitæ, statuæ, & arcus, aliaque multa Principi in honorem decernuntur. S. C. pœna legis Cinciæ aduersus eos, qui pretio caussas orauissent, renouata est. Vide Tacitum lib. XIII. & Suetonium. *Nero Imperator salutatur.*

Trib. plebis.

. Octauius . f. . n. Sagitta. Postulatus apud Consules postquam Tribunatu abierat, sententia Patrum lege Cornelia de sicariis condemnatur, quòd Pontiam Postumam nuptias suas abnuentem, amore vecors occidisset: Tacitus libro XIII. Meminit libro

libro rursus xx. in insulam relegatum, & bello durante ciuili Vitelliano, ausum fuisse regredi: rebusque deinde pacatis, graui Senatusconsulto pulsum denuò scribens.

Prouinciæ.

C. Vibius // .f. //.n. Crispus, Procos. Africam obtinuit, hoc ferè tempore. Fuit Orator, bis Cos. sicut antè demonstrauimus. Sub Domitiano item adhuc vixisse Iuuenalis Satyra IV. docet: vbi ipsum enumerat inter Senatores à Domitiano ob Rhombi præsentati miraculum conuocatos in Albanum:

——— Venit & Crispi iucunda senectus
Cuius erant mores, qualis facundia, mite
Ingenium. ———

Meminit huius Proconsulatus in præfatione libro XIX. Plinius, vbi de lino, & circa velificatione, his verbis: Herbam esse, quæ Gadeis ad Herculis columnas septimo die » Ostiam adferat, & citeriorem Hispaniam quarto, prouinciam Narbonensem tertio, » Africam altero: quod etiam mollissimo flatu contigit C. Flacco Legato Vibij Crispi » Proconsulis. »

//.Curtilius // .f. //. n. Mancia, Leg. Neronis Cæs. Aug. Procos. in Germania superiore.

//.Dubius //.f. //.n. Auitus, Leg. Neronis Cæs. Aug. in Germania inferiore. L. Antistio & Pompeio Paullino successerunt, qui Frisios Ansibariosque Chamanorum quondam agros vacuos, & militum vsui sepositos ad Rheni ripam occupare volentes, immisso belli terrore inhibuerunt. Vide Tacitum libri XIII. fine.

M. Saluius L.f. M.n. Otho. Qui postea Imp. Cæs. Aug. appellatus est, Legatus Neronis Cæs. Aug. Procos. Lusitaniam obtinuit. Neroni iam antè morum similitudine, ac insolentiarum societate charissimus, secretorumque omnium particeps, Poppæam Sabinam, forma inter Romanas feminas præcellentem, priùs adulteratam, dein a marito abstractam duxit. In cuius amorem pellexit ipse Neronem, vt obligatior fieret. nec riualem posteà ferens æquo animo, ipsum amore flagrantissimum excludere ausus fuit. Quapropter familiaritate Neronis sueta deiicitur, & postremò legationis titulo, ne Principis amoribus obesset, Lusitaniæ præficitur, licet tantummodò Quæstorius esset. Res autem vulgato statim enotuit per vrbem tali disticho:

Cur Otho mentito sit quæritis exul honore?
Vxoris mæchus cœperat esse suæ.

Prouinciam administrauit per decennium moderatione & abstinentia singulari. Tandemque vltionis occasione data, conatibus Galbæ primus accessit, & ipse spem simul Imperij cepit. Vide Plutarchum, Tacitum libro XIII. & XVII. Suetonium, & Xiphilinum, Zonaramque ex Dione.

//. Pedius //.f. //.n. Blæsus, Proq. Cretam & Cyrenem obtinuit. Anno sequenti repetundarum damnatus, accusantibus Cyrenensibus quòd Æsculapij thesaurum violasset, delectumque militarem pretio & ambitione corrupisset, & Senatu motus in exilium mittitur: ab Othone demum restitutus. Vide Tacitum lib. XIV. & XVII.

C. Suetonius //.f. //.n. Paullinus, Leg. Neronis Cæs. Aug. Procos. Britanniam obtinuit. Multa ibidē fortiter gessit, biennio prosperas res habuit, subactis nationibus, firmatisque præsidiis; quorum fiducia Monam insulam vt vires rebellibus ministrantem aggressus, terga occasioni patefecit. Nam absentia Legati, remoto metu, Britanni rebellarunt, Boadicia regij generis femina duce, & sparsos per castella milites consectati, expugnatis præsidiis, coloniam Camulodunum ipsam inuaserunt, vt sedem seruitutis; magnamque passim cladem fecerunt. Quòd nisi Suetonius eo cognito motu properè subuenisset, amissa Britannia foret; quam vnius prælij fortuna, veteri patientiæ restituit: Auctor Tacitus in Agricolæ vita. Idem latissime motus hos Britannicos narrat libro XIV. in actis anni DCCCXIII. quo contigère. Late etiam Xiphilinus ex Dione.

ANNI P. R C. DCCCXI.

C. Vipsanius C. f. //. n. Apronianus. C. Fonteius C. f. C. n. Capito.

In Cassiodoro hi Consules non reperiuntur. Tacitus Caios Vipsanium Fonteiumque suggerit libri XIIII. principio: Tabulæ Cuspiniani Capitonem & Apronianum, vtriusque cognomina. C. Vipsanius ex Apronia gente adoptatus videtur: qui Africam pòst obtinuit. C. Fonteius, patrem auumque Consules sub Tiberio & Augusto habuit. Eosdem Consules nominat Plinius, Vipsanio & Fonteio Coss. prid. Kal. Maij solis defectum in Campaniam factum scribens. Quod & Tacitus inter eius anni prodigia memorat. Rursus libro VII. cap. XX. Plinius, & item Solinus cap. VI. Vipsanio & Fonteio Consulibus tradunt puerum nouem annorum ad septuaginta milia passuum continue cucurrisse. *Solis defectio.*

Neronis diu meditatum scelus erupit. Nam, vt Poppæa Sabina potiretur, cuius amore flagrabat indies magis, & Octauiam dimitteret, matrem Agrippinam priùs e medio tollere ei necesse visum est. Eam verò quibus insidiis circumuenire tentauerit, & quàm sceleratè occidi curarit, pulchre describunt Tacitus, Suetonius, & Xiphilinus. *Poppæam Sabinam Nero deperit. Agrippinam matrem Nero occidere tentat.*

Prouinciæ.

C. Vibius //. f. /. n. Secundus, Eq. Rom. Mauritaniam alteram obtinuit. Fratrem habuit C. Crispum bis Cos. Anni sequentis fine Romam reuersus, accusantibus Mauris repetundarum damnatur, atque Italia exigitur. Ne grauiori pœna afficeretur, Vibij Crispi fratris fauore assecutus est: Tacitus libro XII.

T. Vinius . f. //. n. Rufinus, Galliam Narbonensem Procos. Prætorius obtinuit. Cum Galba deinde Legatus Propr. in Hispaniam iuit, ac classi præfuit, quemadmodum ex Tacito, Plutarcho, & Suetonio constat. Sed Vinius, inquit Tacitus, » Proconsulatu Galliam Narbonensem seuerè integreque rexit. Mox Galbæ amicitia in » abruptum tractus, audax, callidus, promptus, & prout animum intendisset, prauus aut » industrius eadem vi.

ANNI P. R. C. DCCCXII.

Consules.

Nero. Claudius Cæsar. Diui. Claudi. f. Aug. Germanicus IIII. — Cossus Cornelius. Cossi. f. Cossi. n. Lentulus

Ex Kal. Iuliis //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

In Tacito sequuntur Consules, Nero IIII. & Cossus Cornelius: sic in Cassiodoro & Mariano Nero IV. & Cornelius. Eorumdem meminit Frontinus de Aquæductibus, Cn. Domitio Afro (quem anno superiore mortuum Tacitus auctor est) successisse curatorem aquarum L. Pisonem, Nerone Claudio Cæs. quartum & Cosso Cossi filio Consulibus scribens. Vnde colligimus, Cossum Cornelium patrem Cossum habuisse, an. DCCLXXVII. Consulem. Quartum verò Consulatum Nero semestrem gessit, auctore Suetonio, cuius verba in primo Neronis Consulatu adduxi. Quod etiam nobis constat ex antiquo tabulæ fragmento insigni, in qua perscripta sunt sacrificia in Capitolio mense Ianuario pro salute Consulis Neronis facta. Cuius tabulæ exemplar habui Viennæ ab œconomo Regis Hungariæ D. de Iterstein. In eadem nominantur Sulpicius Camerinus, C. Vipstanus Apronianus, L. Saluius Otho Titianus, A. Vitellius, M. Aponius Saturninus, L. Piso L. f. P. Memmius Regulus, C. Piso, T. Sextius Africanus, qui sacris adfuère, Consulares omnes, ni fallor, quo in ordine seniores puto præpositos esse in tabula. Ex Kal. igitur Iuliis alios suffectos constat, sed qui fuerint, incertum nobis est. Quid si T. Ampius Flauianus & M. Aponius Saturninus? Eos enim Consulares non vno loco vocat Tacitus, & bello Vitelliano hunc Mœsiam, illum Pannoniam rexisse refert.

Quinquennalia Neronea sunt instituta ad morem Græci certaminis: in quorum memoriam excusi adhuc reperiuntur Neronis antiqui nummi. De his multa Tacitus libro *Quinquennalia Neronis.*

Laodicea terræmotus. libro XIV. & Tranquillus. Laodicea ex illustribus Asiæ vrbibus terræmotu concidit. Puteoli ius coloniæ & cognomentum à Nerone acceperunt. Comitia Prætorum arbitrio Senatus haberi solita, quod acriore ambitu exarserant, Princeps composuit; tres qui supra numerum petebant, legioni præficiendo. *Cometa effulsit.* Cometes effulsit, ac fulgur dapes mensamque Neronis iuxtà discumbentis disiecit. Vide Tacitum libro XIIII. Suetonium, & Xiphilinum.

Prouinciæ.

A. Vitellius L.f. P.n. Qui posteà Imp. Cæs. Augustus appellatus est, Procos. obtinuit Africam, & innocenter administrauit per annum. Deinde succedenti fratri Legatus anno sequenti substitit: Auctor Tranquillus. Meminit item Tacitus libro XVII.

Cn. Domitius //. f. //. n. Corbulo, Legatus Procos. in Armenia. Syriam morte Vinidij Quadrati vacuam, & sibi permissam, huius anni exitu administrare cœpit, cùm paulo ante Tigranocertam potentissimam vrbem recepisset in deditionem, & à Nerone missum Tigranem, Archelai Cappadocum regis nepotem Armeniæ Regno imposuisset: quæ diffusius apud Tacitum lib. XIIII.

/. Lucceius //. f. /. n. Albinus, Iudæam per triennium obtinuit, Porcio Festo in prouincia mortuo successor datus, vt Eusebius auctor est in Chronico. Ante *S. Iacobus lapidibus obrutus.* cuius aduentum Iacobus frater Domini, cum aliis nonnullis, Anani Pontificis factione oppressus, a Iudæis lapidibus opprimitur. Quapropter Ananus Pontificatu spoliatus est. Albinus autem quamdiu præfuit, prouinciam a latrociniis seditionibusque quantum potuit purgare conatus, quemadmodum latiùs apud Iosephum, Eusebium, ac Zonaram est legere. Albinum solummodò vocant. Ceterùm videtur Lucceius Albinus, qui post Mauritaniæ præfuit, & belli Vitelliani tempore occisus est, vt Tacitus lib. XVIII.

/. Tarquinius /. f. //. n. Priscus, Proquæstore Bithyniam obtinuit. Anno sequenti repetundarum magno Patrum gaudio damnatus; quia accusatum ab eo Statilium Taurum Procos. ipsius meminerant: Tacitus lib. XIIII.

ANNI P. R. C. DCCCXIII.

Consules.

C. Cæsonius /. f. /. n. Pætus. C. Petronius. //. f. //. n. Turpilianus.
Ex. Kal. Iulîs. //. //. //. f. //. n. /.
//. //. //. f. //. n. //.

NOMINAT deinde Consules ordinarios Tacitus Cæsonium Pætum, Petronium Turpilianum: quo modo etiam habentur in titulo aræ Siluani, eo anno dedicati, quem Onufrius adducit: in Mariano Pætus & Turpilianus: in Cassiodoro perperàm Pius pro Pætus habetur. Prænomina ex Plinio, Tacito, ac Dione collegit Onufrius. Ordinarios autem hos Consules non integro anno in magistratu permansisse Tacitus indicat, referens inter alia eius anni, Petronium Turpilianum, cùm iam Consulatu abisset, à Nerone in Britanniam missum, legiones à Suetonio Paullino accepisse. Suffectos igitur Kal. Iulijs ex more iniuisse magistratum alios verisimile est. E quibus forsan Vectius Bolanus fuit, qui Prætorius Legatus in Armenia superioribus his annis sub Cn. Corbulone militauerat, & postea bello Vitelliano Britanniæ præpositus fuit, vt Tacitus auctor libro XVIII. qui inter Consulares Legatos eum recenset.

Grauis in Britannia clades accepta est, duabus vrbibus expugnatis, & octoginta milibus ciuium Romanorum vel sociorum peremptis, Bunduica regina duce. Occasio rebellionis orta, cum ob Legati Suetonij Paullini absentiam, qui eodē tempore exercitu trans- *Mona, Britānica insula. Londinium excisum.* misso Monam insulam subiugabat; tum ob Procuratoris in exigendis tributis acerbitatē, militumque insolentiam. Primo impetu colonia Camulodunum, occisis veteranis, expugnata, legio Nona, quæ in subsidium suis veniebat, fusa ac profligata. Londinium & Verulamium excisa. Suetonius interim corroborato exercitu prælium ausus, insignem vno die victoriam, octoginta milibus Britannorum cæsis, adeptus est, & bello finem imposuit. Vide Tacitum libro XIV. & Xiphilinum ex Dione, qui diffuse hoc bellum describunt. Meminit Orosius libro VII. cap. VII.

Pro-

Prouinciæ.

Ser. Sulpicius Ser. f. Ser. n. Galba. Qui posteà Imp. Cæsar Aug. appellatus est, Leg. Procos. Neronis Cæs. Aug. Germanici Hispaniam Tarraconensem obtinuit. Qui post Proconsulatum Africæ ad Neronis medium principatum in secessu vixerat, donec oppido Fundis moranti Hispania Tarraconensis oblata est, quam per octo annos varie & inæqualiter gessit: primò acer & vehemens in coërcendis delictis, dein paulatim in desidiam versus metu Neronis, donec tandem occasione temporum, ac Vindicis hortatu, suffragantibus auspiciis & oraculis, audita Neronis nece, deposita Legati appellatione, cum Imperio Cæsaris appellationem susceperit. Quæ latiùs apud Plutarchum, Zonaram, & Tranquillum in eius vita. Tacitus item meminit libro XVII. eius exitum describens. *Tarraconensis Hispania citerior.* *Ser. Galba Cæsar.*

L. Vitellius L. f. P. n. Procos. Africam obtinuit, fratri A. Vitellio in ea prouincia succedens, cui frater Legatus substitit, vt auctor Suetonius, cuius hæc verba sunt
» de Vitellij Principis honoribus: Proconsulatum Africæ post hæc, curam quoque ope-
» rum publicorum administrauit, & voluntate dispari, & existimatione. In prouincia sin-
» gularem innocentiam præstitit biennio continuato, cùm succedenti fratri Legatus sub-
» stitisset. Igitur neque vltra annum L. Vitellius prouinciæ videtur præfuisse. Et frater eius Aulus anno sequenti sententiam in Senatu Romæ dixit contra Antistium Prætorem, maiestatis reum. Tacitus libro XVII. hunc L. Vitellium inter Consulares nominat, quos Otho comitum specie in expeditionem contra A. Vitellium duxit; ipsumque eodem quo ceteri cultu habitum, nec vt hostem, nec vt Imperatoris fratrem scribit. Demum fratre Imperatore à Flauianis partibus occiso, cum cohortibus, quibus præerat, deditus interficitur, vt idem Tacitus lib. XX.

C. Petronius .. f. .. n. Turpilianus, Leg. Neronis Cæs. Aug. Germanici Procos. in Britannia, Suetonio Paullino successor datus, cum iam motus bellicos prouinciæ composuisset. Verùm quòd perpaucas, inquit Tacitus, naues in littore, remigiumque in iis amiserat, tamquam durante bello tradere exercitum Petronio Turpiliano, qui iam Consulatu abierat, iubetur. Is non irritato hoste, neque lacessitus, honestum *C. Petronius Turpilianus.*
» pacis nomen segni otio imposuit. Eadem scribit in Agricolæ vita: Suetonius cùm egre-
» gius, inquit, cetera, arroganter in deditos, & vt suæ quoque iniuriæ vltor, duriùs consu-
» leret; missus Petronius Turpilianus tamquam exorabilior: qui delictis hostium nouus,
» eoq; pœnitentiæ mitior, compositis prioribus nihil vltra ausus, Trebellio Maximo pro-
» uinciam tradidit. Meminit rursus lib. XV. triumphalibus decoratū a Nerone scribens post detectam Pisonis coniuratione͂ anno DCCCXVII. Demum & ipse venas scindere coactus est, anno sequenti à Tigillino accusatus, quemadmodum libro XVI. idem Tacitus, vbi C. Petronium vocat, & de eius conditione & moribus multa. Sed corrigendum videtur quo loco dicit, Procos. tamen Bithyniæ; legendumque, Britanniæ.

ANNI P. R. C. DCCCXIV.

Consules.

P. Marius .. f. .. n. Celsus. L. Asinius .. f. .. n. Gallus.
Ex .. .. Iunius .. f. .. n. Marullus.
Ex Kal. Iulis. L. Annæus L. f. .. n. Seneca.
.. Trebellius .. f. .. n. Maximus.

P. Marium, L. Asinium Consules habet Tacitus: Tabulæ Cuspiniani Marium & Gallum: Cassiodorus item, sed mẽdosè Macrinus pro Mario legitur; vt in Mariano Marinus. Porrò Tacitus in actis quæ principio anni contigerunt, Consulem designatum Iunium Marullum nominat, ideoque in anni parte suffectum colligimus, cùm anno sequenti non reperiatur. Onufrius ex Tacito & Dione suffectos item hoc anno colligit L. Senecam & Trebellium Maximum: quorum mentio est Digestorum libro XXXVI. Tit. primo ad S. C. Trebellianum ex Vlpiani libro tertio Fideicommissorum, qui Trebellianum S. C. factum esse tradit Neronis tẽmporibus VIII. Kal. Septemb. Annæo Seneca & Trebellio Maximo Consulibus. Eadem repetuntur libro II. Institutionum *Trebellianũ S. C. sub Nerone.*

Tit. xxiii. de fidei commissariis hereditatibus. Trebellium Maximum Tacitus Consularem vocat, & Legatum Britanniæ fuisse suo loco dicemus.

Octauiam uxorem Nero repudiat, ducit Poppæam Sabinam.

Nero Octauiam vxorem velut sterilem repudiauit, in Pandatariam relegauit, & paulò post occidi iussit. Exin Poppææ coniungitur. Multi insuper ob nobilitatem & diuitias ab eodem, Tigillini Prætorij Præfecti ex consilio trucidati sunt. Parthi Tigranem Armenia exturbare cupientes, Tigranocertam frustra expugnare conati sunt, Monese regio Præfecto ductore. Vologeses interim Syriam attentans, à Corbulone Procos. repulsus, vim omnem belli in Armeniam vertit, & compulsis ad deditionem duabus legionibus, præsidia Romanum Regno deducere coëgit. Ex S. C. prohibitum ne quis ad concilia prouincialia sociorum referret, agendas apud Senatum Proprætoribus próve Consulibus grates ob bene administratam prouinciam, néve quis ea legatione fungeretur. Terræ motus in Campania: cuius & Seneca meminit, sed anno sequenti accidisse vult. Vide Tacitum libro xiv. & xv. Suetonium, Xiphilinum, & Zonaram ex Dione.

Tigranocerta.

Prætor.

Carmina probrosa ab Antistio in Principem composita.

. . Antistius . . f. . . n. Sosianus. Quem in Tribunatu plebis licenter egisse, & è carcere duxisse captos ob seditionem, suprà memoraui. Reus maiestatis anni principio factus à Cossutiano Capitone, ob probrosa in Principem carmina facta, & in celebri conuiuio vulgata. Censuit Iunius Marullus Cos. designatus, adimendam reo Præturam, necandumq; more maiorum. Ceteris inde assentientibus, Pætus Thrasea mitigauit sententiam, & vt ex lege bonis publicatis in insulam relegaretur, effecit: quæ libertas Pæto posteà damno fuit: Tacitus lib. xiv & xvi. Ab exilio reuocatus post quadriennium à Nerone Antistius, ob indicia de P. Anteio & M. Ostorio Scapula, quos imminere rebus, & sua Cæsarísque fata per Chaldaicas artes scrutari calumniatus est. Sed hos Nero inauditos occidi iussit, vt eodem libro xvi. Tacitus. Meminit & libro xx. post bellum Vitellianum denuò in insulam deportatum fuisse.

Prouincia.

C. Cæsonius . . f. . . n. Pætus, Leg. Neronis Cæs. Aug. Germanici Procos. in Armenia. Tigrani à Parthis oppugnato missus in subsidium, suadente per litteras Corbulone, opus esse proprio duce, qui Armeniam tutaretur, cùm Syria etiam à Vologese inuaderetur. Partitæ igitur copiæ, vt Quarta & Duodecima legiones, & Quinta quæ recens e Mœsis excita erat, simul Pontica, Galatarum Cappodocumq; auxilia Pæto obedirent: Tertia, Sexta, & Decima legiones, priorq; Syriæ miles apud Corbulonem maneret, cetera ex vsu rerum sociarent partirenturque. Sed Pætus imperitia & temeritate res continuò infeliciter gessit, cum duabus legionibus a Vologese in castris obsessus, & antequam ei subsidio è Syria venire Corbulo posset, ignominiosa deditione salutem pacisci coactus est. Tradunt quidam, sub iugum missas legiones, inter quos Orosius & Eutropius. Ablata Pæto deinde prouincia, Corbulonique denuò & omnes Orientis copiæ attributæ sunt. Vide Tacitum libro xv.

ANNI P. R. C. DCCCXV.

Consules.

L. Memmius C. f. . . n. Regulus. Paul. Virginius . . f. . . n. Rufus.

MEMMIVM Regulum & Virginium Rufum Consules anno sequenti nominat Tacitus: Cuspiniani Tabulæ Regulum & Rufum: in Cassiodoro & Mariano desiderantur. Frontinus scribit Petronium Turpilianum L. Pisoni successisse in cura aquarum, Virginio Rufo & Memmio Regulo Consulibus. Et rectè, cum anno superiore, vt auctor Tacitus, L. Piso vectigalibus præpositus fuerit, & ea occasione aquarum curam dimisisse videtur. Onufrius prænomina ex Tacito adiecit, & Memmium C. Memmij Consularis filium arbitratur, qui Macedoniam ac Mœsiam sub Tiberio & Caligula rexit. In inscriptione antiqua Iouis ac Genij Venalicij, L. Virginius Rufus, C. Memmius Regulus. Regulo & Virginio Consulibus, Nonis Feb. vt auctor Seneca naturalium quæst. vi. terræmotus fuit, qui Campaniam magna strage vastauit, vt ibidem latius explicat. Tacitus, vt dixi, in annum superiorem retulit.

Neroni ex Poppæa apud Antium nata filia est, quam Augustam appellauit, dato & Poppææ

Poppææ eodem cognomento. Tiridates cum Corbulone ad colloquium venit, & pax cum Parthis ea conditione coaluit, vt Tiridates diademate ante Principis imaginem deposito, Romam ipse pergeret, & à Nerone regnum Armeniæ ac diadema peteret. Vide Tacitum libro xv.

Prouinciæ.

T. Flauius T. f. T. n. Vespasianus. Qui posteà Cæsar Augustus appellatus est, Procos. Africam obtinuit. Quem à Consulatu medium tempus ad Proconsulatum vsque in secessu egisse, exin sortitum Africam, integerrimè, nec sine magna dignatione administrasse, nisi quòd Adrumeti seditione quadam rapa in eum iacta sunt: Suetonius auctor est.

C. Cestius / . f. . n. Gallus Camerinus, Leg. Procos. Syriam obtinuit. Iurisdictionem ei commissam in primis, cùm Corbuloni bellica res omnis mandata fuit, ex Tacito colligimus, quamuis perperàm Cincius legatur in exemplaribus. Ait enim: Syriæ executio Cestio, copiæ militares Corbuloni commissæ. Libro autem xx. Cestium Gallum appellat, vbi bellum Iudaicum percurrit. Sic item Iosephus libro 11. ipsum eo tempore Syriæ Procos. fuisse, quo Florus Iudæos expilauit, & bellum contra Romanos exortu in Iudæa cœpit. Quod cum Cestius opprimere vellet, aduersis aliquot prœliis fractus, fato vel tædio curarum oppetiit. Quo tempore Nero in Achaia morabatur, anno DCCCXIX. Auctores Tacitus libro xxi. Iosephus & Zonaras. Suetonius meminit in Vespasiano, Iudæos rebellasse tum scribens, cæsoque Præposito, Legatum insuper Syriæ Consularem suppetias ferentem, rapta Aquila fugauisse.

L. Saluius L. f. M. n. Otho Titianus frater Imperatoris, Procos. Asiam obtinuit. Auare prouinciam administrauit, in omnem auiditatem pronus, sicut Tacitus ait in Agricolæ vita.

Quæstor.

Cn. Iulius / . f. . n. Agricola, L. Titani Procos. in Asia, vt Tacitus in eius vita. Sors Quæsturæ, inquit, prouinciam Asiam, Procos. Saluium Titianum dedit. quorum neutro corruptus est: quamquam & prouincia diues ac parata peccantibus, & Procos. in omnem auiditatem pronus, quantalibet facilitate redempturus esset mutuam dissimulationem mali.

ANNI P. R. C. DCCCXVI.

Consules.

C. Lecanius // . f. / . n. Bassus. M. Licinius M. f. M. n. Crassus Frugi.

ANNO sequenti Consules fuerunt, auctore Tacito, C. Lecanius & M. Licinius: Cassiodoro & Mariano Crassus & Bassus: Frontino Crassus Frugi & Lecanius Bassus, quibus Coss. Turpiliano P. Marius in curatione aquarum successit. Crassus Frugi è Calpurnia in Liciniam gentem adoptione transiit, vt refert Tacitus. C. Lecanium Bassum Consularem vocat Plinius, & carbunculo mortuum tradit libro xxvi. cap. 1.

Vrbis incendium in Circo maximo exortum, sex diebus continuis durauit, quo nullum grauius post vrbem à Gallis captam accidit. Neronis iussu factum studio à militibus vulgò credebatur, & quamplurimi Auctores tradunt, ipsum Troiæ ardentis imaginem videre voluisse. Verum vt inuidiam declinaret, & rumorem tanti facinoris aboleret apud populum, reos innocentes subdidit Christianos, quos exquisitissimis pœnis affecit. Diffusè omnia Tacitus, Suetonius, Xiphilinus ex Dione, Orosius, Eutropius, & alij. *Romam Nero cur incendit.*

Prouinciæ.

L. Antistius C. f. C. n. Vetus, Procos. Asiam obtinuit. Idem qui collega Neroni fuit in primo Consulatu. Ex Procos. Asiæ reuersus anno sequenti, repetundarum à Fortunato Liberto, interuersis patroni rebus, sibimet metuente postulatur. Adscitus à Nerone Claudius Demianus, quem ob flagitia vinctum à Vetere Procos. exsoluit Nero in præmium accusationis. Antistius non ferens Libertum, & noxium pari sorte secum componi, in agros suos digressus, venas exsoluit. Exemplum secutæ socrus & filia.

// . Ges-

//. Gessius //. f. //. n. Florus, vt Tacitus libro XXI. & Iosephus de bello Iudaico ipsum appellant. Eusebius Cestium nominat. Anno X. Imperij Neronis successisse Albino in Iudæa prouincia Iosephus auctor est, quem Eusebius, Zonaras, & alij sequuntur. auarissime crudelissimeque per latrocinia ac cædes prouinciam per biennium habuit; & metu iudicij cùm se Romæ accusari debere non dubitaret, vt Iudæos ad rebellionem compelleret, nihil iniuriarum & crudelitatis omisit. Concursum igitur ad arma, variisque locis iusto bello concertari cœptum. Quod opprimere cum vellet Cestius Gallus Syriæ Legatus, varijs prælijs ac sæpius aduersis exceptus est. Florum occisum insinuat Tranquillus, cuius verbis suprà rem explicaui.

//. Scribonius //. f. //. n. Proculus & //. Sulpicius //. f. //. n. Rufus Scribonianus, Legati Neronis Cæsaris Augusti Germaniam vtramque hoc quasi tempore aliquamdiu administrarunt. Fratres ac ferè æquales fuere, nihilque vmquam disiuncti aut separati facientes, vt erant genere, instituto vitæ, & facultatibus coniuncti. Triennio postea accersiti à Nerone in Græciam, cùm accusarentur, neque ad Neronis conspectum admitterentur, omissa defensione, venis ambo incisis extincti sunt. Scribonios fratres Tacitus scribit missos cum Prætoria cohorte ad Puteolanorum seditionem compescendam anno DCCCX. Pater Scribonius Proculus, P. Protogene C. Cæsaris liberto auctore, in Curia occisus & discerptus fuit a Senatoribus, Caio placere studentibus, licet ipse Senatorum vnus esset. Quo facinore delectatus Caius, in gratiam cum Senatu se redire dixit: Auctor Dio libro LVIII.

//. Licinius //. f. //. n. Cæcina Tuscus, Ægyptum obtinuit. Exilio posteà mulctatus cùm è prouincia redijsset, ob balnei vsum, quod Neroni Alexandriam venturo paratum fuerat: Xiphilinus ex Dione, & Suetonius. Reuocatum ab exilio a Galba fuisse, ex Taciti XIX. colligere est.

ANNI P. R. C. DCCCXVII.

Consules.

P. Silius P. f. P. n. Nerua. C. Iulius //. f. //. n. Atticus Vestinus. In magistratu occisus est.
Ex Kal. Iulijs. //. Plautius //. f. //. n. Lateranus. anteq. iniret occisus est
//. Anicius //. f. //. n. Cerealis

SEQVVNTVR deinde Consules, auctore Tacito, Silius Nerua, & Atticus Vestinus. In Cassiodoro & Mariano nihil sani, sed mendose Siluanus pro Silius, Paulinus pro Vestinus, in exemplaribus suggeruntur. Porrò, vt Suetonius auctor est, Atticum Vestinum Consulem Nero, vt eius potiretur vxore Statilia Messallina, in ipso honore trucidauit. Tacitus autem refert, Neronem ob veteres simultates Consuli Vestino infensum fuisse, detectaq; Pisonis coniuratione, quamuis innoxium atque inculpatum, coniuratorum cladi inuoluisse, repenteque immisso cum cohorte Tribuno ad mortem coëgisse. Plautij verò Laterani & Anicij Cerealis Consulum designatorum sæpe meminit idem Tacitus in actis, quæ eius anni initio contigere, coniurationem C. Pisonis describens, cuius conscium inter alios fuisse tradit: » Lateranum, inquit, Consulem designatum nulla iniuria, sed » amor Reip. sociauit. Et paullò pòst, Pisonis exitu narrato: » Proximam necem Plautij » Laterani Consules designati Nero adiunxit: adeò properè, vt non complecti liberos, » non illud breue mortis arbitrium permitteret. Raptus in locum seruilibus pœnis sepositum, » manu Statij Tribuni trucidatur; plenus constantis silentij, nec Tribuno obijciens » eamdem conscientiam. Ex hisce igitur Taciti verbis liquet, Plautium Lateranum, antequam magistratum iniret, occisum fuisse. Meminit item Anicij Cerealis, vt dixi, Consulis designati, quem Plautio vel collegam destinatum, vel eo occiso statim suffectum arbitramur. » Reperio, inquit, in commentario Senatus, Cerealem Anicium Consulem » designatum pro sententia dixisse, vt templum Diuo Neroni quàm maturrime publica » pecunia poneretur, &c. Aprili autem mense ea contigisse, ex eodem Auctoris loco constat. Scribit enim inter alia, eius diei Senatus decreta fuisse, vt mensis Aprilis cognomentum Neronis acciperet, quo Pisonis coniuratio detecta & punita fuit.

Coniu-

Coniuratio contra Neronem C. Piſone duce cœpta, ſimul odio Neronis aucta in tantum, vt per proditionem ſit quamprimùm detecta. Suntq; eius prætextu, pręter Veſtinum & Lateranum iugulati quamplurimi illuſtres omnium ordinum, & inter alios L. Seneca & Lucanus poëta venis apertis perierunt, multi in exilium innocentes acti ſunt, & vrbs funeribus repleta eſt, quemadmodum copioſe & pulchre narrant Tacitus libro XV. & XVI. Suetonius & Dio. Peſtis vrbem, tempeſtas Campaniam fere totam vaſtauit. Poppæa Neronis grauida calcis ictu à marito occiſa eſt. Pontus Polemoniacus & Alpes Cottiæ in prouinciæ formam redactæ ſunt. Vide præter iam nominatos Eutropium libro VII. Sex. Aurelium Victorem, Euſebium, & Caſſiodorum.

Neronis ſæua crudelitas.

L. Seneca & Lucanus à Nerone occiſi.

Poppæa Neronis uxor vi occiſa.

Prouinciæ.

I. Seruilius II. f. II. n. Barca Soranus, Aſiam Procos. obtinuit. Neronis Principis offenſiones auxit induſtria & iuſtitia ſua; tum quia portui Epheſiorum aperiendo curam inſumpſiſſet, vimque ciuitatis Pergamenæ, prohibentis Acratum Cæſaris libertum ſtatuas & picturas auehere, multam omiſiſſet. Anno ſequenti igitur reum fecit Soranum Torius Sabinus eq. Rom. criminique dabatur ambitio conciliandæ prouinciæ ad ſpes nouas, quòd Proconſulatum Aſiæ pro claritate ſibi potiùs accommodatum, quam ex vtilitate communi egiſſet, alendo ſeditiones ciuitatum. Accuſabatur item filia, quòd magos conſuluiſſet. Emptus ad opprimendum amicum teſtis P. Egnatius, Stoicus Philoſophus, Sorani cliens, & philoſophiæ præceptor perfidus. de quo Iuuenalis:

P. Egnatius Philoſophus perfidus.

Stoicus occidit Baream, delator amicum,
Diſcipulumq; ſenex. ———

Sorano & Seruiliæ filiæ damnatis liberum mortis arbitrium conceditur. Vide Tacitum lib. XVI. Xiphilinum ex Dione.

II. Trebellius . f. . n. Maximus Leg. Neronis, Cæſ. Aug. Britanniam Procos. obtinuit, C. Petronio ſuccedens hoc quaſi tempore; quandoquidem anno ſequenti à Tigillino apud Neronem accuſatus Petronius, in Campania venas ſibimet ſecauit. Trebellius verò prouinciam vltra quadriennium ad bella ciuilia vſque obtinuit, & ſeditionem grauem anno DCCCXXII. paſſus eſt, adeò vt tum à militibus tandem pulſus prouincia, ad Vitellium fugerit, vt Tacitus narrat libro XVIII. Et in Agricolæ vita de eo-
» dem hæc refert: Trebellius ſegnior & nullis caſtrorum experimentis, comitate quadam
» curandi prouinciam tenuit. Et interuentus ciuilium armorum præbuit iuſtam ſegnitiæ
» excuſationem. Sed diſcordia laboratum, cum aſſuetus expeditionibus miles otio laſciui-
» ret. Trebellius fuga & latebris vitata exercitus ira, indecorus atque humilis, precariò
» mox præfuit: ac velut pacti, exercitus licentiam, dux ſalutem. Ea tamen ſeditio ſine ſanguine ſedata eſt, & quies prouinciæ, licet tandem remoto Conſulari manſit.

Trib. plebis.

» Cn. Iulius II. f. I. n. Agricola, vt ex Tacito colligimus; Mox inter Quæſturam,
» inquit, & Tribunatum plebis, atque etiam ipſum Tribunatus annum quiete & otio
» tranſiit, gnarus ſub Nerone temporum, quibus inertia pro ſapientia fuit. Anno ſaltem poſt Quæſturam interpoſito Tribunatum geſſiſſe, ex Prætura eius paullò pòſt conſtabit.

ANNI P. R. C. DCCCXIIX.

Conſules.

C. Suetonius II. f. II. n. Paullinus. L. Pontius II. f. II. n. Teleſinus.

ANNI ſequentis hi fuere, quos Tacitus C. Suetonium, L. Teleſinum appellat: Caſſiodorus, Marianus & Tabulæ Culpiniani Teleſinum & Paullinum: Dio, vt habet Xiphilinus, C. Teleſinum & Suetonium Paullinum. Sed neſcio quàm rectè, Pontiis Teleſini cognomen attribuit Velleius libro II. & qui Marſicum, ciuileque ſubſequens bellum Marianum litteris mandarunt. Suetonius Paullinus is eſt, qui Numidiam Britanniamque Legatus adminiſtrauit, reſque præclaras in vtraque prouincia geſſit. Frontinus L. Teleſino & Suetonio Paullino Coss. Fonteium Agrippam P. Mario in cura aquarum ſucceſſiſſe ſcribit. Vetuſtiſſimum C. Suetonium vocat Conſularium Tacitus lib. XVIII. in hiſtoria anni DCCCXXI. Quo tempore Othoni à conſiliis militiæ fuit: vt mihi ſcrupulum

lum moueat, dubitemque num & ante semel Consul fuerit, quàm Legatus Procos. Britanniam rexit. Ceterum duos nobis adfert C. Suetonios huius temporis Consulares Sico Polentonus libro VII. de Scriptoribus illustribus, quorum vitas ex antiquis & bonis Auctoribus is collegisse videtur. Is autem in vita C. Suetonij, cuius extat historia Cæsarum duodecim, eius patrem prodit hoc anno fuisse Consulem cum L. Telesino, eumque appellat cognomine filij Tranquillum; sicut alij Lenem, quod eiusdem est significationis; vt etiam aliud cognomen Paullinus à Græca voce deductum. Vtrumque bello Vitelliano post triennium partibus Othonis adhæsisse scribit, & Paullinum tunc fuisse Consularium vetustissimum ait, sequutus Tacitum, summamque belli totius tunc ipsum cum Mario Celso & Annio Gallo administrasse. C. Tranquillum verò patrem historici Tribunum militum fuisse in eodem bello dicit. Sed quia in illa Suetonij vita habeantur non pauca quæ ad eius temporis historiam, actaque huius superiorisque anni pertinent, eam hoc loco adiungere non absurdum videtur: te cognitionis historicæ cupidum, Lector studiose, eamdem legere non pigebit.

C. Suetonij Tranquilli vita è Sicone Polentono lib. VII. de Illust. Script.

Hoc quoque in ordine adest memorandus C. Suetonius Tranquillus, nempe isto in genere scriptor egregius. Rebus quidem haudquaquam est, vt Tacitus, copiosus. Memorat enim Cæsares vterque: sed genere ita sunt varij atque dissimiles, quod rerum ille tempora diffuse ac copiose, hic species modò ac quodam sub compendio prosequatur. Duodecim Cæsarum huius appellantur libri. Iulij namque Cæsaris ac sequentium ex ordine Principum vitas in Domitianum vsque collegit, & quæ ab illis gesta sunt memoria digna, ea ordine & arbitrio suo, sed ornatè quidem prosecutus est: Tacito minor ætate paulùm Suetonius fuit. Florescebat Tacito prima pubes, cum mater infantem Suetonium enutriret. Natus est Tranquillus Nerone Imperatore: patri nomen C. Suetonio Tranquillo, dignitas verò Consularis fuit. Nempe pater vir prudentissimus, & corpus ad militiam, & ingenium ad litteras commodum habuit. Scripsisse pater libros, de institutione officiorum, de illustribus scriptoribus, de historia ludicra fertur. Nominum tamen similitudo suadere quibusdam solet, vt quos dicunt alij scriptos esse à patre, libros, eosdem ipsi a filio profectos putent. In litteris pater vir doctus fuit: & quos dabat tunc Roma honores, amplissimos habuit. Exacta quidem Pisoniana conspiratione, qua Nero crudelior quàm metuentior factus, Lucanum poëtam & Senecam Stoicum interfecit; hic simul & Lucius Telesinus a Nerone Consules designati sunt, & suo in Consulatu Antistium Sosianum, qui esset poëta minime obscurus, sed in Neronem vere potius quàm sapienter probrosa carmina factitasset, exilio mulctauerunt. Post Neronem verò cum hinc Galba, inde Otho, postremò Vitellius de Imperio concertarent, partibus Othonis fauit. Et qui Consul fuisset prius, nunc rebus mutatis, Tribunitio munere contentus fuit Tribunus igitur militum Tertiædecimæ legionis interfuit pugnæ: qua Vitellius Othonem apud Placentiam ciuitatem Italiæ superauit. Aderat eadem in pugna vir illustris Paullinus Suetonius, qui & bello & litteris clarus erat: ac vetustissimus Consularium gloriam nomenque insigne Britannicis expeditionibus meruerat. Rexerat quidem sub Nerone Paullinus Britanniam æquitate ac modestia singulari, adiecitque Romano Imperio insulam, quæ vltra Britanniam Oceano in mari sita, & incolis valida erat, & receptaculum profugarum. Otho autem cùm Imperium tueri contra Vitellium conaretur, dubiis rebus quòd timendi vtrimque viri & arma essent, Paullino huic simul & Annio Gallo ac Mario Celso curam omnem disponendi equites ac pedites demandauit. Ipse verò interim dum pugnaretur apud Brixelium Parmæ oppidum, ad ripam fluminis Padi rerum exitum expectauit. Paullinus igitur priusquam iretur in pugnam, vti erat dignum virtute ac fama sua, quo nemo tempestate illa in re militari dux callidior haberetur, de toto genere belli coram Othone amicis audientibus grauiter ac copiose disseruit. Edocuit quidem rationibus multis, festinationem hostibus, cunctationem sibi percommodam fore ac sine dubio profuturam, quòd illi & rerum inopia & locorum angustiis premerentur: sibi autem paterent omnia, & auxilia ex Pannonia, ex Mœsia, ex Illyrico aduenirent; nec iam nimium procul abessent. Natura Paullinus morosus ac prudens erat, & consilia sibi cauta potiùs cum ratione, quàm prospera ex casu & fortuna placebant. Otho verò quamquam Paullino nec fideliorem officio nec consilio meliorem haberet, idque plane cognosceret, consilio tamen eius, quòd esse viri nimium timidi videretur, non adhæsit: sed in arma subitò, cum persuadentibus aliis, tum quòd suapte natura esset temerarius ac præceps, in pugnam ruit. Nec prius se Paullini fidem ac prudens consilium temere spreuisse cognouit, quàm suis fusis copiis, suis captis castris, se victum ac superatum vidit. Erat autem Paullinus, vt dixi, non bello solum, sed litteris etiam ac pace clarus. Libros quidem scripsit, e quibus Plinius multa se excerpsisse, cum scriberet de histo-

» ria naturali, refert. Suetonius verò noster, de quo nunc loqui primùm institui, vir toga-
» tus epistolarum Imperatoris magister fuit. Secuti deinde alij atque alij sunt, qui multo
» cum ornatu, multaque cum rerum copia vitas Cæsarum litterarum monumentis man-
» dauerunt. Hæc Sicon Poletonus de Caio Suetonio Tranquillo.

Cædes illustrium virorum perpetrauit Nero, quorum exitus elegantissime describit Tacitus: inter quos fuerunt L. Annius Mela, frater Senecæ & Lucani poëtæ pater, C. Petronius Turpilianus, qui Legatus in Britannia fuerat, & virtutum vnica eius temporis exempla, Pætus Thrasea & Barea Soranus, delatorum insidiis ac calumniis afflicti.

Tiridates Parthus Romam venit, honorificentissimeque exceptus, a Nerone diadema ac Armeniæ regnum accepit. Vide Tacitum libro XVI. Suetonium, & Xiphilinum ex Dione Iudæi rebellare contra Romanos cœperunt. Vide Iosephum belli Iudaici libro II.

Prætor.

M. Cocceius M. f. M. n. Nerua. Qui posteà Imperator fortassis. Prætorem designatum in anni superioris actis appellat Tacitus in fine libri XV. triumphale decus ipsi, Petronio Turpiliano, & Tigillino a Nerone datum post vindicatam C. Pisonis coniurationem scribens, vt cum inter amicos & familiares Neronis fuisse videatur, & hoc anno Præturam gessisse; nisi tum in anni parte suffectus fuerit.

Prouinciæ.

Tiberius Ti. f. //. n. Alexander. Eq. Romanum appellat Tacitus, sed nationis Ægyptiacæ, libro XV. & XVII. Alabarchæ Alexandrini filium dicit Iosephus. Ægyptum obtinuit. Iudæos Alexandriæ contra populum tumultuantes, immissis cohortibus, ad quinquaginta vsque millia cuiuscumque sexus & ætatis trucidauit, bonaque eorum diripi iussit. Vide Iosephum belli Iudaici libro II. cap. XXI. Anno DCCCXXI. Kal. Iulias primus in verba Vespasiani legiones Ægyptiacas sacramento adegit, auctore Suetonio. Meminit Zonaras: item Iosephus belli Iudaici libro V. & VI.

//. Lucceius //. f. //. n. Albinus, Mauritaniam Cæsariensem obtinuit, à Nerone hoc quasi tempore præpositus. Addita deinceps à Galba Tingitanæ prouinciæ administratio: sed Galba occiso, in Othonem pronus, nec Africa contentus, Hispaniæ imminebat, Vitellio iam addictæ. Inde Cluuio Rufo metus, qui admota ad littus legione, præmissis in Mauritaniam Centurionibus, Lucceio cum paucis occiso, Maurorum animos Vitellio conciliauit: Tacitus lib. XVIII.

Trib. plebis.

//. Arulenius //. f. //. n. Rusticus, Pæto Thraseæ amicus & familiaris, cui aderat cùm damnationem is expectaret, cogente Senatum Nerone. De quo ita Tacitus libro XVI. Aderat consilio Rusticus Arulenius flagrans iuuenis, & cupidine laudis offere-
» bat se intercessurum Senatusconsulto; nam plebis Tribunus erat. Cohibuit spiritus eius
» Thrasea, ne vana, & reo non profutura, intercessori exitiosa inciperet.

Quæstor.

T. Flauius Vespasiani f. T. n. Vespasianus, Qui posteà Imp. Cæsar Aug. appellatus est. Ex Quæsturæ namque honore, anno sequenti à patre Vespasiano bellum Iudaicum gesturo Legatus legioni præpositus est, vt auctor Suetonius.

ANNI P. R. C. DCCCXIX.

Consules.

L. Fonteius C. f. C. n. Capito. C. Iulius //. f. //. n. Rufus.
Ex //. //. //. Nero Claudius. Cæsar Augustus Germanicus V. Solus sine conlega.

CAPITONEM & Rufum Consules eius anni habemus in Cassiodoro & Mariano, Pontificum Catalogo, & Tabulis Græcis, quæ anteà interruptæ, viginti circiter an-

norum Consulatus iam percursos non habent. Cuspinianus autem ex Catalogo Pontificum Rom. Damasi, Linum Papam scribit à Volusi Saturnini & Scipionis Consulatu sedisse vsque ad Capitonem & Rufum Consules. Hic Capito videtur L. Fonteius, qui anno sequenti Legatus in inferiori Germania, occiso Nerone res nouas moliens, Galbæ iussu interfectus fuit, Tacito & Tranquillo referentibus. Fratrem C. Capitonis arbitratur Onufrius, collegamque eius C. Iulium Rufum ex Plinio constituit. Ceterum in Tacito desiderantur hi Consules, & qui anni sunt sequentis. Nam liber ille XVI. non integer est. Deest enim triennij ferè totius historia, quippe Neronis in Achaiam profectio, Corbulonis aliorumque illustrium interitus, Iudæorum rebellio, Galliæ defectio per Vindicem, & Hispaniæ per Galbam: deniq; Neronis fuga & exitus, & Galbæ progressus ad Imperium; quæ omnia dubio procul eleganter & copiose descripsit Tacitus. Porrò Suetonius auctor est, Consules a Nerone priuatos magistratu ad tempus, nunciata Galliarum defectione, cùm expeditionem pararet contra Iulium Vindicem. Atque in vtriusque, inquit, locum, solus iniit Consulatum: quasi fatale esset, non posse Gallias debellari, nisi a Consule, ac susceptis fascibus. Quod ipsum accidisse huius anni fine, ex Suetonio & Xiphilino colligi potest.

Corn. Taciti quæ lib. XVI. sint amissa.

Nero per Achaiam peregrinatus, celeberrimos quoscumq; Ludos passim celebrauit. Isthmicis, Olympicis, Actiacis, Pythicis, inter histriones, citharœdos, & aurigas coronatur. Multa alia nefanda commisit. Isthmum perfodere frustrà tentauit. Romam reuersus, scenicum triumphum egit. Vide Suetonium & Xiphilinum.

Neronis Ludi.

Prætor.

Cn. Iulius . f. . Agricola. Quemadmodum ex Tacito colligimus, vbi eius magistratus recenset. Idem, inquit, Præturæ tenor, & silentium, nec enim iurisdictio obuenerat. Ludos & inania honoris modo rationis & abundātiæ duxit, vti longe a luxuria, ita famæ propior. Exacta verò Prætura electum à Galba ad dona templorum recognoscenda. Anno deinde sequenti matrem eius ab Othonianis occisam refert. Ex quibus est colligere, Cn. Iulium hoc anno Prætorem fuisse.

Cn. Agricola, quem Corn. Tacitus describit.

Mater eius ab Othonianis occisa.

Prouinciæ.

T. Flauius T. f. T. n. Vespasianus, Qui posteà Cæsar Augustus appellatus est, Legatus Propr. Neronis Cæs. Aug. bellum Iudaicum tribus legionibus administrauit. Ad Iudæorū motus comprimendos cùm exercitu ampliore & non instrenuo duce esset opus, Corbulone iam occiso, Vespasianus potissimùm delectus, vt industriæ expertæ, nec metuendus vllo modo ob humilitatem generis. Licet Neroni tum temporis ingratus, quod in Achaica illa peregrinatione, cantante Principe in theatro obdormiuisset; pulsus eam ob caussam non solum contubernio & comitatu, sed & publica salutatione. Missus tamen paulò pòst in prouinciam cum duabus legionibus nouis, octo alis, cohortibus decem, assumpto inter Legatos maiore filio. Vt primum prouinciam attigit, correcta castrorum disciplina, breui spatio Iudæam omnem subegit, & Ierosolymam caput prouinciæ, compulsis eò perduellibus, obsidione cinxit: quemadmodum describit latissimè Iosephus lib. tertio & quarto belli Iudaici. Tacitus libro XVII. XVIII. & XX. Vespasianum intra duas æstates cuncta camporum, omnesque præter Ierosolymam vrbes victore exercitu tenuisse; relictoque deinde apud exercitum ad obsidendam vrbem filio, ipsum, quando haud dubius iam esset Imperator, ad res vrbanas ordinandas ciuilesque motus sedandos in Italiam perrexisse, anno DCCCXXII.

Titus Vespasianus Iudæa potitur, Ierosolymam obsidet.

C. Iulius . f. . n. Vindex. Gallus natione, sed stirpe Regia, & patre Senatorio natus, qui propter nobilitatem ciuitate atque ordine donatus fuerat. Legatus Propr. Galliam Transalpinam obtinuit, primusque a Nerone, palam compulsis ad defectionem Gallis, defecit anni insequentis initio. Neronem vt tyrannum contumeliosis edictis proscidit, ac Ser. Galbam Hispaniæ Tarraconensis Legatum, vt humano generi assertorem ducemque se accommodaret, pulsoque tyranno Imperium sibi vindicaret, hortatus est. In ipso tamen conatu, ab exercitu Germanico T. Virginio duce oppugnatus & prælio fractus, semet interfecit. Vide Suetonium, Tacitum libro XVII. Plutarchum in Galba, Zonaram, & Xiphilinum ex Dione.

C. Iulius Vindex Gallus, Neroni vt tyranno infestus.

T. Virginius . f. . n. Rufus, Leg. Neronis Cæs. Aug. Procos. Germaniam superiorem obtinuit. Galliarum defectione intellecta, ad eos motus compescendos cum legionibus perrexit. Vesontionem obsidens, cum Vindice venit in colloquium; conuentumque inter duces, vti prouincias & exercitus in potestate Senatus populique

pulíq;ue Romani retinerent. Sed cùm ad arma, inuitis ducibus, per se prorupissent exercitus, ingentique inter se prælio confligerent, Vindex xx. milibus à sua parte cæsis, rebus desperatis sibimet manus intulit. Virginius Imperium ab exercitu oblatum refutauit, & licet a Galba sollicitaretur, ad eius tamen partes transire noluit, antequam intellexisset Neronem occisum, & Galbam Romæ à Senatu populoque Rom. Imperatorem appellatum. Quo nuntio accepto, legiones in Galbæ verba adegit, & prouinciam successori à Galba misso tradidit. Ter Consulem fuisse constat, & Neruæ temporibus mortuum, eiusque epitaphium tale citat Dio:

Hic situs est Rufus, pulso qui Vindice quondam
Imperium asseruit, non sibi, sed patriæ.

Vide Plutarchum, Tacitum, Xiphilinum, & Zonaram. Alterius Virginij funus pòst celebrat Plinius Iunior lib. II. epist. I.

L. Fonteius C. f. C. n. Capito, Leg. Neronis Cæs. Aug. Procos. Germaniam inferiorem obtinuit. Anno sequenti, occiso Nerone, res nouas contra Galbam moliens, à Fabio Valente & Cornelio Aquino Legatis occisus est.. Vide Tacitum, Plutarchum, & Xiphilinum. Meminit Suetonius in Galba.

.. Clodius . .f. .. n. Macer, Leg. Neronis Cæs. Aug. in Africa exercitum, & Numidiam obtinuit. Anno sequenti, occiso Nerone, res nouas cogitans, nauigationem sustulit, & vecturam rei frumentariæ detinuit, Italiam annonæ penuria premere cupiens; quapropter Galbæ iussu per Trebonium Garucianum Procuratorem occisus est. Vide Tacitum libro XVII. Plutarchum, & Suetonium in Galba. Cum Procos. imperio præfuisse prouinciæ, non Consularis videtur, cum de Africa sic postea Tacitus, vbi
» de statu prouinciarum: Africa, inquit, & legiones in ea, interfecto Clodio Marco, con-
» tentæ qualicumque principe post experimentum domini minoris.

M. Licinius M. f. .. n. Crassus Mucianus, Procos. Syriam cum quatuor legionibus obtinuit. Cuius ingenium ac mores graphicè describit Tacitus libro XVII. Cestio Galio successor datus. Galba occiso, legiones Othonis primùm sacramento adegit. Mox vt Othonem ac Vitellium impiis armis rem Rom. raptum ire vulgatum fuit, Vespasiani partibus vltrò accessit; & ad capessendum Imperium hortatus est, cum iam fremere Orientis totius miles, suasque vires circumspicere cœpisset: ac ne penes alios Occidentis exercitus Imperij semper præmia, penes ipsos tantùm seruitij necessitas esset, nouum Imperatorem sibi flagitaret. Præmissus igitur cum exercitus parte Mucianus in Italiam vt Vitellium opprimeret: qui tamen ante eius aduentum in vrbe à Flauianis occisus est. Mucianus deinde Romam veniens cum Domitiano Vespasiani filio, turbatam bello ciuili Remp. pacauit, administrauitque vsque ad Vespasiani aduentum, à quo frater & consors Imperij appellatus est. Senatus autem multo cum honore verborum Muciano triumphalia de bello ciuili decreuit, sed de Sarmatis titulus fingebatur. Hæc Tacitus, Suetonius, Zonaras, ac Xiphilinus. Plinius de rebus naturalibus scribens, crebrò illius mentionem facit, ter Consulem appellans, & historiam rerum Orientalium multiplicem neque incuriosam reliquisse passim insinuans.

Crassus Mucianus à Plinio sæpè citatus.

M. Antonius .. f. .. n. Iulianus, Iudæam obtinuit. Gesio Floro successisse opinor. Meminit illius Iosephus belli Iudaici lib. VII. cap. IX.

Quæstor.

A. Licinius .. f. .. n. Cæcina. In Bætica. Quem iuuenem Galba impigrè in partes suas transgressum, legioni mox præposuerat in superiore Germania. Deinde compertum publicam auertisse pecuniam, vt peculatorem flagitari iussit. Igitur auctor exercitui Germaniciano desciscendi à Galba fuit. Vide Tacitum libro XVII.

ANNI P. R. C. DCCCXX.

Consules.

C. Silius //. f. //. n. Italicus. M. Galerius M. f. //. n. Trachalus Turpilianus.
//. Ciconius //. f. //. n. Varro in Kal. Iulias sequentes designatus erat: sed antequam iniret occisus est.
Ex Kal. Iulis. C. Bellicus //. f. //. n. Natalis.
P. Cornelius P. f. //. n. Scipio Asiaticus.

EXTREMO Principatu Neronis hi Consules fuere, qui in Taciti XVI. desiderantur: à Cassiodoro & Mariano vocantur Italicus & Turpilianus: in Tabulis Græcis Italicus & Trachalus. Sic item in Catalogo Pontificum Rom. legimus: Clemens ann. VIII. » mens. XI. d. XII. fuit temporibus Galbæ & Vespasiani, à Consulatu Trachali & Italici vs- » que Vespasiano VII. & Tito V. Frontinus de Aquæductibus Silio Italico & Galerio Tra- » chalo Consulibus Vibium Crispum pro Fonteio Agrippa, qui in Asiam Procos. ibat, aquarum Curatorem factum scribit. Ex his C. Silius Italicus poëta magni nominis, qui Punica bella carmine descripsit. Ipsum scribit Plinius Secundus lib. III. epist. VII. nouissimum à Nerone factum Consulem, postremum quoque ex omnibus quos Nero fecerat decessisse. Illud etiam notabile, inquit, vltimus ex Neronianis Consularibus obiit, » quo Consule Nero periit. Meminit item pulchrè Consulatus Silij lib. VII. epigr. LXII. » & lib. VIII. epigr. LXVI. quo Consule M. Galerium libro XVII. Tacitus oratorem fuisse indicat, & Vitellio Principi affinitate iunctum. Ciconius Varro Consul designatus Galbæ iussu, antequam iniret, occisus fuit, vt Nymphidij Præf. Pr. socius, cui orationem composuerat, qua Prætorianos contra Galbam in suas partes pellicere cogitabat Nymphidius: quod Tacitus & Plutarchus memoriæ produnt.

C. Silius Italicus poeta, de bello Punico.

Nero interijt.

Nero Cæsar prouinciarum omniumque ordinum defectione perterritus, vrbe profugiens, à Senatu confestim hostis iudicatus. Cùm ad pœnas dandas quæreretur ad IV. Id. Iunias, in suburbano Phaontis liberti semet interfecit. In eius locum Imp. Cæsar appellatus est, Senatus populique Rom. consensu, Ser. Sulpicius Galba, qui Hispaniam Legatus tunc administrabat, & Imperium ab exercitu in prouincia acceperat. Absenti cunctos Principibus tribui solitos honores Senatus decreuit, & vt quamprimùm ad vrbem veniret exhortatus est. Sed vide Plutarchum, Tranquillũ, Zonaram, & Xiphilinum, qui omnia copiosiùs. Ceterùm reperiuntur & alij Consules sub hoc breui Galbæ Principatu suffecti eodem anno vel ex Kal. Iulijs, more eius temporis, vel saltem ante Idus Octobres, C. Bellicus Natalis, P. Cornelius Scipio Asiaticus: veluti leguntur Romæ in titulo aræ antiquæ marmoreæ, quæ seruatur in ædibus Maffeiorum. Et est talis:

IMAGINVM. DOMVS — In sinistro latere
AVG. CVLTORIBVS. SIGNVM — DEDIC. IDIBVS. OCTOBR
LIBERTATIS. RESTITVTAE — C. BELLICO NATALE
SER. GALBAE. IMPERATORIS. AVG. — P. CORNELIO. SCIPIONE. ASIATIC COS
CVRATORES. ANNI. SECVNDI
C. TYRRANIVS. POLYBIVS
L. CALPVRNIVS ZENA
C. MVRDIVS LALVS
C. TVRRANIVS FLORVS
C. MVRDIVS DEMOSTHENES

Prouinciæ.

M. Cluuius //. f. //. n. Rufus, Legatus Ser. Galbæ Cæs. Augusti Procos. Hispaniam citeriorem vel Tarraconensem obtinuit. Ibidem a Galba relictus, vir facundus, & pacis artibus præstans, belli inexpertus, vt Tacitus lib. XVII. Anno sequenti Vitellianas partes secutus est. Mauritanias duas, Lucceio Albino Procuratore duce, res nouas moliri incipientes, Lucceio occiso pacauit, & Vitellio conciliauit. Post Bebriacensem victoriam relicta Hispania, Vitellium in Italiam proficiscentem assequitur, & comitatui Principis additus, non adempta Hispania, quam rexit absens exemplo

exemplo L. Arruntij, quem Tib. Cæsar ob metum, Vitellius Cluuium nulla formidine retinebat: Auctor idem Tacitus lib. XVIII.

C. Vipsanius C. f. /. n. Apronianus, Africam Procos. obtinuit, post Clodij Macri cædem. Anno sequenti Galba occiso, prouincia, non expectata Procos. auctoritate, ad Othonis partes transiit, initio a Carthagine orto, vbi Crescens Neronis Libertus epulum populo ob lætitiam recentis Imperij obtulerat, Galbæ quem metuerat, cæde erectus. Carthaginem ceteræ ciuitates sequutæ: Tacitus lib. XVII.

/. Fonteius /. f. /. n. Agrippa, Asiam Procos. obtinuit, quam annuo imperio rexit. Deinde anno insequenti ex Asia à Vespasiano præpositus est Mœsiæ: Tacitus lib. XIX.

//. Hordeonius /. f. /. n. Flaccus, Legatus Ser. Galbæ Cæs. Augusti Procos. Germaniam superiorem obtinuit, T. Virginio Rufo successor datus, vt Plutarchus auctor est. De hoc Tacitus in actis anni sequentis libro XVII. vbi de statu prouinciarum disserit: Superior exercitus Legatum Hordeonium Flaccum spernebat, senecta ac debilitate pedum inualidum, sine constantia, sine auctoritate. Eadem scribit Plutarchus in Galba. Ergo eius legiones primæ obsequium erga Imperatorem ruperunt, reiectoque Galba, Kal. Ianuariis sequentibus adigi sacramento in nomen Senatus recusarunt, ac paullò pòst inuito Hordeonio signa ad Vitellium, ab inferioris Germaniæ exercitu iam factum Imperatorem, transtulerunt: Hordeonium nihilominus in Italiam properans Vitellius in prouincia reliquit, & Galliæ totius curam commisit. Qui in Vespasiani partes, ingruente bello ciuili postea inclinauit; sed tandem seditione militari periit. Vide Tacitum libro XVII. XVIII. & XIX. Plutarchum in Galba, & Suetonium.

A. Vitellius L. f. P. n. Qui posteà Imp. Cæsar Augustus appellatus est, Legatus Ser. Galbæ Cæs. Aug. Procos. Germaniam inferiorem obtinuit, adiutus T. Vinij suffragio tunc apud Galbam potentissimi: alioquin ipse ita contemptus & egenus, vt exiturus in prouinciam, creditores detinentes non nisi terrore calumniæ amouere potuerit; vtque ex aure matris Sextiliæ detractum vnionem pignerauerit ad itineris impendium. In prouinciam venit eius anni exitu paullò ante Kal. Decembres, quæ aliquamdiu post occisum Fonteium sine Consulari Legato fuerat. Aduenientem male animatus erga Galbam exercitus, & pronus ad res nouas, gaudens excepit; velut dono deûm oblatum Vitellij ter Consulis filium ætate integra, facili & prodigo animo. Quam de se persuasionem quouis obsequij genere, nihil cuiquam negando, omnia indulgendo, adulandoque seruiliter vsque adeò adauxit, vt vixdum mense in castris transacto, subito consensu militum e cubiculo raptus in publicum, ita vt erat in veste domestica, Imperator consalutatus fuerit. Accessit deinde superioris Germaniæ exercitus consensus, qui priùs à Galba ad Senatum defecerat. Igitur cæde Galbæ nuntiata, compositis Germanicis rebus, aduersus Othonem a Prætorianis ad Imperium Romæ excitum præmisit partem exercitus, ipse reliquis copiis per Galliam sequitur: Auctores Tacitus, Suetonius, Plutarchus, & Dionis Epitome. *Galba Imp. occisus.*

/. Valerius /. f. //. n. Asiaticus, Leg. Propr. Ser. Galbæ Cæs. Aug. Galliam Belgicam obtinuit. Vitellij partibus anno sequenti accessit, quem mox Vitellius generum adsciuit: Tacitus libro XVII. Asiatici bis Consulis videtur filius.

/. Iunius /. f. /. n. Blæsus, Lugdunensem Galliam obtinuit. Vitellio cum legione Italica & ala Taurina Lugduni tendentibus anno sequenti accessit Tacitus libro XVII. & XVIII. Romæ ipsum posteà in conuiuio Vitellius veneno sustulit, vt idem Tacitus lib. XIX.

//. Calpurnius /. f. /. n. Asprenas, Propr. Galatiam ac Pamphiliam obtinuit, à Ser. Galba iis prouinciis impositus. Seruum è Ponto citharœdum, qui se Neronem fingebat, resque nouas per Achaiam Asiamque prætextu eo moliebatur, ad Scythinum insulam tempestate depulsum, anno sequenti occidit: Tacitus libro XVIII. & Zonaras.

/. Iulius /. f. /. n. Cordus, Leg. Propr. Ser. Galbæ Cæs. Aug. Aquitaniam obtinuit. Galba occiso, in Othonis verba prouinciam adegit, quæ paullò tamen pòst ad Vitellium versa est.

//. Antonius //. f. /. n. Flamma, Cyrenen Proq. obtinuit. Finito bello ciuili, accusantibus Cyrenensibus anno DCCCXXII. repetundarum damnatur, & exilio, inquit Tacitus, ob sæuitiam, libro XX.

ANNI P. R. C. DCCCXXI.

Consules.

Ser. Sulpicius Ser. f. Ser. n. Galba, Qui postea Imp. Cæs. Aug. appell. est II. In magistratu occisus est.

T. Vinius. / . //. f. //. n. Rufinus. In magistratu occisus est.

IN Cassiodoro & Mariano non reperiuntur hi Consules. In Tabulis Cuspiniani habemus ordinarios Galbam & Iunium: in Græcis autem Galbam & T. Rufinum. hic autem secundus Galbæ Consulatus est. Igitur rectè Tacitus: Initium, inquit, mihi operis Ser. Galba iterum, T. Iunius Consules erunt. Vrbis atque Imperij dehinc statu enarrato, rursu exordiens ait: Hic fuit rerum Rom. status, cùm Ser. Galba iterum, T. Iunius Consules inchoauere annum sibi vltimum, Reip. prope supremum. Sed passim in exemplaribus cùm Suetonij tum Taciti, mendose Iunius pro Vinius legitur, vt nuper animaduersum est ab Antiquitatis omnigenæ peritissimis Antonio Augustino & Benedicto Ægio, ex saxi Tiburtini vetusto titulo, in quo legitur, SER. GALBA. II. T. VINIO. COS. quemadmodum Onufrius in suis commentariis recenset. Quale saxum in Capitolio adhuc videri poterit. Et profectò in Plutarchi exemplaribus Græcis manent adhuc eius nominis vestigia; nam Βίνιος appellatur cum alibi, tum vbi Galbam scribit se ipsum Consulem, Vinniumque collegam in hunc annum declarasse.

Ant. Augustinus V. C. Benedictus Ægius.

Ipsis autem Kal. Ianuariis, superioris Germaniæ legiones obsequium primæ ruperunt, ac se sacramento adigi recusarunt, nisi in nomen Senatus; specioso primum titulo, sed paulò post sua sponte ad Vitellium transierunt, qui III. Nonas eiusdem a suo exercitu Imperator appellatus erat. Quod vt Romæ nuntiatum, Galba sperni senectutem suam ratus velut orbam; ne successor in incerto esset, III. Idus Ianuarij L. Pisonem Frugi Licinianum nobilem iuuenem in castris pro concione adoptauit. Quare perculsus Otho, qui sperauerat fore vt adoptaretur, instigante insuper animi dolorem æris alieni magnitudine, ad vim conuersus, coniuratione facta, Prætorianorum militum, quos sibi iam pridem largitione conciliarat, opera, Galbam Imperatorem cum Filio Pisone & T. Vinio collega Consule, medio foro palàm disiecta plebe trucidauit: occupatoque exercitu vrbano, Imperium contra Vitellium inuasit XVII. Kal. Februarij, quod XVIII. Kal. accidisse Plutarch. tradit. Is exitus Galbæ fuit Imperij mense VII. die II. Ex arbitrio deinde Prætorianorum, Senatus metu coactus, confestim Imperij ornamenta ac titulos ei omnes decreuit. Quæ simul acceptauit vniuersa, velut testantur eius nummi, in quibus cum Consulatu eius tituli sic leguntur, IMP. OTHO. CAESAR. AVG. P.M. TR. P. COS. Astipulatur Tacitus libro XVII. vbi Galbæ, Pisonis, T. Vinij, aliorumque cædes describit. Exacto, inquit per scelera die, nouissimum malorum fuit lætitia. Vocat Senatum Prætor „ vrbanus, certant adulationibus ceteri magistratus, accurrunt Patres. Decernitur Othoni „ Tribunitia potestas, & nomen Augusti, & omnes Principum honores. „

T. Piso à Galba adoptatus.

Galba Imp. occiditur ab Othone.

Tiberis inundauit, plurimaque obuenere prodigia, quæ latius enarrat Tacitus. Roxolani Sarmatæ in Mœsiam irrupere. Sed eius anni historiam omnem diffuse ac plenè intelliges ex eodem Tacito, Plutarcho, Suetonio, & Dionis Epitome Xiphilini, ac Zonara.

Prodigia in Othonis Imperio.

Eodem anno Consules suffecti sunt

Ex a. d. XVI. Kal. Feb. Imp. M. Saluius L. f. M. n. Otho Cæsar Augustus
L. Saluius L. f. M. n. Otho Titianus II.

Ex Kal. Mart. T. Virginius //. f. //. n. Rufus.
Vopiscus Pompeius //. f. //. n. Siluanus.

Trucidatis in magistratu Consulibus, fasces eorum excepit M. Otho, iam in Imperio confirmatus: assumptoque Titiano fratre collega, Consulatum vsque in Kal. Martias gessit. Proximos duos menses T. Virginio & Pompeio Siluano permisit, iam expeditionem aduersus Vitellium moliens, quemadmodum ex Plutarcho & Tacito colligimus. Huius verba sunt: Otho vt in multa pace munia Imperij obibat, quædam ex dignitate „ Reip. pleraque contra decus, ex præsenti vsu properando. Consul cum Titiano fratre in „ Kal. Martias ipse, proximos menses Virginio destinat, vt aliquod exercitui Germanico „ delinimentum. Iungitur Virginio Pompeius Vopiscus, prætextu veteris amicitiæ; pleri- „ que

M. Otho Imperator.

» que Viennensium honori datum interpretabantur. Ceteri Consulatus ex destinatione » Neronis, aut Galbæ mansere. Plutarchus auctor est Othonem, quod tempus Consul futurus erat, eius partem Virginio Rufo cessisse, & eorum quos Nero Galbave destinasset, omnium Consulatus habuisse ratos. Ex quibus colligere est, Othonem cum fratre a Senatu in reliquum anni designatum fuisse; sed sponte sua Virginio, aliisque antè destinatis eum magistratum cessisse. T. Virginium non vno loco Consularem appellat Tacitus. Pompeio Siluano, quem Poppæum Siluanum ex Vatic. no Codice Lipsius nominat. Vopisci prænomen attribuit item Frontinus de Aquæductibus: nam Curatorem aquarum sub Vespasiano factum dicit. Titiani vero hic alter Consulatus est, nam & anteà Consulem, atque Asiæ Procos. habuimus.

M. Otho, pluribus ab exilio reuocatis Senatoribus, ordinem, sacerdotia, ac bona restituit. M. Sofonium Tigillinum famosissimum delatorem, flagitante populo, occidi iussit. Lingonibus ciuitatem Romanam, Hispalensibus & Emeritensibus familiarum adiectiones, prouinciæ Bæticæ Maurorum ciuitates largitus est. Ac pridie Idus Martias, contractis vndique ex Italia atque vrbe copiis, terra marique expeditionem contra Vitellium mouit, cura vrbis Romæ fratri Titiano commissa. quo deinde euocato, T. Flauium Sabinum vrbi præfecit. Moti insuper ad Othonis Imperium Pannoniæ Dalmatiæq; exercitus: ante quorum aduentum Otho tribus mediocribus prælis victor, apud Alpes, circaque Placentiam, & ad Castoris, nouissimo maximoque apud Bebriacum superatus est a C. Fabio Valente & A. Cæcina Vitellij Legatis. Cuius cladis nuntio accepto (Brixelli enim substiterat, neque prælio adfuerat) moriendi impetum cepit, ac semet, rebus domesticis ordinatis, postridie ante lucem in cubiculo pugione transfixit XII. Kal. Maij, nonagesimo quinto Imperij die, annum agens ætatis XXXVIII. Reliquiæ exercitus, ipso occiso, in gratiam à Valente & Cæcina receptæ, Vitellij sacramento adactæ sunt. Vitellius de Bebriacensi victoria, & Othonis exitu, cùm adhuc esset in Gallia, audiit. Nihilque cunctatus, omnes Imperatorum honores a Senatu sibi decretos præter Cæsaris cognomen acceptauit, Augusti distulit. Vocari & Germanicus cœpit, filiumque infantem insuper Germanicum appellauit. Mater tamen Imperatoris Sextilia, summa probitate & antiqui moris mulier, dixisse ad primas filij sui epistolas ferebatur, non Germanicum a se, sed Vitellium genitum. Vidimus apud Granuellanum Cardinalem denarios eius cum Clementiæ effigie sedentis, & oleæ ramum præferentis, & hoc titulo, CLEMENTIA. IMP. GERMANICI. Cæsaris vero cognomen, quod ante in perpetuum se recusaturum dixerat, postea vsurpare cœpit, iam valido Vespasiano, quasi fine eo priuatus, & sibi metuens. Pontificatum denique Max. spretis religionibus Alliensi etiam die suscepit, licet atro, idque illi omen non diuturni Imperij fuit. Vide de his plura apud Tacitum, Suetonium, Plutarchum, & Dionis Epitomen.

M. Otho Imp. pugione se confodit.

A. Vitellius Imp.

Sextilia Vitellij mater.

Alliensis pugna ater dies.

Eodem anno Consules suffecti sunt

Ex. Kal. Mai. . Cælius . f. . n. Sabinus.

T. Flauius T. f. T. n. Sabinus.

Ex. Kal. Iulis. T. Arrius . f. . n. Antoninus.

P. Marius . f. . n. Cellus II.

Auctore Tacito sequuntur Virginio & Vopisco ex eiusdem anni Kal. Maiis Consules rursum per bimestre P. Cælius & T. Flauius Sabini. Atque his deinde ex Kal. Iulis in Septembres vsque T. Arrius Antoninus cum Mario Celso II. Sed Taciti verba sunt hæc, » vbi de Othonianis Consulibus agit: Ceteri Consulatus ex destinatione Neronis aut » Galbæ mansere, Cælio & Flauio Sabinis in Iulias, Arrio Antonino & Mario Celso in » Septembres; quorum honori ne Vitellius quidem victor intercessit. Ex his T. Flauius Sabinus frater Imp. Vespasiani fuit, Præf. vrbis, quem Otho secum vna cum T. Virginio & M. Celso ex magistratibus ab vrbe in expeditionem duxerat; a Vitellianis postea, capto Capitolio, occisus. Consulem designatum appellat Tacitus libro XVIII. vbi pugnam Bebriacensem describit. T. Arrium Imp. Antonini Pij fuisse auum Onufrius tradit. Taciti exemplaria perperàm Archius habent. Marij Celsi prior Consulatus sub Nerone fuit; hunc secundum a Galba obtinuit: quod ex Taciti XVII. manifestum est, quo loco „ Pisonem Frugi paucis post K. Ianuarias diebus a Galba adoptatum refert. Adhibito, in- „ quit, super Vinium & Laconem Mario Celso Cos. designato. Et posteà post cædem „ Galbæ de Othone bellum parante: Marium Celsum Cos. designatum per speciem vin- „ culorum, sæuitiæ militum subtractum, acciri in Capitolium iubet. Rursus, post victoriam Bebriacensem, Othone iam interfecto, Celsum dignitate non spoliatum a Vitellio „ declarat, licet aduersæ partis equitibus præfuisset. Mario Celso, dicit, seruatur Consula-

T. Flauius Sabinus Vespasiani Imp. frater in Capitolio cæsus.

tus; sed creditum fama, obiectumque mox Cæcilio Simplici in Senatu, quòd eum honorem pecunia mercari, nec sine exitio Celsi voluisset. Restitit Vitellius.

Mathematici Italia pulsi. Præmisit in vrbem edictum Vitellius, quo vocabulum Augusti differret, Cæsaris non reciperet; cùm tamen de potestate nihil detraheret. Pulsi Italia Mathematici. Cautum seuerè, ne equites Rom. Ludo aut arena pollucrentur. Prætorianos exauctorauit. Rata insuper fecit eorum testamenta qui acie Othoniana ceciderant. Vrbem denique ad classicum introiit paludatus, ferroque succinctus, inter signa & vexilla, sagulatis comitibus, & Pontificatum Maximum Alliensi die cepit. Vide Tacitum lib. XVIII. Suetonium, & Dionis Epitomen.

Vitellio Romæ in omnem sæuitiam, luxum ac libidinem profuso, initium deferendi ad Vespasianum Imperij cœptum est, festinante Tiberio Alexandro Ægypti Præfecto, qui Kal. Iulis sacramento eius legiones adegit. Isque primus Principatus dies in posterum, quamuis Iudaicus exercitus v. Nonas Iulias apud ipsum iurasset. Ante Idus Iulias Syria omnis in eodem sacramento fuit, Muciano auctore. Accessere statim Reges vicini, & quidquid prouinciarum mari Achaia Asiaque tenus alluitur. Adiuncti item Pannonici Illyricique exercitus. Qua subita prouinciarum defectione Vitellius exterritus, ac velut e torpore & luxu excitus, Cæcinam ac Valentem expediri ad bellum iubet. Vide Tacitum libro XVIII. Suetonium, ac Dionis Epitomen.

Eodem anno Consules suffecti sunt

Ex Kal. Septembr. C. Fabius //. f. //. n. Valens.
A. Licinius //. f. //. n. Cæcina. Ex. S. C. perduellionis damnatus est. In eius locum factus est
Ex. prid. K. Nou. //. Roscius //. f. //. n. Regulus.
Ex. Kal. Nouembr. Cn. Cæcilius // f. //. n. Simplex.
C. Quinctius //. f. //. n. Atticus

Fabium ac Cæcinam Vitellius, quibus ducibus Othonem absens oppresserat, inter alios ante designatos eiusdem anni Consules inseruit, quorumdam coarctatis vel dissimulatis honoribus, vti de se benemeritis vices rependeret. Adiciam Taciti verba, quibus hoc explicat: Vt Valenti, inquit, & Cæcinæ vacuos honoris menses aperiret, coar- » ctati aliorum Consulatus, dissimulatus M. Macri, tamquam Othonianarum partium » ducis; & Valerium Marinum destinatum a Galba Consulem distulit, nulla offensa; sed » mitem, & iniuriam segniter laturum. Pædanius Costa omittitur, ingratus Principi, vt » aduersus Neronem ausus, & Virginij extimulator. Hæc Tacitus libro XVIII. Valentem, » ne ad bellum statim proficisceretur, morbus tardabat. Præmissus igitur A. Cæcina Consul cum Germanico exercitu, qui Cremonam occupauit. *Cremona capta.* Vbi, irrumpentibus deinde in Italiam Flauianis duce Antonio Primo, desperans de rebus Vitellij, persuasit militibus, vt simul transirent ad Vespasianum; qui mutato sacramento, non diu pòst pœnitentia ducti, Consulem suum in vincula iecerunt. Sed Cremona, vbi seruabatur, a Flauianis expugnata, solutus Cæcina prætextatus, lictoribusque insignis, dimota turba, Consul per exercitum incessit. Exarsere victores, superbiam perfidiamque obiectantes. Obstitit Antonius, datisque defensoribus, ad Vespasianum dimisit. Postmodum Titi Cæsaris iussu occisus est, detecta eius coniuratione contra Vespasianum patrem, vt auctor Suetonius, qui Consularem vocat.

Nuntiata Cæcinæ proditione, graues in Senatu cõtra ipsum dictę sunt sententiæ Vitellij in gratiam. Nec defuit qui vnum Consulatus diem (is enim in locum Cæcinæ supererat) magno cum irrisu tribuentis accipientisque blandiretur. Pridie Kal. Nouembris Roscius Regulus iniit, eiurauitque. *Alium suffici quando solitum.* Annotabant periti, numquam anteà non abrogato magistratu, neque lege lata, alium suffectum. Nam Consul vno die & ante fuerat Caninius Rebilus C. Cæsare Dictatore, cum festinarentur belli ciuilis præmia. *Caninius Rebilus vnius Cos diei. Sup. lib XVII. Annal.* Hæc latissimè Tacitus libro XIX. Xiphilinus item ex Dione: sed mendose in exemplaribus legitur Allienus pro A. Licinius.

Sequuntur noui rursus Consules ex Kal. Nouembris in anni reliquum C. Quinctius Atticus & Cn. Cæcilius Simplex, velut appellantur à Dione, & Tacito, qui Cæcilium Simplicem a Vitellio Consulatum obtinuisse docet, libro XVIII. vbi eum Marij Celsi Consulatum mercari pecunia voluisse scribit: Restitit, inquit, Vitellius, deditque posteà » Consulatum Simplici innoxium, & inemptum. Rursus meminit libro XIX. Vitellium » XV. Kal. Ianuarias præ metu Imperio decedere volentem describens, nuntiata legionis & cohortium defectione, quæ Narniæ se Vespasiani ducibus dediderant: Postremo, ait, » fletu præpediente, assistenti Consuli, Cæcilius Simplex erat, exolutum a latere pugio- » nem

nem, velut ius necis vitæque ciuium reddebat. Ceterùm C. Atticus Consul cum Flauio Sabino Præf. vrbis, fratre Imp. Vespasiani, expugnato, & incenso Capitolio, captus est, quod Edicta pro Vespasiano magnifica, aduersus Vitellium probrosa vulgarat; veluti diffuse Tacitus, & Xiphilinus ex Dione. *Flauius Sabinus Vespasiani frater. C. Atticus captus.*

Prodigia multa mutationem rerum denuò portendentia vndecumque nuntiata sunt. Cometes apparuit, & Luna contra rationem temporis bis defecit. Duo simul soles visi, in Oriente pollens & clarus, alter in Occidente pallidus & imbecillis. Simulachra & vestigia e Capitolio decedentium visa sunt, renuntiatumque ab excubitoribus, nocte templum Iouis sua sponte magno cum fragore adapertum fuisse. Vitellius interim iam sibi metuens, comitia in decem annos ordinauit, seque perpetuum Consulem dixit. Quod præter Suetonium, testatur & antiquæ marmoreæ basis titulus, quæ Romæ in ædibus Card. Cæsij seruatur: *Prodigia sub Vitellio. Luna bis defecit. Vitellius Cos. perpetuus.*

A. VITELLIVS. L. F
IMPERATOR
COS. PERP.

Anno autem sequenti Consulatus abrogati quos Vitellius dederat, legem ferente Domitiano Cæsare in Prætura, veluti Tacitus auctor libro xx. Ceterum Cremona capta, cæsis vel in deditionem receptis Vitellianis, & ingruentibus terra marique inimicis, Tarracinæ fratrem cum classe ac tironibus gladiatorumque manu opposuit; in Gallia Bebriacenses copias ac duces. verùm vbique vel superatus, vel defectione suorum proditus salutem sibi & millies HS. a Flauio Sabino Vespasiani fratre vrbis Præfecto pepigit, cedereque se Imperio quod inuitus recepisset, non semel palàm pronuntiauit. Sed interpellante milite ac populo, & ne deficeret hortante, animum resumpsit; Sabinumque, Consules, & reliquos Flauianos, nihil iam metuentes, vi subita in Capitolium compulit, succensoque templo Iouis Optimi Max. oppressit. Postridie ab Antonio Primò Flauianorum duce Roma capta est, & Vitellius e latebris Palatij extractus, religatis post terga manibus, laqueo ceruicibus iniecto, inter magna rerum verborumque ludibria, tandem ad Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus & confectus est, & inde vnco tractus in Tiberim. Periit hoc modo Vitellius IX. Kal. Ianuar. Principatus sui mense octauo, die V. *A. Vitellius miserè interfectus.*

Imperium deinde, ciuilis belli tempestate exuperata, suscepit Vespasianus, ac pacem rebus compositis orbi tandem restituit. At Romæ Senatus Vespasiano absenti Consulatus cum Tito filio, ac Domitiano Præturam in annum sequentem cum Consulari imperio, cunctaque Principibus solita decreuit, lætus, & spei certus, ciuilibus armis finem adesse; quæ per Gallias Hispaniasque cœpta, dein omnes pop. Rom. prouincias exercitusque velut expiato terrarum orbe, lustrauerant, atque in Italia, vrbeque demum ipsa quieuerant. S. C. tabulis æneis incisum, quarum adhuc postrema Romæ visitur in æde sacra Lateranensi D. Ioannis parieti affixa. Cuius exemplum hoc loco adiicere non pigebit, eorum in gratiam, quibus curæ est Romanæ Reip. formam statumque eius temporis exactiùs cognoscere. *Vespasianus imperium suscepit.*

FOEDVSVE. CVM. QVIBVS. VOLET. FACERE. LICEAT. ITA VTI. LICVIT. DIVO. AVG
TI. IVLIO. CÆSARI. AVG. TIBERIOQVE. CLAVDIO. CÆSARI. AVG. GERMANICO

VTIQVE. EI. SENATVM. HABERE. RELATIONEM. FACERE. REMITTERE. SENATVS
CONSVLTA. PER. RELATIONEM. DISCESSIONEMQVE. FACERE. LICEAT
ITA. VTI. LICVIT. DIVO. AVG. TI. IVLIO. CÆSARI. AVG. TI. CLAVDIO. CÆSARI
AVG. GERMANICO

VTIQVE. CVM. EX. VOLVNTATE. AVCTORITATEVE. IVSSV. MANDATVVE. EIVS
PRÆSENTEVE. EO. SENATVS. HABEBITVR. OMNIVM. RERVM. IVS. PERINDE
HABEATVR. SERVETVR. AC SI. E. LEGE. SENATVS. EDICTVS. ESSET. HABERETVRQVE

VTIQVE. QVOS. MAGISTRATVM. POTESTATEM. IMPERIVM. CVRATIONEMVE
CVIVS. REI. PETENTES. SENATVI. POPVLOQVE. ROMANO. COMMENDAVERIT
QVIBVSVE. SVFFRAGATIONEM. SVAM. DEDERIT. PROMISERIT. EORVM
COMITIS. QVIBVSQVE. EXTRA. ORDINEM. RATIO. HABEATVR.

VTIQVE. EI. FINES. POMERII. PROFERRE. PROMOVERE. CVM. EX. REPVBLICA
CENSEBIT. ESSE. LICEAT. ITA. VTI. LICVIT. TI. CLAVDIO. CÆSARI. AVG.
GERMANICO

VTI-

VTIQVE. QVÆCVNQVE. EX. VSV. REIPVBLICÆ. MAIESTATE. DIVINARVM HVMANARVM. PVBLICARVM. PRIVATARVMQVE. RERVM. ESSE CENSEBIT. EI. AGERE. FACERE. IVS. POTESTASQVE. SIT. ITA. VTI. DIVO. AVG TIBERIOQVE. IVLIO. CÆSARI. AVG. TI. CLAVDIO. CÆSARI AVG. GERMANICO. FVIT

VTIQVE. QVIBVS. LEGIBVS. PLEBEIVE. SCITIS. SCRIPTVM. FVIT. NE. DIVVS. AVG TIBERIVSVE. IVLIVS. CÆSAR. AVG. TIBERIVSQVE. CLAVDIVS. CÆSAR. AVG GERMANICVS. TENERENTVR. IIS. LEGIBVS. PLEBISQVE. SCITIS. IMP. CÆSAR VESPASIANVS. SOLVTVS. SIT. QVÆQVE. EX. QVAQVE. LEGE. ROGATIONE DIVVM. AVG. TIBERIVMVE. IVLIVM. CÆSAREM. AVG. TIBERIVMVE CLAVDIVM. CÆSAREM. AVG. GERMANICVM. FACERE. OPORTVIT

VTIQVE. QVÆQVE. ANTE. HANC. LEGEM. ROGATAM. ACTA. GESTA DECRETA. IMPERATA. AB. IMPERATORE. CÆSARE. VESPASIANO. AVG IVSSV. MANDATVVE. EIVS. A. QVOQVE. SVNT. EA. PERINDE. IVSTA. RATAQ SINT. ACSI. POPVLI. PLEBISVE. IVSSV. ACTA. ESSENT

SANCTIO.

SIQVIS. HVIVSCE. LEGIS. ERGO. ADVERSVS. LEGES. ROGATIONES. PLEBISVE. SCITA SENATVSVE. CONSVLTA. FECIT. FECERIT. SIVE. QVOD. EVM. EX. LEGE. ROGATIONE PLEBISVE. SCITO. S. VE. C. FACERE. OPORTEBIT. NON. FECERIT. HVIVS. LEGIS ERGO. ID. EI. NE. FRAVDI. ESTO. NEVE. QVIT. OB. EAM. REM. POPVLO. DARE. DEBETO NEVE. CVI. DE. EA RE. ACTIONEVE. IVDICATIO. ESTO. NEVE. QVIS. DE EA RE APVD SE. AGI. SINITO

Senatus consultum verò, cuius hæc vna pars est, cum aliis legum æreis tabulis anno sequenti in Capitolio repositum fuisse Vespasiano in honorem, cui legitimam Imperij potestatem decreuit, ex Tranquillo & Tacito colligere est. Refert enim hic libro xx. tum sorte ductos ex Senatu, per quos redderentur bello ciuili rapta; quique æra legum vetustate delapsa noscerent, figerentque, & qui Fastos adulatione temporum fœdatos exonerarent. Itaque Fastorum etiam nouæ tabulæ tum confectæ, correctionesque promulgatæ sunt, vanis illegitimisque indignorum magistratibus sublatis, qui superiorum Principum negligentia tabulis publicis per ambitionem irrepserant.

Prætores.

Sex. Iulius Frontinus, cuius extant Strategemata. Sex. Iulius //. f. //. n. Frontinus, Vrbanam iurisdictionem obtinuit. Is idem cuius extant libri Stratagematum, & de Aquæductibus, iuris prudentia & rei militaris peritia clarus. Hoc anno Præturam gessisse suspicor, cùm Kal. Ianuariis proximis, posteaquam ipse Senatum (aberant enim noui Consules Vespasianus & Titus) conuocasset, abdicauit, vt auctor est Tacitus: alioquin vix vno die Prætorem fuisse dicendum erit, nisi forsan ante Kal. Ianuarias noui Prætores magistratum tunc inibant, quod nusquam hactenus legi. Verba Taciti hæc sunt libro xx. vbi acta anni insequentis incepit: In- » tereà Vespasianus iterum ac Titus Consulatum absentes inierunt, mœsta, ac multiplici » metu suspensa ciuitate, &c. Addit deinde, Kal. Ianuariis in Senatu, quem Iulius Frontinus » Prætor Vrbanus vocauerat, Legatis exercitibusque ac Regibus laudes gratesque decretæ. » Et Tertio Iuliano Prætura, quòd transgredientem in partes Vespasiani legionem » deseruisset, ablata, vt in Plotium Gryphum transferretur. Hormo dignitas equestris data, » & mox eiurante Frontino, Cæsar Domitianus Præturam cepit, eius nomen epistolis edi- » ctisque proponebatur. Ius penes Mucianum. Siqui anno sequenti Prętorem velint Fron- » tinum, ab iis sanè non integro anno dissentiam, cum primo eius die abdicasse ex Tacito constet.

Arulenius Rusticus Prætor vulneratus. //. Arulenius //. f. //. n. Rusticus. Fuit inter Legatos à Vitellio & Senatu ad exercitus Flauianorum missos ad concordiam pacemque suadendam, cùm iam vrbi imminerent. Sed extremum discrimen adierunt Legati, qui Petilio Cereali via Salaria occurrerunt, aspernante Flauiano milite conditiones pacis. Vulneratur Prætor Arulenius. Auxit inuidiam super violatum Legati Prætorisque nomen propria dignatio viri. Palantur comites, occiditur proximus lictor, dimouere turbam ausus; & ni dato à duce præsidio defensi forent, sacrum etiam inter exteras gentes Legatorum ius ante ipsa patriæ mœnia ciuilis rabies vsque ad exitium temerasset: Tacitus libro xix. Arulenium & ante Tribunum plebis habuimus.

Trib.

Trib. plebis.

.. Volcatius .. f. .. n. Tertullinus. Occiso Vitellio, Prætores ærarij publicam paupertatem in Senatu questi, modum impensis postulabant. Eam curam Valerius Asiaticus Consul designatus ob remedij difficultatem Principi reseruabat. Heluidius Priscus Prætor designatus, arbitrio Senatus agendum censuit. Cùm perrogarentur sententiæ, Volcatius Tribunus plebis intercessit, ne quid super tanta re, Principe absente, statueretur: Tacitus libro xx.

Prouinciæ.

L. Calpurnius L. f. Cn. n. Piso, Africam Procos. obtinuit, Aproniano succedens. Eius filius (ni fallor) qui eamdem prouinciam Procos. an. DCCXCI. sub Caligula rexit, & ipse ob nobilitatem virtutemque nouo Principatui metuendus, licet nequaquam turbido ingenio: attamen Muciano suspectus, augentibus famam Vitellianis in vrbe. Dum enim annona ex Africa ob tempestates suo tempore non commeare poterat, Pisonem res nouas cogitare, vrbemq; penuria premere velle, iactatum fuit. Igitur missus a Muciano Papirius Centurio, qui Pisonem occideret, sed deprehensus, supplicio afficitur. At non diu pòst Legatus qui exercitum in Africa obtinebat Valerius Festus, vt Mucianum sibi conciliaret, propria auctoritate in necem Pisonis equites misit, qui domum Proconsulis subitò irrumpentes, ipsum occiderunt: Tacitus libro xx.

.. Valerius .. f. .. n. Festus, Legatus Vitellij Imp. Aug Germanici in Africa exercitum, ac Numidiam obtinuit. Clodio Macro successit. Studia prouincialium erga Vitellium cum fide primùm iuuit, mox nutabat, palam epistolis edictisque Vitellium, occultis nuntiis Vespasianum fouens, & hæc illave defensurus, prout inualuissent. Occiso Vitellio, Pisonem Procos. ad res nouas frustra tentatum sibi metuens, & se Vespasiano purgare cupiens, anno sequenti immissis percussoribus interemit, vti bellum aliquod oppressisse videretur. Ophentium Leptitanorumque discordias posteà composuit. Vide Tacitum lib. XVIII. & XX.

.. Pompeius .. f. .. n. Siluanus, Leg. Ser. Galbæ Cæs. Aug. Procos. Dalmatiam obtinuit. Bello ciuili Vitelliano Othonis primùm partes, ac deinde Vespasianum eius legiones sequutæ sunt. Legatum Consularem ac senem diuitem vocat Tacitus lib XVIII. socordem bello, & dies rerum verbis terentem, vt Legatus legionis Annius Bassus ipsum obsequij specie regeret. Hinc mihi videtur esse, qui Consul an. DCCXCVII. ac deinde Procos. Africam anno DCCCIX. sortitus est.

T. Ampius .. f. .. n. Flauianus, Leg. Ser. Galbæ Cæs. Aug. Procos. Pannoniam obtinuit. Bello ciuili Vitelliano ad Vespasianum cum legionibus ita volentibus transiit. Consularis Legatus, & Vitellio affinis, diues, senex, & idcircò tardior. Ab exercitu suo non procul Verona propemodum per seditionem interemptus, nisi Antonius Primus auctoritate sua semet interposuisset stricto ferro, & sinum obijciens, seque militum manibus, aut suis simul moriturum testatus, donec fatisceret extremo diei seditio, dilapsis in sua quisque tentoria militibus. Profectus eadem nocte Flauianus, obuiis Vespasiani litteris discrimini exemptus est. Exercitus eius apud Antonium Primum remansit: Tacitus lib. XVIII. & XIX. Mendose T. Fabianus, vel T. Appius in exemplaribus appellatur: malim T. Ampius, vel Annius; nam in Frontino perperam quoque T. Anius Flauianus vocatur, qui Curatorem aquarum postea fuisse scribit, Valerio & Messallino Consulibus, Vespasiani Principatu.

M. Aponius .. f. .. n. Saturninus, Legatus Ser. Galbæ Cæs. Aug. Procos. Mœsiam obtinuit. Roxolanos Sarmatas, prouinciam ciuilis belli occasione nouem milibus equitum vastantes, contudit & profligauit. Postquam id Romæ compertum, ab Othone triumphali statua, Legatique eius Consularibus ornamentis donantur. Dein Othone occiso, Vespasiani partibus accessit, & cum legione VII. Claudia Antonio Primo Italiam inuadente iungitur. Paulò pòst apud Veronam seditione militari exceptus propemodum occiditur: verum latebris aliquamdiu seruatus, dimissis lictoribus, Patauium solus effugit. In exercitum eius vis & potestas imperij penes Antonium mansit. Confecto ciuili bello, mox

.. Fonteius .. f. .. n. Agrippa, ex Asiæ Proconsulatu Legatus Mœsiæ præpositus est, audito Dacorum ob absentiam legionum motu; quæ gens vtramque Danubij ripam occupauerat, & cohortium alarumq; hibernis expugnatis, legionum castris immi-

imminebat: Tacitus libro XIX. Iosephus de bello Iudaico lib. VII cap. XXIII. à Sarmatis anno sequenti Fonteium occisum dicit, nullumque successorem à Vespasiano Rubrium Gallum.

.. Vectius .. f. . n. Bolanus, Legatus Vitellij Imp. Augusti Germanici Procos. Britanniam obtinuit, Trebellio Maximo successor datus. Idem sub Cn. Corbulone Legatus in Armenia militauerat. Præfuit placidius quàm feroci prouinciæ dignum est, manentibus adhuc ciuilibus bellis, nec disciplina militem continuit. Laudandus tantummodò, quòd innocens, & nullis delictis inuisus; & idcircò charitatem parauerat loco auctoritatis. Sic Tacitus libro XVIII. & in vita Cn. Iulij Agricolæ, qui Legatus Prætorius annis sequentibus sub Bolano fuit.

FINIS LIBRI XIIX.

IN QVO CITATI,

Iosephus. Plinius. Strabo. Suetonius. Dion Cassius. Tabula Collotiana. Tabulæ Græcæ. Cassiodorus. Marianus Scotus. Horatius. Cicero. Fasti Capitolini. Porphyrio. Velleius Paterculus. Paullus Orosius. L. Florus. Sex. Rufus. Corn. Tacitus. Val. Maximus. Eutropius Eusebius. T. Liuius Plutarchus. Ptolomæus. Xiphilinus. Zonaras. Iuuenalis. Ouidius. Iul. Obsequens Censorinus. Seneca. Dionysius Halicarnassæus. Honorius Augustodunensis. Donatus. Frontinus. Appianus Alexandrinus. Tabula Cuspiniani. Acron. Tibullus. Onufrius Panuinus. Macrobius. Solinus. Iustinianus Imp. Tabula Anagnina. Vlpianus Iurisc. Isidorus. Tertullianus. Iulianus Iurisc. Paullus Iurisc. Marlianus. Pomponius Iurisc. Ant. Augustinus. S. Lucas Euangelista. Ioannes Martana. Tabula Narbonensis. Catullus. Nicolaus Florentius Batauus. Lactantius Firmianus. Paullus Middelburgensis. S. Augustinus. Auctor Vitæ Senecæ. Catalogus Pontificum Romanorum. Martialis. Auctor Dialogi de Orat. Philostratus. Velius Longus. Paullus Diaconus. Sicon Polentonus. Sex. Aurelius Victor. Iustus Lipsius.

EMENDATI AVT ILLVSTRATI,

L. Florus, pag. 524. Dion Cassius, pag. 520. 526. 538. 541. 548. 566. 567. 572. Marianus Scotus, pag. 523. 526. 532. 558. 562. 563. 575. 595. Donatus, pag. 517. Frontinus, pag. 517. 523. 536. 541. 566. 611. Tabulæ Græcæ, pag. 528. 563. Cassiodorus, pag. 531. 532. 548. 558. 562. 571. 575. 594. 595. Velleius Paterculus, pag. 538. Plinius, pag. 537. 550. Corn. Tacitus, pag. 550. 556. 582. 584. 586. 595. 598. 606. 607. 611. Strabo, pag. 547. Eusebius, pag. 547. Tertullianus, pag. 557. Iuuenalis, pag. 553. Suetonius, pag. 569. 606. Iosephus, pag. 570. 583. Seneca, pag. 578. Xiphilinus, pag. 608.



INDEX

INDEX SEV IDEA ROMANÆ HISTORIÆ AD ANNALES STEPHANI PIGHI.

A. SCHOTTVS LECTORI S.



THENIENSES *publicè ſanxerunt, ne quis vlli vmquam via ignaro indicium denegaret. Et Q. Ennius laudat,*

— qui erranti comiter monſtrat viam,
Quaſi lumen de ſuo lumine accendat, facit.

Sic & vſum Annalium Faſtorúmque Steph. Vinandi Pighij, omniſq; adeò Romanæ Hiſtoriæ, commonſtrare in præſens eſt animus. Quò enim, amabò, librorum diuitiæ pertinent, vſus ſi abſit? Vtendum itaque hiſce libris, vt omni omnino hiſtoriæ tractatione, via, ac ratione, vt multi iam diſſeruerunt: quam methodum, digitum velut in fontes intendens, demonſtrare equidem conabor. Vſitato itaque Indicum more, tribus diſtinctum opus Tomis, tribus etiam numeris 1. 2. 3. *oſtendo: deinde paginæ cuiuſq; Tomi numerus indicatur; & totidem elementis a. b. c. ſumma, media, ima pars, ne quærendo diu multumq; fatigeris, exhibetur.*

Ad hæc tria potiſſimùm cum fructu hîc conſideranda ſunt. Primò, Virorum Romæ illuſtrium *ſeries octo ſæculorum, id eſt, annorum octingentorum & quot excurrunt: qui domi militiaq; clari, ſago plerique belliciſq; artibus; alij toga atque doctrina & philoſophando Rempub. Romanam adminiſtrarunt. Hos litterarum ſerie ac temporum, quoad eius fieri potuit, digeſſimus. His ſanè T. Liuius, Plutarchi Vitæ parallelæ, & Scriptor de Viris illuſtribus, ſiue is Corn. Nepos eſt, ſiue Aurelius Victor, lucem accipiunt. Deinde* Magiſtratuum *omnium ortus, gradus, euentaq; & Reip. mutationes elucеſcunt: quando de Magiſtratibus Rom. accuratè ſatis ad hanc diem ſcripſit nemo, ne ſuppoſititius quidem Feneſtella, cuius libelli verus auctor eſt Andreas Dominicus Floccus, Florentinus. Hîc ordinem cernes honorum, graduſq; à minori ad maiorem Magiſtratuum, Quæſtura, Tribunatus plebis, Aedilitatis, Præturæ, & Conſulatus: Dictatura item & Cenſura, veluti in ſpeculo aut è ſpecula ſpectare cuique licebit. Tertiò,* Prænomina, Nomina, *&* Cognomina *cuiuſque Romani ciuis (qui tribus ferè delectabantur nominibus) è Faſtis cognoſces: quibus parens auuſq; apponitur. Nam ferè patre, auo, maioribus, rebuſq; præclarè geſtis inclareſcere dum ſtudent, acceptam augere potiùs gloriam & amplificare conati, Vrbem in orbis caput ſummumq; Monarchiæ decus tandem prouexerunt. Nominibus autem* Gens *cuiuſque oſtenditur, vt* Familia *Cognomento. His* Prænomina *antecedunt, quibus fratres eiuſdem Familiæ & patrueles diſcernebantur. Ceterùm de Rom.* Nominibus *qui veteres ſcripſerint, nunc accipe. Cariſius & Diomedes Grammatici, Valerius Maximus ſeu Probus, libro* x. *Memorab. Plutarchus in Vitis, Dion Caſsius lib.* XLVII. *Appianus Alex. initio Libyca, Pauſanias in Achaicis. Parentumq; memoria doctè, vt omnia, Sigonius tractauit, eumq; ſecutus Panuinius. De* Familijs *autem Rom. plures noſtra memoria, tum de Patricijs maiorum minorumq; gentium, tum de Plebeijs* XXXII. *Ant. Auguſtinus, ſumma vir doctrina & Antiquitatis cognitione præditus, & è* Nummis *Fuluius Vrſinus Romanus, ac denique in Onomaſtico Ioan. Glandorpius. Typis verò ſeu Tabulis Ricardus Streinnius vir nobilis, & Nicolaus Reuſnerus I. C. Nos Pighij potiſſimùm veſtigiis inſiſtentes, & illorum Scriptorum auctoritate ſubnixi ſingula nomina gentilitia, quo in Faſtis ſolent, ordine modoq; recenſemus, vt* Prænomen, Nomen, *&* Cognomen, *interdum etiam* Agnomen, *&* Adoptiuum *(quod ferè in anus exit, vt inius gentilicium) vno conſpectu videndum damus: etſi verò interdum Scriptores atque Hiſtorici ornatus gratiâ ordinem immutant, nihil ad nos. Vt, verbi gratia, Dioni Caſsio* Potitus Valerius *eſt pro* Valerius Potitus. *Ciceroni,* Maluginenſis M. Scipio, *&* Balbus Corn. maior. *Velleio Paterculo,* Flaccus Pomponius, Scaurus Æmilius, *& id genus plurima in Scriptore de Viris illuſtribus occurrunt. Nunc ὡς ἐν τύπῳ, oculis hæc ſubijciamus, ducto à Prænominibus initio.*

NOMINA ROM. Trium generum.

PRÆNOMINVM

quædam frequētia, numero XIIX.	Alia rariùs vſurpata. XXVII.
Ap. Appius	*Agrippa*
A. Aulus	*Ancus*
C. Caius	*Aruns*
Cn. Cnæus	*Coſſus*
D. Decimus	*Druſus*
K. Kaſo	*Egerius*
L. Lucius	*Fauſtus*
Mam. Mamercus	*Hoſtius*
M'. Ml. Manius	*Iulus*
M. Marcus	*Lar*
N. Numerius	*Mamurius*
P. Publius	*Nero*
Q. Quinctus	*Numa*
Sex. Sextus	*Opiter*
Ser. Seruius	*Poſtumus*
Sp. Spurius	*Proculus*
T. Titus	*Paulius*
Ti. Tiberius	*Potitus*
Hæc præter *Numerius*, numquā ſunt gentilitia.	*Romulus*
	Remus
	Sertor
	St. Statius
	Tullus
	Vibius
	Volero
	Voluſus
	Vopiſcus

Horum quattuor pòſt in cognomina tranſierunt. *Agrippa*, *Gracchus*, *Proculus*, *Vopiſcus*; vt contrà cognomina quædam in prænomina verſa ſunt: puta *Coſſus*. *Druſus*, *Iulus*, *Nero*, *Paulius*, & ſimilia.

NOMINA Gentis ſunt propria, ſuntque numero propè infinita, & Generi Logico, vt *Familia* Speciei comparatur: vel arboris trunco, cuius ramorum inſtar ſint familiæ, ſeu cognomina. In IVS plerumque deſinunt, præter v. *Cæcina*, *Norbanus*, *Peducæus*, *Perperna*, & *Poppæus*: quæ fortè ipſa cognomina exiſtimentur, quorum nomina ignorentur, vt de C. Verre, M. Agrippa, & C. Mæcenate obſeruatum; quorum tamen reperta gentilitia, vt *C. Cornelius Verres*, *M. Vipſanius Agrippa*, & *C. Cilnius*, ſeu *Cilinius* (vt Vrſino placet) *Mæcenas* integrè appellentur.

Clarum itaque, vnam eandemque in varias familias, veluti ramos ac ſtirpes deduci, hoc eſt, cognomina plura vni genti eſſe indita. Verbi gratia: TVLLIA gens iam inde à Regibus ortum Romæ habens, non modò M. Tullij Ciceronis cognomento, vt Latinæ Eloquētiæ principis celebris exſtitit, ſed & alias præter Cicerones habuit: *Annales*, *Cimbros*, *Decülas*, *Fabianos*, *Longos*, *Montanos*, *Rufos*, & *Seneciones*, vt mox ſingulatim oſtendam.

COGNOMEN, quod nomini gentilitio ſubiungitur, quæ vnum, ſiue plura ſint, cognomina ſunt, vt *Cæſar*, *Cicero*, *Scipio*. Item *Maximus*, *Verrucoſſus*, *Ouicula*, *Cunctator*: quæ omnia vnius Q. Fabij cognomina fuerunt. Ea quoque numero infinita, & in IVS numquam exeunt, præter *Pius* & *Caprarius*: quæ ambo Metellorum in Cæcilia gente cognomina, & *Triarius* Valeriorum. Deſinunt autem ferè in has litteras:

A.	*Naſica*
AR.	*Cæſar*
AS.	*Lanas*
ES.	*Gurges*
ER.	*Pulcher*
EN.	*Cornicen*
EX.	*Caudex*
ENS.	*Violens*
I.	*Frugi*
IS.	*Regillenſis*
IX.	*Felix*
IVS.	*Pius*
O.	*Cicero*
R.	*Curſor*
OS.	*Nepos*
OX.	*Venox*
VS.	*Rufus*
VM.	*Corculum*

His nunc de Nominibus prælibatis venio ad GENTES *&* FAMILIAS, *quas vt citiùs cuique occurrant, idcirco Alphabeti ſerie collectas digeſſimus, & quidem miſtis veluti per ſaturam Patriciis cum Plebeiis, & additis cuique Genti familiis ſeu cognominibus: quorum rurſum cognominum varietatem, cùm ſint & ipſa in varias gentes deducta, ordine infrà Indicis ſeu Alphabeti, quò Lectorem aſſiduè allegamus, recenſebo. Quamobrem, ſi vſum Indicis noſſe iuuat (vt iuuat ſanè) vnâ eademq́; operâ cernes, qui tum viri Romæ maximè illuſtres cùm armis, cùm toga, de hinc Magiſtratus quo ordine & quales geſſerint: nimirum à Quæſtura vel vrbana vel Prouinciarum, aut à Tribunatu plebeio ad Aedilitatem, ſiue plebeiam, ſiue curulem; inde ad Præturam, mox ad Conſulatum per honorum gradus aſcendiſſe; interdum etiam ad Cenſuram aut Dictaturam perueniſſe. Rem exemplo illuſtremus: M. Cicero, quando Prætor curulis fuerit, cognoſcere in interpretando intereſt: & Conſulatum quo tempore, laborante Rep. maximè ob Catilinæ coniurationem, geſſerit, quasq́; tum Conſulares Orationes, ceterasq́; aliàs habuerit, ſtatim animaduertes: & quas ad quos familiares dederit epiſtolas in exilio, domumq́; redux: ita magnam legendis Ciceronis ſcriptis, vt Romanorum diſertiſſimi, & hiſtoricis referti narrationibus, velut in tenebris lucem accenſam aliquando gratulaberis.*

GENTES ET FAMILIÆ ROMANORVM

EX FASTIS CAPITOL. HISTORICIS, AC NVMMIS.

ABVRIA gens, Plebeia opinor. Meminit Liuius lib. XLI. & XLII. In nummis cognomen ei GEM. ſiue *Geminus* ſiue *Gemellus*. Fuluius.

ACCOLEIA gens, fortè Plebeia. Mentio eſt in duab. Inſcriptionibus: cognomento *Lariſcolus*, cuius numiſma & ſenſum accipe ex Ant. Auguſtino lib. IV. Dialogorum de Nummis vett.

ACILIA, Plebeia gens, ab ἀκέομαι Vrſinus derinat, vt ἀπὸ τῆς αἱμυλίας Æmilios Plutarch. Corrupta ſæpè vox in *Atiliam*, vel *Aquiliam*. Stirpes eius duæ, *Balborum* & *Glabrionum* ambæ Conſulares.

ÆBVTIA, gens Conſularis, cuius cognomina III. *Carus*, *Cornicen*, *Helua*.

Ælia, seu Ailia, Plebeia gens, cuius familiæ v. quas Antonius Augustinus & hic infrà recensemus: *Cati*, *Lamiæ*, *Ligures*, *Pati*, *Tuberones*. His adde *Gallos*, *Stalenos* & *Stolones*; ex Onuphrio.

Æmilia, olim Aimilia, gens Patricia maiorum gentium, Albano oriunda, ducto à lepôre nomine, vt auctor Plutarchus. Distinguitur familiarum v. cognominibus, *Barbularum*, *Lepidorum*, *Mamercinorum*, *Paporum*, & *Paullorum*. His addit Onuphrius *Buas*, *Limanos*, *Marcos*, *Porcinas*, & *Privernates*. Rariores & singulares: *Regilli* & *Scauri*. Vide Ant. Augustinum De familijs.

Æternia, alijs Aternia, Consularis familia. Cognomen ei *Fontinalis*.

Afrania, Plebeia, vt Fuluius Vrsinus opinatur, gens; quia *L. Afranius* Cos. Plebeius cum Q. Cæcilio Metello Celere fuit, an. ɪↃcxciii. *Stellionis* cognomentum tulit.

Alliena, Plebeia, vt idem Vrsin. opinatur, quia *Allienus* Plebeius lator fuit legis De Terminis.

Annia, Plebeia quoque è Scriptoribus nota Consularis, & his cognominibus, *Bassus*, *Capra*, *Luscus*, *Rufus*.

Antiæ gentis meminit M. Cicero, T. Liuius, alijque. Cognomen illi *Pollio* & *Restio*. Est & Ancia gens cognomento *Brisso*.

Antistiæ, siue Antistiæ Plebeiæ gentis familiæ fuere *Reginorum* & *Veterum*. Addit Onuph. *Labeonum*.

Antonia gens in duas diuisa familias, Patriciam & Plebeiam. Patricij duo *Antonij*, cognomento *Merendæ*. Plebeij sex fuere sine cognomento. Ex his *M. Antonius* iii. vir R. P. C. & fratres eius *L.* & *C. Antonij*. Ceteros disertè enumerat Anton. Augustinus. Consularis fuit, & cognomento *Balbus* & *Pietas*.

Apronia gens Plebeia, vt Fuluius obseruat, ex Asconio & Valerio Maximo recensitus aliquot. Cognomen illi: *Sisenna* & *Calianus*.

Aquillia gentis duplex familia: Patriciorum, *Corui* & *Iusti* cognomine. Et Plebeiorum, *Flori* & *Galli* cognom. Et Augustorum temporibus, *Iuliani* & *Sabini*.

Arria Plebeia gens, vt opinatur Fuluius, ex ijs quę de Q. Arrio refert in bruto de claris Oratt. M. Tullius, & Ascon. Pædianus de Arrio Secundo.

Asiniæ gentis, vt putat Vrsinus, Plebeiæ cognomen est *Pollionis*. Addit Panuinius *Galli* & *Agrippæ*.

Atia, gens Plebeia, in qua Augusti mater recensita, teste Seruio in v. Æneidos Virgil. Cognomina illi *Balbi*, *Paulli*, & *Varri*.

Attiæ verò cognomento *Plauti* facit Onuphrius mentionem.

Atiliæ duplex familia: Patriciorum vna, qui *Longi* tantùm dicti cognomine. altera Plebeiorum, qui *Bulbi*, *Calatini*, *Libones*, *Reguli*, *Serrani*.

Avlia gens, Plebeia opinor. Nam Q. Aulius Cos. an. cdxxx. in Fastis M. Verrij Capitolinis, & Liuio ex Annalibus, ac Diodoro Siculo, vbi tamen aitvs vitiose editur, ab alijs *Aemilius* legitur, malè. Huic *Cerretano* cognomentum.

Avrelia, etsi Plebeia, origine Sabina, nobilis tamen & Consularis, Censoria, ac triumphalis, tribus distincta familijs seu cognominibus: in quibus fuere *Cotta*, *Oresta*, & *Scauri*.

Axia seu Axsia, Plebeia gens. Meminit M. Varro lib. iii. Rei rust. cap. ii. & Cic. lib. i. ad Attic. Epist. vii. Cognomentum huic *Naso* fuit.

Gentes Consulares, ex Onuphrio,
De antiquis Nominibus.

Abvrnia gens cognomento *Valens*.
Accia, cognom. *Varus*.
Aceronnia, cognom. *Proculus*.
Acvtia.
Aibvcia.
Aldia gens Consularis, cogn. *Carrinas*.
Albvria.
Albinia.
Alphinia Consul. cognom. *Varus*.
Ampia.
Ambivia.
Ancia, cognomento *Brisso*.
Anicia Consularis, cogn. *Gallus*.
Annæa.
Appia.
Appvleia gens Consularis, cognomento *Pansa*, *Saturninus*.
Apvstia Consul. gens, cognom. *Fullo*.
Arrvntia Consularis.
Ateia, cognomento *Capito*.
Atinia, cognom. *Labeo*.
Avfidia Cons. cognom. { *Lurco*, *Orestes*, *Tucca*.
Avrvncvleia.
Avtronia Consularis gens, cognom. *Crassus*, *Pætus*.
Avria, cognomento *Vellenus*.

Babiæ gentis Plebeiæ frequens mentio apud Romanarum rerum Scriptores, & infrà apparebit.

Cæcilia gens Plebeia, Præneste fortè oriunda, *Metellorum* cognomento clara, sed hæc alijs etiam nobilis cognominibus xv. ferè. Sunt enim hîc *Balearici*, *Calui*, *Caprarij*, *Celeres*, *Cretici*, *Dalmatici*, *Dentrices*, *Macedonici*, *Metelli*, *Nepotes*, *Numidici*, *Pij*, *Scipiones*, *Silani*, & *Vestati*. In nummis Rom. *Metellorum* potissimùm familia reperitur.

Cæcinæ gentis in duabus antiquis Inscriptionibus mentio exstat. Vna, in qua Neronis temporibus *C. Cæcina Largus* nominatur. Altera, in qua Vespasiano imperante *C. Cæcina Pætus* Consul cum L. Annio Basso descriptus est. Et Ciceronis pro A. Cęcina Oratio, de Vi, cuius quęstio definitionis est, An interdicto de vi teneatur etiam is, qui non deiecit de fundo, sed ab eius ingressu prohibuit.

Cæsia gens Patriciáne an Plebeia, incertum. In Corneliana pro Balbo Cic. *P. Cæsium* Rauennatem à Cn. Pompeij patre ciuitate donatum prædicat, & alij illustres celebrantur Commentario de gente Cæsia à Io. Bapt. Fonteio, Bononiæ olim edito, an. m d.xxcii.

Calidiam gentem Patriciam fuisse, ex antiquis Scriptoribus satis constat.

Calpvrniæ gentis Plebeiæ familiæ tres: *Bestia*, *Bibulus*, & *Cæsoninus*. Et hi rursum *Frugi* & *Piso* cognominati. Ceterùm à *Calpo* Numæ Pompilij Regis filio duxisse originem, scribit Plutarchus in Numa: idemque Horatius in Arte Poëtica Pisones *Pompilium sanguinem* dixit, &

Ouidius ad Calpurnium Pisonem, sed Lucani id poëmation esse Had. Iunius primus docuit.

Caninia, siue Kaninia quattuor habuit familias: *Rebilos*, quorum meminit Liuius lib. XLII. *Regulos*, qui reperiuntur apud Cæsarem lib. VII. de bello Gallico. *Gallos*, qui habentur in antiquis denarijs. *Labeones*, qui in *Arniensi* tribu censebantur.

Carisia gens. *T. Carisij*, fratris, vt opinor, *P. Carisij* meminit Dio lib. LIII. & LIV.

Cassia gens in duas diuisa familias Patriciam vnam, *Biscuinorum*: alij *Viscellinorum*, aut *Vitellinorum* tribunt. Alteram Plebeiam, *Longinorum* cognomento. Vnus etiam *Varus* dictus, & alter *Longinus Rauilla* dictus & *Calenus*.

Cestia gens fuit Plebeia. Cicero in Orat. pro Flacco, & in Philipp. III. (licet corruptè in vulgatis codicibus *Cæsennius* legatur, pro *Cestius*) & Appianus lib. IV Belli ciuilis, faciunt *Cestij* cuiusdam mentionem. *C.* autem *Cestij* meminit Tacitus lib. V.

Cipiam gentem eamdem esse cum *Cispia* putat Vrsinus, quæ sine s littera, antiquo scribendi more in veteribus quoque lapidibus reperitur.

Clavdia gens familias habuit duas, Patriciam vnam minorum gentium, ex qua fuerunt *Pulcri, Centhones, Nerones*, & *Regillenses*: horum etiam aliqui *Crassini* dicti: adde *Caecos, Crassos, Candices, Hortatores, Rufos, Sabinos, Caninos*. Alteram Plebeiam, quæ clarior fuit, *Marcellorum* cognomine. Accedunt *Æserinini, Asellis, Clitae, Flaminini*. Legendus Suetonius, Ant. August. De familijs, & inf. in Claudiis Pighius noster.

Clovia gens, siue *Cluuia* & *Cluia* (vtroque enim modo in antiquis monumentis scripta reperitur) incertum Patriciane an Plebeia fuerit.

Clovliam gentem siue *Clœliam*, Patriciam fuisse constat ex T. Liuio, vbi de Canuleio Trib. pleb. Alba oriundam auctor est Dionysius lib. III. vt & Festus, à *Cluilio* Æneæ comite. *Siculi* cognomentum peruetustum fuit.

Clventia gens à *Cloantho* Æneæ comite, teste Virgilio V. Æneid. vt à Clœlio Clœlia dicta. nullis clara honoribus, vt Plebeiam fuisse nullus dubitem.

Cocceiæ gentis Plebeiæ frequens est mentio apud Scriptores: è qua fuit *Caldorum* familia, item *Nervae* cognomentum.

Coelia gens Plebeia, at Consularis, à *Vibenna Cælo* Etrusco dicta. *Caldorum* quoque insignis cognomento, & *Rufornm*.

Cominia Consularis familia, cuius cognomina *Aurunceus* & *Laurentinus*.

Considiæ gentis Plebeiæ meminit Liuius lib. XI. Dionys. lib. IX. Cæsar lib. II. de bello ciuili, Cicero lib. XII. epist. XXVI. ad Cornificium, & Val. Maximus lib. IV. cap. VIII. Ex ea fuerunt *C. Considius Paetus*, & *C. Considius Nonianus*, vt *Paetus* gentis huius cognomen fuerit.

Coponia gens Tibure orta, & in ciuitatem Romanam adscita, Plebeiane an Patricia fuerit, incertum.

Cordiæ gentis (nisi pro *Cadius Rufus* apud Tacitum lib XII. Annal. vt aliquibus placet, scribatur *Cordius Rufus*, quod doctiss. Lipsio non placet, qui *Claudius* prius ediderat, post *Tadius* placuit magis, quod & ipsum probum est gentis nomen:) præter vnum Ciceronem haud scio an alius faciat mentionem; qui lib. IV. in Verrem *L. Cordium* nominat honestum hominem, qui testimonium in Verrem dixit.

Cornelia gens in varias stirpes diuisa Romæ omnium nobilissima; Plebei. propè innumerabiles. Patricij in nouem præcipuas distincti familias: *Cossorum*, qui *Maluginenses*, & *Rutili*, aut *Aruina* appellati. *Scipionum*, in his *Africani, Nasica, Calui, Asina*, & *Lentulorum*, pluribus etiam cognominibus, *Spinther, Sura*, &c. Familiæ ignobiliores sunt; *Cethegi, Dolabellæ, Merulæ, Rufini, Sullæ*. quorum stemmata & inf. spectabis, & explicat Ant. August. Enumerat vero cognomina singulatim Onuphrius lib. de Nominib. Rom. fere XLV. quos litterarum ordine recenseo: *Æmilianus. Africanus, Aruina, Asiaticus, Asina, Augur: Balbus, Barbatus, Blasio: Caluus, Caudinus, Cethegus, Cinna, Clodianus, Corculum, Cossus: Dolabella: Felix, Fronto: Getulicus: Hispallus: Isauricus: Lentulus, Lupus: Magnus, Maluginensis, Mamercus, Mammula, Marcellinus, Maximus, Merenda, Merula: Nasica, Numantinus: Rufinus, Rutilus: Salutio, Scapula, Scaurus, Scipio, Serapio, Sisenna, Spinther, Sulla, Sura*: & denique *Vir optimus* dictus *Corn. Nasica*. Singulos inf. ordine repræsento.

Cornificiæ gentis Plebeiæ Scriptores multi meminerunt: ex ea fuit *Q. Cornificius, Augur, Imp.* Ciceronis in Consulatu competitor, & in Auguratu collega, vt ex epistolis XVII. XIIX. XX. XXI. libri duodecimi ad eum scriptis constat.

Corvncania gens etsi Plebeia, nobilis tamen, cuius princeps *Ti. Coruncanius*, primus è Plebe Pont. Max. Mag. Equit. Cos. Censor, Dictator fuit & de Tuscis triumphauit.

Cossvtia gente, ex equestri familia, orta fuit *Cossutia*, qua Cæsar vxore dimissa, Corneliam Cinnæ quater Consulis filiam duxit vxorem, teste Suetonio in Cæsare cap. I. *M. Cossutij* cuiusdam mentio est apud Ciceronem lib. III. in Verrem. Cognomentum Cossutiæ gentis *Sabula*, & *Macidianus*.

Creperelæ gentis facit mentionem Cicero lib. I. in Verrem, è qua natus *M. Crepereius* equestri familia. *Crepereij* cuiusdam *Galli* sub Nerone meminit Tacitus lib. XV.

Crepvsiæ gentis vix est apud Scriptores mentio.

Cvpiennia gente ortus fuit *C. Cupiennius*, ad quem exstat Ciceronis epistola XX. lib. XVI ad Atticum. De *C. Cupiennio Libone* Cumano huius fortè filio vide Porphyrionem ad Horatij Satyram II. lib. I.

Cvria gens Consularis, cognomento *Dentati*.

Cvriatiam gentem Plebeiam, Alba oriundam, & à *Curia* fortè dictam, à Tullo rege in ciuitatem Romanam adscitam fuisse auctor est Dionysius lib. III. Eius gentis familia fuit *Trigeminorum*, ex qua ortus est *C. Curiatius*. Meminit & cuiusdam *C. Curiatij*, Trib. pl. Liuius lib. .. & in Epitoma lib. LV. & Val. Maximus libro III. cap. VII.

Cvrtia gens, Patriciáne an Plebeia fuerit, incertum. Onuphrio Patricia est minorum gentium, quæ Romam sub Romulo migrauit. *M. Curtij*, à quo *Lacus Curtius* in foro Rom. dictus est, meminit Dionysius lib. II. Liuius lib. VII. Val. Maximus lib. V. cap. VI & Orosius lib. III. cap. V. *P. Curtij Salassi* facit mentionem Cicero in epistola XIIX. ad Leptam lib. VI.

Plures

Plures verò hîc & in alijs Consulares familias gentesque ita enumerat Onuphrius Panuin. lib. *De Antiquis Nominib.*

CÆSONIA gens.

CÆDICIA Consularis, cognomento *Noctua.*

CÆSIDIA.

CATIA, cognomento *Fronto.*

CARVILIA Consularis, cogn. *Maximus.*

CANVLEIA, cogn. *Dives.*

CALVISIA, cogn. *Sabinus.*

CANIDIA Consularis, cogn. *Crassus.*

CARRILIA.

CAPRILIA.

CARFINIA.

CICEREIA.

CILNIA gens, cognomento *Mæcenas.*

CLIVIA gens, cogn. *Saxula.*

DECIA & DECIMIA Consularis gens, hæc *Flaus*, illa *Murus* cognomento.

DIDIA gens, siue *Deidia*, vt in quibusdam monumentis legitur, incertum Patriciane an Plebeia fuerit. *Saxa* illi cognomentum, & Consularis fuit.

DIGITIA & DVILIA Consulares gentes etiam numerantur.

DOMITIA gens Plebeia, in duas fuit diuisa familias, quarum altera *Caluinorum*, altera *Ahenobarborum* cognomine vsa fuit. Suetonius legend. & Ant. August. de Familijs.

DVRMIÆ gentis, itemque *M. Durmij*, qui sub Augusto Triumvir monetæ cudendæ denarios signauit, mentio nulla apud Scriptores. Alijs *Duronia* videatur, alibi celebrata.

EGNATIÆ gentis Plebeiæ, & C. *Egnatij Maximus*, cuius exstant denarij, facit mentionem Cicero lib. III. ad Atticum, epist. XXXIV. Libro autem XIII. ad Memmium epistola XLIII. XLV. & LXXIII. meminit *L. Egnatij Rufi*: cuius fortasse filius fuit *M. Egnatius* is, quem in Augustum conspirasse Velleius, Suetonius, & Dio commemorant.

EGNATVLEIÆ gentis *Maximi* cognomento, vnus, quod sciam. Cicero meminit III. Philipp. vbi nominat *L. Egnatuleium* quemdam, filium fortè *C. Egnatuleij*, qui Victoriatum nummum percussit. Vide Festum in *Patres*, & Plinium lib. XXXIII. cap. III.

EPPIA gens in tribu *Cornelia* censebatur, & in *Fabia.*

ENNIAM & EQVITIAM familias alij adiciunt.

FABIÆ gentis Patriciæ sex stirpes sunt. Tres frequentes, *Ambusti*, *Maximi*, & *Vibulani*. Minùs frequentes, *Buteones*, *Dorsones*, *Pictores*. Addunt alij *Æmilianos*, *Celeres*, *Cunctatorem*, *Ouiculam*, *Eburnos*, *Gurgites*, *Labeones*, *Licinos*, *Persicum*, *Rudos* seu *Rullianos*, *Seruilianos* & *Verrucossos*. Ex his *Labeones* tantùm, *Maximi*, & *Pictores* in denarijs reperiuntur.

FABIANÆ gentis mentio in nummo quodam æreo.

FABRICIA gens Consularis, *Luscini* cognomento.

FANNIAM gentem Plebeiam fuisse sed Consularem vno Ciceronis testimonio epist. XIII. lib. XVI. ad Atticum constat. *Strabonis* illi cognomen.

FARSVLEIÆ gentis mentio exstat in antiqua inscriptione Sutrina.

FIRCELIA gens, *Pauonis* cognomento, & altera *Fistoria.*

FLAMINIÆ gentis Plebeiæ, *Cilonis* cognomento, meminit Cicero in Bruto, & ad Atticum epist. XIV. & XV. lib. XIV. & epist. I. & II. lib. XV. Liuius lib. IX. & alij.

FLAVIÆ gentis Plebeiæ cognomento *Fimbria*, frequēs est mentio apud veteres Scriptores. *Flauus* autem, siue *Flauus*, *Largus* familiæ cognomen apud Dionysium lib. V. *Decimia* apud Liuium lib. XXVII. *Cascus* in Epitoma Liuiana libri CXVI. *Sulpicia* apud Suetonium in Claudio cap. XLI. *Octauia* in antiqua, quæ Tiburi exstat, inscriptione, & *Lucretia* in æreo Augusti numismate.

FONTEIAM gentem Plebeiam fuisse constat, quòd P. Clodius Ciceronis inimicus, vt Tribunus pl. fieret, *P. Fonteio* Plebeio homini adoptandum se dedit. Cognomen multorum huius gentis fuit *Capito*, & *Balbus.*

FVFIA gens Plebeia, ex qua *Q. Fufius Calenus* originem duxit. Vide Ciceronis Philippicam IIX. & Dionem. *Calens* itaque cognomento fuit, item *Geminus* & *Strigonus.*

FVLCINIA gens, *Trionis* cognomento.

FVLVIÆ gentis Plebeiæ in multas diuisæ familias, vnius tantùm *Cn. Fuluij* in argenteis denarijs memoria reperitur. *Foluios* autem veteres scribebant, vt *Fourios*, & multa huiusmodi, Græcam scripturam imitati. Huius gentis familias Onuphrius numerat, explicatque Ant. August. *Centumalos*, *Curuos*, *Flaccos*, *Gillones*, *Maximos*, *Nobiliores*, *Patos*, & *Patinos.*

FVNDANIAM quoque gentem Plebeiam fuisse, ex Liuij lib. XXV. constat. Huic *Fundulis* quoque cognomentum.

FVRNIA gens etiam Consularis fuit.

FVRIA gens partim in Patricias diuisa fuit familias, quarum cognomina sunt, seu familiæ VII. *Camillus*, *Crassipes*, *Fusus*, *Medullinus*, *Paculus*, *Philus*, & *Purpureo*. partim in Plebeias. Liuius enim lib. IX. *L. Furij* Tribuni pleb. meminit, & lib XXXIX. *M. Furij Lusci* Ædilis, à quo Ludi Plebeij diem vnum instaurati sunt. Patriciæ *Purpureonum*, *Crassipedum*, & *Philonum* denarij Rom. reperiuntur. *Furius* autem *Brocchus* Patriciúsne fuerit an Plebeius, incertum. Ant. Augustinus diuidit *Furios* in frequentiores; *Fusos*, seu *Medullinos*, vel *Pacilos*, atque in *Camillos*. *Philos* autem & *Purpureones* rarò Consulares fuisse.

GABINIA, Consularis gens fuit.

GALLIA gens cognomento *Lupercus* inter Patricias ne an Plebeias numeranda sit, ex ijs Scriptoribus, qui circumferuntur, elici non potest. Cicero V. Verrina C. *Gallium* senatorem, hominem equestrem appellat, patrem fortasse *C. Gallij*, cuius exstat nummus æreus ab eo signatus, cùm esset Triumvir sub Augusto. Meminit & Tullius alterius *Q. Gallij* Prætoris an. DCLXXXVIII. L. Cotta & L. Torquato Coss. quem anno sequenti de ambitu accusatum, defendit ea Oratione, quæ non exstat.

GEGANIA gens à *Gya* Æneæ comite, teste Seruio in V. Æneid. Alba oriunda. Fuit & *Gegania* Vestalis sub Romulo, vt Plutar. refert. Patricia fuit minorum & maiorum gentium. *Macerini* cognomentum habuisse fertur.

GELLIÆ gentis *Poplicolæ* cognomento, duo tantùm denarij spectantur. Eorum alter visus est

pertinere ad *Gellium* Cn. Pompeij legatum in bello maritimo contra piratas, cuius meminit Florus lib. III. Alter sine dubio ad *L. Gellium Poplicolam* spectat, cùm esset Antonij Quæstor Proprætore: posteà cum M. Cocceio Nerua Consulatum gessit, anno DCCXVII. Vide Dionem lib. XLVII.

GENVCIA Consularis gens, *Augurini* cognomento, item *Auentinensis*, *Clepsina*, & *Pansa*. Fuit & GEMINIA gens. item GRANIA *Flacci* cognom.

HATERIA gens Consularis, cognomento *Agrippa* & *Antoninus*.

HELVIA gens, cognomento *Blasio*.

HERENNIA gens Plebeia in *Balborum* familias & *Gallorum* diuisa fuit. *L. Herennij Balbi* meminit Pædianus in Milonianam. *Galli*, Asinius Pollio in epistola XXXII. lib. IX. ad Plancum. *C. Herennij* Trib. pl. qui P. Clodium ad plebem traduxit, facit mentionem Cicero epistola XV. & XVII. lib. I. ad Att.

HIRTIA gens, incertum, Patriciáne an Plebeia fuerit.

HORATIÆ gentis Patriciæ cognomen fuit vt & Curiatæ *Trigemini*. Vnus tantùm reperitur eius denarius. De *Horatio Coclite* Liuius, Dionysius, Valerius Maximus, alij.

HORTENSIA gens Consularis.

HOSIDIA gens *Geta* cognomento ab Appiano lib. III. de bello ciuili, & Dione lib. XLVII. & LX. nominatur, non tamen ex eorum verbis elici potest, Plebeiáne an Patricia fuerit.

HOSTILIÆ gentis, quæ ab *Hosto* quodam *Hostilio Medullino*, vt creditur, originem duxit, qui Romulo regnante Romanam ciuitatem adeptus fuit, crebra mentio apud Scriptores. Eius autem gentis familiæ reperiuntur in monumentis Capitolinis *Tulli Regis*, & *Mancinorum*: apud Liuium lib. XXXVII. *Tubulorum* & *Catonum*: apud Varronem & in nummis *Sasernarum*. Cognomina itaque illius, *Cato*, *Mancinus*, *Saserna*, *Tubulus*.

ITIÆ gentis vnus tantùm denarius à L. Itio, vt opinor, signatus reperitur, ad quem Horatij exstat Oda XXIX lib. I. inscripta, ad *L. Iccium*. Sic enim in vetustissimis codicibus pro *Iccium*, scriptum reperiri, admonuit vir eruditissimus Carolus Langius. Cicero III. Philipp. nominat *M.* quêdam *Iccium* corruptè, vt opinor, pro *M. Itium*. qui quidem error in Atiæ quoque familiæ nomen irrepsit, *Portum* etiam *Itium* in lib. V. de bello Gallico pro *Iccium* ex vetustissimo exemplari apud Cæsarem iam pridem reposuit Fuluius Vrsinus.

IVLIAM gentem familias habuisse Patricias & Plebeias, inter Scriptores cōstat. Patriciæ *Cæsares* in denarijs habentur. In historijs verò rerum Romanarum hi recensentur: *Apuli*, *Augusti*, *Bursiones*, *Germanici*, *Iuli*, *Libones*, *Mentones*, & *Strabones*. Hæ verò in duas præcipuè stirpes scinduntur, *Iulorum* & *Cæsarum*. *Bursionum* nulla apud Scriptores mentio, vnde Patricij an Plebeij fuerint, scire non possumus. Origo gentis *Iuliæ* clarissimè ab Æneæ filio Iulo ad Venerem refertur: cuius stemma integrè à Ioan. Glandorpio in Onomastico Rom. descriptum legas.

IVNIÆ gentis cùm multæ à Scriptoribus familiæ nominentur, Plebeiæ quidem *Bruti*, *Bubulci*, *Callaici*, *Penni*, *Pera*, *Scæua*, & *Silani*: tum illud obseruat Fuluius *Brutorum* tantùm & *Silanorum* in denarijs reperiri. *Brutorum* quoque familiam duplicem fuisse, Patriciam vnam, ex qua *L. Brutus*, qui Reges eiecit, ortus sit: alteram Plebeiam, multiplicem, cuius princeps *L. Brutus* primus Trib. pl. exstiterit, scribit Dionysius lib. V.

IVVENTIA gens Consularis, cognomento *Thalna*.

LABIENÆ gentis Plebeiæ Scriptores multi meminerunt. Ex ea fuit *T. Labienus* Trib. pl. Vide Ciceronem pro Rabirio, Orosium lib. V. cap. XVII. & Dionem lib. XXXVII.

LÆLIA gens Consularis, cognomento *Balbus* & *Sapiens*.

LÆTORIA item Consularis, cognom. *Plancianus*.

LICINIÆ gentis Plebeiæ, *Murenæ* tantùm, *Crassi*, *Nerua*, & *Stolones* in nummis reperiuntur. At in historicis etiam *Calui*, *Crassi*, *Luculli*, *Murena*, *Geta*, *Diuites*, *Frugi*, *Macri*, *Varri*.

LIVINEIÆ gentis vna tantùm *Regulorum* familia apud Scriptores reperitur. Nam *L. Livineius Trypho*, qui nominatur à Cicerone in epistola LX. lib. XIII. libertus fuit *L. Reguli*, cuius exstant nummi.

LIVIÆ gentis Plebeiæ, vnius tantùm *Salinatorum* familiæ, in æreo nummo mentio reperitur. At plures in Historia: *Æmiliani*, *Claudiani*, *Dentéres*, *Drusi*, *Libones*, & *Salinatores*.

LOLLIAM gentem Plebeiam fuisse constat. Ex ea enim ortus est *M. Lollius Palikanus*, quem hominem seditiosum appellat Valerius Max. lib. IIX. cap. I.

LVCILIÆ gentis Plebeiæ, familiæ plures variis distincti cognominibus apud Scriptores reperiuntur. *Balbi* nominantur à Cicerone in Bruto. *Bassi* in lib. XII. ad Atticum. *Longi* & *Capitones* à Tacito lib. IV *Blasi* lib. XVII.

LVCRETIA gens in familias diuisa fuit Patricias & Plebeias. Patriciæ gentis cognomento omnes *Tricipitini*, vno excepto *Floro*, appellati. *Triones*, qui in nummis antiquis expressi reperiuntur, Plebeios fuisse Vrsinus opinatur. *Trio* apud Dionem & Tacitum lib. V. cognomen est *Fulcinij* Consulis an. DCCLXXXIII. Plebeiæ cognomenta, *Trio*, *Gallus*, *Offella*, *Vespillo*.

LVRIÆ gentis Corn. Tacitus meminit lib. XII. & Dio lib. LVIII.

LVTATIÆ gentis Plebeiæ omnes cognomine *Catuli*, vno excepto *Cercone*, dicti. Vnus tantùm exstat denarius, in quo *Cerconis* cognomen ei tribuitur. Liuius lib. XLII. meminit *C. Lutatij Cerconis*.

MÆCILIAM gentem Albanam, Tullo Hostilio Romæ regnante, Alba diruta, ciuitatem Romanam adeptam fuisse, & in Senatorium Patriciumque ordinem allectam scribit Dionysius lib. III. Fuit autem familia ex hac gente alia Patricia, alia Plebeia.

MATANIAM gentem, quæ in aliquot nummis antiquis notata est, opinatur Fuluius Vrsinus eamdem esse cum ea, quæ in tabulis Capitolinis modò *Mainia*, modò *Mania* nominatur, quæ & Consularis, vt & MÆLIA *Capitolini* cognomēto.

MAMILIAM gentem Plebeiam à *Mamilia* Telegoni filia originem & nomen duxisse, omnes ferè Scriptores tradunt. Ipse autem *Telegonus* Vlyssis fuit & Circes filius, qui Tusculum oppidum in Latio condidit, vt scribit Sex. Pompeius, Plutarchus, Acron & Pomponius Porphyrio Horatij interpretes. Cognomen huic genti *Limetanus*

metanus & nummi tribuunt, & Historici addunt *Turrinus* & *Vituli*.

Manilia gens Consularis.

Manliam gentem duplicem fuisse, Patriciam vnam, alteram Plebeiam, ex ijs quæ scribit Cicero 1 Philipp. conijcere possumus: cognominibus est octo vla, seu familijs distinguitur, *Acidini, Attici, Capitolini, Fulminis, Imperiosi, Longi, Torquati*, & *Vulsonis*.

Marcia quoque gens Patricias habuit familias & Plebeias. Sed Patriciorum nulla in antiquis denariis exstat memoria. Plebeiorum *Philippos* tantùm & *Libones* in numismatis notatos animaduertimus: quos ab *Anco Marcio* Rege originem duxisse præter alios testatur & Ouidius lib. VI. Fastorum. Verùm *Marciam* gentem à duobus Romanorum Regibus *Numa* & *Anco* originem traxisse, omnes ferè Scriptores tradunt, in qua de Patriciis clarissimus fuit *Coriolanus*: de Plebeiis familiis quinque nobiles existunt, *Censorini, Figuli, Philippi, Reges*, & *Rutili*. addit Onuphrius *Ralla, Thermus*, & *Tremulus*.

Mariam gentem Plebeiam fuisse, vel ex eo constat, quòd *C. Marius* C. F. qui nullo vsus est cognomine, & *M. Marius Gratidianus* Tribuni pl. cùm essent, alter de suffragiis, alter de re nummaria leges tulerint.

Massvria gens, cognomine *Sabini*.

Memmia gens, vt ex veteribus Scriptoribus, & antiquis denariis colligere licet, inter Plebeias numeranda est. Ex ea enim exstitit *Memmius* Ædilis Plebeius.

Mesciniam gentem Plebeiam fuisse liquet, quòd *C. Mescinius*, quo Tr. pl. an. DCXCVI. ab exsilio reuocatus est M. Cicero, ex ea natus fuit. Cicero in orat. pro P. Sestio, & post reditum in Senatu *L.* autem *Mescinius Rufus*, cuius exstant denarij sub Augusto cudendæ monetæ Præfectus fuit. Vide Ciceronem epist. XXVI. lib. XIII. & epist. VI. lib. XVI. & quæ ad eumdem *L. Mescinium Rufum* scriptæ sunt epist. XX. & XXI. lib. V. ad Familiares.

Mettiam gentem è Lanuuio municipio oriundam fuisse, è M. Mettij nummo suspicari licet: *Mettij* quoque cuiusdam meminit Cicero epist. XXVI. lib. XV.

Minatiæ gentis facit mentionem Valerius Maximus lib. III. cap. IV. in quo nominat *Minatium Rufum*. Alij *Sabini* tribuunt cognomentum, quod & Massuriæ gentis.

Minvcia gens Patricia primùm, posteà Plebeia fuit. Reperiuntur nummi ex hac gente familiæ *Augurinorum* & *Thermorum*. Illi Patricij, hi Plebeij, quibus & *Rufi* accedunt, *Pica*, & *Melliculus*.

Mvciam gentem Plebeiam fuisse, inter Scriptores conuenit. Eius autem familiæ duæ reperiuntur, *Cordorum* & *Scæuolarum*. *Cordorum* facit mentionem Dionysius lib. IV. & Quinctilianus lib. I. cap. VII. Illi verò Iuris Ciuilis scientia clari, vt Ant. Augustinus lib. de Familiis Iureconsultus recenset. *Augures* addunt alij.

Mvmmiæ Consularis gentis cognomentum *Achaici* fuit.

Mvnatiæ gentis *Plancorum* tantùm familia in antiquis denarijs reperitur: cùm *Rufi* etiam à Cicerone lib. VI. in Verrem, & Val. Maximo lib. IV. cap. III. alijq; à Scriptoribus nominentur.

Mvssidiæ gentis è Sabinis, vt arbitror, oriundæ, facit mentionem Cicero epist. I. lib. III. ad Q. Fratrem: in qua pro *Mussidius* librariorum errore scriptum est *Messidius*. Huic *Longorum* cognomentum.

Næviam gentem Plebeiam fuisse, ex hoc intelligere possumus, quòd ex ea exstitit *M. Næuius* Trib. pl. qui P. Scipioni diem dixit, vt scribit Val. Max. lib. III. cap. IIX. Eius gentis in nummis reperiuntur familiæ *Balborum* & *Surdinorum*, item *Mathonum*. *L. Næuij Balbi* facit mentionem Liuius lib. XLV.

Nasidiæ gentis, incertum Patriciæne an Plebeiæ, Scriptores multi meminerunt.

Navtia Patricia gens, vt arbitror, maiorum gentium. In hac *Rutilorum* familia Consularis.

Neriæ gentis facit mentionem Horatius lib. II. Serm. Satyra III. De *Cn. Nerio Pupinia* Cicero epist. III. lib. II. ad Q. Fratrem.

Nigidiæ gentis cognomentum *Figuli*, cuius rei ratio redditur ab Augustino lib. V. cap. III. de Ciuitate Dei.

Noniam gentem Plebeiam fuisse vel inde constat, quòd ex ea fit ortus *Nonius Balbus* Trib. pl. cuius meminit Dio lib. L. Cognomen illi fuit *Asprenas, Quinctilianus, Suffenas*.

Norbana quoque gens inter Plebeias numerata fuit, ex qua *C. Norbanus* Trib. pl. exstitit, & *Flacci* cognomento.

Nvmetia & Nvmitia gentes diuersæ.

Nvmitoriam gentem Plebeiam fuisse, vel ex vno *L. Numitorio* constat, qui Tr. pl. à Liuio describitur lib. II. & Dionys. lib. XII. Cicero lib. II. de Inuentione meminit *Q. Numitorij*, qui *Pullus* cognominatus fuit.

Nvmoniæ gentis facit mentionem Velleius lib. II. Cognomento fuit *Vala*.

Octavia gens Consularis, cognomento *Rufus* & *Thurinus*.

Ogvlniæ gentis Plebeiæ facit mentionem Liuius lib. X. & Valerius Maximus lib. I. cap. IIX. *Galli* sortita cognomentum est.

Opimiæ, vel, vt est in argenteis denarijs, Opeimiæ gentis Plebeiæ frequens est mentio apud veteres Scriptores.

Oppiæ gentis Plebeiæ facit mentionem T. Liuius lib. XXXIII. Cui *Cornicen* cognomen.

Otacilia gens Consularis, cognomine *Crassi*: vt & Ovidia, *Nasonis*.

Papiam gentem Plebeiam fuisse, satis inter Scriptores constat, sed Consularis, cognomento *Milonis* & *Mutili*.

Papiriam gentem duplicem fuisse, ex Ciceronis epistola XXI. lib. IX. ad Famil. copiosè discas. Patricia quidem ante Reges exactos, & quidem minorũ gentiũ: cuius cognomina seu familiæ VI. fuerint *Crassi, Cursoris, Mathonis, Mugillani, Pati*, & *Prætextati*. Plebeia gens *Carbonum* cognomento, è qua M'. Papirius pulsis Regibus Pontifex Max. fuit. Explicat post M. Tullium ac recenset Ant. Augustinus.

Pædaniæ gentis, cuius cognomen est *Costa*, mentionem facit Liuius lib. XXV. & Val. Maximus lib. III. cap. II. Corn. Tacitus lib. XIV. & XVII. Plut. etiam in Cicerone *P. Costa* cuiusdam meminit.

Petilliæ gentis Plebeiæ frequens est mentio apud Scriptores. Liuius lib. VII. meminit *C. Petillij Balbi* Tr. pl. & lib. XXXIIX. *Q. Petillij Spurini* Tr. pl. Cognomina enim illi *Capitolini, Spurinna*, & *Perperna*.

PETRONIAM gentem Plebeiam è Sabinis oriundam conijcere licet. Vide Valerium Maximum lib. I. cap. I. & lib. IV. cap. VII. Cognomina illi *Passer, Sabinus, Turpilianus*.

PINARIAM gentem Patriciam à *Pino Numa Pompilij* filio duxisse originem, scribit Plutarchus in Numa: Liuius tamen lib. II. & Dionysius lib. IIX. à *Pinarijs*, qui Herculi sacra anniuersaria faciebant, genus traxisse malunt: quibus assentitur Virgilius lib. IIX. Cognomina illi fuere *Mamercini, Natta*, & *Rufi*.

PLÆTORIAM gentem siue *Laetoriam* (vtroque enim modo scripta reperitur) Plebeiam fuisse satis constat. Vide M. Varronem lib. V. De lingua Lat. Liuium lib. XXX. Censorinum De die natali cap. XIX.

PLANCIAM gentem Plebeiam fuisse constat, quòd *Cn. Plancius*, cuius denarij exstant, Tribunus pl. fuerit. Lege Ciceronem lib. II. ad Q. Fratrem, & libro I. ad P. Lentulum, & Dionem lib. XXXIX.

PLAVTIAM gentem Plebeiam constat fuisse. Cognomenta habuit & familias VII. *Decianus, Hypsaeus, Plancus, Proculus, Siluanus, Venno*, & *Venox*.

POBLICIAM gentem siue *Publiciam* (vtroque enim modo in antiquis monumentis reperitur) Plebeiam quoque fuisse, ex Liuij libro XXVII. obseruo.

POETELIA Consularis, cognomento *Balbus, Libo, Visolus*.

POMPEIÆ gentis Plebeiæ, tres in antiquis denarijs reperiuntur familiæ: *Magni, Rufi*, & *Festli*. In historicis etiam *Bithynicus* & *Strabo*. Enumerat & hanc Ant. Augustinus lib. De Familijs Rom. & nos infrà copiosè.

POMPONIAM gentem Plebeiam à *Pompone Numae Pompilij* filio duxisse originem, Plutarchus scribit in Numa, & arguunt huius gentis denarij. Familias seu cognomina Romæ VI. habuit: *Atticus, Flaccus, Matho, Molo, Musa*, & *Vitulus*.

PORCIÆ gentis Plebeiæ *M. Catonem*, qui *Censorius* appellatus est, Tusculo municipio oriundum, auctorem exstitisse, inter Scriptores satis constat: de quo Cicero II. de Legibus. Familias duas habet *Licinorum* & *Catonum*. Ex hac duo Reip. lumina *M. Porcius Cato* maior & minor, & multi Consulares, vt infrà cernes. item *Lecca* cognomento.

POSTVMIA gens Patricia Romæ floruit post exactos reges, in plures diuisa familias, quarum nobilissima fuit *Albinorum*.

POTITIA gens Patricia, Vrbe antiquior, sed quæ cum XII. familijs interijt circa Vrbis cond. annum CDXLV.

PROCILIAM gentem è Lanuuio municipio oriundam intelliges è gentis illius denarijs. Est & PROCVLEIA gens nota.

PVBLILIA Consularis gens, cognomento *Philo* & *Vulscus*. Item & PVPIA Consularis.

QVINCTIAM gentem, Alba diruta, Romam à Tullo Rege translatam fuisse, & inter Patricios cooptatam, scribit Liuius lib. I. & Dionysius lib. I. apud quem pro Κοιντίλιος, vt est in vulgatis libris, corrigendum Κοίντιος. Alterius autem *Quinctia*, quæ fuit Plebeia, facit mentionem Cicero in orat. pro A. Cluentio, & Liuius lib. XXIV. Inter gentis huius cognomina fuit *Crispinus*, vt & hæc: *Barbatus, Capitolinus, Cincinnatus, Claudus, Flamininus*, & *Pennus*.

QVINCTILIA gens Patricia maiorum gentium, *Vari* cognomine ornata: de qua Sex. Pompeius legendus.

RENIÆ gentis nulla apud Scriptores mentio, sed RECIÆ.

ROSCIAM gentem Plebeiam fuisse ex eo constat, quòd *L. Roscius Otho* Tr. pl. ex ea ortus. fuit cognomento *Amerinus, Fabatus, Regulus*.

RVBELLIA, cognomento *Geminus*, & RVPILIA Consularis quoque fuit.

RVBRIÆ gentis Plebeiæ facit mentionem Cicero in Bruto, qui est de claris Oratoribus, Appianus lib. I. bell. ciuil. & Plutarchus in Ti. & C. Gracchis.

RVSTIÆ gentis mentio in antiqua Inscriptione.

RVTILIA gens duplex fuit, Patricia & Plebeia. *Flacci* nullibi, præterquam in vno denario, fit mentio. *Rutilij Crassi* meminit Liuius lib. IV. *Calui*, lib. XLV. *Rufi* Cicero in orat. pro Plancio *Lupi* Cæsar de bello ciuili lib. I. & Quinctilianus lib. I. cap. II. *Censorini* Val. Maximus lib. IV. cap. I. Quinque igitur huic familiæ: *Calui, Censorini, Crassi, Lupi*, & *Rufi*.

SALVIAM gentem Ferentino opido atque ex principibus Etruriæ, vt ait Suetonius in Othone, oriundam, Plebeiam principio fuisse ex eo constat, quòd ex ea natus sit *Saluius* Tribunus pl. Vide Appianum lib. III. bell. ciuil.

SALLVSTIA gens *Crispi* cognomento.

SANQVINIÆ gentis vnus, quod sciam, Tacitus facit mentionem lib. V. cui *Maximi* cognomentum.

SATRIENÆ gentis in vno tantùm denario mentio exstat: alibi SATRIÆ.

SAVFEIÆ gentis in nummis veteribus mentio est, & apud Ciceronem sæpè.

SCRIBONIAM gentem Plebeiam fuisse, inter veteres Scriptores satis constat. Eius duæ tantùm familiæ, *Curionum*, vt arbitror, & *Libonum*, in denarijs reperiuntur.

SEMPRONIA gens, Patricia primùm fuit, posteà ad Plebem traducta, Plebeia facta est. Eius in nummis familiæ tres reperiuntur, *Atratinorum*, qui Patricij fuerunt: *Gracchorum*, qui Plebeij, & *Pitionum*, quos Plebeios item fuisse, sed de his nihil comperti habens, opinatur Vrsinus. Familiæ vero seu cognomina gentis Semproniæ in Historicis hæc: *Asellus, Blaesus, Gracchus, Longus, Sophus, Tuditanus*.

SENTIA gens incertum, Patriciáne an Plebeia fuerit, certè Consularis, *Augurini* & *Saturnini* cognomento.

SEPVLLIÆ gentis nullus, quod sciam, meminit. Reperitur tamen in quibusdam antiquis nummis *P. Sepulli* nomen.

SERGIÆ gentis Patriciæ, vel vnius Virgilij testimonio lib. V. Æneid. nobilis à *Sergesto* Æneæ comite. Vbi Seruius notat, M. Varronem De familijs Troianis olim scripsisse: & Troiugenas vocat Romanos Iuuenalis. Huius gentis *Silonum* tantùm exstat in denarijs familia, cùm plures claræ à Scriptoribus nominentur, cognominibus sex ferè: *Catilina, Fidenas, Natta, Ocella, Plancus*, & *Silo*.

SERVEIA gens, cognomento *Rufus*.

SERVILIAM gentem (vel vt in nummis notatum

tum exstat *Seruiliam*) dictam fortè à *Seruio* prænomine, vt & à *Quinctio* QVINCTIA gens: Albanum, à Tullo rege, Alba diruta, Romam translatam fuisse, inque Patriciorum ordinem allectam, scribit Liuius lib. I. & Dionysius lib. II. Eius autem in antiquis denarijs familiæ reperiuntur Patriciæ & Plebeiæ. Inter huius gentis cognomina fuerunt *Ahala, Axilla, Cæpio, Casca, Fidenas, Geminus, Isauricus, Longus, Priscus, Pulex, Structus, Tucca*, & *Vatia*.

SESTIAM gentem Patriciam fuisse, ex Liuio discimus.

SEXTIA gens Consularis, cognomento *Lateranus, Sabinus, Sextinus*. Fuit & SEXTILIA.

SICINIÆ gentis Plebeiæ frequens apud Scriptores mentio, cui sit cognomentum duplex, *Belluti* & *Dentati*.

SILIAM gentem Plebeiam fuisse, ex eodem Liuio lib. IV. obseruo.

SPVRILIÆ gentis Plebeiæ facit ibidem mentionem Liuius.

STATIÆ gentis Plebeiæ Cicero meminit epist. II. ad Q. fratrem, lib. I. Liuius lib. II. & Dionysius lib. IX. ex ea *Minucius* ortus est.

STATILIÆ gentis aliquot à Scriptoribus familiæ nominantur. ex eis autem *Taurorum* nouam fuisse, Velleius indicat lib. II.

SVLPICIAM gentem Patriciam minorum gentium fuisse volunt, XI. cognominibus claram: *Camerini, Cornuti, Galba, Galli, Longi, Maximi, Paterculi, Petici, Prætextati, Rufi*, & *Saverriones*, quæ inf. spectabis. Camerio opido oriundam fuisse conijcere licet è *Ser. Sulpicij* cognomine, qui primus ex ea gente Romam venisse creditur, & è patriæ nomine *Camerinus* dictus esse, vt *Furia Medullinorum* à Medullia opido. *Ser. Galbam* Imp. ex hac gente natum, eius originem ad Iouem retulisse auctor est Suetonius in Galba. Gens autem *Sulpicia* fuit duplex, siue, vt quibusdam placet, triplex, *Patriciorum, Plebeiorum*, & *Equestrium*. Patriciorum *Galba* in antiquis denariis: Equestrium *Rufi* reperiuntur. Illud autem in hac gente maximè notandum, *Sulpiciam Ruforum* familiam duobus simul prænominibus vsam fuisse. Itaque in antiquis denarijs nominatus *L. Seruius Rufus*; & apud Cornelium Nepotem in Attici vita, *M. Seruius Sulpicius*. sic apud Liuium, *P. Seruius Sulpicius*.

TARIA gens Consularis, *Rufi* cognomento.

TARPEIA Patricia gens maiorum gentium, à *Tarpeio* arcis Præfecto.

TARQVITIÆ gentis Patriciæ mentio frequens est, cùm in Fastis Capitolinis, tum in antiquis Inscriptionibus.

TARQVINIA gens sub Anco Marcio Romam translata. In hac sunt *Collatini, Prisci, Superbi*. item *Capitolini* & *Montani*.

TERENTIA gens inter Plebeias ab antiquis Scriptoribus numeratur. Vide Liuium lib. III. Dionysium lib. X. Reperiuntur in antiquis denarijs gentis huius familiæ duæ, *Lucanorum* & *Varronum*; de quibus fit mentio apud Scriptores multis locis: qui & has addunt: *Culeones, Massaliotas, Murenas, Paristeres*.

THORIAM gentem fuisse Plebeiam, inter omnes ferè Scriptores conuenit. *L. Thorij Balbi* meminit Cicero lib. II. de Finibus.

TITINIA gens familias habuit Patricias & Plebeias. Patriciæ meminit Liuius lib. V. Plebeiæ idem Liuius lib. III. facit mentionem. Cognomen habuit *Longi*.

TITIAM gentem Plebeiam fuisse constat, quia multi ex ea Tribuni pl. legesque ab illis latæ.

TITVRIAM gentem è Sabinis Romam venisse constat vel ex denarijs. Meminit Cicero pro Fonteio. Vnde & *Sabini* cognomen sortita est.

TREBANIÆ gentis tantùm in nummis mentio, nisi fortè mendum est in æs incidentis pro TREBATIÆ. Huius sæpè meminit M. Tullius; aut pro TREBONIÆ gentis, cuius cognomina fuere, *Asper, Crispus, Flauus*.

TREMELLIA gens cognomina habuit *Flaccus* & *Scrofa*.

TVLLIAM gentem inter Patricias numeratam fuisse, ex Scriptoribus constat. Fuerunt autem plurimæ Tulliæ gentis familiæ, cognominibus distinctæ. Patriciæ quidem cognominibus affectæ *Longorum* & *Tollerinorum*; Plebeiæ verò duas in familias diuisæ, *Tulliorum* & *Decularum*. His adnumerantur *Annalium, Cimbrorum, Fabianorum, Montanorum, Ruforum*, & *Senecionum*. *Longorum* mentio exstat apud Ciceronem libro De claris Oratoribus. *Cimbrorum* Philipp. II. & apud Plutarchum in Bruto. *Montanorum* apud eumdem Ciceronem lib. X ad Atticum. *Ruforum* apud Hirtium lib. V. *Annalium* apud Val. Maximum lib. IX. c. II. *Senecionum* apud Tacitum lib. XV. Annal. & lib. III. Histor. *Flamanorum*, vt edit Lipsius V. C. Nobilissima verò, *Ciceronum*. Memoratur & *M. Tullius Decula*, qui Consul fuit cum Cn. Cornelio Dolabella anno DCLXXII.

TVRANNIA Sabinorum Patricia gens, Romam cum T. Tatio migrauit, auctore Dionysio Halicarnasseo.

VALERIAM gentem è Sabinis oriundam, cum T. Tatio rege Romam venisse tradit Dionysius lib. IV. Eius verò principem *Volusum, Valerium*, vel, vt tum dicebant, *Valesium*, nominat Plutarchus in Poplicola. Cùm autem multas hæc gens habuerit familias, Patricias & Plebeias, quarum exstat mentio apud Scriptores, soli in denarijs *Acisculi, Flacci, Messallæ*, & *Catulli* reperiuntur: in historiarum verò monumentis cognomina XVII. *Antiates, Acisculi: Barbati: Corui, Coruini, Cottæ. Faltones: Lactucini, Læuini: Maximi, Messallæ, Messallini: Nigri: Potiti, Poplicolæ: Tappi*, & *Volusi*.

VALGIA gens Consularis, cognomen ei *Rufus*.

VARGVNTEIA gens, incertum Patriciáne fuerit an Plebeia: opinor tamen Patriciam fuisse.

VENTIDIA gens, cognomento *Bassus*.

VERGILIA gens fuit Plebeia. Eius historici faciunt mentionem. *Vergilium* autem & *Virgilium* antiquos scripsisse, quemadmodum *Verginium* & *Virginium*, testantur veteres Inscriptiones. Manutius in Orthog. Pierius Valerianus in Virgil. & Iosephus Castalio in Varijs.

VETTIAM gentem *Sabinam* fuisse & *Sabini* tulisse cognomẽ ex T. Tatij Sabini imagine denario impressa intelligere licet. *Velleiam* alij scribunt.

VETVRIAM gentem Patriciam fuisse ex veteribus Scriptoribus constat.

VIBIÆ gentis Plebeiæ, cùm multæ à Scriptoribus familiæ nominentur, in antiquis denarijs *Vari* tantùm & *Pansa* reperiuntur. In Historijs reliquæ: *Habitus, Paullus, Postumus, Rufinus*.

VILLIA gens, cognomento *Annalis* & *Tappulus*.

VINI-

VINICIAM gentem Plebeiam fuisse, vel ex vno *L. Vinicio* constat. Vide Ciceronem lib. IIX. epist. IIX. ad Famil.

VIPSANIÆ gentis cognomento *Agrippa*, cuius frequens mentio est in veteribus monumentis, familiæ plures ab ijs nominantur, qui *Vipstanam* cum ea confundunt. Eius autem erroris caussam dedit mendosus Taciti codex, in quo malè *Vipsanus* lib. x. & lib. XIV. initio & alibi scriptum est, cùm *Vipstanus* vt cognomen scribendum Fuluius censuerit, quem etiam in *Apronia* gente consulas.

VISELLIA gens Consularis, cognomento *Varro*.

VOCONIAM gentem Plebeiam fuisse, satis constat vel ex vno *Q. Voconio Saxa* Tribuno pl. qui legem De mulierum hereditatibus tulit. Huius meminit Cic. lib. III. in Ver. in Orat. pro Balbo, & alibi, itemque alij. In tres autem hæc gens diuisa familias apud Scriptores reperitur: nam præter *Saxam* quem suprà nominaui, *Q. Voconius Naso* ex ea genus duxit, Prætor designatus cum Cicerone. Fuit & *Vitulorum* familia, quæ sola in antiquis denarijs reperitur.

VOLCATIA gens Consularis, cognomento *Tullus*.

VOLSCIA gens, cognomento *Fictor*.

VOLTEIA gens (ita enim antiqui scribebant pro *Vulteia*, vt *Volcanus*, & *Voltus*, pro *Vulcanus* & *Vultus*) incertum Patriciáne an Plebeia fuerit. Meminit eius Cicero lib. v. in Verrem in epistola Timarchidis. In veteribus autem denarijs nominantur *L. Volteius* quidam, & *M. Volteius*. de quibus nihil repperi.

VOLVMNIA gens Consularis, cognomento *Eutrapelus, Flamma, Violens*.

GENTIVM AC FAMILIARVM ROMANARVM SYLLABVS.

Quas Tabulis Richardus Steinnius V. Nobil. tractauit. Asterisco verò notamus, quas XXXII. Ant. Augustinus explanauit, & charactere Patricias & Mistas à Plebeijs distinguimus.

* ACILIA
Æbutia
* *Ælia* pl.
* Aimilia patr.
* Antonia
* Aquillia
* *Atilia*
* *Aurelia*.
* CÆCILIA
* *Calpurnia*
* Cassia
* Claudia
Clœlia
* Cornelia
Coruncania
Curia
DECIA
* *Domitia*
* FABIA
Fabricia
* *Fuluia*
* Furia
GEGANIA
HORATIA
Hortensia
Hostilia
* IVLIA
* Iunia
* LICINIA
* Liuia
* Lucretia
* *Lutatia*.
* MANLIA
* Marcia
Maria.
Menenia
* Minucia
* *Mucia*
* NAVTIA
* OCTAVIA
* PAPIRIA
* Pinaria
* *Plautia*
* *Pompeia*
Pompilia
Popillia
Porcia
Postumia
QVINCTIA
Quinctilia
SEMPRONIA
Sergia
Seruilia
Siluia Sulpicia
TARQVINIA
Tullia
VALERIA
Veturia Virginia.

GENTES AC FAMILIÆ ROMANÆ IN PATRICIAS AC PLEBEIAS DIVISÆ.

PATRICIÆ.

Æmilia gens. Eius familiæ sunt, seu cognomina { Barbularum, Lepidorum, Mamercinorum, Paporum, Paullorum

Calidia
Cloulia, siue Clœlia
Cossutia

Fabia { Tres eius stirpes claræ: Ambusti, Maximi, Vibulani. Tres obscuriores: Butei, Dorsi, Pictores

Horatia.

Pinaria { Mamercinorum, Nattarum, Ruforum.

Postumia Albinorum nobiliss.
Quinctia
Sergia Silonum
Seruilia
Sestia
Tarquitia

Tullia { Annalium, Ciceronum, Cimbrorum, Fabianorum, Longorum, Montanorum, Ruforum, Senecionum

Veturia

PLEBEIÆ.

Aburia
Accoleia
Acilia
Ælia
Alliena
Annia
Antistia, seu Antestia
Apronia
Arria
Asinia
Ateia
Atiia
Aurelia
Axia
Bæbia

Cæcilia

- Cæcilia Metellorum
- Calpurnia
- Ceſtia
- Cocceia
- Conſidia
- Cornificia
- Curiatia
- Domitia
  - Caluinorum
  - Ahenobarborum.
- Egnatia
- Fannia
- Flaminia
- Flauia
- Fonteia
- Fufia
- Fuluia
  - Centumali
  - Curui
  - Flacci
  - Nobiliores
  - Pætini
- Fundania
- Herennia
  - Balborum
  - Gallorum
- Labiena
- Licinia
  - Calui
  - Craſſi
  - Luculli
  - Murenæ
  - Minùs clar.
  - Getæ
  - Neruæ
  - Vari
  - alijq́ue
- Liuia Salinatorum
- Lollia
- Lucilia
  - Balbi
  - Baſſi
  - Blæſi
  - Capitones
  - Longi
- Lutatia Catuli cognomine, excepto vno Cercone.
- Mamilia
- Maria
- Memmia
- Meſcinia
- Mucia
  - Cordorum &
  - Scæuularum
- Næuia
- Nonia
- Norbana
- Numitoria
- Octauia
- Ogulnia
- Opimia
- Oppia
- Papia
- Petillia
- Petronia
- Plætoria
- Plancia
- Plautia
  - Deciani
  - Proculi
  - Vennones
  - Venoces
- Poblicia ſiue Publicia
- Pompeia
- Pomponia
- Porcia
- Quinctia
- Roſcia
- Rubria
- Scribonia
- Sicinia
- Silia
- Spurilia
- Statia
- Terentia
- Thoria
- Titia
- Vergilia
- Vibia
- Vinicia
- Voconia

MISTÆ GENTES, ac familiæ partim Patriciæ, partim Plebeiæ.

- Antonia
  - Patricia Merendarum
  - Plebeia Antoniorum
- Aquilia
- Atilia
  - Patricia Longorum
  - Plebeia
    - Bulborum
    - Calatinorum
    - Regulorum
    - Serranorum
- Caſſia
  - Patricia Bicellinorum
  - Plebeia Longorum, Longinorum
- Claudia
  - Patricia
    - Centhonum
    - Neronum
    - Pulcrorum
    - Regillenſium, qui & Craſſini
  - Plebeia Marcellinorum
- Cornelia
  - Patricia
    - Blaſionum
    - Cinnarum
    - Lentulorum
    - Scipionum
    - Siſennarum
    - Sullarum, &c.
  - Plebeia paucorum.
- Furia
  - Patricia
    - Camillorum
    - Craſſipedum
    - Fuſorum ſiue Medullinorum
    - Pacillorum
    - Philonum
    - Purpureonum
  - Plebeia paucorum
- Iulia
  - Patricia
    - Cæſarum
    - Iulorum
    - Libonum
    - Mentonum
  - Plebeia paucorum
- Iunia
  - Patricia L. Iunius Brutus Cos. primus
  - Plebeia
    - Bruti
    - Bubulci
    - Penni
    - Peræ
    - Pulli
    - Scæuæ
    - Silani
- Lucretia
  - Patriciæ Tricipitini omnes, excepto vno Flauo
  - Plebeiæ Triones in nummis

Manlia

- Manlia
  - initio
    - Vulsones
    - Capitolini
  - posteà
    - Imperiossi
    - Torquati
- Marcia Plebeia
  - Censorinorum
  - Figulorum
  - Libonum
  - Philipporum
  - Regum
  - Rutilorum
- Minucia
  - Augurinorum
  - Thermorum
- Papiria
  - Patricia
    - Crassi
    - Cursores
    - Masones
    - Mugillani
  - Plebeia partim
    - Consularis Carbonum
    - non Consularis
      - Pætorum
      - Turdorum
- Rutilia
- Saluia
- Sempronia
  - Patricia Atratinorum
  - Plebeia Gracchorum
  - Pitionum, sed hæc in Nummis
- Sulpicia
- Titinia
- Valeria in Nummis
  - Acisculi
  - Catulli
  - Flacci
  - Messallæ

INCERTÆ GENTES

Patriciæne, an Plebeiæ

Afrania
Cæcina
Cæsia
Caninia
Carisia
Cipia
Clouia
Coponia
Cordia
Crepereia
Crepusia
Cuptennia
Curtia
Didia
Durmia
Egnatuleia
Eppia
Fabiana
Farsuleia
Gallia
Gellia
Hirtia
Hosidia
Hostilia
Itia
Liuineia
Luria
Mæcilia
Maiania
Mettia
Minatia
Mussidia
Nasidia
Neria
Numonia
Pædania
Porcilia
Renia
Rustia
Sanquinia
Satriena
Saufeia
Sentia
Sepullia
Statilia
Tituria
Trebania
Vargunteia
Vettia
Vipsania
Volteia



INDEX
ILLVSTRIVM ROMAE VIROR.
RERVMQ. MEMORABILIVM.

Prior numerus 1. 2. 3. Tomum designat: alter paginam: litteræ a. b. c. principium, medium, finemque paginæ. QV. PROV. Quæstor prouinciæ. TR. PL. Tribunus plebis. AED. CVR. Ædilis curulis. AED. PL. Ædilis plebis. PRAET. VRB. Prætor vrbanus. PRAET. PEREG. Prætor peregrinus. COS. Consul. DICT. Dictator. MAG. EQV. Magister Equitum.

C. Afra-

VINICIAM gentem Plebeiam fuiſſe, vel ex vno *L. Vinicio* conſtat. Vide Ciceronem lib. IIX. epiſt. IIX. ad Famil.

VIPSANIÆ gentis cognomento *Agrippæ*, cuius frequens mentio eſt in veteribus monumentis, familiæ plures ab ijs nominantur, qui *Vipſtanam* cum ea confundunt. Eius autem erroris cauſſam dedit mendoſus Taciti codex, in quo malè *Vipſanus* lib. X. & lib. XIV. initio & alibi ſcriptum eſt, cùm *Vipſtanus* vt cognomen ſcribendum Fuluius cenſuerit, quem etiam in *Apronia* gente conſulas.

VISELLIA gens Conſularis, cognomento *Varro*.

VOCONIAM gentem Plebeiam fuiſſe, ſatis conſtat vel ex vno *Q. Voconio Saxa* Tribuno pl. qui legem De mulierum hereditatibus tulit. Huius meminit Cic. lib. III. in Ver. in Orat. pro Balbo, & alibi, itemque alij. In tres autem hæc gens diuiſa familias apud Scriptores reperitur: nam præter *Saxam* quem ſuprà nominaui, *Q. Voconius Naſo* ex ea genus duxit, Prætor deſignatus cum Cicerone. Fuit & *Vitulorum* familia, quæ ſola in antiquis denarijs reperitur.

VOLCATIA gens Conſularis, cognomento *Tullus*.

VOLSCIA gens, cognomento *Fictor*.

VOLTEIA gens (ita enim antiqui ſcribebant pro *Vulteia*, vt *Volcanus*, & *Voltus*, pro *Vulcanus* & *Vultus*) incertum Patriciáne an Plebeia fuerit. Meminit eius Cicero lib. V. in Verrem in epiſtola Timarchidis. In veteribus autem denarijs nominantur *L. Volteius* quidam, & *M. Volteius*. de quibus nihil repperi.

VOLVMNIA gens Conſularis, cognomento *Eutrapelus, Flamma, Violens*.

GENTIVM AC FAMILIARVM ROMANARVM SYLLABVS.

Quas Tabulis Richardus Steinnius V. Nobil. tractauit. Aſteriſco verò notamus, quas XXXII. Ant. Auguſtinus explanauit, & charactere Patricias & Miſtas à Plebeijs diſtinguimus.

* ACILIA
Æbutia
* *Ælia* pl.
* Aimilia patr.
* Antonia
* Aquillia
* *Atilia*
* *Aurelia*.
* CÆCILIA
* *Calpurnia*
* Caſſia
* Claudia
Clœlia
* Cornelia
Coruncania
Curia
DECIA
* *Domitia*
* FABIA
Fabricia
* *Fuluia*
* Furia
GEGANIA
HORATIA
Hortenſia
Hoſtilia
* IVLIA
* Iunia
* LICINIA
* Liuia
* Lucretia
* *Lutatia*.
* MANLIA
* Marcia
Maria
Menenia
* Minucia
* *Mucia*
* NAVTIA
* OCTAVIA
* PAPIRIA
* Pinaria
* *Plautia*
* *Pompeia*
Pompilia
Popillia
Porcia
Poſtumia
QVINCTIA
Quinctilia
SEMPRONIA
Sergia
Seruilia
Siluia Sulpicia
TARQVINIA
Tullia
VALERIA
Veturia Virginia.

GENTES AC FAMILIÆ ROMANÆ IN PATRICIAS AC PLEBEIAS DIVISÆ.

PATRICIÆ.

Æmilia gens. Eius familiæ ſunt, ſeu cognomina { Barbularum, Lepidorum, Mamercinorum, Paporum, Paullorum }
Calidia
Cloulia, ſiue Clœlia
Coſſutia
Fabia { Tres eius ſtirpes claræ: Ambuſti, Maximi, Vibulani. Tres obſcuriores: Butei, Dorſi, Pictores }
Horatia.
Pinaria { Mamercinorum, Nattarum, Ruforum. }
Poſtumia Albinorum nobiliſs.
Quinctia
Sergia Silonum
Seruilia
Seſtia
Tarquitia
Tullia { Annalium, Ciceronum, Cimbrorum, Fabianorum, Longorum, Montanorum, Ruforum, Senecionum }
Veturia

PLEBEIÆ.

Aburia
Accoleia
Acilia
Ælia
Allıena
Annia
Antiſtia, ſeu Anteſtia
Apronia
Arria
Aſinia
Ateia
Attia
Aurelia
Axia
Bæbia

Cæcilia

Cæcilia Metellorum
Calpurnia
Cestia
Cocceia
Considia
Cornificia
Curiatia
Domitia
- Caluinorum
- Ahenobarborum.

Egnatia
Fannia
Flaminia
Flauia
Fonteia
Fufia
Fuluia
- Centumali
- Curui
- Flacci
- Nobiliores
- Pætini

Fundania
Herennia
- Balborum
- Gallorum

Labiena
Licinia
- Calui
- Crassi
- Luculli
- Murenæ
- Minùs clar.
  - Getæ
  - Neruæ
  - Vari
  - aliique

Liuia Salinatorum
Lollia
Lucilia
- Balbi
- Bassi
- Blæsi
- Capitones
- Longi

Lutatia Catuli cognomine, excepto vno Cercone.
Mamilia
Maria
Memmia
Mescinia
Mucia
- Cordorum &
- Scæuularum

Næuia
Nonia
Norbana
Numitoria
Octauia
Ogulnia
Opimia
Oppia
Papia
Petillia
Petronia
Plætoria
Plancia
Plautia
- Deciani
- Proculi
- Vennones
- Venoces

Publicia siue Publicia
Pompeia
Pomponia
Porcia
Quinctia
Roscia
Rubria
Scribonia
Sicinia
Silia
Spurilia
Statia
Terentia
Thoria
Titia
Vergilia
Vibia
Vinicia
Voconia

MISTÆ GENTES, ac familiæ partim Patriciæ, partim Plebeiæ.

Antonia
- Patricia Merendarum
- Plebeia Antoniorum

Aquilia
Atilia
- Patricia Longorum
- Plebeia
  - Bulborum
  - Calatinorum
  - Regulorum
  - Serranorum

Cassia
- Patricia Bicellinorum
- Plebeia Longorum, Longinorum

Claudia
- Patricia
  - Centhonum
  - Neronum
  - Pulcrorum
  - Regillensium, qui & Crassini
- Plebeia Marcellinorum

Cornelia
- Patricia
  - Blasionum
  - Cinnarum
  - Lentulorum
  - Scipionum
  - Sisennarum
  - Sullarum, &c.
- Plebeia paucorum.

Furia
- Patricia
  - Camillorum
  - Crassipedum
  - Fusorum siue Medullinorum
  - Pacillorum
  - Philonum
  - Purpureonum
- Plebeia paucorum

Iulia
- Patricia
  - Cæsarum
  - Iulorum
  - Libonum
  - Mentonum
- Plebeia paucorum

Iunia
- Patricia L. Iunius Brutus Cos. primus
- Plebeia
  - Bruti
  - Bubulci
  - Penni
  - Peræ
  - Pulli
  - Scæuæ
  - Silani

Lucretia
- Patriciæ Tricipitini omnes, excepto vno Flauo
- Plebeiæ Triones in nummis

Manlia



INDEX

INDEX
ILLVSTRIVM ROMAE VIROR.
RERVMQ. MEMORABILIVM.

Prior numerus 1. 2. 3. Tomum designat: alter paginam: litteræ a. b. c. principium, medium, finemque paginæ. QV. PROV. Quæstor prouinciæ. TR. PL. Tribunus plebis. AED. CVR. Ædilis curulis. AED. PL. Ædilis plebis. PRAET. VRB. Prætor vrbanus. PRAET. PEREG. Prætor peregrinus. COS. Consul. DICT. Dictator. MAG. EQV. Magister Equitum.



Q. Aelius

C. Afra-

Asia

Auiti

B.

C.

M. Cal.

L. 57 Sp.

Cestius

Clau-

M.Clau-

DACI

D.

Præt.

F.

Q.Fa-

M.Fu-

G.

Glandes

I.

Iulia

M.Fu-

G.

H.

I.

Illy-

D. Iunius

K.

L.

Laurens

LEGUM ROMANARUM
Alphabeti serie recensio.

Numae

DE QVIBVS ROMANA quæque lex lata, Alphabeti serie.

de

MVM-

N.

Nuce-

Iupiter

O.

M. Ogul-

Peticus

Poeni

Præ-

Pro-

L. Quin-

R.

Rebius

S.

excu-

Mag.

Cos.

Sim-

Syria

T.

Ppp Circus

Ten-

V.

de

Varica-

Tr. pl.

Vispe-

V.

Vatica-

C. Ve-

Visce-

Ten-

V.

de

 Prat.

Vatica-

C. Ve-

Cn Volu-

Nunc opus exegi,ferro atque perennius ære:
Vtilius si quid nouisti aut rectius istis,
Candidus imperti;si non,his vtere mecum.



INDEX AVCTORVM QVI TRIBVS ANNAL. ROM. TOMIS EMENDANTVR VEL ILLVSTRANTVR.



APPROBATIO.

HI tres Tomi Annalium Romanorum, continentes Magiſtratus & Prouincias S.P.Q.R. ab Vrbe condita ad annum DCCCXXI. & poſt CHRISTVM Seruatorem noſtrum natum LX. ex multis auctoribus Antiquitatumque varijs monumentis collecti, ſtudio & opera R. Domini Stephani Vinandi Pighij Campenſis viri doctiſſimi, nihil tractant, quod ſit contra Religionem aut bonos mores: ſed omnes Rerum pub. adminiſtratores docent, vt quæ prudentiæ ſunt amplectantur, & quæ tyrannidem ſapiunt deteſtentur. Quare cum fructu multorum imprimi poterunt. Quod teſtor XVII. Kalend. Maij, anno M.DC.XIII.

Egbertus Spitholdius S.T.L. Canonicus & Plebanus Antuerpienſis, librorum Cenſor.

SVMMA PRIVILEGII.

ALBERTI & ISABELLAE CLARAE EVGENIAE Archiducum Auſtriæ, Ducum Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Sereniſſimorum Belgicæ Principum, Priuilegio cautum eſt; nequis *Stephani Vinandi Pighij V.R. & Cl. Annales Romanorum*, præter Martinæ Plantinæ Viduæ & Balthaſaris & Ioannis filiorum Ioannis Moreti p. m. voluntatem, vllo modo imprimat, aut alibi impreſſos in Inferioris Germaniæ ditiones importet, venaléſve habeat. Qui ſecùs faxit, confiſcatione librorum & alia graui pœna mulctabitur, vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ, XVII. Ianuarij, M. DC. XI.

Signat

S. de Grimaldi.

Et in Concilio Brabantiæ,

J. de Buſchere.

Errata, quorum pars maior in autographo mendoſa, ſic emenda.

	TOMO I.		
Pag. 154.	*lin.* 45.	Craſſinus II.	*lege* III.
211.	29.	Coſſus II.	III.
222.	30.	*in marg.* Cenſos	Cenſor
223.	19.	CCCLII.	CCCLXII.
467.	38.	*poſt* conditor	*adde* vrbis
469.	21.	ſpeculum	*lege* ſpecula
	38.	*in Mariani numeris pro* 439. *repone* 449.	
	TOMO II.		
iij.	39.	*in Faſtis* CRASSINVS II.	*lege* III.
141.	17.	Genucius	*lege* Geminus
229.	22.	Plaucianus	Plancianus
299.	32.	L. Muminius Q. Muminius	*lege vtrobique* Mummius.
	45.	Piter	*lege* Pater
316	35.	*ſcribe* C. Mattienius, (*gentis nomen*) *non* Mattienus	
345.	6.	Graccus	*lege* Gracchus
366.	19.	DLXXCII.	DXXCII. *& pagina ſeq. in titulo eundem errorem corrige.*
368.	5.	Thamphilus	*lege* Tamphilus
	17.	M. Furius	M. Fuluius
425.	40.	M'. Manlius	M'. Mamili⁹
Pag. 449.	*lin.* 43.	Cæſonius	*lege* Cæſoninus
480.	18.	Iuuenuus	Iauus
494.	10.	Iunij	Iunius
	TOMO III.		
5.	30.	T. Sempronius	Ti. Semp. *pro* Tiberius
24.	25.	Q. Lucretius Flaccus	*lege* Flauus
123.	50.	improbiſſimos	*lege* improbiſſimus
160.	3.	L. Lutatius	Q. Lutatius
168.	38.	Marius	Marcius
191.	51.	Claudianus	Claudius
318.	35.	Clodianus	*adde* L. F. LXVIII *ex Faſtis, pro* Luſtr feceruut LXVIII.
347.	42.	nepos	*lege* Nepos *cogn.*
436.	46.	Cælius	Cæcilius
439.	2.	imperatum	imparatum
481.	50.	Lamiam	Lamiam
484.	2. *à fine*	Caudidus	Candidus
486.	15.	facta	factam
488.	*vlt.*	rius.	prius
500.	40.	legiones	legionum
504.	16.	delinitum	delinitam
508.	20.	mentes	mites
	27.	ad	at
543.	11	Corbanus	Norbanus

ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
APVD VIDVAM ET FILIOS
IOANNIS MORETI.
M. DC. XV.


LABORE ET CONSTANTIA